UANL
DAD AUTÓNOMA DE NUE
DIRECCIÓN DE BIBLIOTE

CLAUS

SPICILEGIU

BX1757
C53
v.1

008416

1080016012

EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

A. R. D. JOSEPHI IGNATII CLAUS

SPICILEGIUM CONCIONATORIUM

Duobus Tomis collectum.

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

A. R. D.

JOSEPHI IGNATII CLAUS

SS. Th. Licent. Canonici Auguſt. &c.

SPICILEGIUM CONCIONATORIUM,

HOC EST

CONCEPTUS MORALES

PRO CATHEDRA,

Quos ad inſtruendam in Fide Chriſtiana-Catholica Plebem, ad extirpanda vitia, & implantandas virtutes, ex præſtantiſſimis Auctoribus collectos, atque variis Sacræ Scripturæ figuris, Doctrinis moralibus, ſimilitudinibus, & exquiſitis Hiſtoriis refertos, ad Populum dixit.

TOMUS PRIMUS

In duas Partes diſtributus, in quarum Prima agitur pro Dominicis, & quibuſdam Feriis, & in Secunda pro Feſtis tam Ordinariis, quam Extraordinariis per Annum.

ARZOBISPADO APELL. NO. 22 MAYO 1901 PRESBITERO

Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria
UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Universal y Tesis

VENETIIS, MDCCLXXIX.
Sumptibus Heredis Nicolai Pezzana.
SUPERIORUM PERMISSU.

45060 008116

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

BX 1757
.G53
v.1

PRÆFATIO
AD VENERABILEM CLERUM.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

De Obligatione, neceſſitate, & utilitate Verbi divini, quo Paſtores animarum oves ſuas paſcere tenentur.

Parochi tenentur prædicare Verbum Dei

UNigenitus Dei Filius, Paſtorum omnium Caput, & Primipilus, humana carne velatus, ovium ſuarum ſaluti, cujus amore in hunc mundum venerat, triginta trium annorum laborem, & tandem vitam, & ſanguinem in cruce impendit. Idem diviniſſimi Magiſtri ſui exemplo fecerunt Apoſtoli, qui in omnem, qua late patet, orbem diffuſi, pro aſſerenda Chriſti Divinitate, pro virtutibus implantandis, pro ſceleribus exterminandis, verbo, pro Dei gloria exaltanda non prius prædicare, quam vivere deſierunt. Idem & Nobis faciendum foret, Dilectiſſimi, Nobis, inquam, Sacerdotibus, qui Apoſtolis in munere Paſtorali, in ordine ad convertendas, & cælo lucrandas animas ſuccenturiati ſumus. Sed quid fit? reſpondeat mei in vicem S. Chryſoſtomus (*Hom. 47. in Matth.*): Duodecim Apoſtoli totum mundum converterunt: quanta ergo noſtra ignavia, qui cum innumeri ſimus, has gentium reliquias convertere non poſſimus, qui vel mille mundis ſatisfacere deberemus. Hæc aureus Orator: Verum, quæ cauſſa hujus ignaviæ? cur nemo vult mittere manum ad aratrum? cur pauci ſunt, qui zizania in vinea Domini eradicare laborant? cur in populo dominantur vitia, & pietas exſulat? cur in pagis, & villis rerum cæleſtium ignorantia invaleſcit? Nimirum, quia animarum Paſtores nonnumquam dormire videntur, nec munus ſuum ea zeloſitate, ac ſolertia obeunt, qua deberent. Ignoſcite ergo, Sacerdotes Domini, & permittite, ut, quamvis ego veſtrum omnium indigniſſimus, ac tepidiſſimus ſim, vos veſtri, & ſimul mei muneris commonefaciam, explicando, quam gravi obligatione Sacerdos ad curam animarum deputatus, jure divino, & jure Eccleſiaſtico obſtringatur, ad Verbum divinum, ſubjecto populo ſancte, nervoſe, & frequenter proponendum.

Ex jure divino

1. Sacerdos Dei ad curam animarum deſtinatus, tenetur ea, qua par eſt, induſtria, populo ſuo Verbum Dei prædicare ex jure divino; cum enim Chriſtus Dominus Petrum Paſtorem conſtituit, non id intendit, ut eum novo dignitatis titulo redderet ſpectabiliorem, ſed ut novum ei onus imponeret; hinc non dixit, *Eſto Paſtor*, ſed *Paſce*, (*Joann. 21.*) qua loquendi methodo non ſolum munus illi contulit, ſed muneris exercitationem. Hoc imperium adhuc ſollemnius promulgatum eſt ea die, qua Redemptor ad Patrem in cælum aſcendit, dum his verbis Apoſtolos allocutus eſt: *Euntes docete omnes gentes*: (*Matth. 28.*) Docere autem, ſeu paſcere animas verbo Dei ex communi Eccleſiæ ſenſu officium eſt Paſtorum; ideo Gentium Apoſtolus (*Epheſ. 4.*), deſcribens, quod Chriſtus *poſuit quoſdam Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Evangeliſtas*, cum mentionem facit Paſtorum, ſubjunxit *Alios autem Paſtores & Doctores*, ut inſinuaret paſcendi munus, a munere docendi ſeparari non poſſe, eumdemque qui agit Paſtorem, debere eſſe Doctorem. Ita in hunc locum expreſſe Angelicus dicens: *Sub eodem addit Paſtores & Doctores, ad oſtendendum,*

FONDO ANTIGUO SEMINARIO VALVERDE Y TELLEZ
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quod proprium officium Pastorum Ecclesiæ est docere, quæ pertinent ad fidem & bonos mores. Porro hanc ipsam docendi industriam idem Apostolus pro nota characteristica ponit, qua veri Pastores a fallis discerni possint: *Mementote Præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei* (*Hebr.* 13.). En, genuina Præpositorum, seu Pastorum nota, qua tanto munere digni redduntur, non in elemosynis large profusis, non in Sacramentorum administratione, neq in ipsa sanguinis pro grege effusione consistit, sed in Verbi Dei prædicatione: *Qui vobis locuti sunt Verbum Dei.* Hinc denique S. Apostolus animarum curatoribus verbis prorsus emphaticis sine fine præcipit, commendat, & sub interminatione etiam divini judicii hoc munus docendi inculcat, inquiens (*Timoth.* 2.): *Testificor coram Deo, & Christo Jesu, qui judicaturus est vivos & mortuos, per adventum ipsius, & regnum ejus: Prædica Verbum &c.* Sententia revera terribilis! O quam multi Pastores, muti & elingues, qui huic obligationi ut satisfacerent parum curæ habuerunt, cum tempus dandæ rationis advenerit, toto corpore contremiscent, exclamantes verbis illis Prophetæ: *Væ mihi, quia tacui!* Sed pergamus.

Ex jure naturali.

3. Sacerdos ad curam animarum destinatus obligatur ad prædicandum Verbum Dei ex jure naturali; quia Christi fideles hunc maxime in finem Parochiarum, & beneficiorum redditus olim fundarunt & hodiedum distribuunt, ut animarum curatores huic fere præcipue muneris, ac vocationis suæ functioni non desint. Sunt forsan nonnulli, prout loquitur S. Bernardus (*Ep.* 42. *ad Henr. Episc. Senon.*), qui *ad curas Ecclesiasticas aspirant, tanquam sine curis victuri, cum ad curam pervenerint.* Verum crasse decipiuntur. Parochiæ & Curionatus non sunt cuiscitræ ad quiescendum, sed cathedræ ad loquendum: non igitur stipendiis jure frui potest, qui ministerium illis annexum non exercet. Et hac de causa non desunt Doctores, qui Pastores hujusmodi ligneos, qui *os habent, & non loquuntur*, obligant ad restituendam illam fructuum partem, quæ huic negligentiæ correspondet, eum fere in modum, quo Nutrix tenetur ad reddendum salarium, quæ ad lactandum parvulum conducta, fame illum emori permitteret. Verum quidquid de hoc sit, ad aliam restitutionem incomparabiliter graviorem divina illos justitia adstringit, nimirum ad reddendas animas, quæ defectu necessariæ institutionis in gravissima peccata, & tandem in æternam perniciem inciderunt: audite verba Domini ad Pastores: *Speculatorem dedi te domui Israel: audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis: si me dicente ad impium: impie morte morieris, non fueris locutus, ut se custodiat impius a via sua, ipse impius in impietate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram.* (*Ezech.* 3.) Strictissimum ergo erit judicium Pastorum: gravissimam rationem Deo judici reddere debebunt de animabus fidei suæ concreditis: adeoque munus suum ea sedulitate administrare studeant, ut neque per peccata commissionis, neque per peccata omissionis ad earum ruinam spiritualem concurrant, sed aliquando coram divino tribunali dicere possint: *Mundus sum a sanguine omnium:* sed quomodo, qua fronte hoc dicent, nisi addere possint cum Apostolo: *Non enim subterfugi, quo minus annuntiarem consilium Dei vobis.* (*Act.* 20.) Ulterius.

Ex jure Ecclesiastico.

4. Sacerdos ad curam animarum destinatus, ad prædicandum Verbum Dei obstringitur a Legibus Ecclesiasticis, a Summis Pontificibus & Conciliis tam antiquis, quam recentioribus latis. Quoad antiquiora statuerunt Apostoli, ut qui animarum Pastor negligeret suos in rebus ad fidem, moresque spectantibus instituere, a communione fidelium, & denique a loco sui muneris removeretur. Recitemus verba antiqui Canonis: Episcopus, aut *Presbyter, qui negligentius circa Clerum, aut populum agit, neque in pietate eos erudit, a communione segregatur, si vero in ea socordia perseveraverit, deponitur.* (*Can. Apost. c.* 57.) Idem docendi officium jam ante mille annos præcepit Synodus,

modus, quæ vulgo sexta appellatur (*Can.* 19.): *Oportet eos, qui præsunt Ecclesiis, omnibus quidem diebus, sed præcipue diebus Dominicis omnem Clerum, & populum docere.* Accedit Concilium Toletanum, quod hanc sanctionem inter pastorales agnovit præcipuam, dicens: Omne opus eorum in prædicatione, & doctrina consistit. Revertamur ad propinquiora tempora: Concilium Tridentinum (*Sess.* 23. *c.* 1.), quod inter tot hæresum tempestates ac fluctus fuit Ecclesiæ instar Arcæ Noeticæ, affirmat hanc obligationem, ejusque memoriam omnium animis alte imprimeret, sequentem sanxit juris divini: Præscribit, (*Sess.* 5. *c.* 2.) quid docendi sint populi, simulque tradit, quis modus in docendo tenendus: tempus etiam definit inter Missarum sollemnia: (*Sess.* 24. *c.* 7.) denique Præsulum manus fulminibus armat, dum jus illis confert, socordes in tanti momenti negotio curiones, a communione fidelium removendi. Operæ pretium est, ut Concilii conclusionem (*Sess.* 5. *c.* 2. *de Reform.*) verbatim recitemus. *Archipresbyteri, Plebani, & quicunque Parochiales, vel alias animarum curam habentes Ecclesias quomodocunque obtineant, per se, vel per alios idoneos (si legitime impediti fuerint) diebus saltem Dominicis, & Festis sollemnioribus, plebes sibi commissas, pro sua, & earum capacitate, pascant salutaribus verbis, docendo, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annuntiandoque eis cum brevitate, & facilitate sermonis, vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, ut pœnam æternam evadere, & cælestem gloriam consequi valeant. Si ab Episcopo moniti, tenuem mensium spatio muneri suo defuerint, per censuras Ecclesiasticas, seu alias, ad ipsius Episcopi arbitrium cogantur; ita, ut si expedire visum fuerit, ex Beneficiorum fructibus alteri, qui id præstet, honesta aliqua merces persolvatur, donec principalis ipse resipiscent, officium suum impleat.* En, minas ex se satis potentes, ut ejiciantur ex Ecclesia canes, qui cum muti sint, tantum detrimenti inferunt gregi, quam lupi. Neque dicas, adducta fuisse Concilii verba, non continere vim præcepti, sed puræ directionis: nam censuræ, & censurarum comminationes satis loquuntur esse hoc verum, ac proprium S. Synodi præceptum: constat præterea ex eo, quod alibi (*Sess.* 24. *de Reform. c.* 4. *Sess.* 25. *de Invoc. Sanct. Sess.* 22. *de Sacrific. Miss. c.* 8. *Sess.* 24. *c.* 7.) diserte verbis præceptivis in hac materia utatur: *Mandat Sancta Synodus Pastoribus, & singulis animarum curam gerentibus, ut frequenter inter Missarum celebrationem vel per se, vel per alios ex iis, quæ in Missa leguntur aliquid exponant, diebus præsertim Dominicis & Festis.* Item: *Præcipit S. Synodus, ut inter Missarum sollemnia aut divinorum celebrationem, sacra eloquia, & salutis monita vernacula lingua singulis diebus festis, vel sollemnibus explanet, eademque in omnium cordibus, postpositis inutilibus quæstionibus inserere, atque eos in lege Domini erudire studeant.* Quod autem verbis his *Præcipere, mandare*, præceptum proprium ac rigorosum contineatur, communis non tantum Doctorum sensus, sed Congregationis etiam Eminentissimorum S. Concilii Interpretum definitio declarat.

Prout testantur omnes SS. Patres & Doctores.

5. Legibus Ecclesiasticis tam antiquis, quam recentibus, si lubet robur adjicere ex sanctorum Doctorum testimoniis, sufficiet legisse S. Augustinum in Libr. Pastor. hom. 7. inter 50. S. Gregorii part. 2. *c.* 4. & Moral. l. 22. *c.* 16. S. Hieron. in *c.* 33. Ezech. Librum 2. S. Isidori de summo Bono *c.* 46. S. Prosper. de vita contempl. l. 1. *c.* 20. S. Joann. Chrysost. Hom. 15. in Ep. 1. ad Tim. & libros de Sacerdotio. S. Ambr. in Ep. 1. ad Tim. *c.* 4. §. 6. aliosque hujus generis, & certe apparebit, quantopere quilibet eorum tam damnosum Pastorum silentium sit detestatus.

6. Errarem, nisi & hic communem Theologorum, tam Scholasticorum, quam Moralium Doctrinam recenserem: Scholastici supponunt ut certam cujusvis Pastoris obligationem instituendi subditos suæ curæ concreditos, & ex hac ipsa aliam insuper obligationem eruunt, cognoscendi, & credendi explicite multo plura fidei dogmata, & veritates, quam quas vulgo Christiani nosse tenentur, cum docere non possint, quod ignorant. Sic concordibus studiis loquuntur antiquiores in tert. Sentent. dist. 25. S. Thom. q. 2. art. 1. & 2. S. Bonavent. q. 1. Scotus q. 1. Durandus q. 1. n. 8. & 9. Richardus q. 1. art. 4 Gabriel q. un. concl. 1. Hos sequuntur Recentiores omnes, ubi

ubi scribunt de fide: Suarez. disp. 13. sect. 6. n. 6. Vasquez in 3. part. disp. 236. c. 10. n. 167. Valentia 2. 2. disp. 1. quæst. 2. punct. 3. Sanchez l. 2. in Decal. c. 3. de Lugo disp. 13. sect. 5. n. 148. Coninck disp. 14. n. 196. Castropalao tom. 1. tract. 4. disp. 1. punct. 11. & plures alii, immo omnes, qui scribunt in 2. 2. q. 2. art. 6. S. Thomæ. Morales deinde de hac obligatione fusius agunt, & in eo conveniunt, ut tam gravem adstruant, ut eo referant minas, quas Deus intentat Sacerdotibus ignorantibus, ubi ait (*Oseæ* 4.): *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi*. Juvat hic referri aliquorum verba, tamquam magis aperta: *Negligentia magna Parochi in docendo ad salutem necessaria, mortalis est, Ubi passim magnus est abusus eorum, qui contenti docuisse symbolum latine, non explicant populo rudi mysteria fidei, præsertim Trinitatis, & Incarnationis, tantopere ad salutem necessaria. Væ Parochis! væ Episcopis! væ Prælatis!* Ita doctissimus Sa (*Verbo Parochus.*). *Tenetur Curatus sub mortali docere, id quod sub mortali tenetur scire subditus*. Ita doctissimus Trullius (*l. 1. c. 1. dub. 4. n. 7.*). *In oppido, ubi silente Curato omnes silent, sine dubio Curatus, nec per se, nec per alium prædicans peccat mortaliter*. Ita doctissimus Possevinus (*de Curat. c. 3. n. 3.*). *Pastorale officium est fidem docere populum; quare profecto hujus muneris, ubi grandis est negligentia, peccatum est mortale*. Ita doctissimus Sotus (*de justit. l. 10. q. 1. a. 3.*). *Advertant, quicumque in Christi Ecclesia ad pastoralis officii dignitatem assumpti, ad hoc Apostolicum prædicationis munus exercendum, naturali, Divino, & Ecclesiastico jure ita esse astrictos, ut nisi id diligenter impleverint, certum subituri sint damnationis supplicium*. Ita doctissimus Medina (*de recta in Deum fide 13. c. ult.*). *Potest Episcopus Parochos obligare sub pœna excommunicationis, ut sibi subditos de doctrina Christi recte instruant, quia obligantur ad id, ad quod de jure divino sunt obligati, & hac pœna & obligatione incitantur, ut diligentes sint in sui muneris executione*. Ita doctissimus Castropalao (*l. c. n. 3.*). *Parochi prætermittentes Verbi Dei prædicationem, toties peccant contra præceptum divinum, quoties populus graviter indiget prædicatione. Præsertim vero gravis populi necessitate, arbitror mortaliter peccari, si uno integro mense continuo, aut etiam si duobus vel tribus mensibus totius anni discontinuis non prædicetur*. Ita doctissimus Bonacina (*in 3. Decal. præc. disp. 5. punct. 2. n. 30.*).

7. His tam gravibus rationum momentis, tamque irrefragabili Doctorum auctoritate supposita, quæro ex omnibus, qui sui muneris obligationi non satisfaciunt, quo tandem scuto armare se possint contra tot fulmina, quæ ex hac testium doctissimorum nube in eorum capita torquentur? Ostendite, obsecro, si potestis, o animarum Pastores, ostendite unum alicujus nominis Doctorem, qui vestram hac ex parte defidiam excuset: afferte aliquod Concilium, allegate Canonem, adducite sancti alicujus Patris auctoritatem: saltem e tot Doctoribus, qui in materia morum tam varias sectati sunt opiniones, invenite unum, qui pro vobis stet, ut eo, quantumlibet infirmo aggere, possitis sententiam utcumque probabilem contra vim tot Legum, humanarum, naturalium, & divinarum tueri: Quid ad excusationem vestram affertis? Audiamus.

§. II. Refutantur excusationes contra frequentem Verbi divini prædicationem afferri solitæ.

Quod verbum Dei nullum fructum afferat, ratio est,

8. Tanta est depravatæ naturæ fragilitas, ut delicta contra vocationis ac status obligationem admissa, non solum non detestemur, sed variis etiam inventionibus, atque excusationibus extenuemus. *Nullum enim est sine patrocinio*, ait eruditissimus Seneca (*Epist. 117.*): *Vitia nostra, quæ amamus, defendimus, & malumus excusare, quam excutere*. At quamvis amor proprius, & vitæ commoditas nescio quæ pallia, ac fucos huic defensioni submini-

Adolescentes concupiscentiæ pruritu abrepti, & in obscænas assuetudines demersi, ad pia monita, utraque aure obsurdescunt. Puerilia judicio, & docilitate caret, laborat ignorantia crassa earum rerum, quæ ad salutem pertinent, & quoniam Parentes ad eorum institutionem operam non conferunt, facilius cartas lusorias, quam prima fidei rudimenta addiscunt. Nobiles, qui præsunt, ad prosequendam ambitionem & fastum, subditos immisericorditer emungunt. Inter æquales ardent invidiæ, contentiones, æmulationes, & maledicentiæ. Inter infimæ plebis homines ea regnat morum dissolutio, ut sine fronte & erubescentia in quævis scelera, quantumvis obscæna effundantur. Rebus sic stantibus, ad quid clamores inutiles in cathedra? non dealbantur æthyopes etsi millies laventur: ergo præstat tacere, quam sine fructu fatigari.

9. Augusti nimis es animi, quisquis ita philosopharis: non abjicienda sunt arma ante prælium: adhibenda sunt vulneri emplastra, etiamsi insanabile videatur: purgandus est ager a lolio, etiamsi eradicatum, millies recrescat: ita contra vitia laborandum, clamandum, de cathedra detonandum est, etiamsi fructus labori, ac clamori nondum correspondeat. Numquam observasti, mi Bone, quando, & quibus in circumstantiis Christus Dominus Petrum & Andream ad Apostolicum munus vocaverit, dicens (*Matth. 4.*): *Venite post me: Faciam vos fieri piscatores hominum*. Sacer textus ait, hanc vocationem Apostolorum factam esse eo temporis momento, quo illi laborabant, *mittentes rete in mare*. Res mira: cur Dei Filius non distulit vocationem ad eam temporis differentiam, quo illi rete ingenti piscium captura repletum in navim retrahebant? non sine mysterio, ait S. Chrysostomus, noluit expectare tempus capturæ, quia per piscationem piscium voluit illos instruere, quomodo se habere deberent in piscatione hominum: si Christus Dominus Discipulos post conclusam piscium multitudinem ad se vocasset, credere illi potuissent, Apostolici muneris partes non in labore, sed in animarum captura consistere; ut ergo illos instrueret, Apostolum conatu & labore, non lucro, & captura fieri, vocavit illos, dum laborabant, non dum actu capiebant. Verba S. Chrysostomi (*Hom. 7. op. imperf. in Matth.*) clariora sunt meis, juvat illa audire: *Sicut in piscatore solus labor requiritur piscandi, Deus autem transmittit capturam; sic & in Doctore nihil requiritur, nisi instantia doctrinæ, populum autem non corrigit homo, sed Deus*. Eo, Apostolum labor facit, non fructus: tu tua fac, clama, ne cesses: insta opportune, importune, obsecra, increpa: fructum relinque Deo, cujus solius est, intus commovere corda: *Populum non corrigit homo, sed Deus*. Neque putes, minorem fore tuam in cœlis mercedem, nisi fructus labori respondeat: non est ita. In Abyssinia dantur balnea, & lavacra publica, quæ magno in numero frequentant Æthyopes: an ex balneis albicantes recedunt? nihil minus: nigrescunt ut ante, & tamen balneatori, seu Domino domus mercedem solvere tenentur. Parem in morem, etiamsi Auditores tui, mi bone Sacerdos ex tua Verbi divini prædicatione, peccatorum fœditate tam nigri revertantur, quam fuere antea, tamen Dominus Deus conatum tuum, & bonam voluntatem immense mercedis remuneratione coronabit. Age ergo, quæ virium tuarum sunt, cetera supplebit Dei benignitas: Propheta Jeremias sine fine, sine numero, sine intermissione clamavit ad populum, ut peccata fugere, pœnitentiam agere, vindictam Numinis timere discant (*Jerem. 20.*). Quem fructum retulit? non alium, quam contemptus, risum, contradictiones, & persecutiones, & tamen clamare, sudare, monere & vociferari non desiit. Idem fecerunt Sancti omnes, honoris divini zelotes. Idem fecit S. Carolus Borromæus contempta valetudine, & vita. Idem fecit S. Silverius Pontifex, nec in exilio dimittens prædicationis officium. Idem fecit S. Chrysostomus, qui licet capitis & stomachi doloribus affligeretur, tamen, ut ait, nec latronum incursibus, nec loci solitudine, nec sexcentorum adversorum turba impediri se permittebat. Nempe non frustra Deus in veteri Lege permisit, ut Sacerdos immolans, ex victimis animalium, & holocaustis sibi pectus, & armum vindicare potuerit. Pectus est symbolum generositatis, armus fortitudinis: voluit itaque significare Deus, quod Sacerdos debeat pro gloria Dei generose pugnare, & nullis adversariorum persecutionibus deterreri. (*Corn. a Lap. in Exod. 29. v. 27.*)

10. Verum, ut advertо, mi Sacerdos, rationem fundamentalem nosse cupis, cur

Domi-

Dominus Deus, in cujus manu sunt corda hominum, nonnumquam verbis sacri Oratoris, ad expugnanda vitia nullam efficaciam tribuat, cujus tamen virtutem ad convertendos peccatores Sancti Patres miris encomiis dilaudant? Verbum Dei, ait Origenes (*Hom. 1. in Ps. 37.*), est pharmacopolium sacrum contra morbos animæ: cur ergo ægrotantes non sanantur? Verbum Dei, ait S. Hieronymus (*in Proverb. 31.*) est scutum potentissimum contra sagittas infernalis tentatoris: cur ergo fideles in tentationum prælio tam frequenter, & graviter vulnerantur? Verbum Dei, ait Chrysostomus (*Hom. 25. in Matth.*), est lapis fundamentalis virtutum omnium: cur ergo ædificium Christianæ perfectionis apud multos tam facile corruit? Verbum Dei, ait S. Gregorius (*Hom. 20. Mor. 2.*), est salubberrima pluvia ad humectandas gratiarum rore animas: cur ergo hominum corda arida, & exsicca manent? Verbum Dei, ait S. Ambrosius (*ap. Barr. in Prolog.*), mare est, quo ad portum beatæ æternitatis feliciter navigatur: cur ergo tot inveniuntur animæ, quæ a portu aberrantes, æternum salutis naufragium patiuntur? Dabo hujus rei, si ita lubet, unam vel alteram rationem.

§. III. Affignantur rationes, cur Verbum Dei nonnumquam nullum fructum ferat.

Quod fiat ex superbia, seu ostentatione ingenii

11. Certum est, quod animarum Pastor ad populum perorans, non solum personam supremi Pastoris, id est Christi Domini sustineat, sed ejus etiam morem agendi quantum fieri potest, imitari, & sic omnem verborum energiam, ac fructum ab illius gratia & benedictione exspectare debeat. Mos autem agendi, & ad populum perorandi in Christo Domino sunt talis, ut vere de se diverit (*Matth. 11.*): *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* Percurramus S. Evangelii seriem universam, videbimus, quod simplicissimo alloquio summa cum mansuetudine, & humilitate usus sit, instruendo populum per parabolas, per similitudines obvias, per sacrorum Scripturæ textuum explicationem. Cum ergo sacer Orator, qui illud effatum Apostoli, *Non nosmetipsos prædicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum* (*2. Cor. 4.*), profunde in corde demersum habere deberet, non humilitatis, sed superbiæ studio, ad captandos humanos applausus, ad ostentationem ingenii, cum erispata eloquentia in cathedra comparet, profecto Deus, qui superbis resistit, non benedicet: perorabit, sed sine verborum efficacia: descendet, sed sine fructu: & hæc prima est ratio, cur verbum Dei non fructificet. Propheta Ezechiel miram enuntiat sententiam: *Ecce Assur, quasi Cedrus in Libano, pulcher ramis, & frondibus nemorosis, excelsusque altitudine, ac inter condensas frondes elevatum est cacumen ejus* (*Ezech. 31.*). De quo loquitur Propheta? de sacro Oratore, ait S. Hieronymus (*hic c. 27.*): sed cur illum Propheta cedro comparat? cur non pomo, pyro, nuci, aut alteri arbori? quia cedrus præter ramorum ac frondium pulcritudinem, atque præaltum cacumen, fructum alium non gignit. *Hoc fit*, sæpenumero ait Cardinalis Hugo (*Id. c. 31.*), *cum homo per vaniloquium superbit, & jactando se extollit.* O quot Concionatores similimi sunt sterili cedro! fiant, clamant, & sudant in cathedra per integram horam: verum, dum sesquipedalibus verbis, & conceptuum subtilitate, quam rudes de plebe auditores plane non intelligunt, jactabunde supra nubes sese efferunt, adeoque non Dei, sed suam gloriam quærunt, sane fructum verbi Divini, quem S. Domini Præcursor in concionibus suis sibi præfixit, *Facite fructus dignos pœnitentiæ*, (*Matth. 3.*) non consequuntur. Immo, quod pejus est, dum peccata destruere, everrere, & eliminare ex officio deberent, illa tam ex parte sui, quam ex parte audientium multiplicant. Ex parte quidem sui; an enim non putas, mi Sacerdos, Dominum Deum ægerrime habiturum, quod sanctissimo Dei verbo, cujus finis est conversio peccatorum, & cujus efficacia non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in spiritu & veritate consistit, ad inanem jactantiam, & populi applausum abutaris? Ex parte audientium vero, quia ridiculo nugarum poppysmate vitiosi illorum mores non corriguntur, sed potius firmantur. Veniet tempus, qui miselli isti coram divino tribunali contra evasidum id genus concionatorem vindictam clamabunt, dicentes: Dom-

Domine, quomodo in lege tua erudiri, quomodo a peccatis abhorrere, quomodo ad veram pœnitentiam aspirare potuimus, cum hic nugivendulus buccinator, nonnisi inanis facundiæ strepitum de cathedra nobis obtruserit? habeat ille sibi suos aurium susurros, & nobis liceat a culpa & pœna esse immunibus. Non loquor hic per auxesin, manifestam hujus rei experientiam habemus in vita Sancti Chrysostomi. (*Menoch. cent. 3. cap. 64.*) Aureus hic Orator, initio juvenili fervore abreptus, potius ad eloquentiæ regulas, quam ad auditorum utilitatem perorare solitus est. Aliquando finita concione simplicissima quædam femina illum insectata rogavit impensissime, inquiens: Domine: date gloriam Deo, & perorate ad populum ea claritate, ut & nos simplices fructum exinde capere valeamus. Cohorruit sanctus Vir ad hoc monitum, tanquam divinitus sibi submissum, & deinceps non solum humili, planæque dictioni assuevit, sed & aliis Sacerdotibus eamdem dictionis humilitatem, claritatemque persuasit, id quod ad aliorum correctionem insinuare videtur verbis illis: (*Hom. 38. ad Pop.*) *Hæc & nos patimur, verborum flucus conquerentes, & compositionem, & elegantem junctionem, ut delectemur, non profimus: consideramus, quomodo videamur admirabiles, non quomodo morbos componamus.*

Aut quia moribus non confirmatur, quod dicitur,

12. Altera ratio, cur Verbum Dei in auditoribus nullum sæpe fructum ferat, ista est: (*Brev. Roman. 12. Martii Homil. in Evang.*) quod Sacer Orator, quod verbis prædicat, vitæ suæ moribus refutat; nihil enim illi pro suo munere rite, & fructuose gerendo magis necessarium est, quam ut exemplo confirmet, quod verbis docet. Ita expresse S. Gregorius: *Tunc vere aliis recta prædicamus, si dicta rebus, & exemplis ostendimus.* Quondam Dominus Deus Belliduci Gedeon præcepit, ut selecto milite hostes aggrederetur, fore ut victoriam reportaret. (*Judic. 7.*) Piissimus Dux dubitare cæpit, quinam essent illi milites, quos Dominus Deus tanto operi elegisset. Et ecce, Divinitus hanc rem edoctus, jussusque est, ut sitibundum exercitum flumini admoveret, ibique bene adverteret, qua ratione in bibenda aqua se milites haberent: Illi, ajebat Deus, qui instar brutorum os flumini applicant, meticulosi & excordes sunt, illos domum remitte. Illi vero, qui vola manus aquam hauriunt, eamque ad os proficientes sorbent, generosi ac victoriæ apti sunt: hos in aciem edue contra Madianitas. Ita sacer textus, additque; *Fuit numerus eorum, qui manu ad os proficiente lambuerant aquas, trecenti viri.* Hanc Scripturæ figuram S. Gregorius moraliter exponens, ait, per hos milites sacros Prædicatores designari: illi, qui solo ore utuntur, formidolosi & inepti sunt ad prælianda prælia Domini. Illi vero, qui fluentis sacri eloquii os simul, & manum applicant, id est, qui ipsi manu operantur, quod ore suadent, illi electi milites sunt pro gloria Dei propugnanda. Audiamus verba sancti Moralistæ: (*l. 30. mor. c. 33.*) *Cum illis Christus contra hostes fidei pergit ad prælium, qui cum doctrinæ fluenta hauserint, rectitudinem operum non instituunt.* Ratio est, quia auditores magis ad manum, quam ad os sacri Oratoris, volo dicere, magis ad opera, quam ad verba attendunt, & statim argumentantur: Vel potest doctrina proposita observari, vel non? Si non potest, cur illa nobis observanda obtruditur? Si potest, cur ille non primus omnium exemplo præit, qui illam suadet? (*Segneri Mann. An. 15. Sept.*) Sic sic non est possibile, prædicatorem posse populo persuadere castitatem, si ipse luxuriæ pice nigerrimus sit. Non est possibile, prædicatorem posse persuadere sobrietatem, si ipse potator temulentiæ vitio deditus sit. Non est possibile, prædicatorem posse persuadere pacem & concordiam, si ipse jurgiosus & litigiosus sit: Non est possibile, prædicatorem posse persuadere liberalitatem, & caritatem pauperum, si ipse tenacissimus sit. Non est possibile, prædicatorem posse dedocere superbiam, si ipse vanissimus, & mere mundanus sit. Parisiis Theologus quidam sæcularis, comptus, ornatus, & calamistratus ad populum dicebat, vehementer improbans vanitatem & fastum sæculi; cum ecce, e media auditorum orchestra surgens quidam exposit illius dicta, inquiens: Tace! tua vestis refutat, quod loqueris. (*Humbert. in Regul. S. Aug. c. 7.*) Sic res se habet de omni-

omnibus aliis vitiis: necesse igitur est, ut Orator iisdem virtutibus fulgeat, quas auditoribus commendat, id quod etiam gentilis Seneca (*Ep.* 75.) dudum agnovit: *Imprimis*: Optimam Oratoris eloquentiam esse conformitatem morum cum suis verbis, ita ut ipse faciat, quod docet.

Aut quia non procedit ex amore Dei.

13. Tertia denique ratio, quæ sacras conciones hodierna die multoties enervat, illa est, quod plerumque ex alio motivo, quam ex puro Dei amore procedant. Venerabilis Avila, ardentissimus in Hispania animarum, & divinæ gloriæ Zelotes, rogatus a juvene Concionatore, ut sibi documentum daret, quo se utiliter prædicando Verbo Dei impendere posset, respondit paucis: Vehementer amaret Deum. (*In vita Avilæ p. 1. c. 2. §. 1.*) Eumdem in morem S. Franciscus Salesius interrogatus, quænam esset prima, & summe necessaria sacri Oratoris qualitas? Reposuit: Amor Dei. Et si millies fuisset interrogatus, millies repetisset: Amor Dei. Amor Dei. Errat, & sine fruge declamat, quisquis alio fine aut motivo cathedram ascendit, quam amore Dei. Dantur animarum Pastores, ceteroquin boni, & optimi, qui sanctum in cælis Evergetem, cujus nomen gerunt, aut quem tenerrimo animi affectu venerantur, aut cujus exuvias sacras in sua Ecclesia asservant, exquisitis laudum præconiis supra ceteros absurde extollunt. Inanis clamor est. Dantur animarum Pastores, qui confraternitates, quas non tam propter Deum, quam quæstum & lucrum noviter in Ecclesiis suis erexerunt, earumque regulas, plus quam ipsum Decalogum, auditoribus suis toto anno contentiose commendant. Inanis clamor est. Dantur animarum Pastores, qui contumeliam sibi irrogatam in cathedra bilioso vindicant, aut dum vitium aliquod inter suos invaluisse norunt, in illud, non sine læsione personarum particularium indiscrete invehuntur. Inanis clamor est. Dantur animarum Pastores, qui facetæ, ac joculari dicendi methodo, ad captandos auditorum risus assuescunt, & fabulæ Paschali plus laboris ac studii quam Passioni Domini in Parasceve impendunt. Inanis clamor est. Dantur animarum Pastores, qui auditoribus, præsertim personis nobilibus mirum quantum blandiuntur, eorum dicta & facta super astra extollunt, & præsertim in concionibus funebribus canonizant. Inanis clamor est. Quisquis suggestum conscendere, & utiliter ad populum dicere cupit, caveat, ne alio fine aut motivo, quam solo Dei amore id faciat. Juxta Galenum Medicorum Principem (*l. 1. de sanitat. tuend.*) illi fontes, qui versus solem orientem e terra canalibus profluunt, saluberrimi sunt, dum e diverso aquæ aliæ omnes, quæ ad meridiem, ad occidentem, ad septentrionem e terra protuberant, atque adeo solem aversum habent, crudiores sunt, stomachum gravant, & sanitati nocent. (*Weber. art. disc. sont. 49. ex. 2.*) Eumdem in morem Verbi Divini eloquium, quod purissima intentione ad Dei gloriam dirigitur, prodest auditoribus: ceteri fines omnes nocent, aut saltem fructum nullum afferunt.

14. Quæres denique, qua tandem methodo, qua forma, qua materia sacræ conciones concinnandæ sint, ut animarum Pastor spem sibi facere possit, se muneri suo & fini divinæ gloriæ satisfeciſse? Dabo responsionem, non ex mea, sed aliena penu.

§. IV. Regulæ circa formam, normam & materiam sacrarum concionum.

15. Vixit anteriori seculo Vir de Ecclesiastico Ordine, totaque Ecclesia optime meritus Dr. Quirinus Kunchelius Insignis Ecclesiæ Collegiatæ ad S. Mauritium Augustæ Præpositus, Clericorum in commune viventium Sacerdos, Plurimorum Principum ac Episcoporum Consiliarius Ecclesiasticus, ac tandem Seminarii S. Bonifacii Moguntiæ Præses. Is inter alia præclara documenta in utilitatem Cleri conscripta, etiam Institutionem pro Concionatoribus reliquit, quam verbatim hic subnectere consultum duxi. Titulum sic ponit.

FINIUM

UNUM NECESSARIUM
PRO CONCIONATORIBUS.

Prædicamus Christum Crucifixum. 1. Cor. c. 1. 23.

POst lapsum Adami hominis terrestris, ex quo nascimur omnes filii iræ, Christus Jesus homo cælestis, propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit de cælis, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria Virgine, & Homo factus est. Hic est ille Homo, de quo docet Paulus; (*Rom. 5.*) *Quotiam, cum adhuc peccatores essemus secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis in hac peccatores essemus secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis in sanguine ipsius salvi erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus, multo magis reconciliati erimus in vita ipsius. Igitur, sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius justitiam in omnes homines per justificationem vitæ. Ut sicut regnavit peccatum in mortem; ita & gratia regnet per justitiam in vitam æternam per Jesum Christum Dominum nostrum.*

II.

His verbis docet Apostolus Christum esse causam omnis justificationis & salutis, quod idem expressit Concilium Tridentinum: (*Sess. 6. c. 7.*) *Hujus justificationis, impetrat, causæ sunt, finalis quidem gloria Dei & Christi, ac vita æterna, efficiens vero misericors Deus, qui gratuito abluit, & sanctificat, signans & ungens Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ. Meritoria autem Dilectissimus Unigenitus suus Dominus noster Jesus Christus, qui cum essemus inimici, propter nimiam caritatem, qua dilexit nos, sub sanctissima Passione in ligno Crucis nobis justificationem meruit, & pro nobis Deo Patri satisfecit.*

III.

Est igitur Jesus Christus Salvator noster in sæcula benedictus, causa omnis justificationis, gratiæ & salutis. Nec enim est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo nos oporteat salvos fieri. (*Act. 4.*) Sed & in quibuscumque aliis afflictionibus is refugium nostrum est certum & securum. Hic peccatores impetrant veniam, justi perseverantiam, pusillanimes erectionem, infirmi fortitudinem, tristes consolationem, qui æquo animo sunt, lætitiam, desperabundi fiduciam, orantes exauditionem, morituri vitam æternam, & quodcunque hominum tribulatorum genus auxilium, & solamen. Non enim mentitus nobis est, dum dixit: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* (*Matth. 11.*) Nullum hic statum, nullum sexum, nullam ætatem, nullas miserias, nullos labores, nulla exclusit onera: omnes ad se venientes reficit, quod quia dixit, vult, & quia Sapientia Patris est, scit, & quia ei data est omnis potestas in cælo, & in terra, etiam potest. Hic est, qui peccatores recipit, & manducat cum illis, hic non confringit arundinem quassatam, nec linum fumigans extinguit. Hic repertam ovem propriis humeris reportat in ovile, hic omnia, quæ in nomine ejus petimus, concedit.

IV.

IV. Unum igitur hoc est necessarium, ut confugiamus ad Christum sive in vita, sive in morte, sive sani sive ægroti; sive afflicti sive consolati, sive inopes, sive opulenti. Hic est refugium nostrum, & virtus, spes, & fiducia, salus, redemptio, resurrectio, & vita æterna. Quemadmodum autem hoc necessarium est populo, ut faciat; ita necessarium est concionatoribus, ut huc populum conducant, instando, arguendo, obsecrando in omni patientia. Fateamur hic, quod res est: multi concionatores, utinam non plerique, hoc necessarium, hoc fundamentum, hunc fontem omnis gratiæ negligunt, & non necessaria, licet utilia ex suggestu declamant, si tamen utilia dici possint iis, qui de illo necessario non satis instruuntur. In aliis diserti sunt, de Christo pene muti: ut quid enim de laudibus Sanctorum (qui quidem omni veneratione digni sunt, & utiliter invocantur, sed non necessario) passim tam ferventer declamatur, de Christo siletur? ut quid ubique resonant pulpita de indulgentiis (utilibus utique) & tacent de Christi meritis? ut quid etiam mori-

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON

rituris commendatur invocatio hujus vel illius Sancti, & nihil dicitur de Sancto Sanctorum? ut quid extollimus cultum imaginum vere, vel ex supposito miraculosarum, & non addimus magis necessario, infinita, si fieri posset, humilitate, & devotione adorandum esse Christum? apud rerum intelligentes hæc utique periculum non habent, habent autem apud imperitos, qui dum multa audiunt de adiaphoris, pauca de necessariis, proinde est eos concipere majorem æstimationem de illis, quam de his, quod perversissimum est.

V.

Plebs nostra cultui divino addicta, & pia, credit quæ audit, & præticat. Si instruatur de fundamento quod est Christus, præter quod nemo aliud ponere potest, assensus, quem præstat, erit actus fidei ad vitam æternam salutaris, operaque ex illo sequentia supernaturalia, & meritoria. Si ex Verbo Dei nil audiat, sed historias Sanctorum, reliquæ alias fide non certas, & assentiatur, assensus ille fidei actus non est; & quid igitur contribuet ad salutem? licet pia affectio, cujus tamen loco melior, & salubrior, fundamentaliorque elici posset, non sit spernenda; dum igitur Concionatores negligentis materiis fundamentalibus, & omnino necessariis, alia inculcant, plebem a majori bono impediunt, salutem retardant, ingravissimum ipsorummet judicium. Nec puto plebem, quantumcunque libenter similia audiat, gratiam ejusmodi concionatoribus habituram, si intelligeret, quanto spirituali bono per eorum sermones privetur.

VI.

Fides nostra Catholica vera est, & indubitanter quidem, contra hanc uti alias sæpissime, ita nostris temporibus exstiterunt variæ contradictiones, & separationes in diversos cœtus, sive Ecclesias. Unde hoc? non ob articulos fidei nostræ fundamentales, cum Protestantium quam plurimi fateantur, nos in fide nostra posse salvari, licet aliqui vel calore contradicendi, vel disputationibus adacti dicere soleant, nos in fundamentalibus errasse, & errare. Cur ergo? ideo quia primis illius prætensæ reformationis temporibus in templis pauca audiebantur de Christo, de fide, spe, & caritate Dei, & proximi, plurima vero de Sanctis, de indulgentiis, de rosariis, de imaginibus, de processionibus, & similibus adiaphoris; hinc occasio sumpta est, recedendi ab Ecclesia Catholica: hoc vitium necdum satis correctum est: utilia sint hæc, sed talia, quæ sine neglectu salutis omitti possunt; necessaria illa, de quibus multi tam parce, aut nihil loquuntur, sine detrimento vitæ æternæ non possunt.

VII.

Sancti Patres eamdem nobiscum fidem professi sunt, coluerunt Sanctos, & invocarunt, prout evidens est ex eorum scriptis, interea toti quanti sunt in commendanda fide, spe, & caritate, in extollenda Dei misericordia, & explicandis mysteriis Incarnationis Dominicæ, & similibus solidis vitæ æternæ fundamentis. Itaque primas dederunt Deo, & Christo, nec Sanctorum glorias, & intercessiones tacuerunt. Hos imitari oportet, quisquis prædicandi munus exercet. Eo sane res hodie rediit, ut si fidem nostram Protestantibus, prout par est, proponamus, eam nostram esse negent; vitio utique concionatorum, qui eam non recte explicant, sed ejus loco indifferentia proponunt, ex quibus forte etiam plebs Catholica ea pro articulis fidei habet, quæ ab eadem sunt remotissima. Æstimet hic prudens Lector, sitne hoc ad Deum, & ad fidem homines potius adducere, quam a Deo, Christo, & fide abducere. Illud vero stultissimum est genus concionatorum, quod Sanctos Sanctis comparare consuevit, nec putat, se unum satis deprædicasse, nisi alios omnes eidem fecerit inferiores in gloria, quam nescimus, qua proportione Deus singulis dispensaverit. Non hæ sunt laudes Sanctorum, sed depressiones, quas quo fine faciant Concionatores, laudabiliter, & prudenter intendibili, ne per suspicionem quidem assequor; cum gravia exinde oriantur scandala, & contentiones, uti videre est apud Thomam Kempensem. (*l.* 3. *c.* 58.)

VIII.

Sed ulterius aliqui progrediuntur, Sanctosque Christo similes dicunt, atque ut exaltent creaturæ dignitatem, deprimunt Christi Majestatem, quod impiissimum est. Similes

miles equidem ei etiamus, sed nihilominus infinite inferiores, quemadmodum vasculum exiguum ipsi mari quoad plenitudinem simile dici potest, si utrumque plenum sit; cum tamen restet inter utrumque inexplicabilis pene dissimilitudo, quæ cum ordinarie non explicetur, quid magni populus concipiat de Christo, cui audit similem esse creaturam, quæ tamen sine ipso arderet in inferno.

IX.

Multi debacchantur in vitia, & recte; sed cum finis illarum concionum esse debeat pœnitentia, necessarium insuper est, explicare gravitatem peccati quarenus offensa, exacerbatio, amaritudo Dei tam boni, iterata Crucifixio Christi, contristatio Spiritus sancti, & execrabilis ingratitudo est, quæ explicationem Bonitatis divinæ, & nimiæ caritatis, qua dilexit nos, exigunt; ex his enim concipitur contritio, & vera vitæ emendatio, quæ ex solo timore rarissime constans est, sæpiusque terrores illos, nisi alia addantur, experientia teste sequitur desperatio, vel saltem ingens pusillanimitas, quam vera pœnitentia, & vera amor Dei; quomodo enim diligent Deum, de cujus Bonitate ferme nihil audiunt? quomodo in eum sperabunt, cujus promissiones, & fidelitatem propemodum ignorant? quomodo credent, cum nesciant pene, quid sit fides, & quibus principiis nitatur? Et tamen hæc omnimode sunt necessaria: quæcumque autem extra ea dicuntur, nisi ad hæc referantur, non necessaria.

X.

Non facile comprehensibile est, si inscitiam, & ignaviam, quas de concionatoribus præsumere, vel in iis supponere Christiana caritas prohibet, excipiamus, cur concionatores negligentis limpidissimis sacræ Scripturæ fontibus, hauriant ex modice stillantibus venulis, si non omnino aquis turbidis, quod populo bibendum propinent. Paulus Prædicator, & Doctor gentium, non subterfugit, quo minus annuntiaret omne consilium Dei fidelibus. (*Act.* 20.) Non judicavit se aliquid scire inter Corinthios, nisi Jesum Christum, & hunc Crucifixum. (1. *Cor.* 2.) Gerunt prædicatores mysterium reconciliationis, & obsecrant pro Christo, ut reconciliemur Deo. (2. *Cor.* 5.) Deus cuique legitime vocato concionatori dicit, quod dixit Jeremiæ: Ecce posui verba mea in ore tuo. (*Jerem.* 1.) Plebs cum ad concionem properat, it ad audiendum Verbum Domini; quid autem, si non audit omne consilium Dei, quod sacra Scriptura, & Ecclesia Dei proponit; si non audit Christum, & hunc Crucifixum, non mysterium reconciliationis, & exhortationem pro Christo, non verba Dei, sed conceptus hominum; quomodo per tales satisfit vocationi, ex cujus tamen fideli adimpletione dependet salus animarum? & væ sane illis, qui loquuntur visionem cordis sui de ore Domini. (*Jerem.* 23.)

XI.

Laudabiliter egerunt egregii illi concionatores, qui conceptus suos pios in subsidium aliorum typis evulgarunt. Voluerunt ferre adjumentum mentibus impeditis, siccis, vel aliis libris destitutis. Vituperabiliter autem agunt illi, qui his solis contenti, sacras negligunt litteras, & ex his desumunt, quod illa Dominica occurrit, sive id auditorio suo profuturum sit (quæ prima consideratio esse debet) sive non. Non hoc est agnoscere vultum pecoris sui, & pascere oves sibi commissas. Sed hic sisto calamum cum solo hoc dicto, prædicandum esse Christum Crucifixum, ab eo, qui talento sibi dato, alia talenta lucrari cupit. Hoc enim unum est necessarium pro concionatoribus.

16. Has igitur regulas, mi Sacerdos Domini, tibi commendatas habe, quibus virorum optimus ac zelosissimus nihil aliud intendit, quam ut concionibus tuis, quas ad populum peroras, primario ac principaliter ad Dei & Redemptoris gloriam collimes. Potes quidem etiam alias materias, quam de vita & morte Christi, v. g. de judicio, de inferno, de cælesti præmio, aliasque eligere; ita tamen, ut probationes & motivæ, quantum fieri potest, ex vita & morte Christi derives, semperque auditoribus memoriam refrices summi Benefactoris, a quo omnia nobis bona proveniunt. Si virtutem commendes, non erit difficile illius exemplum ex vita Christi adducere: si peccatum detestaris, explica, hoc illud malum esse, quod divino Redemptori immensis doloribus, ipsaque vita, ac sanguine stetit. Verbo: gloria

Dei,

Dei, & Christi Redemptoris debet esse scopus, & finis unicus concionatoris, & hæc vocatur, Puritas intentionis.

17. Verum ut nihil eorum omittam, quæ hic monenda videntur, denique præter puritatem intentionis, summopere ac fere principaliter, mi Sacerdos, tibi commendo Puritatem conscientiæ, sine qua quidquid egeris, actum ages: sicut enim maligna anima non introibit Spiritus sapientiæ; ita sapienter non loquetur, cui deficit hic Spiritus: verba illius erunt sicut poma Sodomæ, quæ oculis solum, non gustui serviunt: erunt sicut ignis fatuus, qui non calefacit, sed lucet: erunt sicut bombarda sine globo, quæ explosa sonitum facit, non vulnus. In libro Judicum mentio fit de sacra concione, quæ in auditoribus miras concitavit animorum commotiones: (*Judic.* 2.) Sacer Orator exprobravit Israelitis, quomodo a Domino Deo ex servitute Ægyptiaca redempti, in terram lacte & melle fluentem introducti, & millenis beneficiis cumulati sint. Exprobravit illis decumanam ingratitudinem, qua spernunt Benefactorem, quem super omnia amare, & venerari debuissent, innumeris sceleribus gravissime offenderunt: exprobravit illis temeritatem, qua divinorum supplicium, quæ Dominus Deus, nisi pœnitentiam egerint, in capita eorum effundet, si reos fecerint: & ecce, ad hanc concionem ingens cordium compunctio in auditoribus secuta est, ita ut in ejulatus, & fletus erumperint: *Elevaverunt vocem suam, & fleverunt.* Quis ergo fuit iste concionator? fuit Angelus. *Cum loqueretur Angelus Domini hæc verba ad omnes filios Israel.* O quam efficacia, & victricia verba sunt, cum sacer Orator Angelus est, id est, si vitam agat Angelicam, & ab omni nævo peccati inculpabilem! si Angelus sit scientia, & doctrina, Angelus conversatione & moribus, Angelus contemptu mundi & desiderio rerum cælestium! tunc enimvero illius verba instar sagittarum penetrabunt, ita ut auditores in gemitus, & lacrimas effundantur. Quodsi vero Parochiani videant, Curionem suum ab Angelo tam procul abesse, ut homine etiam sæculari nonnunquam fragilior sit, certum est, quod neque illius personam revereantur, nec verba pensi habeant, adeoque verificatur illud effatum S. Gregorii: (*Hom.* 12. *in Evang.*) *Cujus vita despicitur, restat ut ejus prædicatio contemnatur.*

18. Nolo prolixior esse, venerande Sacerdos; cetera enim, quæ huc faciunt, tua tibi prudentia & zelus dictarunt. Quodsi hæc in re maximi momenti, quæ olim coram divino tribunali gravissimi judicii materies erit, plures id genus instructiones audires, & via, qua fieri potest, rutissima incedere desideres, rogo te per honorem, & amorem Dei, ut Reverendissimi Præsulis de Barzia Institutionem proemialem, ad Sacerdotes Verbi divini Ministros scriptam, quam insigni operi suo Excitatoris Christiani præfigit, legere, & relegere digneris, ubi ille principia sacro Oratori summopere necessaria, obligationem, methodum, aliaque ad rem facientia fuse declarat, atque in fine etiam Auctores aliquot celebriores enumerat, qui huic muneri possunt esse adjumento. Inter hos quoque, si hoc levidense opus meum subsidio tibi esse possit, en totum ad tua servitia offero, confecro, dedico. Fruere, utere, quæ corrigenda sunt corrige, quæ emendanda, emenda, & pro me quoque misero peccatore Deum ora, qui sum

Servus tuus addictissimus

AUCTOR LIBRI.

INDEX

INDEX SYNOPTICUS
CONCEPTUUM DOMINICALIUM.

CONCEPTUS I. PRÆLIMINARIS.

De arduo curæ Parochialis munere: instruuntur Parochiani, qua ratione hanc arduitatem sua ex parte alleviare possint, ac debeant. *Pag.* 1.

THEMA.

Videns civitatem, flevit super illam. Luc. 19.

SYNOPSIS.

Formidabile onus curæ Pastoralis Auditoribus explicatur, ex tamen lege, ut ad illud alleviandum Pastori suo operam jungant. Duplex est autem in curandis animabus difficultas. 1. Difficile est, ruditatem intellectus corrigere, eumque æternis Veritatibus, & Fidei principiis rite imbuere; unde moneantur parentes, patres-familias &c. ut in erudienda juventute cum Parocho concurrant. 2. Difficile est, malitiam voluntatis emendare, & peccatum exterminare: quem in finem iterum implorantur Superiores, Parentes &c.

CONCEPTUS II. PRÆLIMINARIS.

De necessitate, ac utilitate audiendi Verbi Divini. *Pag.* 4.

THEMA.

Cum mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras. Jac. 1. v. 21.

SYNOPSIS.

Homo per peccatum Adami e statu gratiæ dejectus, & virtutum habitu nudatus, Baptismi lavacro a culpæ originalis sordibus quidem ablutus, manet tamen vulneratus, & retinet facultatum omnium debilitatem, tenebras scilicet intellectus, & voluntatis depravationem. Utrique malo remedium est Verbum Dei. Itaque 1. Ostenditur, quam utile, ac necessarium, etiam doctis, & sciolis, sit Verbum Dei ad dispellendas intellectus tenebras. 2. Docetur Verbi Divini ad movendam voluntatem necessitas, ejusque mira in populorum, & animarum conversionibus efficacia exemplis demonstratur.

CONCEPTUS III. PRÆLIMINARIS.

Discutitur, quibus de causis Verbum Dei nullos, aut modicos virtutum fructus in Auditoribus producat. *Pag.* 7.

THEMA.

Beati, qui audiunt Verbum Dei, & custodiunt illud. Luc. 11.

SYNOPSIS.

Verbum Dei nullos aut exiguos fructus profert *Clavis Spicil. Concionat.* Pars I. ob defectum Auditorum, quorum triplex est genus. 1. *Non audientium*, qui scilicet conciones subterfugiunt, vel sero nimis, & ad ultimum concionis fructum adeunt, vel sub prætextu sufficientes rerum spiritualium notitiæ aliunde hauſtæ, sacro Oratori dari aures recusant. 2. *Non acceptantium*, qui conciones quidem audiunt, sed superficialiter tantum, aut præpostero fine, aut ob aliqua Concionatoris vitia omnino cum fastidio, & contemptu audiunt. 3. *Retardantium*, qui audita in concionibus executioni mandare, virtutemque laudatam exercere, aut vitium improbatum extirpare non laborant.

Dominica I. Adventus.

CONCEPTUS I. Ordine IV.

De extrema confusione, ac pudore hominis peccatoris in judicio, ubi peccata sua omnia coram universo orbe manifestari videbit. *P.* 10.

THEMA.

Arescentibus hominibus præ timore, & exspectatione. Luc. 21.

SYNOPSIS.

Auditoribus ob oculos ponitur desperatissima peccatoris confusio, in extremo judicio subeunda. 1. Coram judicandis, præsertim coram Ethnicis, qui si perinde, ac Christiani tot salutis media habuissent, in cinere, & cilicio pœnitentiam egissent. 2. Coram ipso Judice, præcipue tot collata a se beneficia eidem exprobraturi.

* CONCEPTUS II. Ordine V.

De prima extremi Judicii circumstantia, & horrore, nimirum de universali resurrectione corporum. *Pag.* 12.

THEMA.

Arescentibus hominibus præ timore, & exspectatione, quæ supervenient universo orbi. Luc. 21.

SYNOPSIS.

Concionator acturus per Adventum de quadruplici Judicii horrore, primam illius circumstantiam, videlicet universalem corporum resurrectionem, hodie proponit, docetque 1. Quomodo omnes homines morte redigendi sint in cinerem, in quo vanitatis suæ coronidem intueantur. 2. Quomodo Divina potentia redintegratis corporibus resurrecturi sint, alii quidem beati, alii vero damnati. 3. Quomodo anima damnati suo corpori, & membris, tanquam damnationis suæ causis,

maledictura sit; unde merito omnes peccatores, salutari horrore correpti, seria pœnitentia hanc infelicitatem evitare studeant. 4. Quomodo anima beata suum corpus, tanquam fidelem in salutis negotio adjutorem, salutatura sit; unde omnes boni gloriosæ resurrectionis spem concipiant.

CONCEPTUS III. Ordine VI.

Divini Judicii rigor ex eo declaratur, quod Judicem nec liceat fallere, nec flectere, nec ab eo appellare. *Pag.* 15.

THEMA.

Tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & majestate. Luc. 21.

SYNOPSIS.

Materiam concioni præbet illud S. Augustini trimembre effatum: *O quam tremendus erit Judex, cujus sapientiam non licet fallere, cujus æquitatem non licet flectere, cujus judicium non licet evertere*: Describitur itaque 1. Magnus judicii horror, quia Judicis sapientiam, delicta sua negando, aut celando, non licet fallere. 2. Major horror, quia Judicis æquitatem non licet flectere. 3. Maximus horror, qua immutabilem sententiam, appellationis remedio, non liget eludere.

Dominica II. Adventus.

CONCEPTUS I. Ordine VII.

De falsa mundi, & vera Christi amicitia, ac utriusque antithesi. *Pag.* 17.

THEMA.

Joannes in vinculis. Matth. 11.

SYNOPSIS.

S. Joannes ab Herode in vincula datus, a Christo autem absente coram populo summis laudibus ornatus, occasionem præbet huic discursui, quo comparatio instituitur inter falsam mundi, & veram Dei amicitiam. Nam 1. Mundani amici in verbis liberales in opere tenaces sunt, Deus autem promissa sua cum cumulo præstat. 2. Mundani amici proprium interesse quærunt, Deus unice respicit utilitatem hominis. 3. Amicitia Dei non statim definit propter nostros errores, mundana amicitia per levem errorem tollitur.

CONCEPTUS II. Ordine VIII.

De secunda extremi Judicii circumstantia, & horrore, nimirum de adventu Judicis, Angelorum & Sanctorum ad judicium. *Pag.* 20.

THEMA.

Tu es, qui venturus es. Matth. 11.

SYNOPSIS.

Describitur 1. Christi Judicis majestas, qui, uti in carne mortali super terram erat agnus mansuetissimus, ita in judicio erit Leo terribilis. 2. Atque eo terribilior, quia non per se solum fulmina mittet, sed & per Angelos, qui etiam Dominicæ Passionis Instrumenta præferent, quæ electos quidem solatio, reprobos autem confusione replebunt. 3. Tunc tremendus Judex occupabit paratam sibi sedem, B. Virgo in peculiari throno, circumcirca Apostoli, & pauperes Spiritu in minoribus sublelliis assidebunt. 4. In immensum augebitur terror, cum ipsa vox Judicis insonabit, vox horribilis, quæ jam nunc salutarem omnibus timorem incutiat.

CONCEPTUS III. Ordine IX.

De falsitate, & simulationibus mundi, cui nihil odiosius est veritate. *Pag.* 22.

THEMA.

Joannes in vinculis. Matth. 11.

SYNOPSIS.

Oppressio veritatis, & sæculi hodierni perversitas consideranda proponitur. Sæculum quippe nostrum merito dicitur sæculum mendax; quia omnia sunt fucata, in aulis meræ adulationes, in judiciis corruptiones, & dissimulationes, in officinis mera mendacia, ipsa denique amicitiæ plerumque simulatæ.

Dominica III. Adventus.

CONCEPTUS I. Ordine X.

Demonstratur, præsentiam Dei omnia cernentis esse efficacissimum contra peccata remedium. *Pag.* 25.

THEMA.

Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Joan. 1.

SYNOPSIS.

Hominum quidem oculi possunt decipi, Dei autem oculum fallere, aut fugere est impossibile. Suadetur itaque Divinæ præsentiæ memoria, tanquam validissimum adversus peccata scutum, & præsentissimum remedium: quæ veritas variis similitudinibus, figuris Scripturæ, & exemplis elucidatur.

CONCEPTUS II. Ordine XI.

De tertia extremi judicii circumstantia, & horrore, nimirum de rigoroso examine. *P.* 27.

THEMA.

Tu quis es? Joan. 1.

SYNOPSIS.

Disseritur de rigoroso ultimi judicii examine, quo vel levissimæ, & occultissimæ conscientiarum noxæ in lucem protrahentur, & severissime discutientur. 1. Peccata commissionis. 2. Peccata omissionis.

CONCEPTUS III. Ordine XII.

Agitur contra ignorantiam, & ariditatem in rebus Fidei, & declarantur gravia damna inde emergentia. *Pag.* 29.

THE-

THEMA.

Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Joan. 1.

SYNOPSIS.

Deus divisit legem in scienda, & agenda, consequenter ignorantia non est minus culpabilis, quam peccatum, multaque animæ ob hanc in rebus Fidei ignorantiam pereunt. Inexcusabiles enim sunt, qui diabolico illo nituntur principio. *Si pauca sunt, quæ scio, pauca etiam erunt, de quibus rationem reddere debeo.* 1. Quia ignorantia hæc inter plebejos plerumque est vincibilis, adeoque culpabilis: 2. Quia multi laborant ignorantia affectata. 3. Quia inanis est prætextus nativæ tarditatis, & hebetudinis, quæ non impedit, quo minus intellectum suum, in cogitandis terrenis satis perspicacem, & vegetum, ad cognitionem supernarum veritatum elevare possint, quantum debent.

Dominica IV. Adventus.

CONCEPTUS I. Ordine XIII.

De duplici Christi Domini via seu adventu, tam misericordiæ, quam justitiæ, & quomodo ad utrumque parari debeamus. *Pag.* 32.

THEMA.

Parate viam Domini. Luc. 3.

SYNOPSIS.

Duplex est adventus, seu via Christi Domini ad nos venientis, scilicet via misericordiæ, & via justitiæ. Igitur 1. Explicatur primus adventus Christi in sua Nativitate, qui est adventus misericordiæ: & quam admirabilis sit hæc misericordia tam ex parte Dei, quam ex parte hominis. 2. Describitur secundus Domini adventus in judicio, qui est adventus justitiæ, & priori dissimilis. 3. Ostenditur, quomodo ad utrumque adventum nos præparare debeamus.

CONCEPTUS II. Ordine XIV.

De quarta extremi judicii circumstantia, & horrore, nimirum de separatione impiorum a justis, & finali sententia. *Pag.* 35.

THEMA.

Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur. Luc. 3.

SYNOPSIS.

In die extremi judicii duæ tantum erunt classes, justorum, & impiorum, qui in themate per valles, & montes intelliguntur. Unde arripitur ansa differendi. 1. De luctuosa, & horribili impiorum a justis separatione, & de invidia damnatorum erga electos. 2. De finali Judicis sententia tam in electos, quam in reprobos. 3. Pro corollide monentur omnes, ut pœnitentiam amplectantur, & sic, quem Redemptorem lati suscepturi sunt, etiam Judicem securi videre mereantur.

CONCEPTUS III. Ordine XV.

De fructibus, & effectibus veræ, & sinceræ pœnitentiæ. *Pag.* 37.

THEMA.

Et venit in omnem regionem Jordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Luc. 3.

SYNOPSIS.

Pœnitentia in veteri, & nova lege ideo tam crebro inculcatur, quia raro sincera est. Vera ergo, & seria pœnitentia ex suis fructibus, & effectibus dignoscenda proponitur, hi autem tres sunt. 1. Studium bene vivendi, seu mutatio vitæ. 2. Odium peccati, tollens etiam illicitas occasiones, & consuetudines peccatorum. 3. Mortificatio passionum, seu pia quædam austeritas, qua pœnitens per voluntarias pœnalitates admissa crimina in seipso castigat.

Dominica infra octavam Nativit. D. N. J. C.

CONCEPTUS I. Ordine XVI.

Annus moriturientis facit Confessionem generalem ante mortem. *Pag.* 40.

THEMA.

Confitebatur Domino. Luc. 2.

SYNOPSIS.

Annus emorientis inducitur, Confessione generali ante mortem se purgans, & cum vix unum alterumve peccatum exponat, interrogando juvatur, & examinatur, percurrendo singula Decalogi præcepta, simulque perstringendo peccata, quæ communiter contra Decalogum, præsertim a plebe rustica, committi solent: peracta Confessione, anno moribundo suadetur detestatio admissarum noxarum, & pro salutari pœnitentia injungitur, ut successori suo, scilicet, anno sequenti, zelosam exhortationem faciat.

CONCEPTUS II. Ordine XVII.

Annus demoriens Testamentum condit, simulque debita compensari postulat. *Pag.* 42.

THEMA.

Erant Joseph & Maria Mater Jesu mirantes de his, quæ dicebantur, & benedixit illis Simeon. Luc. 2.

SYNOPSIS.

Testamentum ab anno emoriente, coram quatuor testibus in themate nominatis conditum, executioni mandatur, quo bonorum ab illo relictorum, scilicet pretiosi temporis, & quatuor anni partium, heredes substituuntur quatuor hominum ætates. 1. Pueris legatur tempus Veruum, ut discant florere virtutibus, ad exemplum primi testis, Pueri Jesu. 2. Juvenibus legatur ætas, ut in virtutibus maturescere discant, ad imitationem B. V. Ma-

riæ. 3. Vitis & adultis legatur autumnus, ut meritorum fructus colligere discant, ad modum S. Josephi, Viri justi. 4. Senibus legatur Hyems, ut pro senectute sua de meritorum apparatu sibi providere discant, ad normam S. Simeonis. Denique moneantur omnes, ut veteris anni debita meliori temporis usu compensare studeant.

CONCEPTUS III. Ordine XVIII.

Proponitur Concio funebris animi emortui, ejusque commissa delicta deplorantur. *P.* 44.

THEMA.

Non discedebat de templo, jejuniis & obsecrationibus, serviens die ac nocte. Luc. 2.

SYNOPSIS.

Anno demortuo Concio funebris habetur, non panegyrica, quia de illo laudabiliter differi non potest, sed invectiva, quia vitæ tempus pessime impendit, promeritus querelam illam Senecæ: *magna vitæ pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus.* Carpitur ergo, quod tempus male impenderit. 1. *Aliud agendo*, & Dei cultum ac servitium, cujus causa hanc terram inhibitamus, negligendo. 2. *Nihil agendo*, quod sollicitæ vitæ æternæ sit moriturum, adeoque opera quotidiana, & status sui functiones per bonam intentionem ad finem supernaturalem non elevando. 3. *Male agendo*, id est, peccando, & in peccatis vivendo.

Dominica I. post Epiphaniam.

CONCEPTUS I. Ordine XIX.

Ad excitandum in auditoribus odium erga peccatum, quo Deus, ejusque gratia perditur, ostenditur, quid sit *Perdere Deum*. *Pag.* 47.

THEMA.

Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Luc. 2.

SYNOPSIS.

Omnis quidem jactura dolenda est, sed nulla magis, quam Dei: unde Maria & Joseph Divinam Prolem suam, quam semel tantum, & absque culpa sua, nec sine certa spe eam inveniendi, amiserant, tamen *dolentes* quærebant. Quantam ergo dolendi causam habet peccator, qui Deum summum peccando amisit? dolendæ hujus Dei jacturæ gravitas ostenditur hic Concione, primo describendo miseriam, in quam peccator amisso per peccatum Deo recidit, deinde exemplo Sanctorum, præcipue Davidis, jacturam illam deplorantium. Secundo ex eo, quod peccator non solum Deum amittat, sed insuper inimicum habeat, & quod una cum Deo per peccatum perdat omnia bona tam interna, quam externa, uti ab inductione probatur, & maxime luctuosissimo infelicis Angliæ Regis Henrici VIII. exemplo, qui moriens exclamavit: Amici, omnia perdidimus.

CONCEPTUS II. Ordine XX.

Admonentur parentes, ut liberos suos in scholis, in legendo, in scribendo diligenter erudiri procurent. *Pag.* 50.

THEMA.

Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia, & responsis ejus. Luc. 2.

SYNOPSIS.

Jesus adhuc puer duodenis in templo docet, quia habuit scientiam infusam, non autem miseri mortales scientiam plerumque non habemus aliam, nisi adquisitam, seu talem, quæ labore & indefesso discendi studio comparatur, adeo, ut nobis etiam ad prima litterarum elementa institutore opus sit. Differitur ergo de utilitate Scholarum, & Parentibus, ut liberos in legendo, & scribendo diligenter informari curent, duplici ratione suadetur: prima petitur ex incommodis legendi imperitiam comitantibus: altera ex utilitatibus, & commodis ex legendi, & scribendi notitia enascentibus.

CONCEPTUS III. Ordine XXI.

Agitur contra profanationem Festorum, in quibus non amplius reperitur Deus. *Pag.* 53.

THEMA.

Et non invenientes, regressi sunt in Jerusalem, requirentes eum. Luc. 2.

SYNOPSIS.

Dies festivi olim erant dies Dei: in illis enim quærebatur, & inveniebatur Deus; nostris autem temporibus adeo profanantur, ut sæpe in illis Deus non inveniatur. Quare hac concione actiones Festorum penitentiatius considerantur, & quid in his Divini reluceat, indagatur. Quæritur itaque Deus, & non invenitur. 1. In ædibus opificum, ubi labor servilis exercetur. 2. In sollemnitatibus, ubi post peractam rem Divinam convolatur ad popinas: editur, bibitur, & in seram usque noctem insanitur. 3. In conventiculis lusorum, ubi cum chartis, & aleis miscentur jurgia, perjuria, blasphemiæ, aliaque vitia. 4. Inter greges puerorum, & puellarum ad fraga, nuces, aut cerasa carpenda in prata, & silvas excurrentium, ubi interim Catecheses, & Vesperæ negliguntur. 5. In cauponis, ubi comportationibus cum animæ, & rei domesticæ detrimento indulgetur. 6. Apud Agyrtarum theatra, ubi fraudibus, gesticulationibus, & jocis illiberalibus aures & oculi commodantur. 7. Denique in Ecclesia, ubi mille irreverentiæ committuntur.

Dominica II. post Epiphaniam.

CONCEPTUS I. Ordine XXII.

Ostenditur, infelicia matrimonia nonnunquam provenire ex eo, quia Jesus non vocatur ad nuptias, hoc est, quia sinistro fine intuentur. *Pag.* 55.

THEMA.

Vocatus est autem Jesus, & Discipuli ejus ad nuptias. Joan. 2.

SYNOPSIS.

Affertur causa, cur his temporibus tot infausti reperiantur matrimonia, quia nimirum Jesus non vocatur ad nuptias, hoc est, quia frequenter sine Deo, sine debito fine aut modo contrahuntur. Nam 1. Aliqui nuptias ineunt pure propter divitias. 2. Alii propter corporalem venustatem. 3. Alii propter solam voluptatem absque ullo altiori fine. Ejusmodi autem matrimonia infelicia esse, tripartita hac concione ostenditur.

CONCEPTUS II. Ordine XXIII.

De oneribus, & gravibus erumnis status matrimonialis. *Pag.* 58.

THEMA.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. Joan. 2.

SYNOPSIS.

Cum plerumque juvenes cæco impetu ad nuptias convolent, exponuntur ea eorum gratiam difficultates, & onera matrimonii. Itaque 1. Uxori grave jugum est dominium mariti, & marito jactura libertatis, aliaque incommoda, quæ S. Hieronymus ex Theophrasto Philosopho fuse enumerat. 2. Magna confugibus afflictio est carentia liberorum: major adhuc liberorum educatio; maxima denique liberorum morbus, aut mors.

CONCEPTUS III. Ordine XXIV.

Ostenditur, quod gaudia hujus mundi semper sint defectuosa, & multoties tristi exitu corrumpantur. *pag.* 60.

THEMA.

Vinum non habent. Joan. 2.

SYNOPSIS.

Dum hodie in Cana Galilææ nuptiales epulæ celebrantur, & fervet convivarum hilaritas, subito triste nuntium de vini defectu supervenit. Adeo nihil est ex omni parte beatum in hoc mundo. Ne igitur transitoriis hujus terræ bonis immoderato affectu adhæreamus, hac concione docetur, omnia mundi gaudia defectuosa esse. 1. Quia fallacia, & proditoria sunt, ac sub blanditiis insidias tegunt. 2. Quia veram felicitatem non conferunt, sed quos in speciem felices reddunt, intrinsecus mille curis, & amaritudinibus replent. 3. Quia sæpe tristi exitu terminantur. Scilicet, ut ait S. Augustinus: *Ideo Deus felicitatibus terrenis amaritudinem miscet, ut illa quæratur felicitas, cujus dulcedo non est fallax.*

Dominica III. post Epiphaniam.

CONCEPTUS I. Ordine XXV.

Ostenditur, Fidem operibus comprobandam, sine operibus autem vanam ac inutilem esse. *P.* 63.

THEMA.

Amen dico vobis, non inveni tantam Fidem in Israel. Matth. 8.

SYNOPSIS.

Laudata est a Christo Centurionis Fides, quia viva, & variis operum, ac virtutum actibus comprobata erat. Fides ergo, ut Deo placeat, & nobis ad salutem prosit, operibus animanda est, atque actibus virtuosis. Quod ipse Christus insinuare voluit, dum arefecit arborem maledictam, ut homines intelligerent, Divino condemnandos esse judicio, qui absque operum fructu de plausu, & tegumento foliorum, id est, de sola Fide sibi blandirentur. Idem insinuant SS. Patres, dum Fidem plerumque ejusmodi rebus comparant, ex quarum natura patet, Fidem debere esse operativam. Unde crasso errore seipsos decipiunt illi Christiani, qui corde quidem, & ore doctrinam Christi profitentur, operibus autem suis, quæ per inductionem enumeratur, eidem contradicunt. Quippe Fides non solum intellectu tenenda, sed manibus exprimenda est.

CONCEPTUS II. Ordine XXVI.

De obligatione Patrum ac Matrum familias erga famulos, & ancillas. *Pag.* 65.

THEMA.

Accessit ad eum Centurio rogans eum, & dicens: Domine puer meus jacet in domo paralyticus. Matth. 8.

SYNOPSIS.

Centurio servum suum adeo diligebat, ut pro ejus sanitate nihil intentatum relinqueret. Hæc caritas nostris temporibus est rara, multi enim existimant, famulorum, & famularum salutem nihil ad se pertinere. Instruuntur itaque Patres ac Matres familias hac bipartita concione. 1. Quod teneantur curare animas famulorum. 2. Quod teneantur etiam curare corpora eorum.

CONCEPTUS III. Ordine XXVII.

Gentilium virtutes erunt Christianis improbis ingens materies pudoris, & dedecoris. *P.* 68.

THEMA.

Amen dico vobis, non inveni tantam Fidem in Israel. Matth. 8.

SYNOPSIS.

Christus hodie palam edixit, se non invenisse tantam Fidem in Israel, quantam in centurione, homine ethnico, invenerit. Nimirum inter infideles reperiuntur nonnumquam longe præstantiores virtutum actus, vitaque magis compolita, quam apud multos Christianos. Nam 1. Gentiles minus ambitiosi sunt Christianis. 2. Gentiles minus avari Christianis. 3. Gentiles frugaliores Christianis. 4. Gentiles in affectibus moderatiores Chri-

stianis. 5. Gentiles minus vindicativi Christianis. Et ideo in judicio Christianis suam iniquitatem acerbe exprobrabunt.

CONCEPTUS I. Ordine XXVIII.

Cur Dominus Deus homines justos nonnunquam gravissimis adversitatibus affligi permittat. *Pag.* 71.

THEMA.

Fluctus est motus magnus in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus. Matth. 8.

SYNOPSIS.

De Deo bene sentire debemus, etiam in adversis, quia, ut hac tripartita concione docetur, adversitates sunt beneficium Dei. Nam 1. Adversitates excitant ad virtutem. 2. Avellunt animum a mundo. 3. Sunt pignus salutis.

CONCEPTUS II. Ordine XXIX.

Demonstratur, quod nonnumquam unicus peccator possit esse causa infortuniorum, & Divinæ maledictionis super totam communitatem. *Pag.* 73.

THEMA.

Motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus. Matth. 8.

SYNOPSIS.

Plurimum interest, ut omnes in aliqua communitate unanimiter operam conferant ad impediendum peccatum. Sicut enim Dominus Deus permisit naviculam Discipulorum concuti propter Judam; ita sæpe unicus peccator toti domui, familiæ, aut communitati nocet. 1. Per subtractionem Divinorum beneficiorum, 2. Per provocationem Divinorum suppliciorum.

CONCEPTUS III. Ordine XXX.

Securissimum contra quævis mundi mala præsidium est bona, & peccati expers conscientia. *Pag.* 76.

THEMA.

Ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus; ipse vero dormiebat. Matth. 8.

SYNOPSIS.

Sicut Christus in tempestate dormit; ita inter mundi afflictiones secure dormire potest bona conscientia, cujus felicitas hoc sermone ostenditur. Nam 1. Beatam vitam efficiunt tranquillitas conscientiæ, & securitas innocentiæ: & sine hac tranquillitate, & securitate omnia mundi bona nihil sunt. 2. Peccator nunquam vere latatur, sed semper est timidus, etsi alias generosus. 3. Justus e diverso est felicissimus, & bona conscientia etiam ad longævitatem conducit.

Dominica V. post Epiphaniam.

CONCEPTUS I. Ordine XXXI.

Cur Dominus Deus homines impios in hoc mundo feliciter, & diu vivere permittat? *Pag.* 78.

THEMA.

Sinite utraque crescere usque ad messem. Matth. 13.

SYNOPSIS.

Ne Dei Providentiam temere scrutemur, aut impie allatremus, ostenditur hac concione, cur Deus zizania, id est, homines scelerato, præsertim hæreticos, & infideles diu vivere, & nunc mundana prosperitate beari sinat. Nimirum 1. Impii florent, ut elucear Dei longanimitas. 2. Impii vivunt, ut convertantur. 3. Impii vivunt, ut per eos justi exerceantur.

CONCEPTUS II. Ordine XXXII.

Demonstratur, quod nonnunquam unicus homo justus possit esse causa Divinæ propitiationis, & benedictionis supra totam communitatem. *Pag.* 81.

THEMA.

Ne forte colligentes zizania eradicetis simul & triticum, sinite utraque crescere. Matth. 13.

SYNOPSIS.

Sicut zizania non eradicantur propter triticum, ita impii non puniuntur propter justos: unicus enim homo justus ac sanctus Divinæ ultionis pœnas ab integra communitate avertere, eamque variis bonis felicitare potest. Quæ veritas luculenter ostenditur. 1. Ex S. Scriptura. 2. Ex S. Patribus. 3. Ex historiis; unde infertur denique, infelicem esse communitatem, in qua non habitat justus. Hac omnia præsenti sermone demonstrantur, ut homines justos, pios, ac Deo devotos, videlicet Religiosos, Sacerdotes, itemque pauperes præsertim patientes & inter afflictiones sæculi Deo constanter fideles, tanquam muros, & fulcra patriæ, honorare discamus.

CONCEPTUS III. Ordine XXXIII.

De maximis damnis, quæ ex fomolentia patrum-familias in curandis famulis, ac ancillis, & parentum in educandis liberis enascuntur. *Pag.* 83.

THEMA.

Cum dormirent homines, venit inimicus & superseminavit zizania. Matth. 13.

SYNOPSIS.

Sicut ex negligentia Episcoporum hæreses in Ecclesiam irrepserunt; ita scelera in domibus privatis succrescunt ex negligentia Patrum-familias. His ergo ob oculos statuuntur gravissima damna, & flagitia, quæ ipsis dormientibus, & connivantibus infernalis inimicus inter eorum domesticos, & libros suscitat. Sicut enim ex negligentia Patrumfamilias damna temporalia; ita spiritualia oriuntur: quare in exemplum vigilantiæ circa liberos, & domesticos illis proponitur Jacob,

cob, & Isac. Reprehenduntur deinde Parentes, qui filios, & filias, ad qualvis societates, quibus ad formandos, ac deformandos juventutis mores nihil est potentius, libere evagari permittunt: immo qui etiam moniti de suspecta familiaritate filii aut filiæ non cessant nocentibus, sæpe etiam ad hujusmodi familiaritates incautas, aut provocandas contilio, & auxilio instigant, nec attendunt, quod occulto etiam bonos depravet. Unde contingit, ut filii sic depravati contra Parentes vindictam clament, uti luctuosa ex Nicio Erythræo historia confirmatur.

Dominica VI. post Epiphaniam.

CONCEPTUS I. Ordine XXXIV.

De damnis & fuga peccati venialis; quia disponit ad mortale. *Pag.* 86.

THEMA.

Quod minimum quidem est omnibus seminibus; cum autem creverit, majus est omnibus oleribus, & fit arbor. Matth. 13.

SYNOPSIS.

Quod parvum est, non eo ipso parvi pendendum est. Pessime igitur sibi consulunt, qui peccata mortalia, & infernum evitare contenti, peccata venialia, & inde consequens purgatorium non curant: his enim non purgatorium tantum, sed & ipse infernus pertimescendus est, cum venialia disponant ad mortalia. 1. Quia homo fit minus timidus. 2. Quia damoni fit potentior. 3. Quia Deus speciales gratias subtrahit.

CONCEPTUS II. Ordine XXXV.

Qua ratione per curam minimorum successive ad magnam vitæ Christianæ perfectionem crescere oporteat. *Pag* 89.

THEMA.

Quod minimum quidem est omnibus seminibus, cum autem creverit, majus est omnibus oleribus, & fit arbor. Matth. 13.

SYNOPSIS.

Sicut finapis successive fit arbor; ita homo successive potest fieri Sanctus. In gratiam ergo illorum, qui vel in superandis vitiosis habitibus, vel in adquirenda insigni virtute desperant, ostenditur hodie, qua via facillime homo pravas vincere alluetudines, & per minima ad maxima, id est, ad Christianam perfectionem ad quam etiam extra claustra & eremos quilibet obligatur, electari possit. Ideo nimirum Deus mundum successive perficit, ut & nos ab imperfectis ad perfectiora ascendere discamus: & sicut arrefacta non una die elaborantur, ita vitia successive extirpantur. Hujus industriæ praxis docetur, & experientiis elucidatur. Denique objectio quorumdam, qui impotentiam suam *confitentur*, diluitur, &, quod continua luctæ contra vitia tandem dulcescat, auctoritate, & exemplo S. Augustini confirmatur.

CONCEPTUS III. Ordine XXXVI.

De periculis, ac pessimis effectibus peccaminosæ consuetudinis. *Pag.* 91.

THEMA.

Cum autem creverit, majus est omnibus oleribus, & fit arbor. Matth. 13.

SYNOPSIS.

Sicut semen finapis in procerum arborem crescit; ita peccatum diuturna consuetudine inveteratum adeo invalescit, ut consuetudinarius, præsertim in peccato libidinis, difficulter convertatur. 1. Quia consuetudo est altera natura. 2. Quia diabolus difficulter dimittit, quos diu possedit.

Dominica Septuagesimæ.

CONCEPTUS I. Ordine XXXVII.

De damnis, & periculis otii. *Pag.* 94.

THEMA.

Quid statis hic tota die otiosi? Matth. 20.

SYNOPSIS.

Homo natus est ad laborem, & otiosi, qui in vinea Ecclesiæ operari renuunt, denarium æternæ salutis non reportabunt. Detegantur itaque hac concione ingentia detrimenta, quæ tam in corpus, quam in animam ex otio, & desidia redundant. Nam 1. Otium nocet corpori, quod per laborem sustentandum est. 2. Damna maxima affert animæ, cujus portas damoni aperit, & facilem omnibus vitiis accessum præbet.

CONCEPTUS II. Ordine XXXVIII.

Quomodo horæ, ac dies in otio, & salutis incuria transacti per sancta opera compensari debeant. *Pag.* 97.

THEMA.

Cum venissent, qui hora undecima venerant, acceperunt singulos denarios. Matth. 20.

SYNOPSIS.

Ex hodierna parabola Evangelica docentur illi, qui primum bora undecima, id est, in senectute ad Dei famulatum accedunt, quomodo cum aliis, qui diutius, & a teneris jam annis pro cælo laborarunt, partem gloriæ mercedem accipere, & ætatis male transactæ jacturam reparare possint. Quippe tempus male peditum redimi potest: quod ut fiat, duplicanda sunt opera bona, & magna cum sedulitate peragenda: unicum enim opus bonum bene peractum magis Deo placet, quam plura alia luride peracta: immo ex unica pia actione sæpe omnis san-

ctitas, & salus æterna dependet, uti exemplis comprobatur.

CONCEPTUS III. Ordine XXXIX.

Gravitas peccati mortalis demonstratur ex eo, quia repugnat fini creationis humanæ. *P.* 99.

THEMA.

Quid statis hic tota die otiosi? Matth. 20.

SYNOPSIS.

Non est otiosius pecus sub sole, quam peccator, cum non agat ad finem sibi a Deo præstitutum; creatus est enim homo, ut Domino Deo serviat, & tandem salvus fiat. Utrique huic fini contravenit peccator. 1. Quia nec Deo in hac vita servit. 2. Nec in altera salvari desiderat. Unde apparet, quam grave, ac detestandum sit mortale peccatum duplici huic fini summe contrarium.

Dominica Sexagesimæ.

CONCEPTUS I. Ordine XL.

De efficacia Verbi Divini, & cur illud apud multos nullum fructum ferat? *Pag.* 101.

THEMA.

Aliud cecidit secus viam — aliud cecidit supra petram — aliud cecidit inter spinas — aliud cecidit in terram bonam. Luc. 8.

SYNOPSIS.

Sicut semen pro diversitate soli, cui inseritur, diversimode fructificat; ita Verbum Dei pro diversitate cordis, cui ingeritur, modicum, aut nullum fructum facit. Parum ergo fructificat. 1. Quia e corde auferitur a diabolo, sicut semen cadens secus viam a volucribus. 2. Nihil efficit apud inveteratos, instar seminis in petram sparsi. 3. Nihil efficit apud avaros, uti semen inter spinas projectum. 4. Contrario fructum profert in corde bono, & bene disposito, ad instar seminis in terram bonam cadentis.

CONCEPTUS II. Ordine XLI.

Fructus, & emolumenta Verbi Divini demonstrantur, vel ex eo, quod diabolus omni modo se illi opponat. *Pag.* 104.

THEMA.

Deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde illorum. Luc. 8.

SYNOPSIS.

Sicut locustæ in Ægypto semina depastæ sunt, & Amalecitæ seminatos Israelitarum agros devastarunt; ita demon semen Verbi Divini destruere, & sacras Conciones, earumque attentam auditionem tum per se, tum per suos emissarios impedire conatur, quod ostendit prima pars hujus concionis. Nimirum non ignorat hostis stygius, uti in altera parte probatur, quantum detrimenti regnum sum patiatur a Verbo Dei, per quod millenæ fiunt conversiones, & ex cujus defectu peccata oriuntur.

CONCEPTUS III. Ordine XLII.

Demonstratur gravitas peccati ex terribili odio Dei, quo illud avertatur tanquam malorum omnium maximum. *Pag.* 106.

THEMA.

Aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederunt illud. Luc. 8.

SYNOPSIS.

Explicatur immensum Dei odium, & aversio erga peccatorem. Sane terribilis res est, Deum habere infensum. Peccator autem Deum habet sibi infensum. 1. Quia Deus ipsum non reputat pro sua creatura. 2. Quia eum plus abominatur, quam animalia quævis venenata. 3. Quia peccator coram Deo diabolo similis habetur.

Dominica Quinquagesimæ.

CONCEPTUS I. Ordine XLIII.

Animantur homines justi, ut generose contemnant respectus humanos, & irrisiones impiorum. *Pag.* 109.

THEMA.

Qui præibant, increpabant eum, ut taceret, ipse vero multo magis clamabat. Luc. 18.

SYNOPSIS.

Sicut cæcus tacere jussus clamare pergit, ita homo Christianus non debet curare hominum dicteria; respectus enim humanus non potest esse prudens vitæ regula, quia aliquam dedit Christo, immo crucifixit Christum: igitur huic crudeli consiliario non obsequendum, nec propter impiorum dicacitatem a virtutis semita deflectendum est. Quippe Sanctorum est, & semper fuit, ab impiis ludificari, sed veniet tempus, cum & impii ab Electis vicissim ludificabuntur. Quare virtutis irrisoribus cum S. Birgitta respondere debet: *Propter vos non capi, propter vos non desistam.*

CONCEPTUS II. Ordine XLIV.

Ostenditur in his infantis bacchanalitiis plane stultorum maximum esse, qui animam peccato mortali commaculat. *Pag.* 112.

THEMA.

Domine, ut videam. Luc. 18.

SYNOPSIS.

Hoc Bacchanaliorum tempore stultorum plena sunt omnia; omnium tamen stultorum maximus est, qui peccatum grave admittit, idque maxime ob fragilitatem, & incertitudinem vitæ humanæ. Nimirum Diabolus suggerit, superesse adhuc sufficiens spatium pœnitentiæ, & fingit, mortem esse remotissimam. Sed stultissimus est, qui a stygio veteratore se dementari finit. Neque in juventutis ætate confidendum est: nec cura valetudinis contra mortem securitatem præ-

præstat; immo vita sæpe per vitæ adjumenta destruitur. Denique ipsum peccatum causa est acceleratæ mortis.

CONCEPTUS III. Ordine XLV.

Gravitas peccati mortalis demonstratur ex Passione Domini Nostri Jesu Christi. *Pag.* 114.

THEMA.

Tradetur gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur. Luc. 18.

SYNOPSIS.

Ecclesia hodie Evangelium de Passione Dominica legendam proponit, & Dei Filium in cruce pro peccatorum, & voluptatum nostrarum expiatione suspensum in conspectu nostro collocat, ut ad ejus præsentiam totus ille peccati, & carnis fugetur exercitus, ut loquitur Origenes. Ostenditur ergo, quanta sit peccati gravitas, & enormitas, quæ Christo Domino amarissimæ Passionis causa extitit. Nam 1. Propter peccata passus est ipse Dei Filius innocens quidem, & impeccabilis, & passus Ideo solum, quia *missus in similitudinem carnis peccati*. 2. Peccatum tanta est malitiæ, ut pro illo nulla creatura condigne satisfacere potuerit, sed ipse Dei Filius pati debuerit. 3. Etsi Christus unico suspirio, unica sanguinis guttula mille mundos redimere potuisset, tamen mori voluit, & quidem morte crucis ignominiosissima, ad ostendendum odium peccati.

Feria IV. Cinerum.

CONCEPTUS I. Ordine XLVI.

De obligatione jejunii quadragesimalis, ejusque apud multos Christianos laxa observatione. *Pag.* 116.

THEMA.

Exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes. Matth. 6.

SYNOPSIS.

Jejunium hoc tempore parum affligit, quia Christiani in ejus observatione sunt valde lassi. Agitur itaque de obligatione jejunii Veteri per duas concionis partes. In prima ostenditur antiquitas, Sanctitas, utilitas, & obligatio jejunii. In altera deploratur, & carpitur tepor, & laxitas Christianorum hujus temporis circa jejunii observationem.

CONCEPTUS II. Ordine XLVII.

De usu, & utilitate sacrorum Cinerum. *P.* 119.

THEMA.

Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris. Gen. 3.

SYNOPSIS.

Sicut appetitus tanquilingæ, ita gemina hominis concupiscentia, ambitionis, & voluptatis, per cinerem compescitur. Nam 1. Concupiscentia vani honoris, seu ambitio, & superbia expugnatur, cum cogitat homo suæ originis vilitatem: *Pulvis es.* 2. Concupiscentia voluptatis compescitur, si homo cogitat suum coronidem: *In pulverem reverteris.*

CONCEPTUS III. Ordine XLVIII.

Invitantur peccatores ad pœnitentiam. *Pag.* 121.

THEMA.

Hæc dicit Dominus: convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, in fletu, & planctu. Joel. 2.

SYNOPSIS.

Peccata in Bacchanaliis commissa deflenda sunt: & Deus peccatis nostris, quæ aliud non sunt, quam temeraria contra ipsum rebellio, irritatus, supplici veniæ petitione placandus est, monente S. Gregorio: *Mitte ad eum legationem lacrimas tuas, rogans eo, quæ patisti.* Enimvero lacrimæ frustra aliis rebus, soli peccato utiliter impenduntur, uti testimonio SS. Patrum, & ipsa efficacia lacrimarum comprobatur, quippe, quæ dæmonem abigunt, & innocentiam reparant. Neque amaræ sunt pœnitentiales lacrimæ, sed dulces, & solatii plenæ, quod experientia testatur S. Margarita de Cortona.

Dominica I. Quadragesimæ.

CONCEPTUS I. Ordine XLIX.

De Misericordia Dei desiderantis pœnitentiam peccatoris. *Pag.* 124.

THEMA.

Ductus est Jesus in desertum. Matth. 4.

SYNOPSIS.

Abiit Jesus in desertum, acturus pœnitentiam de malo pœnæ, quamprimum peccator egerit pœnitentiam de malo culpæ. Magna quippe est, & ad ignoscendum prona Dei Misericordia, & miserationes ejus super omnia opera ejus. Roma inter ideas sua coluit Deum clementiæ, cui tamquam amæno juveni hæc tria verba adscripsit: *promitto, exspecto, remitto.* Sed quod Romanis erat superstitio, Christianis in veritatem transiit; Christus verus clementiæ Deus tria illa verba cordi suo inscripta habet, iisque tria misericordiæ suæ opera designat. Nam 1. Promittit veniam, 2. Exspectat pœnitentiam. 3. Remittit offensam.

CONCEPTUS II. Ordine L.

Refutatur communissima peccatorum objectio, qua plerumque peccata sua tentationibus dæmonis imputant. *Pag.* 126.

THEMA.

Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Matth. 4.

SYNOPSIS.

Dæmon suadere potest, præcipitare non potest. Unde malæ in illum refunditur culpa peccatorum,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

rum, nec valebit olim hæc excusatio coram Divino Tribunali. Num 1. Diabolus alligatus est, nocere non potest, nisi volenti. 2. Debilis est, ideo fraudibus, & technis utitur, quæ tamen facile agnosci possunt. 3. Sæpe a Sanctis ludibrio habitus: varia etiam obsequia iis præstare coactus, adhuc a fragili sexu devictus, immo ab irrationabili jumento delusus, suam imbecillitatem satis prodit. 4. Denique arma contra damonem obvia sunt, & facilia.

CONCEPTUS III. Ordine LI.

Indignitas peccati mortalis declaratur ex eo, quo fit servitus diaboli, & insuperabilissimus a Deo recessus. *Pag.* 129.

THEMA.

Tunc accessit ad eum tentator, & dixit: si Filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant. Matth. 4.

SYNOPSIS.

Diabolus est rivalis Christi pro omnibus adquirendis; unde quemadmodum super uno peccatore pœnitentiam agente in cælo inter Angelos Dei exoritur gaudium, & exultatio; ita e contrario, quoties homo tentationi consentit, & per peccatum deserto Deo, servituti diaboli se mancipat, inter infernales spiritus fit plausus, & jubilatio. Quam indigna autem res sit, Christum deserere, Sathanæ servire, præsenti discursu delucidatur. Nam 1. Summa est injuria, animam suam subtrahere Deo, cujus propria est titulo creationis, & conservationis. 2. Hæc injuria crescit ex eo, quod peccator animam sic Deo subtractam consignet Diabolo, qui est mendacissimus, & crudelissimus.

Dominica II. Quadragesimæ.

CONCEPTUS I. Ordine LII.

Ostenditur, quod in medio ambulandum sit inter Misericordiam, & Justitiam Dei. *P.* 132.

THEMA.

Duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Matth. 17.

SYNOPSIS.

Montes Thabor, & Golgotha repræsentant misericordiam, & justitiam Dei: inter utramque ambulandum est; nec enim 1. Considerandæ est sola misericordia, seclusa justitia, ob periculum præsumptionis. 2. Nec intuenda est sola justitia absque misericordia, ob periculum desperationis.

CONCEPTUS II. Ordine LIII.

Ostenditur, quod intuitu cæli contemnendus sit mundus, ac mundana omnia. *Pag.* 134.

THEMA.

Domine bonum est nos hic esse. Matth. 17.

SYNOPSIS.

Diabolus ostendit regna mundi, Christus regna cæli: utrorumque comparatio instituitur, & demonstratur, quam contemptibilis sit mundus, si cum cælo conferatur. 1. Quia mundus respectu cæli parvus est. 2. Quia mundus respectu cæli sordidus est. 3. Quia mundus respectu cæli instabilis est. Demum cautela affertur, quod nihilominus tam multi præ cælo mundum diligant, quia scilicet raro in cæli contemplatione animum defigunt.

CONCEPTUS III. Ordine LIV.

Stultitia extrema peccati mortalis inseritur ex eo, quod peccator pro re nihili pendat gloriam cælestem. *Pag.* 136.

THEMA.

Domine bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula. Matth. 17.

SYNOPSIS.

Sicut ex botro fecunditas regionis, ita ex monte Thabor relucet gloria cælestis. Describitur hoc sermone cælestis regni felicitas. 1. Ex cæli magnitudine. 2. Ex loci amœnitate. 3. Ex Angelorum, & Beatorum Societate. 4. Ex familiaritate cum Christo, & B. Virgine. Denique concluditur, quanta sit stultitia, ob rem nihili, ob modicam voluptatulam, tantæ felicitatis jacturam facere.

Dominica III. Quadragesimæ.

CONCEPTUS I. Ordine LV.

Improbatur verecundia confitentium in exponendis peccatis. *Pag.* 139.

THEMA.

Erat Jesus ejiciens damonium, & illud erat mutum. Luc. 11.

SYNOPSIS.

Scopus hujus concionis est, expellere damonium multum, id est, ex rationum momenta in medium afferre, quibus perspectis, homo periculosum pudorem, quo peccata in Sacro tribunali sincere confiteri erubescit, vincere, & loqui discat. Est ergo ratio 1. Quia Confessarius ad silentium obligatur. Ratio. 2. Quia Confessarius æque ac pœnitens, est homo fragilis. Ratio 3. Quia peccatum remitti non potest sine Confessione.

CONCEPTUS II. Ordine LVI.

De periculoso statu hominis in peccata iterato relabentis, eo quod conversionem suam semper reddat difficiliorem. *Pag.* 141.

THEMA.

Et facta sunt novissima hominis illius pejora prioribus. Luc. 11.

SYNOPSIS.

Ostenditur summa difficultas vere pœnitendi, & resurgendi post frequentem in peccata relapsum; triplex autem est difficultas. 1. Ex parte Dei, quia ejus auxilia imminuuntur. 2. Ex parte ipsius hominis, quia hic per iteratos relapsus infirmatur, & vires perdit. 3. Ex parte damonis, cujus potestas invalescit.

CONCEPTUS III. Ordine LVII.

Gravitas peccati mortalis demonstratur ex terribilibus pœnis damnatorum. *Pag.* 144.

THEMA.

Erat Jesus ejiciens damonium, & illud erat mutum, & cum ejecisset damonium, locutus mutus est. Luc. 11.

SYNOPSIS.

Si damon in hac vita tam misere torquet energumenos, quid fiet in inferno? ubi quivis damnatus triplici potissimum pœna cruciatur, & velut rebellis Absolon, ut inquit Glossa, conficitur tribus lanceis, pœna ignis, & pœna vermis, & pœna carentiæ visionis. Describitur ergo 1. Lancea carentiæ visionis, seu pœna damni. 2. Conscientia verutis. 3. Pœna sensus, seu tormenta immania. Unde gravitas peccati mortalis colligi potest.

Dominica IV. Quadragesimæ.

CONCEPTUS I. Ordine LVIII.

De diligendi præparatione ad Sacram Communionem. *Pag.* 146.

THEMA.

Accepit ergo Jesus panes, & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Joann. 6.

SYNOPSIS.

Panes hodie a Christo distributi sunt figura panis Eucharistici: sed non omnibus, qui Divino huic epulo accumbunt, renanent duodecim Cophini fragmentorum, seu duodecim effectus, & fructus dignæ Communionis, ob defectum debitæ dispositionis, & præparationis. Explicatur itaque duplex ad S. Communionem præparatio. 1. Remota, quæ est expurgatio cordis a sordibus peccatorum. 2. Proxima, quæ consistit in ornata animæ per exercitium virtutum, præcipue Theologicarum, Fidei, Spei, & Caritatis.

CONCEPTUS II. Ordine LIX.

De confidentia, quam circa sustentationem temporalem in Providentia Dei collocari oportet. *Pag.* 149.

THEMA.

Cum sublevasset ergo oculos Jesus, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: unde ememus panes, ut manducent hi? Joann. 6.

SYNOPSIS.

Vix montem conscendit Jesus, & famelicam sequacium multitudinem conspexit, cum eos prodigioso pane pavit, & quidem tanta cum multiplicitate, ut plus fuerit superfluum, quam distributum. Reprehenduntur ergo, qui providentiæ Dei diffisi, immoderata circa temporalem sustentationem sollicitudine seipsos excruciant, quibus itaque fiducia in providentia Dei collocanda suaderur. 1. Quia nimia anxietas circa vitæ subsidia nocet. 2. Quia Christus ipse nos ad confidentiam animat, exemplo avium, quæ a Patre cælesti pascuntur, etsi nec serant, nec metant. 3. Quia Deus creationi hominis apparatum cæterarum creaturarum præmisit, ne quid ei deesset. 4. Quia Deus providentiam suam satis ostendit in mirabili sustentatione S. Ordinis Divi Francisci Seraphici, qui in sola Europa, si pro uno Monasterio tantum viginti personæ computentur 18720. Religiosos numerat, quos ex eleemosynis, id est, e penu Divinæ liberalitatis vivere constat. 5. Quia Deus potius faciet miraculum, quam ut justum derelinquat.

CONCEPTUS III. Ordine LX.

Gravitas peccati mortalis desumitur ex eo, quod omnem benedictionem Divinam a peccatore avertat, eumque etiam temporali infelicitate miserum faciat. *Pag.* 151.

THEMA.

Cum sublevasset oculos Jesus, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: unde ememus panes, ut manducent hi? Joann. 6.

SYNOPSIS.

Ostenditur peccati gravitas ex eo, quia ubi peccatum, ibi nulla benedictio Divina; sicut enim peccatum originale in mundum, ita peccatum actuale in privatas familias omnia mala invehit: unde causæ infortuniorum sunt nobis domesticæ, neque influxus stellarum nobis quidquam mali inferunt, sed Deus peccatis irritatus, qui proinde non semper in nos, sed in res nostras sævit. Denique exemplis e S. Scriptura petitis manifestum fit, neminem impium diu fuisse felicem, nec quemquam probum diu calamitosum.

Dominica Passionis.

CONCEPTUS I. Ordine LXI.

Periculosissimum est salutaribus monitis, & inspirationibus morem non gerere, quia Deus forsan deserit, ac derelinquit. *Pag.* 154.

THEMA.

Jesus autem abscondit se, & exivit de templo. Joann. 6.

SYNOPSIS.

Judæi non credentes prædicationibus Christi deseruntur. Unde periculosum est salutaribus monitis, & inspirationibus Divinis ad vitæ emendationem excitantibus resistere. 1. Quia Deus gratiarum auxilia in certo numero determinat. 2. Quia Deus nihil ægrius fert, quam repulsum: unde peccator, a quo Deus recedit, indurator. 3. Quia Dei patientia non est eadem cum omnibus; ideo Sancti erant

erant cautissimi: damnati autem propter præsumptionem perierunt.

CONCEPTUS II. Ordine LXII.

De horrendo indigne Communionis flagitio. *Pag.* 156.

THEMA.

Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum. Jo: 8.

SYNOPSIS.

Sacram Communionem indigne sumentes, non minus inhonorant Christum, quam Judæi eum in ipso templo lapidibus impetentes. Explicatur fœditas hujus sacrilegii, & enormis malitia tam quoad culpam, quam quoad pœnam. In prima parte ostenditur enormitas culpæ ex eo, quod Christus sit amator puritatis, & malit in sentina, quam in anima impura morari, unde sacrilega, & indigna Communio est nota summæ temeritatis, immo signum æternæ reprobationis. In altera parte declaratur pœna indigne communicantis, tam interna, quæ est infelicissimus animæ status, quam externa, quæ sæpe est repentinus interitus.

CONCEPTUS III. Ordine LXIII.

Gravitas peccati mortalis declaratur in excidio Judæorum, & ex eo concluditur, quid malorum metuendum sit, si per peccatum perditur Deus. *Pag.* 159.

THEMA.

Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum: Jesus autem abscondit se, & exivit de templo. Jo: 8.

SYNOPSIS.

Scelus Judæorum, incarnatum Dei Filium post tot miracula, & clara Divinitatis ejus testimonia in ipso sanctitatis domicilio lapidare attentantium, satis puniebatur per exitum Christi de templo, qui designabat derelictionem illorum. Quippe Populus Judaicus, olim tam felix, & Deo dilectus, postea funestissimis signis de suo excidio præmonitus, a Romanis oppressus, dein obsidione, fame, peste, bello, captivitate, flagellis, extremis supplicis, aliisque malis, & demum urbis excidio deletus est, relictis gentis suæ reliquiis hodiedum haud multo felicioribus. Quæ mala omnia ortum trahebant ex peccato; patet ergo, quam atrox hoc, & abominabile sit, utpote feralis origo tot funestissimarum calamitatum.

Dominica Palmarum.

CONCEPTUS I. Ordine LXIV.

De præparatione cordis, in quod Christus Dominus per Communionem Paschalem ingressus est, & hujus effectu. *Pag.* 162.

THEMA.

Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. Matth. 21.

SYNOPSIS.

Christus in Eucharistia per sacram Communionem excipiendus est, sicut hodie fuit excep-tus in urbe Jerusalem. Itaque 1. Debemus in ejus conspectu comparere velut pueri Hebræorum, eandem scilicet parvulorum induti. 2. Ramos Olivarum præferre in signum pacis cum Deo, & proximo. 3. Deum benedicere, & omnes animæ potentias ad laudes, & grates ei persolvendas convocare. 4. Exuere vestimenta, id est, pravos habitus, eique substernere. 5. Asinum, id est, infrunitum corpus mortificationis capistro subactum ipsi submittere.

CONCEPTUS II. Ordine LXV.

De maximis damnis, quæ ex incostantia, & relapsu in pristina peccata oriuntur. *P.* 164.

THEMA.

Turba autem — clamabant dicentes: Osanna Filio David: benedictus qui venit in Nomine Domini. Matth. 21.

SYNOPSIS.

Sicut Judæi Christum, quem hodie triumphali apparatu in urbem receperunt, post aliquot dies urbe iterum ejecerunt in monte Calvariæ crucifigendum; ita multi Christiani eumdem hodie quasi triumphantem in corde templo recipiunt, sed post breve temporis intervallum iterum expellunt, & peccatis suis crucifigunt. Hujus incostantiæ, ac dolendi relapsus damna hoc discursu explicantur. Nam 1. Per relapsum conscientia obduratur. 2. Diaboli potestas invalescit. 3. Deus gratias suas retrahit.

CONCEPTUS III. Ordine LXVI.

Ostenditur, Justitiam Dei misericorditer præmonere, antequam puniat. *Pag.* 166.

THEMA.

Videns civitatem, flevit super illam. Luc. 19.

SYNOPSIS.

Deus quodammodo invitus supplicia immittit, unde præmonet, antequam puniat. Quæ veritas præsenti sermone declaratur, & ostenditur in primis, Deum non repente plectere, sed prius admonere, vel directe, vel indirecte. Dein causa detegitur, cur tam multi pereant etiam præmoniti; quia scilicet 1. Nolunt moneri. 2. Monitionibus non credunt.

Feria V. Cœnæ Domini.

CONCEPTUS I. Ordine LXVII.

Ostenditur Christum Dominum per humilitatem Passionis nunquam ita fuisse absconditum, quin semper aliquid Divinum inventum fuerit. *Pag.* 169.

THEMA.

Per noctes quæsivi, quem diligit anima mea; quæsivi eum, & non inveni. Cant. 3.

SYNOPSIS.

In nocte Passionis obscurata est quidem Christi Divinitas, in omnibus tamen Passionis mysteriis semper aliquid Divinum elusit, nimirum 1. In Eucharistiæ institutione. 2. In lotione pedum. 3. In horti agonia. 4. In Christi captura. 5. In voce: *Ego sum.* 6. In fuga Discipulorum. 7. In colapho inflicto. Singulis his punctis doctrinæ morales inspergantur.

CONCEPTUS II. Ordine LXVIII.

Continuatur eadem materia, & ex humilitate Passionis per singula mysteria Divinitas Christi demonstratur. *Pag.* 172.

THEMA.

Per noctes quæsivi, quem diligit anima mea; quæsivi eum, & non inveni. Cant. 3.

SYNOPSIS.

Ostenditur ulterius, quomodo in singulis Passionis Dominicæ mysteriis elucescat Christi Divinitas, scilicet 1. In negatione Petri. 2. In illusione Judæorum. 3. In accusatione coram judicibus. 4. In flagellatione. 5. In panitione Judæ. Singulis etiam punctis opportuna documentorum moralium parerga aptantur.

CONCEPTUS III. Ordine LXIX.

Continuatur eadem materia, & ex singulis Passionis mysteriis elucescens Christi Divinitas eruitur. *Pag.* 174.

THEMA.

Per noctes quæsivi, quem diligit anima mea, quæsivi eum, & non inveni. Cant. 3.

SYNOPSIS.

Christi Divinitas in noctibus Passionis ulterius quæritur, & admoto Fidei lumine invenitur, 1. In illusione Judæorum. 2. In ostensione Christi versus populum. 3. In ferali raptatione ad mortem. 4. In denudatione ante crucem. 5. In crucifixione. 6. Denique in morte. Singulis iterum punctis salutares doctrinæ immiscentur.

Feria VI. Parasceves.

CONCEPTUS I. Ordine LXX.

Accusatur gens perfida Judæorum coram Dei tribunali propter commissam Deicidii crimen, ac tandem culpa refunditur in peccatores, *Pag.* 176.

THEMA.

Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Isa. 53.

SYNOPSIS.

Cum nemo Deicidas accusaverit, ipse concionator Actoris personam assumit, & gentem Judaicam coram Divino tribunali de immani Deicidii crimine accusat, eamque inexcusabilem ostendit. 1. Quia in captivitate erat enormis hostilitas. 2. In processu maxima iniquitas. 3. In executione summa crudelitas. Verum dum e cælo adversus Judæos exspectatur sententia, culpa in peccatores refunditur.

CONCEPTUS II. Ordine LXXI.

Condolet Orator Christo patienti ob amarissimam Passionem a peccatoribus exulsatam, annihilatam, & renovatam. *Pag.* 179.

THEMA.

Peccata nostra ipse portavit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, justitiæ vivamus. 1. Pet. 2.

SYNOPSIS.

Ut peccatores Christo patienti vere & effective condolere discant, ex scilicet commiseratione, quæ non in sterili affectu, sed in extirpatione peccati consistat, describitur Passio Dominica. 1. A peccatoribus exulsata. 2. A peccatoribus annihilata, & effectu suo frustrata. 3. A peccatoribus renovata.

CONCEPTUS III. Ordine LXXII.

De Doctrina ultima, seu de septem verbis Domini in cruce. *Pag.* 181.

THEMA.

Non judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc Crucifixum. 1. Cor. 2.

SYNOPSIS.

Christus e crucis cathedra ultimam lectionem tradit per septem ultima verba, ut discamus ex 1. Verbo: *Pater dimitte illis*, &c. Offensas & injurias nobis illatas ex animo remittere; ex 2. Verbo: *Hodie mecum eris*, &c. Salutem nostram inter spem & metum operari. ex 3. Verbo: *Mulier, ecce Filius tuus*, in B. V. Mariæ patrocinio filialem fiduciam ponere; ex 4. Verbo: *Deus meus, Deus meus, ut quid*, &c. In omnibus afflictionibus animam ad Deum errigere, eumque, dum agendo non possumus, patiendo laudare; ex 5. Verbo: *Sitio*; gulam frænare; ex 6. Verbo: *Consummatum est*, in omnibus voluntatem Dei facere, ut in morte dicere possimus, omnia quæ Deus a nobis exigit, consummata esse; denique ex 7. Verbo: *Pater in manus tuas*, &c. Bene mori, & animam in Dei manus effiare.

Dominica Paschatis.

CONCEPTUS I. Ordine LXXIII.

De cavendo relapsu in pristina peccata. *P.* 184.

THEMA.

Christus resurgens a mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Rom. 6.

SYNOPSIS.

Cavendum est, ne Christus per Communionem Paschalem in anima resuscitatus, denuo per peccatum occidatur: relapsus enim in peccatum gravior est, quam primum peccatum. 1. Quia relapsus continet malitiam perfidiæ. 2. Quia continet summam ingratitudinem. 3. Quia ex relapsu sequitur ingens contemptus Dei.

CON

CONCEPTUS II. Ordine LXXIV.

De remediis contra relapsum. *Pag.* 186.

THEMA.

Fratres, expurgate vetus fermentum, ut sitis novo conspersio - - - etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. 1. Cor. 5.

SYNOPSIS.

Morbus caducus animæ, id est, relapsus, iisdem remediis curandus est, quibus curatur morbus caducus corporis. 1. Hauriendus est sanguis malefici recens interfecti, scilicet sanguis Christi, non quidem malefici, sed pro malefico a Judæis habiti, & occisi, qui per SS. Sacramenta nobis propinatur. 2. Raptandus est æger inter duos equos, per quos intelligitur misericordia, & justitia Dei, inter utramque igitur medius ire debet, ne vel præsumptione, vel desperatione a via mandatorum exerret. 3. Indesinenter currendum est, fugiendo nimiorum occasiones, & pericula relapsus.

CONCEPTUS III. Ordine LXXV.

Præscribuntur peccatori pœnitenti remedia ad perseverantiam. *Pag.* 188.

THEMA.

Ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Joann. 5.

SYNOPSIS.

Sicut ægro convalescenti, ita & peccatori pœnitenti præscribendæ sunt vivendi regulæ. Hæ regulæ, seu media perseverantiæ sunt quinque. 1. Certæ Fidei veritates in promptu habendæ sunt, quibus velut objecto scuto tentationes repellantur. 2. Sperandum in auxilio gratiæ. 3. Fugienda desidia. 4. Timendum præ omnibus peccatum. 5. Vitanda occasio.

Feria II. Paschatis.

CONCEPTUS I. Ordine LXXVI.

De palmari stultitia peccatorum, quibus passim plenus est mundus. *Pag.* 191.

THEMA.

O stulti & tardi corde ad credendum. Luc. 24.

SYNOPSIS.

Proponitur fabula Paschalis, qua inducitur Salomon ex altero orbe redux quærendam Philosophum de veritate sui illius effati: *Stultorum infinitus est numerus*, convincens, illum per septem Utopiæ urbes circumducendo, variaque in urbium istarum sylvis stultitiæ specimina eidem monstrando. In prima Concionis parte describitur lustratio Utopiæ, & septem civitatum. In altera parte enucleatur fabula, & per septenas Utopiæ civitates septem vitia capitalia moraliter intelliguntur, per incolas vero peccatores ejusmodi vitiis infecti; quibus proin peccata, tamquam palmaria stultitiæ exprobrantur.

CONCEPTUS II. Ordine LXXVII.

Demonstratur infelix peccatorum insania, quæ tantum animales corporis appetitus sectantur, animam vero negligunt. *Pag.* 193.

THEMA.

Duo ex Discipulis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Jerusalem. Luc. 24.

SYNOPSIS.

Proponitur parabola Paschalis de duobus fratribus, prudente uno, & altero fatuo, in patriam suam tendentibus, & cum ad bivium pervenissent, viam amœnam, sed periculosam præ asperæ, & securæ eligentibus, primo quidem in triplici hospitio per intervalla laute habitis, sed denique a superveniente satellitum caterva ad Judicem abductis, & ad furcam condemnatis; interque enim ultimi supplicii reus declarabatur: fatuus quidem, quod prudentem seduxerit, prudens vero, quod in eligenda via fatuo morem gesserit. Per duos fratres intelliguntur corpus, & anima, per bivium arcta via salutis, & spatiosa perditionis: per tres fallaces hospites mundus, caro, & dæmon: per satellites morbi, infirmitates, & ipsa mors, a quibus ad Divinæ justitiæ tribunal abducimur, æternæ mortis sententia fulminandi, si in via hujus vitæ, qua ad cœlestem patriam pergimus, animæ fatui & insipientis corporis ductum sequatur.

CONCEPTUS III. Ordine LXXVIII.

De irrequieto timore, anxietate, & tormento malæ conscientiæ. *Pag.* 196.

THEMA.

Sed, & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos. Luc. 24.

SYNOPSIS.

Timor est peccati filia; unde mala conscientia. 1. Semper est timida, uti ostenditur in fabula de quodam famulo mendacii sibi conscio, & metu fluvii trajiciendi, quo omnes mendaces interirent, extreme territo. 2. In omnibus eventibus est suspiciosa. 3. Numquam sincero fruitur gaudio.

Feria III. Paschatis.

CONCEPTUS I. Ordine LXXIX.

Agitur contra homines bilingues, susurrones, & turbatores pacis, plurimorum malorum incentores. *Pag.* 198.

THEMA.

Et dixit eis: Pax vobis. Luc. 24.

SYNOPSIS.

Christus per Passionem suam mundo pacem procuravit, quam Susurrones tollunt. Unde Susurratio grande est malum, & frequens inter famulos, opifices, & dilectiones: gravius est furto, quia tollit amicitiam omni auro pretiosiorem: immo gravius est homicidio, quia tollit caritatem, quæ vitæ supernaturalis, & virtutum omnium est fundamentum. Denique gravissimum delictum est, si fiat inter conjuges, aut fratres.

CONCEPTUS II. Ordine LXXX.

Proponitur in primitiis Neo-mystæ sanctissimi Missæ Sacrificiis, & Status Sacerdotalis dignitas. *Pag.* 201.

THEMA.

Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias, dedit eis. Luc. 24.

SYNOPSIS.

Convivium sanctissimum fuit Cœna Domini, quæ renovatur per sanctissimam Missæ Sacrificium. Ostenditur igitur hujus præstantia ex eo, quia est. 1. Sacrificium Eucharisticum, quo Deo debitæ laudes, & grates rependuntur. 2. Sacrificium propitiatorium, quo Dei justitia, peccatis hominum irritata, mundo conciliatur. 3. Sacrificium satisfactorium, quo apud Deum reatus pœnæ, id est, supplicia ex peccato residua expunguntur. 4. Sacrificium impetratorium, quo Divinæ benedictionis gratiæ ac dona e cælo in terram evocantur. Ex his omnibus colligitur etiam Status Sacerdotalis dignitas.

CONCEPTUS III. Ordine LXXXI.

Felicitas maxima, quam anima Religiosa per tria vota sacræ Professionis adquirit, est individuum Christi Domini consortium. *Pag.* 204.

THEMA.

Cum fores essent clausæ, ubi Discipuli erant congregati, venit Jesus, & stetit in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis. Joann. 20.

SYNOPSIS.

Jesus non invenitur in mundo, sed in monasterio, ubi in medio Religiosarum mentium consortio habitat. 1. Quia amat paupertatem. 2. Quia amat castitatem. 3. Quia amat obedientiam.

Dominica I. post Paschæ.

CONCEPTUS I. Ordine LXXXII.

De pace servanda cum Deo, cum proximo, & secum ipso. *Pag.* 207.

THEMA.

Pax vobis. Joann. 20.

SYNOPSIS.

Differitur de præstantia pacis, quæ est maximum, & Divinum Bonum. Triplex autem commendatur pax, scilicet. 1. Pax servanda cum Deo, rebellia peccatorum arma deponendo, vitamque juxta sanctissimas Divinæ voluntatis leges instituendo. 2. Pax servanda cum proximo, unitatem & concordiam fovendo. 3. Pax servanda secum ipso, rebelles appetitus pacis internæ custodiendo subjugando.

CONCEPTUS II. Ordine LXXXIII.

Deliberatur, utrum pax ineunda sit cum dæmone, illique de novo bellum denunciatur. *Pag.* 209.

THEMA.

Pax vobis. Joann. 20.

SYNOPSIS.

Dæmon offert nobis conditiones pacis, de quibus præsenti discursu deliberatur. Sunt autem sequentes: 1. Ut nullos consiliarios adhibeamus, nec attendamus, quid parentes, institutores, Confessarii, Prædicatores, ipsaque Dei præcepta nobis suggerant. 2. Ut finium propugnacula destruamus, id est, ut quinque sensuum custodiam tollamus. 3. Ut locum munitum, scilicet arcem cordis nostri, in pignus ei concedamus. 4. Ut liberum ei aditum redituque in animam nostram aperiamus. Sed hæ conditiones singulæ tamquam fallaces & proditoriæ rejiciantur, novumque illi bellum sub auspiciis Divinæ gratiæ denuntiatur.

CONCEPTUS III. Ordine LXXXIV.

De primo remedio peccati, videlicet timore Domini. *Pag.* 211.

THEMA.

Ubi erant Discipuli congregati propter metum Judæorum. Joann. 20.

SYNOPSIS.

Commendatur Timor Domini, tamquam optimus cordis humani custos, & efficacissimum adversus peccata remedium; quia 1. Innocentes præservat a peccatis. 2. Adducit peccatores ad pœnitentiam. 3. Pœnitentes in bono confirmat.

Dominica II. post Paschæ.

CONCEPTUS I. Ordine LXXXV.

De duplici remedio, quo Pastor Divinus oviculas suas ad cœleste ovile trahit, videlicet lenitate, & severitate. *Pag.* 214.

THEMA.

Ego sum Pastor bonus, & cognosco oves meas. Joann. 10.

SYNOPSIS.

Pastor fistula & pedo, lenitate, & severitate utitur ad oves suas in pascua educendas, & in ovile reducendas. Eumdem morem Christus observat erga animas, quas ut ad se trahat. 1. Utitur fistula blandiente, calque ut tenellos parvulos demulcet, & continuis beneficiis allicit. 2. Si fistula blandiente nihil efficiat, utitur baculo feriente, & afflictionibus, atque adversitatibus, tamquam severioribus salutis remediis, exerrantes oviculas in caulam revocat.

CON-

CONCEPTUS II. Ordine LXXXVI.

Afferuntur rationes, propter quas Dominus Deus homini suam prædestinationem occultat. *Pag.* 216.

THEMA.

Cognovit eos miat, & cognoscunt me mea. Joann. 10.

SYNOPSIS.

Homo non habet, quod conqueratur de salutis incertitudine, quia hæc incertitudo nobis prodest. 1. Ut in humilitate conservemur. 2. Ut de salutis nostræ negotio vigilanter solliciti simus. 3. Ut ex puro Dei amore virtutem sectemur.

CONCEPTUS III. Ordine LXXXVII.

De secundo peccati remedio pœnitentibus summopere necessario, videlicet fuga malæ occasionis. *Pag.* 219.

THEMA.

Et lupus rapit, & dispergit oves. Joann. 10.

SYNOPSIS.

Sicut oviculæ interiturz forent, si cum lupo colluderent; ita multi in peccata labuntur, quia occasiones non fugiunt. Ostenditur ergo, fugam occasionis ad seriam conversionem omnino necessariam, & pœnitentiam sine illa spuriam esse. Quippe Evæ peccatum, & ipsa negatio Petri ex occasione ortum traxit. Si autem justus in occasione securus non est, peccatori quid fiet? certe pœnitentia seria desumitur ex fuga occasionis: unde damon non curat Confessiones, sed fugam occasionum: nam sine harum fuga nihil prodest pœnitentia, nec quævis bona opera, aut confidentia in Angelo Custode.

Dominica III. post Pascha.

CONCEPTUS I. Ordine LXXXVIII.

De vanitate rerum mundanarum, & brevitate vitæ mortalis, *Pag.* 222.

THEMA.

Modicum, & jam non videbitis me. Joann. 16.

SYNOPSIS.

Vere *modicum* est, quidquid mundus magni facit, & vita hæc instar comœdiæ est, in qua bona terrena spectantur, non possidentur; & dum cortina clauditur, persona, quam quisque egit, exuitur. Exponitur hæc comœdia, & triplici absolvitur scena. 1. In hoc mundi theatrum prodeunt Reges, Principes, Magnates, quorum honor caducus, & fugitivus est. 2. In hujus mundi theatro sudant, laborant, divitias corradunt divites Euclionis, sed & divitiæ vanæ sunt, ac transitoriæ. 3. In scenam prodeunt delicioli voluptatum sectatores; at voluptates quoque fluxæ, & momentaneæ sunt.

CONCEPTUS II. Ordine LXXXIX.

Qua ratione hominem Christianum per actiones modicas, & minimas ad magnam virtutem, ac meritum assurgere oporteat. *Pag.* 224.

THEMA.

Modicum, & videbitis me. Joann. 16.

SYNOPSIS.

Cum multi falso sibi imaginentur, virtutem, & perfectionem Christianam solum in prodigiolis, & magnificis actibus fundari, ad hæc plurimi, præsertim homines plebei, vix aliter, quam per opera, & labores diuturnos meritis ditescere possint, ostenditur, potissimum ex actionibus modicis, & minimis virtutis, & salutis nostræ meritum pendere. Nam 1. sicut divitiæ temporales per multa modica colliguntur, ita meritorum thesaurus ex minimorum cura augetur, cujus industriæ praxis hic docetur. 2. Modica sunt securiora actibus heroicis, quia minus vanæ gloriæ periculum habent. 3. Per modica probat homo fidelitatem in magnis. 4. Modica non minus placent Deo, quam magna.

CONCEPTUS III. Ordine XC.

De tertio peccati remedio, quod est, tentationum initiis resistere. *Pag.* 227.

THEMA.

Modicum. Joann. 16.

SYNOPSIS.

Securissimum peccati remedium est, principiis resistere. Sicut enim felix belli eventus ex initio dependet, & statim eminus feriendus est hostis, antequam invalescat; ita se res habet in pugna spirituali: repellendus est inimicus tentator, dum adhuc debilis est. Si enim tentationibus non statim resistitur, mox ad majora proceditur: Sic enim Evæ peccatum, & omnia fere alia ex eo facta sunt, quia initiis non resistebatur. Quemadmodum igitur in temporalibus modicum damnum sollicite prævertitur, sic eadem diligentia tentationibus obluctandum est, quæ longe gravius nocent: Si enim principiis non obstatur, diabolus indubitanter victoriam sperat.

Dominica IV. post Pascha.

CONCEPTUS I. Ordine XCI.

De frequenti consideratione finis ultimi. *Pag.* 230.

THEMA.

Vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Joann. 16.

SYNOPSIS.

Homo, cujus est agere propter finem, sæpe sepsum interroget: *quo vadis?* & ultimum suum finem, cujus oblivio mundum vitiis replet, frequenter cogitet. Nam 1. Homo ex creatione sua potest ac debet ultimum suum finem, & summum bonum cognoscere. 2. Debet suum Creatorem amare. 3. Et amando possidere; solus enim Deus hominem satiat. 4. Homo creatus est, ut æternum Deo fruatur.

CONCEPTUS II. Ordine XCII.

Arguitur injustitia hominum peccatorum, qui plus curant temporalia, quam æterna. *Pag.* 232.

THEMA.

Cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de justitia. Joann. 16.

SYNOPSIS.

Spiritus Sanctus accusat mundum de defectu justitiæ, eo quod pluris æstimentur terrena, quam æterna; justitia enim exigit, ut bona fortunæ corpori, corpus animæ postponantur: hunc ordinem iniquissime pervertunt miseri peccatores: Nam 1. Plus æstimant bona fortunæ, quam animam. 2. Plus æstimant corpus, quam animum, dum corpori omnia affluenter, animæ vero parce, & tenaciter tribuunt.

CONCEPTUS III. Ordine XCIII.

De quarto remedio peccati, nempe fuga otii, & amore honestæ occupationis. *Pag.* 235.

THEMA.

Vado ad eum, qui misit me. Joann. 16.

SYNOPSIS.

Dei Filius a primo adventu in mundum usque ad obitum semper in laboribus fuit, exemplo suo nos erudiens, quomodo otium fugere, & semper honeste occupari debeamus: salutare enim hoc vitiorum remedium est, otioque sublato, maximas peccati fomes tollitur. Quippe homo ad laborem creatus, & natus est; & sicut res etiam inanimatas, quæ nullo labore, aut motu exercentur, corrumpi videmus; ita homo otiosus fit vitiosus; præcipue autem libido exortio nascitur, denique dæmoni ad homines otiosos liber accessus patet.

Dominica V. post Pascha.

CONCEPTUS I. Ordine XCIV.

Cur preces nostræ, ac orationes ad Deum sæpe non exaudiantur? *Pag.* 237.

THEMA.

Siquid petieritis Patrem in Nomine meo, dabit vobis. Joann. 16.

SYNOPSIS.

Deus semper paratus est audire nostras orationes: sæpe tamen non obtinemus, quod rogamus, quia ratio defectuosa est; nam 1. Sæpe petimus rem noxiam. 2. Non habemus confidentiam. 3. Opera non consentiunt orationi. 4. Deest perseverantia.

CONCEPTUS II. Ordine XCV.

Quomodo orationem constitutam esse oporteat ut sit efficax ad impetrandum. *Pag.* 239.

THEMA.

Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. Joann. 16.

SYNOPSIS.

Supplicationes Deo factæ debent esse sine mœrore: ut ergo oratio sit efficax, & impetratoria, tria requiruntur. 1. Ex parte orantis, ut sit in statu gratiæ; inimicus enim nil impetrat, & præterea falsificat orationem Dominicam. 2. Ex parte modi, oratio debet esse attenta, exclusis distractionibus. 3. Res petita debet esse salutaris.

CONCEPTUS III. Ordine XCVI.

De quinto peccati remedio, videlicet Oratione. *Pag.* 242.

THEMA.

Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. Joann. 16.

SYNOPSIS.

Indaganti remedium contra peccata præscribitur Oratio. Nimirum 1. Oratio est medicina præservativa contra peccata, quia orantem contra tentationes præmunit, aut in tentatione contra lapsum corroborat. 2. Oratio est medicina curativa peccati, quia vel reatum pœnæ magna ex parte extinguit, vel saltem animam a pravis habitibus, passionum rebellione, & peccati reliquiis exspargat. 3. Oratio est medicina confortativa, quia Divinæ gratiæ ad perseverantiam necessariæ robur, & auxilium procurat.

Dominica VI. post Pascha.

CONCEPTUS I. Ordine XCVII.

De obligatione, qua homo Christianus vita ac moribus Christum Dominum referre, ac imitari debet. *Pag.* 244.

THEMA.

Vos testimonium perhibebitis de me; quia ab initio mecum estis. Joan. 15.

SYNOPSIS.

Christiani vitæ ac morum integritate Christum referre, eique ita testimonium perhibere tenentur, ut solo intuitu ab hæreticis, & infidelibus discerni possint. Videlicet 1. Christiani debent cum Christo convenire in cogitatione; sed multi, pro dolor! in cogitatione Christo sunt contrarii. 2. Christiani in verbis Christum imitari, sed & in his complures ab eo dissonant. 3. Christiani cum Christo convenire debent in operibus, sed plurimi etiam a Christi operibus discrepant.

CONCEPTUS II. Ordine XCVIII.

De damnabili astutia, & perversitate mundi, qui plerumque vitia sub schemate virtutum palliare, & excusare contendit. *Pag.* 246.

THEMA.

Venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Joan. 15.

SYNOPSIS.

Ostenditur, quomodo mundus sua vitia virtutis pallio vestire contendat; sic 1. Homines laxi peccata lethalia sæpe pro venialibus habent. 2. Vindicta ornatur larva justitiæ. 3. Avaritia tegitur pallio honoris Divini. 4. Luxuria quæritur sub schemate peregrinationis. 5. Damna proximi celantur sub larva Religionis. Sed hæ larvæ, & pallia scelerum olim detrahentur coram Divino Tribunali, ubi omnia peccata in sua nativa fœditate apparebunt.

CONCEPTUS III. Ordine XCIX.

De sexto peccati remedio, videlicet frequenti usu Sacramentorum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ. *Pag.* 249.

THEMA.

Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum Veritatis. Joan. 15.

SYNOPSIS.

Non tantum Spiritus Sanctus, sed & Christus Dominus est noster Paraclitus, idest, noster Advocatus, Exhortator, & Consolator, qui nobis quotidie præsto est in Eucharistia; ideo oportet nos sæpe ad ipsum recurrere per frequentem Sacramentorum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ usum. Hunc enim in finem Christus Eucharistiam instituit, ut ea frequenter utamur; hoc ipsum optat nostra amantissima Mater Ecclesia; hoc denique exigit nostra infirmitas; cum homo peccator in bono perseverare non possit sine frequenti Eucharistiæ usu, præsertim qui vitiis antea valde deditus fuit.

Dominica Pentecostes.

CONCEPTUS I. Ordine C.

De beneficiis, donisque, quæ Spiritus Sanctus Ecclesiæ contulit. *Pag.* 252.

THEMA.

Paraclitus autem Spiritus Sanctus . . . ille vos docebit omnia. Joan. 14.

SYNOPSIS.

Sicut Deo Patri ob beneficium Creationis, Filio ob gratiam Redemptionis, ita S. Spiritui obstricti sumus ob donum Justificationis, aliaque innumera beneficia, quæ Ecclesia præstat, dum 1. Animat Apostolos. 2. Confortat Martyres. 3. Erudit Doctores. 4. Denique Electis omnibus finalem donat perseverantiam.

CONCEPTUS II. Ordine CI.

De cælesti sapientia, quam nobis hodie tradit Divinus Sapientiæ Magister, Spiritus Veritatis. *Pag.* 255.

THEMA.

Paraclitus autem Spiritus, quem Pater mittet in Nomine meo, ille vos docebit omnia. Joan. 14.

SYNOPSIS.

Invitamur ad scholam Sancti Spiritus, qui nos docebit *omnia*, idest talem scientiam, per quam nobis salvafunt omnia. Tales non sunt scientiæ humanæ; unde 1. Scientia Sancti Spiritus præstat Philosophiæ, quia hæc per multos errores naturæ arcana rimatur, illa sine errore ad Deum perducit. 2. Præstat facultati Medicæ, quia hæc corpora curat, & sæpe mortem ab his accere non potest, illa animæ vitam immortalem procurat. 3. Præstat Juris prudentiæ, quæ sæpe plus nocet litigantibus jure, quam antea illis alii nocuerunt injuria. 4. Præstat Theologiæ, quæ sæpe speculationibus, & subtilitatibus inutiliter occupatur, scientia autem Sancti Spiritus nos non doctos, sed sanctos efficit. *Ideo est summa Sapientia, per contemptum mundi tendere ad regna cælestia*, inquit Thomas Kempensis.

CONCEPTUS III. Ordine CII.

Homini Christiano de salute sua & perseverantia anxio exponitur, quid possit humana fragilitas adjuvante Divini Spiritus gratia. *Pag.* 257.

THEMA.

Repleti sunt omnes Spiritu Sancto, & cœperunt loqui variis linguis, &c. Act. 2.

SYNOPSIS.

Humana fragilitas per Spiritus sancti gratiam fere omnipotens fieri potest. Unde ait sanctus Bernardus, quod per naturam est impossibile, per gratiam non solum possibile, sed & facile fieri. Sic adjuvante S. Spiritu gratia. 1. Apostoli mire mutati sunt. 2. Martyres inter tormenta hilares triumphant. 3. Confessores miram agunt pœnitentiam. 4. Ita omnes peccatores mutari possunt, si velint.

Feria II. Pentecostes.

CONCEPTUS I. Ordine CIII.

Ostenditur portentum maximum esse in mundo, quod non ametur Christus. *Pag.* 260.

THEMA.

Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Joan. 3.

SYNOPSIS.

Christus non amatur, sed odio habetur ab omnibus, scilicet a Judæis, a gentilibus, ab hæreticis, & a multis Catholicis: id quod summopere

mopere admirandum est, quia 1. Fuit homo perfectissimus. 2. Habuit omnes amabilitates. 3. Neminem læsit, non Principes, non Sacerdotes, non ambitiosos, non avaros, non pauperes, non infirmos.

CONCEPTUS II. Ordine CIV.

Demonstratur per doctrinam hominum ipsam Fidem periculo jacturæ exponi. *Pag.* 262.

THEMA.

Dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem: erant enim eorum mala opera. Joan. 3.

SYNOPSIS.

Fides migrat ob hominum peccata, quæ sunt dispositio valde remota ad Apostasiam, immo ad Atheismum. Quippe 1. Fides per sancta opera nutriri debet. 2. Multæ regiones ob sua peccata Fidem perdiderunt. 3. Exemplis hoc ostenditur in Populo Israelitico. 4. Et in Imperio Orientali. 5. Denique in nostra Germania.

CONCEPTUS III. Ordine CV.

Perpenditur immensus Dei erga nos amor, & nostra mutui amoris obligatio declaratur. *Pag.* 265.

THEMA.

Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret. Joan. 3.

SYNOPSIS.

Deus prior dilexit nos; igitur necesse est, ut Deum vicissim diligamus, præsertim si consideremus. 1. Quis dilexerit nos. 2. Quem dilexerit. 3. Quomodo dilexerit. 4. Quem in finem dilexerit.

Feria III. Pentecostes.

CONCEPTUS I. Ordine CVI.

Proponuntur signa aliqua prædestinationis, comparata cum proprietatibus oviculæ. *Pag.* 268.

THEMA.

Cum propriis oves emiserit, ante eas vadit, & oves illum sequuntur; quia sciunt vocem ejus. Joan. 10.

SYNOPSIS.

Sicut Christus boni Pastoris notas omnes implevit; ita nos electarum ovicularum signa, quibus a reprobis hœdis distinguamur, habere oportet. Ejusmodi signa quatuor hic recensentur, per totidem naturales ovium proprietates significata. 1. Amor proximi. 2. Patientia in adversis. 3. Horror peccati. 4. Frequens Sacramentorum usus.

CONCEPTUS II. Ordine CVII.

De legitima successione, ac vocatione Ministrorum Ecclesiæ, quam Prædicantes Lutherani nos, aliosque sectarios neutiquam habere demonstratur. *Pag.* 270.

THEMA.

Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro. Joan. 10.

SYNOPSIS.

Sacerdotum potestas ab ipso Christo per continuam successionem derivatur. Ministri autem Acatholici nullam habent missionem, seu vocationem. Itaque 1. Christus misit Apostolos in omnem terram. 2. Hoc præceptum non tangebat solum Apostolos, sed etiam eorum successores; unde ipsimet Apostoli miserunt suos Discipulos. 3. Eosque variis in locis constituerunt sibi successores. 4. Qui Fidem, persecutionibus non obstantibus, hucusque propagarunt. 5. Hi propagatores omnes fuere Catholici. Præcones Lutherani missionem suam non possunt demonstrare melius, quam Arius, aliique Hæretici.

CONCEPTUS III. Ordine CVIII.

In sollemnitate, qua Virgo Deo devota sacram Professionem emittit, Status Religiosus, & Monasteria comparantur Arcæ Noeticæ. *Pag.* 273.

THEMA.

Fac tibi Arcam de lignis lævigatis, mansiunculas in Arca facies, & bitumine linies intrinsecus, & extrinsecus. Gen. 6.

SYNOPSIS.

Felix, qui in periculoso mari hujus mundi Arcam sibi construit. Talis Arca est Status Religiosus: nam 1. Sicut materia Arcæ Noeticæ erat lignum Cedrinum, incorruptibile, & nec vermibus, nec putredini obnoxium: ita in monasteriis materia desideriorum sunt æterna & cælestia. 2. In Arca Noe trecentæ animalium species infimam tenebant mansiunculam, & absque discordia cohabitabant: in monasteriis appetitus animales infimum locum tenent, & absque omni rebellione dominio rationis subsunt. 3. Quod in Arca Noetica erat bitumen, atque marinæ illapsum excludens, hoc in monasteriis est custodia sensuum, objecta mundana removens. 4. Fenestra Arcæ, per quam gratiæ lumen ingreditur, est oratio, qua Religiosa anima Dei iram placat. 5. Postquam Noe cum suis Arcam ingressus est: *inclusit eum Deus undique.* Sic & Religiosa anima in soli tudine habitare gaudet, &c.

Dominica SS. Trinitatis.

CONCEPTUS I. Ordine CIX.

Ostenditur, quæ ratione Imago Divinitatis, hoc est, humana anima in tribus potentiis per peccatum fœdata, per tres Divinas Personas reparari possit. *Pag.* 275.

THEMA.

Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Gen. 1.

SYNOPSIS.

Rogatur SS. Trinitas, ut animam reformet, ac reparet, quæ in tribus potentiis per peccatum sauciata a prima suæ creationis pu-

critatine receſſit; animarum. 1. Per ignorantiam depravatus eſt intellectus, ita ut homo ſuam dignitatem non intelligens, brutis ſimilis fieret: ſupplicatur ergo Deo Patri, ut intellectum reparet. 2. Memoria depravata eſt per oblivionem Divinorum Beneficiorum: rogatur itaque Filius, ut memoriam renovet. 3. Voluntas depravata eſt per tepiditatem: rogatur proinde Spiritus ſanctus, ut voluntatem reformet.

CONCEPTUS II. Ordine CX.

De enormi injuria, quam peccatum ſpecialiter irrogat Myſterio SS. Trinitatis. *Pag.* 278.

THEMA.

Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, docentes eos ſervare omnia, quæcunque mandavi vobis. Matth. 28.

SYNOPSIS.

Sicut Solis lumen extinguere velle, ita Deum Trinum offendere ſumma inſania eſt: hanc tamen inſaniam committit peccator: quia 1. In Patre offendit Dei Potentiam. 2. In Filio offendit Sapientiam. 3. In Spiritu ſancto offendit Divinam Bonitatem.

CONCEPTUS III. Ordine CXI.

De obligatione, quæ homini Chriſtiano incumbit ex Sacramento Baptiſmi. *Pag.* 280.

THEMA.

Euntes docete omnes Gentes, baptizantes eos in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Matth. 28.

SYNOPSIS.

Sicut milites ex militari teſſera, ita Chriſtiani ex Baptiſmo dignoſcuntur. Baptiſmus autem magnam poſt ſe trahit obligationem, & quidem duplicem. 1. ut Chriſtianus in virtutibus crefcat. 2. Ut contra Diabolum conſtanter dimicet.

Dominica infra Octavam Corporis Chriſti.

CONCEPTUS I. Ordine CXII.

Aſſignantur cauſæ, ob quas ſanctiſſimum Communionis Sacramentum ſæpe nullos virtutum, ac gratiarum fructus in anima producat. *Pag.* 283.

THEMA.

Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos. Luc. 14.

SYNOPSIS.

Sicut agentia naturalia agunt ſecundum diverſitatem diſpoſitionis in paſſo, ita & effectus agentium ſupernaturalium & Sacramentorum, præcipue Euchariſtiæ, ſolet eſſe ſecundum diſpoſitionem ſuſcipientium. Cauſſa igitur infructuoſæ Communionis eſt defectus debitæ diſpoſitionis, qui triplex eſt. 1. Defectus præparationis ante Communionem. 2. Defectus devotionis in ipſa Communione. 3. defectus gratiarum actionis poſt Communionem.

CONCEPTUS II. Ordine CXIII.

Qua ratione Euchariſticus convivæ comparatus eſſe debeat ad ſacroſanctum Epulum dignæ ſumendum. *Pag.* 285.

THEMA.

Miſit ſervum ſuum hora cœnæ dicere invitatis, quia parata ſunt omnia. Luc. 14.

SYNOPSIS.

Ille ſatis digne, & honorifice Euchariſtico Epulo accumbit, qui Sacroſanctum Chriſti Corpus eadem, qua olim Joſephus Arimathæus, obſequiorum triade honorat. Itaque 1. Corpus Dominicum involvendum eſt ſyndone munda, ideſt, pura Conſcientia. 2. Reponendum eſt in monumento novo, ideſt, in anima intus reformata, & a peccatis per prævium Confeſſionem expurgata. 3. Monumentum obvolvuto lapide muniendum, ſcilicet cor inviolabili propoſito contra quævis peccata obfirmandum eſt.

CONCEPTUS III. Ordine CXIV.

Confraternitati SS. Sacramenti, dum ſæculum ſuum celebret, præteguntur ſtatuta, ac leges, ad renovandum homagium. *Pag.* 288.

THEMA.

Cuſtodite verba pacti hujus, & implete ea, ut intelligatis univerſa, quæ fecitis. Deut. 29.

SYNOPSIS.

Apud Romanos certis temporibus fiebat renovatio fœderum: ita oportet renovari homagium confraternitatis Euchariſticæ, quæ inſtituta eſt ad quadruplicem finem. 1. Ad extirpationem ſcelerum. 2. Ad implantationem virtutum. 3. Ad conſolationem morientium. 4. Ad ſolatium mortuorum.

Dominica III. poſt Pentecoſten.

CONCEPTUS I. Ordine CXV.

De gaudio, & amore, quo Chriſtus Dominus amat, ac æſtimat peccatorem pœnitentem. *Pag.* 290.

THEMA.

Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam. Luc. 15.

Chriſtus Paſtor bonus ſibi potius, quam ovi culæ inventæ, ideſt, peccatori recens converſo congauderi, & applaudi deſiderat, quia omne gaudium collocatum habet in converſione peccatorum: hoc amat, & quærit. Ninirum 1. Peccatores Dei Filium e cælo in terram detraxerunt. 2. Chriſtus ut plurimum verſatur inter peccatores, iiſque majorem familiaritatem, æſtimationemque oſtendit, quam juſtis. 3. Denique ex peccatorum converſione ſummum capit ſolatium, & gaudium.

CON-

CONCEPTUS II. Ordine CXVI.

De admirabili Chriſti Domini miſericordia erga peccatores. *Pag.* 292.

THEMA.

Hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Luc. 15.

SYNOPSIS.

Chriſtus habet quaſi ſympathiam erga peccatores, quia in his habet occaſionem exhibendi ſuam miſericordiam. Quare peccatores 1. Blanditiis allicit. 2. Beneficiis onerat. 3. Flagellis premit, & ſæpe ex ipſo actu peccati eorum converſionem ordinat.

CONCEPTUS III. Ordine CXVII.

Qua ratione detractiones, injuriæ, & perſecutiones hominum malorum fortiter, ac patienter ſuſtinendæ ſint. *Pag.* 295.

THEMA.

Et murmurabant Phariſæi, & Scribæ dicentes: quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Luc. 15.

SYNOPSIS.

Chriſtus Dominus Phariſæorum, & Scribarum calumnias patienter ſuſtinet, ut nos, qui etiam verba aculeata furioſe vindicamus, patientiam docent. Vel enim vera ſunt, quæ nobis objiciuntur, vel falſa? 1. Si vera ſunt, corrigi debent vitia, & per ipſam hanc patientiam in ſuſtinendis maledicorum dictériis, quæ tanquam caſtigationes a Deo immiſſæ acceptanda ſunt emendari. 2. Si falſa nobis objiciuntur, deſpicienda ſunt convitia, & oppoſito bonæ conſcientiæ clypeo tranquille excipienda.

Dominica IV. poſt Pentecoſten.

CONCEPTUS I. Ordine CXVIII.

De bona intentione operibus noſtris præfigenda. *Pag.* 298.

THEMA.

Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete. Luc. 5.

Multi laborant ſine merito ob defectum bonæ intentionis, quæ eſt actus voluntatis, quo actiones noſtræ ad finem ſupernaturalem diriguntur. Suadetur itaque exercitium bonæ intentionis. 1. Quia eſt neceſſarium ad colligenda merita. 2. Cum homo quotidie multa demerita accumulet, contrarium contrario opponendum eſt. 3. Ad frequentandum bonæ intentionis exercitium invitant exempla Sanctorum.

CONCEPTUS II. Ordine CXIX.

Qua arte opera noſtra, cujuſvis vocationi propria, ad excellens meritum elevari poſſint. *Pag.* 300.

THEMA.

Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam. Luc. 5.

SYNOPSIS.

Perfectio Chriſtiana fundatur in operibus quotidianis, per bonam intentionem rite elevatis. Modus autem elevandi opera noſtra conſtitit in quatuor his induſtriis. 1. Debent per intentionem puram ad Deum dirigi. 2. Debent uniri cum meritis Chriſti. 3. Debet accedere deſiderium plura faciendi. 4. Debet Deus in auxilium vocari.

CONCEPTUS III. Ordine CXX.

De confidentia collocanda in Dei Providentia, quæ in rebus afflictis, dum deſperata putantur omnia, mirabiliter ſolet ſuccurrere. *Pag.* 302.

THEMA.

Et cum hoc feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam. Luc. 5.

SYNOPSIS.

Chriſtiani, ſi res male ſuccedant, animo concidunt, & impatienter exiſtunt, cum tamen Deus ordinarie, & nunquam manifeſtius, quam rebus jam conclamatis, ſuccurrere ſoleat, uti Davidis ab inimicis, & Jacobi ab infidiis fratris Eſau liberati, aliiſque exemplis e S. Scriptura petitis offenditur: immo Deus hunc ipſum in finem afflictiones humanas ad extrema devenire permittit, ut ſuam in ferendis auxiliis potentiam glorioſius demonſtret. Quare in omni calamitate Divinæ Providentiæ confidendum eſt.

Dominica V. poſt Pentecoſten.

CONCEPTUS I. Ordine CXXI.

Quomodo opera noſtra conſtituta eſſe debeant, ut iiſdem cælum mereamur. *Pag.* 305.

THEMA.

Niſi abundaverit juſtitia veſtra plus, quam ſcribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Matth. 5.

SYNOPSIS.

Juſtitia noſtra Phariſaicam, quæ ſimulata tantum fuit, ſuperare debet, removendo tres defectus, quibus potiſſimum Phariſæorum actiones laborabant. Videlicet 1. In operibus ſanctis non eſt præſumptuoſe confidendum. 2. In operibus ſanctis non eſt quærenda vana gloria. 3. In operibus ſanctis non attendendæ ſunt ſolum obſervantiæ minores, neglectis gravioribus.

CONCEPTUS II. Ordine CXXII.

De reconciliatione, ac venia inimicis præſtanda. *Pag.* 307.

THEMA.

Vade prius reconciliari fratri tuo. Matth. 5.

SYNOPSIS.

Deo non placent munera, nisi a corde reconciliato veniant: ut igitur opera nostra, & pietatis exercitia Deo accepta, & præmio digna sint, rancores, & inimicitias e corde deponi oportet. 1. Quia inimicitia tantum est malum, ut perinde, ac aliæ culpæ, muncre redimi non possit. 2. Deum magis irritat. 3. Hominem in diabolum mutat. 4. Deus sibi vindictam reservat. 5. Injurias non vindicare probrosum non est.

CONCEPTUS III. Ordine CXXIII.

Agitur contra vitium iræ, ejusque damnabiles effectus describuntur. *Pag.* 309.

THEMA.

Ego autem dico vobis: omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit judicio, Matth. 5.

SYNOPSIS.

Iram; orco quidem delectabilem, sed calo exsam, Christus hodie sub interminatione Divini judicii prohibet. Et merito hoc vitio Ecclesiastes pronuntiat: *ira in sinu stulti requiescit*. Stultus enim, & insanus est omnis iracundus, quia 1. Lædit gravissime seipsum. 2. Lædit proximum. 3. Et denique ipsum Deum.

Dominica VI. post Pentecosten.

CONCEPTUS I. Ordine CXXIV.

De Fiducia collocanda in Providentia Divina, quæ servis suis sustentationem temporalem liberalissime subministrat. *Pag.* 312.

THEMA.

Misereor super turbam; quia ecce jam triduo sustinent me, nec habent, quod manducent. Marc. 8.

SYNOPSIS.

Deus centoculus est ad necessitates nostras non tantum spirituales, sed etiam corporales, nec unquam deserit justos; proinde spes in Deo collocata non fallit. 1. Quia Deus potest nos juvare, est enim Dominus ditissimus, & promisit nobis etiam sustentationem temporalem. 2. Quia vult juvare; est enim optimus Pater.

CONCEPTUS II. Ordine CXXV.

De plaga grandinis, & quibus de caussis eamdem Dominus Deus permittere soleat. *Pag.* 314.

THEMA.

Triduo sustinent me, nec habent, quod manducent, & si dimisero eos jejunos, deficient in via. Matth. 8.

SYNOPSIS.

Deus turbæ panem multiplicat, nobis per grandinem destruit, at non sine justa caussa; Deus enim non permittit Malum, nisi ut eruat Bonum. Prima ergo ratio grandinis est, ut a peccatis præservemur. Secunda, ut pœnitentiam de peccatis agamus. Tertia, ut Dei auxilium imploremus.

CONCEPTUS III. Ordine CXXVI.

Agitur contra vitium gulæ, & ebrietatis, ejusque pessimi effectus, ac damna describuntur, *Pag.* 316.

THEMA.

Et manducaverunt, & saturati sunt. Marc. 8.

SYNOPSIS.

Germani dicuntur Bibuli, quia abusus compotationum valde frequens est. Turpissimum hoc est vitium. 1. Quia gentiles abhorruerunt a crapulis, & ordinatæ Respublicæ eas prohibuerunt. 2. Quia ebrietas per se est peccatum mortale. 3. Et si non esset per se, esset tamen propter pessimos suos effectus, qui hic recensentur. 4. Maxima mala in ebrietatibus contigerunt. 5. Denique ejusmodi potatores sunt audacculi, effrontes, temerarii, & ad quævis audenda proclives.

Dominica VII. post Pentecosten.

CONCEPTUS I. Ordine CXXVII.

Ostenditur, blandientium procorum assentationes revera amorem non esse, sed deceptionem ac falsitatem. *Pag.* 319.

THEMA.

Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Matth. 7.

Mundani Amasii amorem simulant, & sunt velut lupi ovina pelle induti: eorum enim promissiones, & blanditiæ ad peccatum allicientes, revera amor non sunt, sed deceptio. 1. Quia ejusmodi amatores perfidi sunt, & fallaces, utpote qui fidem Deo datam jam violarunt. 2. Amor impudicus est potius odium, quam amor. 3. Et ordinarie in apertum odium transit. 4. Accedit misera conditio feminæ pudoris jacturam passæ. 5. Denique impurus amor post se trahit æternum odium.

CONCEPTUS II. Ordine CXXVIII.

Ostenditur falsissimos Prophetas esse mundum, carnem, dæmonem, qui ementita securitate salutis animas dementant. *Pag.* 322.

THEMA.

Attendite a falsis Prophetis. Matth. 7.

SYNOPSIS.

Falsi Prophetæ mala plurima in orbe caussarunt: ejusmodi falsi Prophetæ sunt mundus, caro, & dæmon. 1. Mundus decipit promissione deliciarum. 2. Caro blanditur longitudine vitæ. 3. Dæmon decipit securitate salutis.

CONCEPTUS III. Ordine CXXIX.

Evertitur inanis spes peccatorum, qua præsumptuose putant, per unicum actum contritionis in ipso mortis articulo elicitum se salvatum iri. *Pag.* 324.

THE-

THEMA.

Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, introibit in regnum cælorum. Matth. 7.

SYNOPSIS.

Sicut obstinatus Pharao, ita multi peccatores differunt pœnitentiam, quia putant, salutem uno contritionis actu in mortis articulo obtineri posse. Sed hæc est manifesta deceptio. 1. Quia peccator, instar morosi debitoris solutionem ex uno tempore in illud differentis pœnitentiam prorogans, & in juvenili ætate sua temere confidens, sæpe fallitur. 2. Potest homo a morte præveniri, antequam conteratur. 3. In articulo mortis ineptus est ad pœnitentiam. 4. Pœnitentia sera raro vera; semper suspecta, & periculosa est.

Dominica VIII. post Pentecosten.

CONCEPTUS I. Ordine CXXX.

De oligatione Patrum-familias, quam habent erga liberos & domesticos. *Pag.* 327.

THEMA.

Homo quidam erat dives, qui habebat villicum. Luc. 16.

SYNOPSIS.

Homo ille dives, de quo loquitur Evangelium, est Christus Dominus, qui habet suos villicos, & administratores, quibus pretiosas margaritas, scilicet animas proprii sanguinis & vitæ pretio emptas concredidit. Tales vicilli sunt Patres-familias, qui aliquando rationem reddere debebunt villicationis suæ, id est, curæ & sollicitudinis, quam pro animabus liberorum, & domesticorum suorum gerere tenentur; nam 1. Pater-familias, tanquam villicus Christi, tenetur esse fidelis, & procurare lucrum Domini, pia virtutum opera verbo & exemplo inter domesticos implantando. 2. Debet esse prudens, & avertere damna Domini sui peccata domesticorum impediendo.

CONCEPTUS II. Ordine CXXXI.

De frequenti consideratione Judicis Divini, ejusque considerationis utilitate. *Pag.* 329.

THEMA.

Redde rationem villicationis tuæ. Luc. 16.

SYNOPSIS.

Nos omnes sumus villici Dei, cui de tot bonis nobis concreditis olim rationem reddere debebimus: recordatio reddendæ rationis excitat ad agendam vitam vocationis nostræ conformem; nam 1. Memoria Judicii retrahit a peccatis. 2. Memoria Judicii expurgat reliquias peccatorum. 3. Memoria Judicii tollit tepiditatem in actionibus.

CONCEPTUS III. Ordine CXXXII.

Agitur contra furta, fraudes, & injustitias in negotiatione, & commerciis heri solitas. *Pag.* 331.

THEMA.

Ait autem villicus intra se; quid faciam, quia Dominus aufert a me villicationem? Luc. 16.

SYNOPSIS.

Antiquis temporibus adeo sancta erat fidelitas, ut fallere aliquos posse non crederetur; nunc ubique regnant fraudes, & injustitiæ. Itaque 1. In apricum proferuntur, & exagitantur fraudes, & modi illiciti adquirendi, passim etiam inter triviales homines usurpari soliti. 2. Ostenditur, conscientiam tutum, aliorumque injuste adquirentium semper esse irrequietam. 3. Obolum injuste partum decem alios devorare. 4. Restitutionem ad pias caussas factam non sufficere. 5. Arduum quidem, & grave esse, rem diu quiete possessam restituere, sed longe graviorem esse damnationem æternam.

Dominica IX. post Pentecosten.

CONCEPTUS I. Ordine CXXXIII.

De infelici morte peccatoris, repræsentata sub schemate excidii Jerosolymitani. *Pag.* 336.

THEMA.

Cum appropinquaret Jesus Jerusalem, videns civitatem, flevit super illam. Luc. 19.

SYNOPSIS.

Dum Christus flet super interitum urbis Jerusalem, non flet civitatem terrenam solum, sed principaliter animam peccatricem, in tremendo illo mortis articulo ab infernalibus inimicis obsidendam, ac mille afflictionibus, & angustiis conficiendam; nam 1. Peccatrix anima in morte obsidetur a dæmonibus, & quasi vallo circumdatur. 2. Terretur intuitu peccatorum, & conqueritur undique. 3. Tentatur desperatione, & quasi in terram prosternitur, ut nec lapis super lapidem, ideo, nihil bonæ spei, nihil bonæ cogitationis remaneat.

CONCEPTUS II. Ordine CXXXIV.

De arcana peccatorum mensura, cuilibet hominum a Deo præfixa. *Pag.* 336.

THEMA.

Ex quod non cognoveris tempus visitationis tuæ. Luc. 19.

SYNOPSIS.

Misericordia Dei in suis operationibus habet certos limites; hinc præfixit homini determinatum peccatorum mensuram, qua impleta, eidem salutis janua præcluditur. Quippe inscrutabilia sunt Judicia Dei, cujus arcano consilio certa actionum, & peccatorum mensura nobis præstituta est: itaque 1. Demonstratur hac veritas ex Scriptura. 2. Ostenditur hanc mensuram nobis insognitam esse, ut nimirum quodvis peccatum tanquam ultimum timeamus, in quod cadere idem sit ac perire.

CONCEPTUS III. Ordine CXXXV.

Agitur contra irreverentias in templo & locis sacris fieri solitas. Pag. 339.

THEMA.

Ingressus templum, cœpit ejicere vendentes in illo, & ementes, dicens: quia Domus mea, Domus orationis est: vos autem fecistis speluncam latronum. Luc. 19.

SYNOPSIS.

Irreverentiæ in templo sunt tam grave delictum, ut omnipotenti brachio puniri ineantur: nihilominus hodiedum committuntur, ut adeo mirum non esset, si Christus denuo flagellum stringeret. Certe Judæis, quibus templum Salomonis in summo honore erat, in locorum sacrorum reverentia primas cedere debemus, imino & infidelibus, qui in suis templis modestiores sunt, quam Catholici; horum irreverentiæ in Ecclesiis singulatim hic recensentur, & acriter carpuntur.

Dominica X. post Pentecosten.

CONCEPTUS I. Ordine CXXXVI.

Ostenditur, quod homo neutiquam de operibus suis superbire, nec de suis meritis præsumptuose confidere debeat. Pag. 341.

THEMA.

Deus gratias tibi ago; quia non sum sicut reteri hominum --- jejuno bis in Sabbato, decimas do omnium, quæ possideo &c. Luc. 18.

SYNOPSIS.

Non est superbiendum cum hodierno Pharisæo de suis meritis & operibus. 1. Quia homo in crebris & quotidianis delictis suis sufficientem se humiliandi causam invenit. 2. Quia opera bona, præterquam quod multis sæpe delictibus vitiantur, magis sunt Dei, quam nostra. 3. Quia homo insertimus appareat, si cum Sanctis se cooferat.

CONCEPTUS II. Ordine CXXXVII.

Ostenditur, orationem non placere Domino Deo, nisi conjuncta humilitati. Pag. 343.

THEMA.

Publicanus a longe stans, nolebat nec oculos in cælum levare, sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Luc. 18.

SYNOPSIS.

Sicut mendicus fastuosus stipem non impetrat, ita nec oratio bona, & efficax est, nisi ei conjuncta sit triplex humilitas. 1. Humilitas cordis, qua homo abjecte & humiliter sentit de seipso, tam secundum statum naturæ, quam gratiæ. 2. Humilitas oris, qua homo, instar supplicantis Publicani, de se humiliter etiam loquitur. 3. Humilitas operis, qua orans etiam externa corporis compositione suam coram Deo abjectionem, submissionemque ostendit.

CONCEPTUS III. Ordine CXXXVIII.

De obligatione decimarum, & de damnis, quæ ex illarum defraudatione oriuntur. Pag. 346.

THEMA.

Decimas do omnium, quæ possideo. Luc. 18.

SYNOPSIS.

Dominus Deus ex frugibus terræ sibi Decimas reservat. Decimæ autem sunt actus Religionis, quatenus in recognitionem supremi domini Dei exsolvuntur, & sunt actus Justitiæ, quatenus sunt debitæ Ministris Ecclesiæ ob officium spirituale. Hæc oblatio Decimarum plurima homini emolumenta affert, uti 1. Agrorum fertilitatem. 2. Corporis sanitatem. 3. In rebus omnibus Benedictionem Divinam. Defraudatio autem Decimarum damna emolumentis illis opposita accersit.

Dominica XI. post Pentecosten.

CONCEPTUS I. Ordine CXXXIX.

De crimine detractionis, ejusque pessimis effectibus. Pag. 349.

THEMA.

Solutum est vinculum linguæ ejus, & loquebatur recte. Marc. 7.

SYNOPSIS.

Lingua est indomabile membrum, præsertim in vitio detractionis. Est autem detractio gravissimum peccatum; quemadmodum enim vipera triscuspide lingua fauciat, & tria infligit vulnera, ita etiam lingua detractoris tres uno dicto ladit. 1. Ladit illum, cui detrahitur. 2. Nocet audienti. 3. Gravissime nocet detrahenti.

CONCEPTUS II. Ordine CXL.

Agitur contra linguam lasciyam, deteguntur enormia animarum pericula, quæ ex verbis impudicis oriuntur. Pag. 352.

THEMA.

Et exspuens, tetigit linguam ejus, & suspiciens in cælum, ingemuit. Marc. 7.

SYNOPSIS.

Christus visa lingua ingemiscit, quia in ea inultus est omnia linguæ vitia, præsertim turpiloquium, unde & exspuisse ab hodierno Evangelio dicitur: quotiescunque enim homo Christianus videt vel audit linguam lasciyam, merito præ nausea exspuere deberet. 1. Quia turpiloqui sedent in cathedra pestilentiæ, & exemplo suo alios peccare docent. 2. Admittunt verecundiam. 3. Sunt dæmonis Apostoli, ab eo singulariter instigati. 4. Falso prætendunt, verba ejusmodi lasciva fuisse tantum jocos, aut æquivocationes, aut non fuisse periculum scandali.

CON-

CONCEPTUS III. Ordine CXLI.

Ostenditur, casus omnes in hoc mundo a Domino Deo providissime ordinari, adeoque debere nos in omnibus plene esse contentos. Pag. 354.

THEMA.

Bene omnia fecit. Marc. 7.

SYNOPSIS.

Sicut cæcus male judicat de arte statuaria, ita nos male de Divina Providentia judicamus: Deus enim omnia bene ordinat; nimirum: 1. Deus est potentissimus: ergo bene omnia facit. 2. Deus est sapientissimus: ergo omnia mala, quæ permittit, in bonum scit convertere. 3. Deus optimus est: ergo bona sunt omnia, quæ facit. Igitur de nulla re conqueri, sed in omnibus Divinæ ordinationi adquiescere debemus.

Dominica XII. post Pentecosten.

CONCEPTUS I. Ordine CXLII.

De grandi beneficio Vocationis ad Fidem, & quantam id nobis obligationem pariat. P. 357.

THEMA.

Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Luc. 10.

SYNOPSIS.

Regina Saba felices prædicat famulos Salomonis, sed feliciores sunt Christiani, quibus coram Eucharistico Salomone semper stare, ejus sapientiam in Evangelii & Verbi Divini expositione audire, ejus divitias non tantum mirari, sed etiam iis frui concessum est. Grande igitur beneficium est Vocatio ad salvificam Fidem, & Ecclesiam. 1. Quia gratia singularis hæc est, nobis data, & innumeris aliis, qui in tenebris infidelitatis sedent, negata. 2. Quia Barbari, & infideles nonnisi valde remota, nos Christiani autem expeditissima habemus salutis media. 3. De quorum neglectu olim ab his Barbaris in judicio accusabimur: e contrario si his mediis bene utamur, & vocationi ac Fidei nostræ vitam conformemus, tanta est felicitas nostra, ut pro dignitate æstimari non possit.

CONCEPTUS II. Ordine CXLIII.

De misericordia, & caritate, qua homines, præsertim divites, tenentur indigentibus, & miseris succurrere. Pag. 359.

THEMA.

Misericordia motus est, & apposuit, alligavit vulnera ejus -- & curam ejus egit. Luc. 10.

SYNOPSIS.

Sicut Sacerdos & Levita magis immisericordes fuerunt, quam Samaritanus; ita multi Christiani curiores sunt Ethnicis, cum tamen 1. Misericordiæ & Caritatis opera erga indigentes non tantum fiat consilii, sed præcepti. 2. Divites, & avari falso prætendant, se nihil superflui habere. 3. Nec excusentur per illud: *Non possum.*

CONCEPTUS III. Ordine CXLIV.

Agitur contra spiritualem homicidium, & exprobratur perversis sociis, quam enorme peccatum sit, animam innocentem ad peccandum inducere. Pag. 362.

THEMA.

Qui etiam despoliaverunt eum, & plagis impositis abierunt, semivivo relicto. Luc. 10.

SYNOPSIS.

Perversi socii, ii præsertim, qui prava procandi consuetudine aliis pudicitiæ thesaurum eripiunt, sunt animarum latrones, sed sibi ipsis nocentissimi; eadem enim ruina involuuntur, quam aliis moliti sunt: dumque multas animas ad infernum præmittunt, mox subsequuntur. Quippe 1. Mali socii sunt Vicarii dæmonis, qui eos sibi substituit ad propaganda peccata, tamquam suos animarum aucupes. 2. Immo sunt pejores ipso dæmone, dum innocentem perdunt animam, quæ Christo Domino tanto pretio & labore stetit. Tam horrendi igitur latrocinii merito pœnas dabunt.

Dominica XIII. post Pentecosten.

CONCEPTUS I. Ordine CXLV.

De grandi beneficio Justificationis, & quanta gratitudine propterea homo Deo obstringatur. Pag. 365.

THEMA.

Unus autem ex illis, ut vidit, quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes ejus, gratias agens. Luc. 17.

SYNOPSIS.

Leprosus mundatus erat admodum felix, sed homo justificatus, & a peccati lepra mundatus, est longe felicior: Nam 1. Homo justificatus fit amicus Dei. 2. Liberatur a gehennæ reatu. 3. Fit heres gloriæ cælestis; jure igitur pro tanto beneficio summas Deo grates debet.

CONCEPTUS II. Ordine CXLVI.

De detestabili ingratitudinis vitio, præsertim hominis peccatoris erga Deum. Pag. 367.

THEMA.

Non est inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Luc. 17.

SYNOPSIS.

Gratitudo laudabilis virtus, ingratitudo autem detestabile est vitium, quo extirpato, eliminatur omne peccatum, utpote quod committi contra Deum non potest, nisi ab ingratis. Hujus vitii tres sunt actus, & quasi gradus. 1. Beneficium non compensare. 2. Beneficium oblivisci. 3. Pro bono mala rependere.

CONCEPTUS III. Ordine CXLVII.

De efficacia, & virtute Confessionis Sacramentalis. Pag. 370.

THEMA.

Ite, ostendite vos Sacerdotibus. Luc. 17.

SYNOPSIS.

Confessio Sacramentalis mire mutat hominem, illique maxima Bona confert. 1. Tranquilli-

lat

lat conscientiam. 2. Damonem superat, ac confundit. 3. Placat iracundiam Dei.

Dominica XIV. post Pentecosten.

CONCEPTUS I. Ordine CXLVIII.
Proponitur duplex Dominium, Mundi, & Christi, offenditurque, quam longe suavior sit servitus hujus, quam illius. *Pag.* 372.
THEMA.
Nemo potest duobus Dominis servire. Matth. 6.
SYNOPSIS.
Duo Domini sunt Christus, & Lucifer: uterque invitat ad sequelam, uterque imponit jugum: quodnam praeligendum, & subeundum sit, patebit ex utriusque antitheti. Nam 1. Jugum diaboli arduum est, quia deceptor est: sub hoc jugo peccatores gravissime laborant, unde illis damon modo blanditur, in morte autem crudelitatem suam prodet. 2. Jugum Christi suave est, quia est fidelissimus: unde jam nunc jugum hoc per gratiam suam alleviat, & maxime alleviabit in morte, ubi optimus amicus noster erit.
CONCEPTUS II. Ordine CXLIX.
Agitur contra fictidam duplicitatem mundanorum hominum, qui ita volunt servire Deo, ut non offendant diabolum. *Pag.* 374.
THEMA.
Nemo potest duobus Dominis servire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget; aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Matth. 6.
SYNOPSIS.
Sicut in eodem regno non conveniunt duo Reges; ita nec in uno corde humano duo amores, amor scilicet Dei & amor mundi, servitus Christi, & servitus diaboli. In humanis quidem potest simulari duplex servitus, non vero in Divinis. Deus enim non acceptat cor divisum, neque vult consortium coeli & mundi; unde grande est periculum hujus duplicitatis. Nimirum, ut nervose inquit S. Hieronymus, *Nemo potest hic gaudere cum saeculo, & ibi regnare cum Christo.*
CONCEPTUS III. Ordine CL.
Demonstratur, incassum laborare eos, qui felicitatem suam per impia principia, & malas artes promovere contendunt. *Pag.* 377.
THEMA.
Quaerite primum Regnum Dei, & Justitiam ejus, & haec omnia adjicientur vobis. Matth. 6.
SYNOPSIS.
Vera ars diteſcendi, & fundamentum omnis terrenae felicitatis est, ante omnia quaerere regnum Dei, & justitiam ejus; nec unquam consilia, artes, & industriae hominum proſperantur, si Deo adversantur. Multi quidem in sua vafritie confidunt, sed misere decipiuntur. Deus enim, a cujus nutu omnium negotiorum successus dependet, irridebit eos, quippe is totum hoc universum sapientissime gubernat, & attendit ad consilia hominum, nec unquam Divina Providentia, ut blasphemant nonnulli, quasi dormitet, aut fortunae lusui res humanas permittit; nam quod nos fortuitum eventum putamus, Dei dispositio est. Cum ergo Divina Providentia non cooperetur peccatis, nec faveat machinationibus perversis, hinc impiorum conatus instar fumi evanescunt. Quisquis ergo rerum suarum prosperitatem desiderat, quaerat ante omnia Regnum Dei, & Justitiam ejus, id est, omnia cum Deo, in Deo, propter Deum, ni, hil contra Deum agat.

Dominica XV. post Pentecosten.

CONCEPTUS I. Ordine CLI
De consideratione mortis contra tentationes efficacissima. *Pag.* 379.
THEMA.
Ecce defunctus efferebatur. Luc. 7.
SYNOPSIS.
Christus resuscitatis a morte nullum dat salutis monitum, quia mors ipsa eos satis monet: haec est enim saluberrima & efficacissima melioris vitae magistra. Tria igitur consideranda proponuntur. 1. Ea, quae mortem antecedunt, ubi miseria moribundi describitur, & palmaris eorum insania, qui poenitentiam ad mortem differunt. 2. Ea, quae mortem comitantur, scilicet terribile illud momentum, ex quo pendet aeternitas. 3. Ea, quae mortem subsequuntur, sive status animae immediate post mortem.
CONCEPTUS II. Ordine CLII.
Demonstratur ex peccato multoties orti praematuras Juvenum mortes. *Pag.* 382.
THEMA.
Defunctus efferebatur filius unicus matris suae. Luc. 7.
SYNOPSIS.
Filius viduae Naimiticae, dilectus Juvenis, forte ob peccata sua praematura mortuus est; peccata enim mortem accelerant. Ostenditur hoc 1. Auctoritate S. Scripturae, ubi mors duplici telo, uno cominus, altero eminus feriente, scilicet gladio & arcu armata describitur: senes enim sibi propinquos quasi gladio, Juvenes a se remotiores quasi sagittis confici. Has autem sagittas fabricat peccatum, quod etiam dicitur calcar, seu stimulus mortis, qui mortem, sicut calcar equum, festinare facit. 2. Ostenditur ex ratione; qui enim male vivunt, citius implent mensuram peccatorum.
CONCEPTUS III. Ordine CLIII.
Demonstratur, deplorandum esse potius mortem animae, quam corporis. *Pag.* 384.
THEMA.
Defunctus efferebatur filius unicus Matris suae --- quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: noli flere. Luc. 7.
SYNOPSIS.
Vidua deplorat filii mortem corporalem, cum po-

potius deplorare mortem ejus spiritualem; mors enim animae lacrimabilior est, quam corporis. Nam peccatum, in quo mors animae consistit, est grande malum, quia per peccatum homo annihilatur, ita ut, licet coram mundo magnus sit, coram Deo pro nihilo habeatur: unde etiam S. Chrysostomus ait: *Improbi sunt falsi homines, non sensu ac specie; neque enim a figura, sed ab actione, quod est, nunquamquam intelligitur.* Itaque ille, quem peccatum humana conditione exuit, & annihilavit, dignior est lacrimis, quam corporaliter mortuus.

Dominica XVI. post Pentecosten.

CONCEPTUS I. Ordine CLIV.

De observatione Festorum, & qua ratione illa celebrare oporteat. *Pag.* 387.
THEMA.
Si licet Sabbatho curare? Luc. 14.
SYNOPSIS.
Christus Dominus in Sabbatho curavit quinque aegrotos, ut quintuplici hac curatione nos instrueret, qua ratione Sabbatha, id est, dies Festos rite celebrare debeamus, scilicet 1. Omissione laborum, & negotiorum, quibus avari subinde diebus Festis vacare non desinunt, quia sitiunt lucra terrena, sicut aquam hydropicus, quem hodie Christus in Sabbatho sanavit. 2. Considerando caelestia, unde Christus in Sabbatho curavit, & erexit mulierem incurvatam. 3. Extendendo manum ad opera Caritatis, unde Christus in Sabbatho curavit manum aridam. 4. Excipiendo Verbum Dei, lumen illud Veritatis, quo anima per peccatum excaecata illuminatur; unde Christus in Sabbatho sanavit caecum a Nativitate. 5. Expiando peccata, unde Christus sanavit jacentem apud piscinam probaticam, quae est figura lavacri Poenitentiae.
CONCEPTUS II. Ordine CLV.
De homine avaro, sub schemate hydropici repraesentato, ejusque sanandi remediis. *P.* 389.
THEMA.
Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Luc. 14.
SYNOPSIS.
Sicut hydrops est gravissimus corporis morbus; ita avaritia est malum animae perniciosissimum. Nam 1. Hydropici semper sitiunt; ita avari insatiabiles sunt. 2. Hydropicorum stomachus non digerit: ita avarus nihil dispensat. 3. Hydropici languent: ita avari ad spiritualia sunt languidi. 4. Hydrops fere insanabilis est; ita & avaritia. Quadruplici huic malo remedium breviter praescribit epilogus.
CONCEPTUS III. Ordine CLVI.
Ostenditur imprudentissime agere eos, qui actiones proximi curiose observare, & temere judicare solent. *Pag.* 392.
THEMA.
Et ipse observabant eum. Luc. 14.
SYNOPSIS.
Judicium temerarium est vitium universale, quo non solum mores hominum perstringuntur, sed etiam virtutes in vitia detorquentur. Haec temere judicandi libido oritur ex superbia, qua aliis prudentiores, aut meliores videri volumus. Vitandum est hoc vitium. 1. Quia temerarium Judicium est signum imprudentiae. 2. Diabolica arrogantia in Dei Jurisdictionem involat; nihilominus etiam probis, & Sanctis adhaeret, cum magno perfectionis detrimento. 3. Mala fama de proximo, immo & visus oculorum saepe errant, adeoque temeritatem Judicii non tollunt.

Dominica XVII. post Pentecosten.

CONCEPTUS I. Ordine CLVII.
Quibus indiciis se prodere debeat caritas erga Deum. *Pag.* 394.
THEMA.
Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Matth. 22.
SYNOPSIS.
Sicut ignis tam activus est, ut latere non possit, quin suis se indiciis prodat; ita amor Dei adeo operativus est, ut suis se operationibus, & indiciis manifestet. Duo autem sunt caritatis erga Deum indicia. Primum consistit in *agendo*, id est, in plena mandatorum observatione, & generosa tentationum victoria. Alterum consistit in *patiendo*, seu in aequanimi tolerantia adversitatum.
CONCEPTUS II. Ordine CLVIII.
Quomodo Dominum Deum ex toto, non dimidiato, divisoque corde diligere oporteat. *Pag.* 396.
THEMA.
Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Matth. 22.
SYNOPSIS.
Deus ita diligendus est, ut ei cor totum absque diminutione offeratur. Interim 1. Aliqui unica, eaque extrema cordis particula Deum diligunt, & maximam partem diabolo tribuunt, sed infeliciter. 2. Aliqui dimidio solum corde Deum, altero dimidio vanitates, & voluptates saeculi diligunt, sed perperam. 3. Aliqui toto corde Deum diligunt, & ab omni vitio alieni sunt.
CONCEPTUS III. Ordine CLIX.
Instituitur quaestio, an & ubi revera sint Christiani, qui diligunt proximum sicut seipsum? *Pag.* 399.
THEMA.
Diliges proximum tuum sicut teipsum. Matth. 22.
SYNOPSIS.
Pylades, & Orestes mirum exhibuerunt mutuae dilectionis exemplum, quod nostris temporibus, ubi fere nemo diligit proximum, nisi in

in suum commodum, raro invenitur. Cum enim mensura dilectionis proximi sit dilectio sui, requiritur. 1. Ut quilibet tantum lætetur de bono alterius, quantum de suo. 2. Ut quilibet tantum de alterius malo, quantum de suo doleat.

Dominica XVIII. post Pentecosten.

CONCEPTUS I. Ordine CLX.

Demonstratur peccatum esse causam adversitatum temporalium, præsertim infirmitatum corporis, & accelerare mortis. *Pag.* 402.

THEMA.

Confide Fili, remittuntur tibi peccata tua. Matth. 9.

SYNOPSIS.

Christus prius remittit peccata, antequam sanet ægrum, quia, ut interpretatur S. Thomas peccata erant causa ægritudinis. Nimirum 1. Deus punit peccatum, non quidem statim ipsa morte, quia longanimis est, & exspectat pœnitentiam, sed morbis corporalibus; dolores enim corporis sunt verba Dei increpantis. 2. Denique, nisi emendatio sequatur, punit præmatura morte, cujus causa moralis, subinde, & Physica, peccatum est.

CONCEPTUS II. Ordine CLXI.

De damnis Acediæ, sub analogia Paralysis repræsentatæ, ejusque remediis. *Pag.* 404.

THEMA.

Tunc ait paralytico: surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Matth. 9.

SYNOPSIS.

Paralysis, miserabilis morbus est symbolum Acediæ. Nam 1. Paralysis oritur a frigore sanguinis, & viscosis phlegmatibus, quæ in nervis transitum spirituum vitalium intercludunt: Acedia oritur ex interno frigore, & tepiditate hominis in negotio salutis, & Dei servitio languentis. 2. Paralysis ægrotum sui impotentem, immobilem, & insensibilem facit: Acedia hominem languidum, utilem, & ad internas inspirationes, atque externa salutis monita, & media, insensibilem reddit. 3. Paralysis subinde putredinem, & vermes generat: Acedia parit dubitationes in fide. 4. Paralysis ordinarie post se trahit apoplexiam: Acedia disponit ad Apostasiam.

CONCEPTUS III. Ordine CLXII.

Agitur contra judicium temerarium, ejusque remedia dantur. *Pag.* 407.

THEMA.

Quidam de Scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat, & cum vidisset Jesus cogitationes eorum, dixit: ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Matth. 9.

SYNOPSIS.

Multi nominum plus alienis, quam suis erroribus intendunt, unde passim actiones proximi temere judicant. Est autem judicium temerarium animi sententia, seu assensus, quo sine sufficiente certitudine judico proximum de animo, seu intentione. Sed 1. Actionum humanarum fines modo soli Deo patent: ergo non est judicandum ante tempus Judicii extremi. 2. Potius contuenda sunt bona proximi, quam mala: qui autem libenter alios judicat, in quo alterum accusat, seipsum condemnat. 3. Judicium hominum est fallax.

Dominica XIX. post Pentecosten.

CONCEPTUS I. Ordine CLXIII.

De inæstimabili pretio gratiæ sanctificantis, & quanta sollicitudine eam conservari oporteat. *Pag.* 409.

THEMA.

Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? Matth. 22.

SYNOPSIS.

Per vestem nuptialem intelligitur Dei Gratia habitualis, quæ supra omnes mundi thesauros æstimanda est. 1. Quia Gratia Dei est radix meriti supernaturalis, cujus incipax est peccator. 2. Facit Amicos, & Filios Dei. 3. Est pignus cælestis gloriæ. Unde facile colligitur, quam sollicite custodienda sit.

CONCEPTUS II. Ordine CLXIV.

De deploranda negligentia, & incuria multorum, qui salutis negotium inter ultimas curas reponunt. *Pag.* 412.

THEMA.

Illi vero neglexerunt, & abierunt, alius in villam suam, alius ad negotiationem suam. Matth. 22.

SYNOPSIS.

Imprudentes fuere convivæ, qui invitationem neglexerunt: Sed imprudentiores, qui Convivium cæleste vilipendunt. Deploranda est hæc injuria. 1. Quia multi de salute parum cogitant. 2. Immo levibus negotiis postponunt. 3. In rebus Dei tardi, in rebus mundi veloces sunt. 4. Salutis negotium periculose differunt. 5. Cum tamen salutis negotium valde arduum sit.

CONCEPTUS III. Ordine CLXV.

Ad ingerendum odium peccati describitur primus obtutus miseri damnati, terminatus ad præteritum, præsens, & futurum. *Pag.* 415.

THEMA.

Ligatis manibus, & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium. Matth. 22.

SYNOPSIS.

Terribilis est primus inferni ingressus, atque obtutus, unde sequitur, extrema damnati consternatio. 1. Dum respicit præterita. 2. Dum aspicit præsentia. 3. Dum Prospicit futura.

Dominica XX. post Pentecosten.

CONCEPTUS I. Ordine CLXVI.

De efficacia boni exempli, quo Patres-familias in

in domo, & Superiores in Republica præluceré tenentur. *Pag.* 419.

THEMA.

Credidit ipse, & domus ejus tota. Joan. 4.

SYNOPSIS.

Domus tota Regali convertitur propter bonum exemplum, unde communitatum ac familiarum Superioribus ostenditur, quid bona eorum exempla prosint, quid mala nocent. Quippe 1. Exempli vis magna est etiam inter pecudes, & in omnibus artibus, ac præcipue in virtute, immo verba Superiorum nihil efficiunt sine exemplis. 2. Perversitas in liberis venit ex defectu boni exempli in Parentibus; unde bonum exemplum non tantum est consilii, sed præcepti.

CONCEPTUS II. Ordine CLXVII.

De utilitate, ac necessitate SS. Eucharistiæ, per modum viatici ægrotantibus, ac moribundis sumendæ. *Pag.* 420.

THEMA.

Domine, descende, priusquam moriatur filius meus. Joan. 4.

SYNOPSIS.

Quoniam in hodierno Evangelio Christus Dominus ad ægrotum vocatur, sermo instituitur, de utilitate, ac necessitate SS. Eucharistiæ ægrotantibus, & moribundis per modum viatici porrigendæ. Nam 1. Eucharistia prodest ægris ad salutem corporis: Christus enim Dominus semper est beneficus erga ægrotos. 2. Eucharistia per modum viatici sumpta prodest ad salutem animæ, præcipue ad fugandos dæmones, & felicem beatæ mortis agonem.

CONCEPTUS III. Ordine CLXVIII.

Ostenditur, vitam hanc mortalem continuam esse mortem, proinde laborandum pro vita æterna. *Pag.* 422.

THEMA.

Incipiebat enim mori. Joan. 4.

SYNOPSIS.

Quamprimum nascimur, morti appropinquamus, & mori incipimus, quocumque enim oculos, animumque circumferimus, sive extra, sive intra nos, undique impendent mortis insidiæ, ac pericula. Considerantur itaque. 1. Causæ extrinsecæ mortis: quippe Deus, & natura per omnia, quibus in hoc mundo fruimur, mortis memoriam nobis inculcat, immo omnes hujus universi partes, omnesque vitæ nostræ actiones occultas mortis insidias ferunt. 2. Causæ intrinsecæ mortis: omnes enim internæ corporis partes, ipsæ etiam animi passiones mortis incentiva, & seminaria sunt. Quare ita transigenda est vita temporalis, ut non amittatur æterna.

Dominica XXI. post Pentecosten.

CONCEPTUS I. Ordine CLXIX.

Ostenditur, justo Dei judicio constitutam esse pœnam Talionis, ita ut eadem nos mala obruant, quæ nos aliis struimus. *Pag.* 425.

THEMA.

Sic, & Pater meus Cœlestis faciet vobis. Matth. 18.

SYNOPSIS.

Infortunium, quod quis alteri machinatur, ipsius incurrit; constituta est enim in processu Justitiæ Lex Talionis, talisque Deus erga nos est, quales nos erga proximum fumus. Unde in beneficiis, & suppliciis nostra mensura utitur, & qua mensura nos metimur aliis, eadem remetitur nobis. Sic Pharao in aquis periit, quia omnes Israelitarum infantes masculos statim post partum aquis suffocari jussit. Aman in patibulo periit, quod Mardochæo erexit. Filia Herodis, quæ in præmium saltationis caput S. Joannis petiit, caput perdidit glacialibus crustis abscissum. Plura ejusdem Divinæ Justitiæ spectacula dederunt Fratres Josephi, accusatores Danielis, impudici Senes Susannæ pudori insidiati, Perillus tauri ænei Inventor: luculentissimum denique Talionis exemplum præbet in vita S. Elisabethæ Lusitanorum Reginæ falsus ille Accusator loco accusati combustus.

CONCEPTUS II. Ordine CLXX.

Deploratur defectus caritatis, quo plerumque peccata proximi, & injurias nobis illatas graviores arbitramur, quam peccata nostra, & injurias Dei. *Pag.* 427.

THEMA.

Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, nonne ergo oportuit, & te misereri conservi tui? Matth. 18.

SYNOPSIS.

Duplex pondus, & mensura coram Deo abominabilia sunt; duplex autem pondus habet homo, injurias Dei levissime, suas gravissime ponderat, sua delicta, licet enormia, excusat, & veniæ digna judicat; delicta proximi aggravat, & severe plectit, ac ulciscitur. Atqui injuria Deo illata est gravissima, homini illata levis, & tamen cum Deum enormibus delictis offendimus, statim illum reconciliatum volumus: cum a proximo offendimur, irreconciliabiles fumus. Ergo tenerius quis erga proximum affectatur suum in illo naturam induatur.

CONCEPTUS III. Ordine CLXXI.

Ostenditur, qua ratione tempus per peccata male peractum, per pia opera compensari possit. *Pag.* 429.

THEMA.

Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Matth. 18.

SYNOSSIS.

Sicut servus nequam impar est solvendo debito; ita homo impar est satisfaciendo pro peccato ex rigore Justitiæ: nihilominus ad hæc pro peccato quodammodo satisfieri, & tempus peractum redimi potest. 1. Formali-

tei

ter, mala commissa, aut bona omissa piorum operum exercitio, & multiplicatione compensanda. 2. Virtualiter, generosos, & heroicos virtutum actus eliciendo, qui pretio, & æstimatione innumeros alios coram Deo adæquant.

Dominica XXI. post Pentecosten.

CONCEPTUS I. Ordine CLXXII.

Ostenditur, quantum æstimanda sit humana anima ex eo solum capite, quod Imago Dei sit. *Pag.* 432.

THEMA.

Cujus est hæc Imago? Matth. 22.

SYNOPSIS.

Homo animam suam per peccatum turpissime deformat, quia eam, ut par est, æstimare nescit. Atqui summe æstimanda est, eo quod sit imago Dei. Nam 1. Eo pretiosius est artefactum, quo celebrior est Artifex: sed anima humana est opus Dei, excellentissimi, & Omnipotentis Artificis. 2. Est articulatum, & opus Dei non qualecumque, sed exornatum ad imaginem, & similitudinem Dei. 3. Hanc Dei effigiem homo in anima sua per peccatum non tantum destruit; 4. Sed etiam infernalis belluæ deformitatem substituit. 5. Reparat autem, & ad priorem Dei similitudinem reformat, liquore sanguinis Christi per SS. Sacramenta sibi applicato.

CONCEPTUS II. Ordine CLXXIII.

De damnis, ac rapinis, quas humano generi irrogavit inordinata auri, ac pecuniarum cupiditas. *Pag.* 434.

THEMA.

Ostendite mihi numisma census: at illi obtulerunt ei denarium. Matth. 22.

SYNOPSIS.

Christus in hoc nummo prævidit omnia bella ab auro exorta: e contrario homines depeserunt pecunias, quæ tamen causa plurimorum suæ malorum. 1. In curiis. 2. In aulis. 3. In castris. 4. In domibus privatis. 5. Et in ipsis etiam templis.

CONCEPTUS III. Ordine CLXXIV.

Ostenditur, quantum noceant male parta, & necessitas restitutionis demonstratur. *Pag.* 436.

THEMA.

Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Matth. 22.

SYNOPSIS.

Pharisæi, & Hypocritæ, quia ulcus in animo gerunt, utpote injusti raptores, & vectigalium, ac censuum defraudatores, Christum interrogant, an censum dare Cæsari liceat: nimirum exuberatæ conscientiæ lenimen quærunt, sperantque, suam injustitiam, & imaginariam a censibus exemptionem a Christo Domino approbatum iri. Sed his, & omnibus rei alienæ contrectatoribus, ac detentoribus dicitur: *reddite.* 2. Bona injusta restituenda sunt, quia iniquus rei alienæ detentor sibi ipsi maxime nocet; sua enim bona sibi propria detrahit. 2. Et perdit animam. 3. Magna est dementia, ut alios, dites, te ipsum perdas.

Dominica XXIII. post Pentecosten.

CONCEPTUS I. Ordine CLXXV.

Admonentur Parentes, ut curam pro anima liberorum, quantam pro eorum corpore, curam gerant. *Pag.* 439.

THEMA.

Domine, filia mea modo defuncta est, sed veni, impone manum super eam, & vivet. Matth. 9.

SYNOPSIS.

Archisynagogus pro temporali, non pro spirituali filiæ suæ vitæ supplicat: eadem est hodiedum parentum incuria, ut solum de temporali, nullatenus autem de æterna liberorum felicitate solliciti sint. His ergo inculcatur obligatio, non minus pro animabus, quam pro corporibus liberorum curam gerendi. Equidem amor erga filios a natura Parentibus est inditus, & non subjacet libertati, subjacet tamen rationi, a qua attemperari debet, ut ordinatus sit, & anima illorum primo loco, corpus secundo loco diligatur, ac plus damna animæ, quam corporis caveantur, aut deplorentur. Præpostero igitur amore insimiant Parentes, qui potius liberos divites, quam virtute præditos relinquere contendunt, immo sæpe etiam immolant filios suos, & filias suas dæmoniis.

CONCEPTUS II. Ordine CLXXVI.

De fiducia, quam in infirmitatibus, aliisque afflictionibus in Deo potius, quam in humanis auxiliis collocari oportet. *Pag.* 442.

THEMA.

Confide, filia, fides tua te salvam fecit. Matth 9.

SYNOPSIS.

Hæmorrhoissa, a Medicis derelicta, ad Deum confugit: scilicet in infirmitatibus (idem est de aliis afflictionibus) non in consiliis, & auxiliis hominum, sed in Deo spes omnis collocanda est. Itaque in infirmitatibus. 1. Confugiendum est ad orationem, quam Deus facile exaudit. 2. A peccatis mundanda est anima, & in tempore vocandus Parochus. 3. Tandem ultimo loco accersendus est Medicus.

CONCEPTUS III. Ordine CLXXVII.

De incertitudine mortis, quæ cunctis hominibus, juvenibus, & senibus omni momento metuenda est. *Pag.* 446.

THEMA.

Domine, filia mea modo defuncta est. Matth. 9.

SYNOPSIS.

Nemo, neque juvenis, neque senex a morte securus est, causæ enim mortis sunt innumeræ, & fere omne momentum est articulus mortis. Nam 1. Cælum nobis mortem minatur, per noxios Planetarum influxus. 2. Elementa sunt vitæ inimica. 3. Artes omnes ad

ad mortem disponunt. 4. Mors inopinato obruit nihil simile metuentes. 5. Præter has externas non minus numerosæ sunt causæ mortis intrinsecæ.

Dominica XXIV. post Pentecosten.

CONCEPTUS I. Ordine CLXXVIII.

Ostenditur, peccatum revera esse abominationem desolationis, per quam templum Spiritus sancti, hoc est, anima turpissime devastatur, & supernaturalem gratiarum thesaurum perdit. *Pag.* 446.

THEMA.

Cum videritis abominationem desolationis . . . stantem in loco sancto. Matth. 24.

SYNOPSIS.

Peccatum est abominatio desolationis in animas: sicut enim templum Salomonis per sceleratos Judæos, qui illud castrorum more munierunt, indeque excurrentes rapinis, & cædibus in cives suos grassati sunt, turpissime profanatum est; ita anima, quæ est templum Spiritus sancti, abominandum in modum dehonestatur per peccatum. Nam 1. Per peccatum destruuntur omnia merita. 2. Per peccatum gratia, & dona Spiritus sancti perduntur. 3. Per peccatum perditur Deus.

CONCEPTUS II. Ordine CLXXIX.

De signis prodromis extremi judicii, præsertim de persecutione Antichristi. *Pag.* 449.

THEMA.

Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet. Matth. 24.

SYNOPSIS.

Terribilia signa mundi interitum præcedent, & inter hæc præcipue persecutio Antichristi, qui 1. Regnum suum propagabit divitiis, quibus præter Judæos etiam multos Christianorum in suas partes trahet. 2. Fictis miraculis, quibus multos seducet. 3. Tormentis crudelissimis, quibus plurimos ad Apostasiam impellet. 4. Antichristi præcursores sunt, qui contra Christum, ejusque sanctissimam voluntatem, ac præcepta aliquid agunt, vel aliis verbo, aut exemplo persuadent.

CONCEPTUS III. Ordine CLXXX.

De Difficultatibus, & periculis feræ, & ad mortem usque dilatæ pœnitentiæ. *Pag.* 451.

THEMA.

Orate autem, ne fiat fuga vestra in hyeme: Matth. 23.

SYNOPSIS.

Fuga peccati, & pœnitentia in mortis hyeme periculosa, & difficilis est ex duplici capite: nam 1. Pœnitentia sera, & ad mortis articulum prosogata difficilis est ex parte ægri, ad salutaria opera inepti. 2. Difficilis est ex parte Dei non acceptantis.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del *P. F. Filippo Roſa Lanzi* Inquiſitor General del Santo Officio di Venezia nel Libro intitolato *Spicilegium Concionatorium Auct. R. D. Joſepho Ignatio Claus*, non vi eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, e buoni Coſtumi; concediamo Licenza *all' Erede di Niccolò Pezzana*, che poſſi eſſere ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Data li 2. Marzo 1766.

(*Angelo Contarini Proc. Rif.*

(*Andrea Tron Kav. Rif.*

(*Girolamo Grimani Rif.*

Regiſtrato in Libro a Carte 269. al Num. 1677.

Davidde Marcheſini Seg.

CON-

CONCEPTUS PRIMUS PRÆLIMINARIS.

De arduo Curæ Parochialis munere: inſtruuntur Parochiani, qua ratione hanc arduitatem ſua ex parte alleviare poſſint, ac debeant.

Videns civitatem flevit ſuper illam. Luc. 19.

EXORDIUM.

Cura animarum non cum Lætitia, ſed cum lacrimis ſuſcipienda.

1. CUM Sanctus Carolus Borromæus Mediolanenſis Archi-Epiſcopatus, ad quem nuper promotus fuit, poſſeſſionem caperet, immenſa quidem populi exultantis lætitia fuit exceptus; ille autem ingentem triſtitiam præferebat. Alii in feſtivos applauſus, ille in gemitus ibat, alii erigebant arcus triumphales, explodebant tormenta, inseminabant gratulabundum, *vivat*; ille in lacrimas erumpebat: ita ut de eo dicere ſis fuerit, quod hodie Evangelium de Chriſto: *Videns civitatem flevit ſuper illam.* (*Luc.* 19.) Sancte Cardinalis, quis inſolitus moror animum angit? En! adis magnam dignitatem, ejus amplißimos reditus, habes ad obſequia famulorum, populorumque catervas; nonne hæc omnia exhilarare potius, quam contriſtari animum decerent? ah! reſpondet Carolus; non iiſdem ego oculis hanc promotionem intueor, quibus mundus ſolet; plaudant alii, me terret formidabile onus humeris meis impoſitum; in lacrimas diffluo, tanquam de innumeris animabus Deo rationem redditurus &c. Dilectiſſimi Neo-Parochiani! ſi magna licet componere parvis, in hac hiſtoria quamdam habetis effigiem eorum, quæ mihi pridie evenerunt: obſtrictum me quidem fateor pro inſigni urbanitate, qua me novum Paſtorem veſtrum excepiſtis, obviam iviſtis, ingentem confidentiam, & exultationem exhibuiſtis; verum mihi, ut non diffitear, gemitus, & lacrimæ obortæ ſunt: quare? quia translatum me video de anguſta vinea ad laborioſam; antea vix ultra propriam animam quidquam curæ habui; nunc mille alias directioni meæ concreditas cerno. Recordor Ambroſii, (*Apud Bart. ſer.* 45. n. 12.) qui Mediolano profugit, ne ad regimen animarum eveheretur; recordor Ammonii, qui auriculas ſibi præſcidit; recordor Gaufridi, Thomæ Aquinatis, Philippi Nerii, aliorumque, qui nec monitis nec minis ad ſubeundum tale onus compelli poterant. Si hoc in viridi, in arido quid fiet? an ego arundo ſperem, quod columnæ formidarunt? quid mirum, ſi ingemiſcam, ſi lacrimer? *Videns civitatem flevit ſuper illam.*

Quia onus eſt gravißimum.

2. *Propoſitio.* An edoceri deſideratis, Dilectiſſimi, in quo tam formidabile onus conſiſtat? Edocebo id in præſentiarum, ea tamen lege, ut onus iſtud, quantumcumque eſt, mihi alleviare promittatis, ex veſtri enim id ſitum eſt poteſtate. Tu, O magne Deus! cujus totum eſt, quidquid a creaturis tuis bene geritur, noli reſpicere peccata mea, quæ me indignum reddunt, ut ſim inſtrumentum gloriæ tuæ, ſed potius intuere indigentiam harum animarum, largire gratiam, ut in extirpationem ſcelerum, & in propagationem virtutum, verbo ad gloriam tuam, & animarum ſalutem ex hac cathedra nunquam non efficaciter differam. &c. &c.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del *P. F. Filippo Roſa Lanzi* Inquiſitor General del Santo Officio di Venezia nel Libro intitolato *Spicilegium Concionatorium Auct. R. D. Joſepho Ignatio Claus*, non vi eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, e buoni Coſtumi; concediamo Licenza *all' Erede di Niccolò Pezzana*, che poſſi eſſere ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Data li 2. Marzo 1766.

(*Angelo Contarini Proc. Rif.*

(*Andrea Tron Kav. Rif.*

(*Girolamo Grimani Rif.*

Regiſtrato in Libro a Carte 269. al Num. 1677.

Davidde Marcheſini Seg.

CON-

CONCEPTUS PRIMUS PRÆLIMINARIS.

De arduo Curæ Parochialis munere: inſtruuntur Parochiani, qua ratione hanc arduitatem ſua ex parte alleviare poſſint, ac debeant.

Videns civitatem flevit ſuper illam. Luc. 19.

EXORDIUM.

Cura animarum non cum Lætitia, ſed cum lacrimis ſuſcipienda.

1. CUM Sanctus Carolus Borromæus Mediolanenſis Archi-Epiſcopatus, ad quem nuper promotus fuit, poſſeſſionem caperet, immenſa quidem populi exultantis lætitia fuit exceptus; ille autem ingentem triſtitiam præferebat. Alii in feſtivos applauſus, ille in gemitus ibat, alii erigebant arcus triumphales, explodebant tormenta, inseminabant gratulabundum, *vivat*; ille in lacrimas erumpebat: ita ut de eo dicere ſis fuerit, quod hodie Evangelium de Chriſto: *Videns civitatem flevit ſuper illam.* (*Luc.* 19.) Sancte Cardinalis, quis inſolitus moror animum angit? En! adis magnam dignitatem, ejus amplißimos reditus, habes ad obſequia famulorum, populorumque catervas; nonne hæc omnia exhilarare potius, quam contriſtari animum decerent? ah! reſpondet Carolus; non iiſdem ego oculis hanc promotionem intueor, quibus mundus ſolet; plaudant alii, me terret formidabile onus humeris meis impoſitum; in lacrimas diffluo, tanquam de innumeris animabus Deo rationem redditurus &c. Dilectiſſimi Neo-Parochiani! ſi magna licet componere parvis, in hac hiſtoria quamdam habetis effigiem eorum, quæ mihi pridie evenerunt: obſtrictum me quidem fateor pro inſigni urbanitate, qua me novum Paſtorem veſtrum excepiſtis, obviam iviſtis, ingentem confidentiam, & exultationem exhibuiſtis; verum mihi, ut non diffitear, gemitus, & lacrimæ obortæ ſunt: quare? quia translatum me video de anguſta vinea ad laborioſam; antea vix ultra propriam animam quidquam curæ habui; nunc mille alias directioni meæ concreditas cerno. Recordor Ambroſii, (*Apud Bart. ſer.* 45. n. 12.) qui Mediolano profugit, ne ad regimen animarum eveheretur; recordor Ammonii, qui auriculas ſibi præſcidit; recordor Gaufridi, Thomæ Aquinatis, Philippi Nerii, aliorumque, qui nec monitis nec minis ad ſubeundum tale onus compelli poterant. Si hoc in viridi, in arido quid fiet? an ego arundo ſperem, quod columnæ formidarunt? quid mirum, ſi ingemiſcam, ſi lacrimer? *Videns civitatem flevit ſuper illam.*

Quia onus eſt gravißimum.

2. *Propoſitio.* An edoceri deſideratis, Dilectiſſimi, in quo tam formidabile onus conſiſtat? Edocebo id in præſentiarum, ea tamen lege, ut onus iſtud, quantumcumque eſt, mihi alleviare promittatis, ex veſtri enim id ſitum eſt poteſtate. Tu, O magne Deus! cujus totum eſt, quidquid a creaturis tuis bene geritur, noli reſpicere peccata mea, quæ me indignum reddunt, ut ſim inſtrumentum gloriæ tuæ, ſed potius intuere indigentiam harum animarum, largire gratiam, ut in extirpationem ſcelerum, & in propagationem virtutum, verbo ad gloriam tuam, & animarum ſalutem ex hac cathedra nunquam non efficaciter differam. &c. &c.

Intellectus & voluntas hominis curandi sunt.

3. *Diviſio.* Humana anima geminas habet quaſi partes ſeu potentias, videlicet intellectum, & voluntatem; cum igitur Eccleſiarum Rectoribus a Deo tradita eſt poteſtas curandi animas, revera tradita eſt illis poteſtas curandi has duas animæ partes: intellectum quidem, ut æternis veritatibus, ac fidei principiis rite imbuatur; voluntatem, ut a peccatis expurgetur, & virtutibus exornetur. Ex quo ſequitur geminum eſſe Parochorum hoſtem, contra quem indefeſſa ſedulitate decertandum eſt, ignorantiam, & malitiam: contra primum illum hoſtem pugnandum eſt per inſtructiones catecheticas, contra alterum per conciones, orationes, adminiſtrationem Sacramentorum, aliaque Eccleſiæ remedia. Perſpicuum autem, quanta difficultas in hoc utroque munere reperiatur.

§. I. *Difficile eſt ruditatem intellectus corrigere.*

4. *Confirmatio.* Animalis homo e carne, & ſanguine compactus, ex natura ſua ſolum proclivis eſt ad res ſenſuales, quæ oculis, auribus, guſtu, & tactu percipiuntur: econtra ad æterna & inſenſibilia tardus, & obſtipus eſt, cum fere in molum, quo maſſa terrea ſemper deorſum, nunquam ex ſe ſurſum tendit. Narrat S. Clemens Divum Petrum hunc mundum comparare ſolitum domui fumo plenæ, in qua nec ea, quæ intra, nec illa, quæ extra ſunt, perſpiciuntur. Perinde nos miſeri mortales rudes lumus in perſcrutandis, quæ ad vitam hanc præſentem pertinent, ac in iis, quæ ad alteram. Magni aſtimamus bona & mala hujus temporis, quia proxime nobis ante oculos obverſantur, econtra parvi pendimus bona, & mala vitæ alterius, quia longe a noſtris ſenſibus ſunt remota. Recte quis intellectum humanum in iis, quæ ad naturæ ordinem pertinent, comparare poteſt ſpeculo terſo, ac nitido, quod ſpecies objectas facile, perfectiſſimeque repræſentat: e diverſo, in eorum cognitione, quæ ſupra naturam ſunt, ſimilis eſt ſpeculo obfuſcato, cujus fuliginem, ſi Deus non abſtergat, ne unam quidem ſupernarum veritatum complecti poterit. Hinc videmus plurimos, qui in rebus terrenis perſpicaciſſimi, econtra in rebus ad ſalutem pertinentibus maxime obliviſi ſunt, eaque vix capiunt, quæ ignorare ſine æterni interitus periculo non poſſunt. Accedit induſtria dæmonis, qui Dei ac rerum ſupernarum notitiam omni contentione extirpare laborat; angelus eſt tenebrarum, ideo cauſſæ ſuæ quam optime conſulit, ſi tenebras propaget. Scitis quomodo?

5. Philiſtæi (1. Reg. 2.) erant hoſtes infenſiſſimi Iſraelitarum, quos continuis bellis oppugnabant: ſed omni bello nocentior erat eorum aſtutia, qua gladios omnes, ac lanceas coemebant, fabros etiam ferrarios promiſſis, ac muneribus ad ſe avocabant: quo factum eſt, ut Iſraelitæ armis deſtituerentur & armaturæ vi Philiſtæorum ſuccumberent. Eadem aſtutia eſt infernalis inimici; cupit perdere, ac in ruinam dare animas: quid agit? ſurripit fidei populo arma, id eſt, Dei notitiam, ac ſalutiferas inſtructiones, prout locum hunc explicat Cardinalis Hugo, (*hic.*) Si aſtus ille feliciter cedat, ſi tenebræ propagat, poteſt, ut dicimus, in turbido peroppportune piſcari. Hinc etiam per ſuos ſatrapas, & amanuenſes ſemper laboravit, ut tollatur, & extirpetur doctrina Chriſtiana: quid fecit Nabuchodonoſor, ut in occupata Jeroſolyma veterem Judæorum legem extirparet? juſſit omnes ſcripturarum Codices flammis aboleri; idem fecit ſceleratus Antiochus; idem Chriſtianorum inſenſiſſimus hoſtis Diocletianus. Julianus Apoſtata ſcholas, & inſtructiones juventutis interdixit, Lutherus Germaniæ depravator ſacros Canones publice combuſſit, Machometes in ſuo regno litteraturam omnem ſuſtulit. Cur autem princeps tenebrarum per ſe, & per ſuos affectas adeo foleret ſuſtentat ruditatem & ignorantiam? quia ex illa fœturire videt innumera ſcelera, & animarum ruinas, id quod deplorans Propheta inſinuat, inquiens: *Maledictum, & mendacium, & homicidium, & adulterium inundaverunt.* (*Oſeæ* 4.) Quare? unde tanta malorum lerna? quia *non eſt ſcientia Dei in terra.* Hæc ſcientia, ubi deficit, infernus proficit.

6. Dilectiſſimi, non ego iſta diſcurro, quaſi apud vos defectum tam enormem perſentiſcerem: abſit: ſcio vos in doctrina fidei inſtructiſſimos eſſe, ſcio zeloſiſſimum meum anteceſſorem nihil ſui muneris neglexiſſe: Verum in hunc ſolum finem iſta differo, ut difficultatem curæ Parochialis explicem: dicite enim, nonne ardua res eſt, animas ad ſuperna erigere, cum ipſa naturæ proclivitas, & dæmonis potentia eas continuò in contraria inclinent? O quoties in hac meſſe ſacrorum operariorum labores fruſtrari videmus? Miſit quidem Dominus Deus Apoſtolos in univerſam terram, cujus diviſionis feſtum hodie celebrat Eccleſia: ablegatus eſt Mathias in Æthiopiam, Philippus in Scythiam, Jacobus minor in Judæam, Major, in Samariam, Bartholomæus in Armeniam, Matthæus in Parthiam, Simon in Ægyptum, Thomas in Indias. &c. Nihilominus hæ regiones omnes ut plurimum in infidelitatis tenebris conſepultæ ſunt. Mittit & Deus quotidie Apoſtolorum ſucceſſores, & nihilominus vel inter ipſos fideles craſſa regnat rerum Divinarum inſcitia. &c. Quid factu opus eſt, ut hæ tenebræ diſſipentur, & juventus in fidei fundamentis ſolide erudiatur? Ah! veſtram operam imploro O Parentes, O Patres-familias, O Superiores: agite! junctis viribus ad profligandum hunc ignorantiæ hoſtem mecum concurrite: niſi dicuntur non niſi carneam maſſam generare, quam dein continuo lambendo in eam animalis ſymmetriam efformant. Quid eſt infantilis ætas, niſi carnea informis maſſa? propterea debet lingua majorum, id eſt ſalutari inſtructione excoli: Parochorum labor omnis fruſtraneus eſt, niſi parentes in erudienda juventute operam conferant, illique una cum lacte fidei principia inſtillent. Neque admodum difficile id eſt; iſtud enim omne, quod petis, perfacile fieri poteſt, ſi diebus feſtivis ſacri diſcurſus miſceantur, ſi libri ad catecheſin, atque in ſcholam ad legendos, formandoſque caracteres diligenter mittantur, ſi de auditis in concione, & catecheſi ſuperne menſam examinentur, ſi neſcientibus pœnæ, ſcientibus præmia proponantur. &c. Hæc veſtra eſt obligatio, O Patres-Familias. O quam ſtatim apparet, quinam huic obligationi faciant ſatis! ex quo apparet? ex moribus, & eruditione filiorum. Sanctus VVenceslaus, & impius Boleſlaus erant germani fratres, & tamen ille ſanctiſſimus, alter crudeliſſimus fuit. Unde tanta diverſitas? quia VVenceslaus a pientiſſima Avia Ludmilla educatus, nil niſi ſancta vidit, & audivit. Boleſlaus a ſcelerata Matre Drahomira nil niſi ſcelera edoctus fuit. O quanti refert, quo ſemine primitus ager colatur! primævi mores inhærent homini uſque in adultam ætatem, unde teſtatur Philoſophus: *Parvus error in initio, maximus in fine.* &c.

§. II. *Difficile malitiam voluntatis emendare.*

7. Alter defectus lacrimis dignus, qui muneri Parochiali grandem difficultatem faceſſit in ſubditis, eſt malitia voluntatis, videlicet peccatum, cujus exterminatio fere unicum eſt, facitque animarum Curatoribus negotium. Præcepit Dominus Deus omnibus Verbi Divini Præconibus: *quaſi tuba exalta vocem tuam.* (*Iſa.* 12.) Cur vocem facri Præconis tubæ comparat? percipite explicationem ex Scriptura: Nulla urbs mirabilius expugnata fuit, quam Jerichuntina; quia abſque armis, aut bellico aſtu fuit occupata. Quomodo? Deus præcepit Joſuæ, ut cum Sacerdotibus inter turbarum, ſtruorumque clangores ſepties urbem circumiret: circumivit; & ecce! ſeptimo vice mœnia, turres, ac propugnacula e fundamentis eruta corruerunt, atque urbs in Iſraelitarum poteſtatem tranſiit. Per urbem Jericho intelligit Abulenſis (*apud Barz. ſerm.* 31. §. 1.) mundi, ac dæmonis reſidentiam: *Urbs Jericho ſignificat ſtatum diaboli*, mœnia, ac turres ſunt pravæ cupiditates, ac ſcelera, uti ſuperbia, avaritia, luxuria, aliaque: quid agendum, ut hic flagitiorum nidus deſtruatur? tuba ſacræ Prædicationis inflanda eſt, ait Auguſtinus: (*ſerm.* 106. *de temp.*) *Cauentibus tubis muri Jericho ceciderunt: ita ſuperbia mundi cum ſuis turribus aſſiduo Sacerdotum prædicatione deſtruatur.* Erigit ſe in aliqua communitate ſuperbia? deſtruatur: rebellat luxuria? deſtruatur. &c. nec prius acquieſcendum, quam extirpetur peccatum. Proinde, Dilectiſſimi Parochiani, ignoſcite, ſi ex hac cathedra non tam fiſtulam ad oblectandum, quam tubam ad terrendum ſitis audituri. Vix una vel altera die hic loci moror, & jam audio dominari iſthic hoſtem meum, & Dei infenſiſſimum. Quis eſt ille hoſtis? peccatum: contra hoc vires omnes, vocem omnem impendam: tantoque id contentioſius agam, quod ſciam peccata omnia ſubditorum, ſiqua ex mea negligentia fuerint coorta, coram divino Judice in caput meum redundatura. Non creditis? convinco.

8. Poſtquam populus Iſrael Vitulum aureum idolatrice impietate adoravit, indignatus Moyſes confregit tabulas lapideas, dein in Aaronem auſteris verbis invectus: *quid tibi facit hic populus?* (*Exod.* 32.) ajebat, quid in te deliquit, quod tam grandem impietatem, & Numinis indignationem in caput illius contraxerit? quenam ſunt hæc verba? Vultne Moyſes explorare, quid rerum contigerit? non tantum, ſed rationem etiam admiſſi criminis ab Aarone expoſcit. Erras mi Moyſes, non Aaron, ſed populus adoravit Vitulum: ſit ita, ſubintrat hic Briſianus! (*in Exod.* 32.) verum Aaron Sacerdos erat, qui ex officio debuiſſet populum a tanta impietate cohibere: id quia facere neglexit, ad dandam rationem merito vocatur: nam *Sacerdoti adſcribitur peccatum populi, quod non emat cunctis reſistere.* Itane? Sacerdoti adſcribitur peccatum populi? Eheu! exhorreſco referens, & artubus omnibus contremiſco: quis vitio mihi vertat, quod plenus angoribus videam novam meam Parochiam fere cum *Chriſto ſpectem ſuper illam?* (*Luc.* 19.) ah! quid mihi eveniet, ſi coram Divino tribunali ad rationem vocabor de peccatis tam numeroſi populi? Memini, eheu! illius ſacerdotis Joſedechi, quem Zacharias, (*c.* 3.) expoſitore S. Hieronymo (*ep. Pacifico. in Jonam. Lect. 6. n.* 18.) coram Dei tribunali accuſatum vidit, eo quod in corripiendo populo negligens fuerit. Memini, eheu! illorum Sacerdotum, quibus, teſte Cantipratano, (*l. 1. c. 10.*) infernalis dæmon gratias egit, eo quod in paſcendis ſubditorum animabus fuerint ſomnolenti, ac ſocordes! &c.

9. An? nunc ſero nimis agnoſco meum errorem, quem in acceptatione tam populoſæ Parochiæ amiſi? debuiſſem fugere cum Ambroſio, refugnare cum Petro Cæleſtino, reluctari cum Gregorio. (*Barzia. ſerm.* 45. *n.* 12.) debuiſſem potius in eremos, ac ſolitudines me ſubducere, quam recipere tantum onus eſſam Angelicis humeris formidandum. Verum abſtineo a ſera pœnitudine, & ad vos, Dilecti Parochiani, convertor: veſtram operam iterum imploro, ut hanc ſarcinam mihi alleviare ſtudeatis. Quomodo heri id poteſt? ſi junctis viribus ad exterminandu peccata mecum concurratis; quapropter vos alloquor cum Moyſe Dei honorem zelante: *Si quis eſt Dominus jungatur mihi.* (*Exod. l.* 6.) quisquis unicam Divini amoris ſcintillulam in pectore gerit, mecum conferat operam, ut extirpetur peccatum: attendant Patres-Familias, quid inter domeſticos in ſuis domibus agatur: attendant parentes, ubi & cum quibus verſentur liberi: attendant ſuperiores, quinam ab-

usus, & morum corruptelæ in populo dominentur, dissipent mala consortia, puniant admissa crimina, prohibeant suspecta conventicula, tollant pravas occasiones, ejiciant e domibus suis seductores, & dæmonis Apostolos. Atque ego non desero per statas vices quemlibet sui muneris admonere. Eja! accingamur omnes prælianda prælia Domini. &c. &c.

10. *Epilogus*. At quoniam omnis labor sine Dei cooperantis auxilio ineffectus est, ego ante omnia, Te optime Maxime Deus, tuam gratiam imploro: tu scis, quod hæc mea promotio ad hanc Parochiam non tam meæ sit, quam alienæ voluntatis opus: tu Reverendissimo, ac Serenissimo Principi ac Episcopo nostro inspirasti hanc mentem, mihi quoque inspira tuam gratiam, & confer adjumentum. Largire mihi generosos spiritus S. Martini nostræ Ecclesiæ meæ Patroni, ut cum illo ex animo semper dicam: *Domine si populo tuo sum necessarius, non recuso laborem.* (*In vita S. Martini.*) Largire mihi Spiritum Sancti Xaverii Indiarum Apostoli, quem in hac ara colimus, ut in hac vinea uberem animarum conversionem, fructumque faciam. Largire mihi Spiritum sanctorum, quorum Reliquias in ista ara veneramur, ut non nisi sanctitatis semina iaciam. Felicem me! si denique in mortuali lectulo eamdem consolationem mihi tribuas, quem de aliquo animarum curatore nemini me legisse: Jacebat ille inter extremos abituritentis animæ singultus, quærebaturque, quid jam maxime ex anteacta vita solatii caperet; reposuit ille: Hoc solatii capio, quod animas mihi concreditas ita curæ habuerim, ut ausim cum Christo dicere: *Domine, quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.* (*Joan.* 12.) Felicem me, inquam, si idemmet dicere potero, & vos, Dilectissimi! testimonium desuper præbere poteritis; ita enim fiet, ut ego vobis, & vos mihi de impetrata salute immensas gratias habituri, & dein ambo simul inter Divinæ Majestatis laudes æternaliter simus collaturi. Amen.

CONCEPTUS II.

PRÆLIMINARIS.

De necessitate, ac utilitate audiendi verbi Divini.

Cum mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras. Jac. 1. v. 21.

EXORDIUM.

Homo per peccatum destructus per Verbum Dei reparari debet.

1. HUmanæ Animæ artefactum, quod Divinus rerum omnium Creator in mundo, ipso mundo mirabilius produxit per primorum parentum prævaricationem ita fuit misere destructum, ut constans sit sanctorum Patrum assertio, hominem per hereditariam culpam supernaturalibus fuisse spoliatum, & in naturalibus debilitatum. Spoliatus fuit supernaturalibus; quia perdidit gratiam, infusos virtutum habitus, sanctamque illam operandi promptitudinem innocenti naturæ singulariter propriam; debilitatus fuit in naturalibus; quia congenita intellectus perspicis ignorantia tenebris fuit obfuscata, & voluntas antea in omne bonum proclivis turpiter depravata. Quamquam autem Divinus Salvator ad curandum tam grande malum salutiferum sui sanguinis balneum nobis præparaverit, id tamen ex se solo insufficiens est, ut ex toto sanemur; quoniam in nobis etiam ablutis passionum rebelliones, pravæque inclinationes perseverare sentimus. Fingamus parvulum, qui fallente vestigio in cœnosam lacunam prolabitur: in hoc casu duo observanda sunt: corporis ex lapsu male afflicti confusio, & lordium per omne corpus inhærentium aspersio: accurrit quidem mater, amantissimam prolem lavat, novamque illi vestem inducit, verum contracto membrorum languori, vulneribusque, non nisi successu temporis, adhibitisque medicinis mederi valet. Parem in modum & nos cum Adamo in lutum prolapsi sumus: adest quidem amantissima Mater Ecclesia & salutari regenerationis lavacro sordes nobis abstergit, nihilominus per hoc non omne rescindit malum, quod tam gravi lapsu contractum est, remanet facultatum omnium debilitas, in intellectu tenebræ, in voluntate ea depravatio, cui ingeniale Apostolus: *Scio quia non inhabitat in me, hoc est in carne mea bonum.* (*Rom.* 7.) &c. Quænam ergo est medicina malo? Dilectissimi Auditores! mementote adducti thematis: *Cum mansuetudine suscipite insitum Verbum, quod potest salvare animas vestras.* (*Jac.* 1.) Verbum Dei est salutiferum emplastrum ad tanandam hominis male afflicti depravationem, dicente Ambrosio: (*in Psal.* 45.) *Misit Deus Verbum suum, ut sanaret hominem: Hoc Verbum medicina est.* &c.

2. *Propositio*. Proinde, Dilectissimi Parochiani! antequam ad materias particulares progrediamur, prius de necessitate, utilitateque audiendi Verbi Divini pauca disseramus. Est hæc doctrina instar fundamenti, de qua si condignam æstimationem conceperitis, dein facile erit cetera salutis sensa, sanctaque vitæ Christianæ principia superstruere. Favete.

Verbum Dei comparatur gladio ancipiti.

3. *Divisio*. Nescio quid portentosum finxerit fabulosa gentilitas de lancea Achillis, cum dicere simul vulnerasse, atque simul sanasse. Quod de lancea Achillis fabula, id de Verbo Dei Veritas est: Vulnerat, & sanat: hunc in finem comparatur ab Apostolo (*Hebr.* 4.) *gladio ancipiti*: cur ancipiti? quia una acie, prout loquitur Eruditissimus quidam Contemplativus,

vus, (*P. Paul. Segneri Manna an.* 1. *April. n.* 4.) vincit intellectum, altera voluntatem, atque ita totum sanat hominem. Perpendamus autem, quam necessarium atque proficuum utrique huic animæ potentiæ sit Verbum Dei.

§. I. *Quia tam intellectum vincit,*

4. *Confirmatio*. In primis Verbum Dei necessarium est ad dispelleudas tenebras, quæ tum ab originali peccato, tum a quotidianis delictis intellectui offunduntur. Non nego quidem, potuisset Deus vel Angelorum ministerio, vel suamet voce, id est, internis illuminationibus hominem erudire, prout veteres Prophetas eruditse creditur: Verum placuit Divinæ Providentiæ eum tenere ordinem, ut homines per homines instruantur, unusque alteri in semita salutis ductor existat, eum fere in modum, quo cervi fluvium transnatantes unus alterius tergo caput superimponere dicuntur. Paulum consideremus, quem etsi Dei Filius voce e nubibus delapsa ad agnitionem veritatis perduxerit, delaceps tamen ad Ananiam unum ex Discipulis instituendum misit, ut adeo intelligeremus medium, quo Deus ad dispellendas animi nostri tenebras utitur, esse institutionem alienam: illudque medium adeo est necessarium, ut existimet Augustinus, (*in Psal.* 1. *de doctr. Christ.* non esse aliud, nisi tentare Deum velle ab ipso collustrari & nolle audire prædicantem: *Non tentemus Deum, ut nolimus prædicantem hominem audire.* Accedit hunc doctum hominem, institutionemque alienam ipsis miraculis, & initio quibus prodigiosis revelationibus esse seruiorem; adeoque si quis veritatem quamdam practicam a Deo sibi inspirari credat, ex altera autem parte a sacro Oratore, aut conscientiæ arbitro contrarium sibi suaderi audiat, minus erit deceptioni obnoxius, si externæ hujus, quam internæ vocis dictamen sequatur, poteritque olim Deo confidenter respondere, se ordinaria præ extraordinariis, securiora præ minus securis elegisse. Sancta Theresia gloriosa Carmelitarum Ordinis Reformatrix (*Pachach. in Joan. lect.* 6. *n.* 9.) quondam consulit Dominum, ubi ordinem suum inchoare deberet? responsum fuit a Deo, Madriti id faceret. Sed interrogans desuper Confessarium, jussa est Hispali remanere: & remansit: quæsita quomodo facere id potuerit non obstante voto, quo sese obstrinxerat, semper perfectiora eligendi, respuit; se per revelationes decipi posse, cum Sathanas multoties se transformet in Angelum lucis, non posse vero decipi per consilium Patris Spiritualis. &c.

5. Ex his consici facile potest, quam periculose in suæ salutis negotio procedant, qui sibimet sibi ductores esse volunt, & sacrorum Præconum doctrinas tanquam inutiles, aut saltem minus necessarias despicere audent. Dicant, nil novi mihi blaterat Præco, oblitus sum plura, quam ille referat, &c. O cæcos talpas! vel enim ita loquuntur naturali suæ intelligendi perspicaciæ, aut supernaturali fidei lumini confisi: si primum, planè insaniunt; quia naturalis ingenii perspicacia non æque ad pernoscendas animæ nostræ necessitates, atque ad res mundiales capiendas sufficit; ad cernenda ea, quæ contigua nobis sunt, simplici vitro oculus adjuvari potest; ad contuenda autem remotiora geminato vitro opus est. Eumdem in morem ad capiendas res caducas sufficit naturalis ratio, non æque ad æternas. Quin immo si de his intellectus solis naturæ viribus ratiocinari præsumat, misere allucinabitur, prout patet in antiquis Philosophis, qui, sicut circa res terrenas fuerunt ingeniosissimi, ita circa res insensibiles in turpissimos errores prolapsi sunt, minusque de Deo & anima noverant, quam noscat puer catheceticus inter Christianos. Si autem hi scioli fidei suæ lumini præfidunt, qua tanquam Christiani donati sunt, etiam sic decipiuntur; neque enim signo aliquod lumen circa statum, necessitatemque animæ suæ sperare poterunt sine Verbo Dei, cum ait Psalmista: *Declaratio sermonum tuorum illuminat.* (*Psal.* 118.) Dicunt neminem Medicorum, quamquam ceteroquin peritissimus sit, cum in lethalem morbum incidérit, sibi ipsi medicamenta præscribere posse. Et aliquis Christianus præsumet in rebus animæ suæ sibi ipsi mederi, nec altiora, & a Deo ordinata consilia amplecti? Esto, quod præ ceteris sapiat! nemini tamen satis sit, eudem tantum mysteriorum fidei habere notitiam, id quod præ ceteris inculcatum volo Patribus-Familias, qui ex officio tenentur liberos ac domesticos nonnunquam in rebus fidei instruere. Nemini, inquam, satis sit eudem tantum fidei habere notitiam: peristromata, ac tapetes pretiosissimi, si sint complicati, non delectant oculum: ita Christiana dogmata, quia explicari non audiuntur, a multis Christianorum perquam confuse cognoscuntur, & perinde eos afficiunt, ac si penitus ignorarentur. &c. Jam ulterius.

§. II. *Quam voluntatem mutet.*

6. Ut ad alteram dissertationis partem progrediar, Verbum Dei non tantum ad eruiendum intellectum, sed & ad rectificandam voluntatem perquam utile ac necessarium est. Dicitur prope Nili cataractas crocodillos, aliasque voraces belluas neutiquam morari propter continuum aquarum labentium fragorem: parem in modum, ubi frequenter Sacræ Doctrinæ fragores, ac tonitrua de peccati lethalis gravitate, de Divinæ Justitiæ rigore, de æternum pereundi periculis audiuntur; impossibile est dæmonum, ac peccatorum belluas in anima remorari. *Lex Domini immaculata convertens animas.* (*Psalm.* 18.)

7. Evolvite, si lubet, sacras Historias, & invenietis non rara esse hæc Verbi Divini auditi prodigia: sæpe Deus hoc medio usus est

ad mutandos hominum animos, sæpe ex bestiis, quales fuerant, in Dei filios convertit. Testatur Theodoretus, Persas, priusquam Evangelii fama ad eos pertigerit, adeo ab omni humanitate fuisse alienos, ut non tantum soroses, sed & filias & matres propudioso conjugio sibi copularint; insuper adeo fuisse immanes, ut defunctorum corpora canibus devoranda objecerint. Eadem barbarie Caspii maris accolæ humanis cadaveribus canes suis pascebant: Scythæ eodem sepulcro vivos simul & mortuos tumulabant; omnium vero immanissimi Massagetæ ex lata lege senes suos mactare, & in conviviis devorare consueverunt. Nihilominus hæ nationes, quæ ultra externam speciem vix quidquam humani habebant, Apostolorum, aut eorum, qui Apostolis successerunt, prædicatione ita mansuefacti sunt, ut non tantum homines, sed Dei Filii dici mererint: *Ego dixi: Dii estis, & Filii excelsi omnes.* (*Psalm. 81.*) Quid dicam de particularibus nonnullorum conversionibus? Antonius, antea mundanæ vitæ alumnus, ubi ex Evangelio prælegi audit verba illa: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia*, ivit, vendidit omnia, & in monasticæ vitæ professione perfectus evasit. Sanctus Augustinus, in sordidissimo Veneris barathro consepultus, ope Divi Ambrosii cathedra peroruantis, ad ingens Ecclesiæ emolumentum conversus est. S. Simeon Stylita, audito illo: *Beati pauperes spiritu*, eo sanctimoniæ profectus est, ut quadraginta integris annis perditus, & pernox in columna steterit. Judicet aliquis, quanta sit Verbi Divini efficacia ad extirpanda scelera, ad promovendam Sanctitatem. Quid multis? efficaciam, utilitatemque Verbi Divini, utut abesicat cetera, satis desumere licet vel ex solo conatu diaboli illud impedire conantis: indicibile est, quas turbas excitarit damon Sancto Antonio ad concionem dicente: nunc enim comotionem populi, nunc tumultum inter scamna & sedilia, alia vice pluvias, ac tempestates cauflavit. Aliquando cum nobilis Matrona dicentem auscultaret, adfuit repente cursor, & filii sui mortem inopinatam nunciabat. Consternata mulier abitum parabat; at S. Antonius justit quietem esse; filium, ajebat, vivere, & cursorem hunc non esse, nisi larvatum dæmonem. Cum S. Vincentius Ferrerius sacra verba faceret, tres efferati equi in conferti populi turbam irruebant; at Sanctus Præco formata cruce prædidit equos, qui erant personati dæmones. Neque hodiedum sub concione otiosi sunt; unde enim contingit, quod multi conciones fastidiant, sub iis dormiant, garriant, circumspiciant, distracti sint, aut dictorum facile obliviscantur. Puto hæc omnia vel maxime fieri ex instinctu, & astu diaboli: cur autem adeo laborat dæmon impedire Dei Verbum, aut ejus fructum? quia nimirum scit, nulla alia re suo regno majus detrimentum irrogari, plurimque conversiones fieri peccatorum, quam Verbi Divini remedio.

8. Refert Heroldus (*apud Paul. Segneri Hom. Chr. p. 1. disc. 1.*) fuisse juvenem, adeo sceleratum, ut propriam sororem turpiter deperiret, nec antea destitit huic insidiari, quam illam blanditiis, ac donis in flagitium perraxit. Non poterat enorme scelus latere, quod ante alios frater illius major subodoratus utriusque amantis actiones sedulò exploravit, ac denique, quod res erat, flagranter deprehendit: hinc in utrumque tam fratrem, quam sororem acerbe invectus, minas etiam adjecit, si parenti omnia revelaturum: quid agit incestuosus scortator? stricto pugione fratrem funus facit. Indoluit Pater tantæ atrocitati, & mala educationis pessimos effectus jam sero nimis advertens, statuit fratricidam exheredare. At degenter filius, insita viperæ ex vulnere ferocior factus & jam desperata sapiens consilia, parentem noctu in lecto deprehensum, eodem pugione, quo fratrem interfecerat, repetitis vulneribus conficit. Tum partim de Divina desperans miseratione, partim humanæ se subducturus justitiæ, mutato nomine in alienas terras profugit, liberrimumque cujuscumque generis sceleribus frænum indulsit. Degebat eo in loco, quo pervenerat zelosissimas quidam Prædicator, cujus dicendi efficaciam, secutasque exinde peccatorum conversiones passim fama ingenti cum plausu celebrabat. Infelix iste, tot auditis Viri famosi præconiis, decernit tandem & ipse dicenti aures dare, non tam salutis amore, quam studio curiositatis. Quid fit? audit dicentem de longanimi miseratione Dei exspectantis peccatores: verba omnia sunt illi fulmina, quæ intimum cor penetrant. Decernit ergo Confessione animum expiare, quod & præstitit, quamprimum facer Præco e fuggestu descendit; & quoniam ille reum, priusquam a nobis obsolveret, ostensa crucifixi imagine, ad petendam serio veniam magna cum emphasi adhortatus est, adeo crevit dolor de admissis, ut juvenis e vestigio vivere desierit. Altera die, cum cadaver sepulcro inferendum esset, monuit facer Præco præsentes, ut defuncti animam in precibus sibi commendatam haberent, quod dum fit, ecce candidissimus columba in aere apparens, schedulam ad pedes Viri illius Religiosi projecit: lecta est publice schedula, intellectumque, animam illius pœnitentis, insoliti doloris virtute expiatam, momento cœlum petiisse, Deo æternum fruitura. &c. Quid dicitis ad ista, Auditores? nunquid admiramini inauditam contritionis vim? sentio vobiscum; sed & quæro, unde tam insignis contritio ortum habuit? nonne ex audito Verbo Divino? ita omnino est: adeoque celeberrimas, quæ in Ecclesia contigerunt, conversiones, plerumque ex Verbi Divini efficacia originem traxisse. &c.

9. *Epilogus.* Quapropter rogo vos, adjicite animum, ut de re tanti momenti, e qua forsan dependet vestra salus, magnam æstimationem concipiatis: caveat, ne sacræ doctrinæ cu-

riositate, ex consuetudine, ex decentia, aut aliis humanis motivis, sed ex studio proficiendi interfitis: hoc studium autem proficiendi in eo consistit, ut attente & reverenter sacrum Præconem audiatis: attente quidem, ita ut dicta omnia ad emolumentum, emendationemque animæ vestræ conferatis. Reverenter autem, ita ut in sacro Præcone non hominem, sed Deum ipsum loquentem suspiciatis. *Tanquam Deo exhortante per vos.* (*2. Cor. 5.*) Sic fiet, ut Verbum Dei salvet animas vestras, & verificentur verba, quæ initio adduxi, & nunc repeto: *Suscipite cum mansuetudine insitum Verbum, quod potest salvare animas vestras.* Amen.

CONCEPTUS III.

PRÆLIMINARIS.

Discutitur, quibus de causis Verbum Dei nullos, aut modicos Virtutum fructus in auditoribus producat.

Beati, qui audiunt Verbum Dei, & custodiunt illud. Luc. 1.

EXORDIUM.

Verbum Dei nullos fructus facit ex defectu Auditorum.

1. QUamquam cibus aliquis sit sapidissimus, delicatissimus, optimeque præparatus, in stomachum tamen transmissus non in eumdem, sed prorsus diversam substantiam convertitur, pro diversitate membrorum, in quorum alimentationem cedit. Pars illa nutrimenti, quam jecur suscipit, fit sanguis: quod suscipit fel, totum efficitur bilis; quod descendit in pulmonem transit in phlegma: quod ascendit in mamillas convertitur in lac: ita quodlibet membrum diggestam alimenti substantiam suæ naturæ adaptat. Mementote, Auditores, Verbum Dei esse cibum animæ, simulque ex hac similitudine objectionem vobis solvite, quam mentibus vestris concepistis, dum ultima vitæ defectu, utilitatemque Verbi Divini differentem audistis. Nunquid enim cogitatis, ubi sunt prodigiosi illi effectus, qui adeo nobis dilaudantur? si Verbum Dei fulmen est, cur neminem ferit? si tuba est, cur paucissimos ad pugnanda prælia Domini extimulat? si gladio ancipiti penetrabilior est, cur peccatores non salutariter fauciat? &c. Nimirum defectus se tenet non ex parte cibi, sed ex parte stomachi, ait S. Chrysostomus, vel quisquis est auctor Operis imperfecti. (*apud Mich. a S. Jos. 6. 2. nu. 7.*) Quilibet Christianorum sacram doctrinam pro concione auditum ad suæ naturæ genium detorquet: hinc verbum Dei in cordibus bonis operatur vitam, velut sanguinem; in vindicativis suscitat iracundiam, tanquam bilem: in libidinosis caussat obstinatiam, tanquam phlegma: in misericordibus excitat dilectionem, tanquam hic dulcissimum. O si debita cum dispositione excipereatur Verbum Dei, næ nos decernit experiremur ejus præstantiam, optimosque effectus, quos nuper allegavimus: verum eum plerique e Christianis vel non audiant, vel audita non retinent, vel retenta non exequuntur opere, quid mirum, nihil aliud remanere sacris Præconibus, quam illa lamenta Prophetæ: *Cecinimus Babylonem, & non est sanata: cecinimus vobis, & non saltastis: lamentavimus, & non planxistis?*

Et quidem ex triplici defectu.

2. *Propositio.* Vultis, Auditores, fusius percipere causas, ob quas Verbum Dei nullos, aut admodum modicos virtutum fructus in auditoribus producat? En me paratum ad hoc explicandum, & quidem ex mente Divi Thomæ (*ap. P. Segn. Hom. Chr. p. 1. disc. 1. num. 3.*) triplicem defectum declarabo, videlicet, *non audientium, non acceptantium, & recidivantium.* Desideratis totam doctrinam compendiosius audire? recordamini adducti themoris, quo Christus Dominus illos solos beatos dicit, qui audiunt Verbum Dei, & custodiunt: *Beati, qui audiunt Verbum Dei, & custodiunt illud.* Favete.

§. 1. *Primo quia multi non audiunt Verbum Dei.*

3. *Confirmatio.* Primum igitur genus eorum, qui fructum Verbi Divini frustrantur, sunt *non auditantium*, videlicet eorum, qui sacro oratori aures dare recusant. Videtur S. Psalmista David hujusmodi homines denotasse per illum humillitudinem *aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium*: (*Psal. 57.*) Quid enim agit aspis, dum incantatorum, e latibulo suo se extrahere volentium, insidias advertit? unam aurem terræ applicat, alteram cauda obturat, ut sic vocem incantantium eludat. (*Bellarm. in Psalm. cit.*) Parem in modum agunt multi e malis Christianis; dum sacer Præco in Ecclesia salutarem doctrinam proponit, illi interim inter domesticos parietes delitescunt, scribunt litteras, legunt nova, percurrunt ratiocinia, numerant nummos, & tractant sua negotia terrena, quibus utramque auremobstruunt, ne Verbo Divino ullus in animum accessus supersit. Metuunt hi miseri, ne forte audire debeant formidabiles doctrinas de morte propinqua, de judice severo, de inferni supplitiis, aliaque, quæ passim vocant materias melancholicas: cur autem hæc salutaria monita adeo molesta habent? quia timent vocem incantantium, id est, timent, ne e suis scelerum latibulis, & inveterata vivendi tepiditate extrahantur. Datur in mari Germanico certum piscium genus, quorum ne unus quidem unquam ab ullo piscatore fuit captus; quia semper in fundo harent. Talis anima, quæ in terrenis negotiis indefinenter detinetur, & raríssime in Ecclesiam ad percipiendum Dei Ver-

bum esse attolit, quomodo capietur? assumest de illa, nisi Curio ad ejus ædes se conferat, ibique verba faciat ad eam in suo fundo deprehendam. O Bone Deus! tu olim præcepisti tuo Prophetæ, ut stans in porta ibi ad confertum populum verba faceret: *Vade, & sta in porta filiorum populi mei, & dices ad eos: audite Verbum Domini.* (*Jerem.* 17.) Nunc autem deberes præcipere, ut tui prædicatores currerent extra Ecclesiam, ibique ad populum perorarent, ubi erigantur licitantium, ac mercantium propolia: deberes præcipere, ut currerent ad popinas, ubi populus moratur apud vini adulti, & farciminum jentacula: deberes præcipere, ut currerent ad ipsos lectos, ubi magna pars in altum lucem sterit, exspectatque, donec, finita fere concione signum detur ad ultimum sacrum. &c.

4. Ohe! Domine Curio, utique sufficit, dummodo adhuc fructum concionis deprehendam! &c. quid? fructum concionis? præstat, ut omnino emaneas. Prædicatio est instar medicinalis potionis, quæ effectu frustratur, nisi tota sumatur. Accedit, quod hujusmodi sero venientes turbent auditorum attentionem, sicque fructum, quem ipsi non assequuntur, etiam aliis eripiant non sine plausu dæmonis. Repeto, præstat, ut omnino emaneas. &c.

5. Aliquos a concione remoratur diabolus sub hoc prætextu, quasi ipsimet satis de Deo saperent, nec instructione indigerent. &c. Deceptio est, Christianæ animæ, deceptio est: in urbe Jerusalem erat piscina prodigiosa, cujus aquæ omnis generis morbis medebantur: sed quod mirum est, aquæ debebant prius ab Angelo descendente commoveri, & tunc, qui primus in piscinam immergebatur, sanitatem recipiebat. Esto, mi Christiane, magnam esse tuam sapientiam, magnam rerum Divinarum notitiam; nihilominus ista tibi ad salutem vix quidquam prodesit, nisi a sacerdote sacræ Prædicationis admiculo moveatur. Davidem considera: erat Regum sapientissimus, expertissimus, doctissimus: iciebat utique adulterium non esse minus peccatum, quam furtum unius ovis: pauperi factum: nihilominus per annum integrum e peccato, & Dei disgratia non surrexit. At ubi hanc humilitatem a Prædicatore Nathan sibi proponi audiit, tunc enimvero animum ad pœnitentiam commoveri sensit, exclamavitque: *Peccavi Domino!* (2. *Reg.* 12.) quemadmodum igitur aquæ fluviales ad promovenda frugum incrementa longe sunt fecundiores, quam rivuli & fontes: ita nescio quid potentius in se continet Verbum Dei a sacro Oratore auditum, quam privato studio e libris lectitatum. &c.

§. II. *Secundo, quia multi non acceptant.*

6. Alter defectus, quo Verbi Divini efficacia eluditur, ad mentem Divi Thomæ est *non acceptantium*, id est, eorum, qui conciones quidem audiunt, sed superficialiter tantum audiunt, vel præpostero fine audiunt, vel aliqua prædicatoris vitia omnino cum fastidio, ac contemptu audiunt. Quinam sunt illi, qui superficialiter tantum audiunt? nempe ii, qui aures quidem ad concionem ferunt, sed animum domi relinquunt. Rem a simili explico: ex ipsa conestionis methodo statim desumi potest, an comedeas habeas orexia, & ergo cibos appetitum: si tarde ad convivium attrepat, si bolum unicum fere integro quadrante in ore volvat, si morose, ac fastidiose circumspiciat, signum est vel non adesse famem, vel stomachum vitiosis humoribus esse oppletum: Pariformiter in proposito dijcurrendum est: *Quemadmodum sturlet corporis bonam valetudinem declarat*, ait Chrysostomus, (*Hom. 2. in Matth.*) *sic sermones appetere spirituales animæ sanitatem arguit*: ostende mihi aliquem, qui sub concione dormiat, qui prolixe garriat, qui aliarum vestium apparatum curiose consideret, qui ad quemvis strepitum in omnes templi angulos obtutum circumferat, & ego confate pronunciabo, apud talem hominem non esse appetitum Verbi Divini, cor illius refertum esse terrenis cupiditatibus. Hinc est, quod multi finita concione ne verbulum quidem referant, quod argumentum tractavit Concionator: *Non recipit stultus verba prudentiæ*, ait sacer Proverbiastes, (*Prov.* 3.) *nisi dixeris ea, quæ versantur in corde ejus.* Si sacer Orator ea proponeret, quibus omnis eorum animus occuparet, O quam fida, & non fallente memoria reddere possent omnia, quæ audierunt! in vasculo ex ligno hederæ confecto retinetur aqua, vinum autem diffluit: ita multi e Christianis ridicula & facta perfectissime retinent, feria, & salutaria cito oblivisountur. Novi aliquos, qui fabulam paschalem jocose propositam per annum integrum felicissima memoria retinuerunt, interim e ceteris totius anni concionibus ne unum quidem punctum annotarunt, &c.

7. Porro sunt aliqui, qui præpostero prorsus fine concionibus interfunt: quo fine? non alio, quam quo interfunt musicæ, videlicet ut aures latient: ideo in perorante affectant sublimes conceptus, acutas suspensiones, ingeniolas subtilitates, non aliter, ac si scopus omnis audiendi Verbi Divini in eo consisteret, ut taxarentur sacri Oratores, quisnam ornatius atque ingeniosius peroraset. Quosdi exspectatos flosculos non reperiant, fastidire, & de morosa dictione dicentem taxare incipiunt. O mei Christiani! cathedra non est theatrum vanitatis, sed virtutis schola. Verbum Dei non est fistula, sed tuba, non est res delectationis, sed utilitatis. &c. Verum omnium pessime decipiuntur, qui audita e sacro suggesto vilipendunt ea de causa, quod unum, vel alterum in perorante annotarunt. Dicunt nonnunquam maledici homines: Ecce! nostri Popæ laudant, quod ipsimet facere negligunt: denotant contra avaritiam, & infatiabiliter pecunias corradunt: fulminant contra intemperantiam, & multoties lip-

lippientibus oculis ebrioli incedunt: execrantur lasciviam, & ex multis scandalis prodiderunt quod & ipsi ex carne, & sanguine compacti sint, &c. Mi bone, transmittam tibi hæc omnia; quid sequitur? an ideo Verbum Dei indignum est, quod mentibus auditorum recipiatur, quia a mendosis Sacerdotibus proponitur? absit tanta deceptio. In viis regis nonnunquam videntur columnæ, quæ exporrecto brachio & digito itineratibus ostendant viam versus urbem aut oppidum proximum. Dic, an fidem tribus hujusmodi columnæ monstranti? utique tribuis: at columna non anteambulat: nihil refert, inquis, tamen secure monstrat. Ea, mi Christiane: ex hac similitudine responsionem tibi forma ad tua falsa dicteria: etiamsi facer Orator non ipse viam cæli teneat, saltem viam demonstrat: hinc monuit Christus: *Super cathedram Moysis sederunt scribæ, & Pharisæi: omnia, quæcumque dixerint vobis, facite, secundum opera autem eorum nolite facere.*

§. III. *Tertio quia audita non in opus deducunt.*

8. Tertius denique, isque gravissimus defectus, quo Verbi Divini efficacia annullatur, se tenet ex parte *Recidivantium*, ait S. Thomas, hoc est, eorum, qui sacras conciones quidem audiunt, auditas acceptant, sed acceptatas ipso opere non exequuntur: Generosus Belli dux Gedeon, cum ad expugnandos Madianitas sese accingebat, adhortatus est populum ad prælianda animosle prælia Domini, prout illi præceperat Deus: (*Judic.* 7. v. 3.) *Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica*, &c. Non inefficax erat adhortatio; mox enim decem Virorum millia in cruenta discrimina, ipsamque mortem ire parati se obtulerunt. Dominus Deus autem, ne populus potius suæ fortitudini, quam Divino adjutorio victoriam adscriberet, præcepit Gedeoni, ut ex decem millibus solum trecentos sibi comites seligeret. Quos vero seligam, quærebat Gedeon? respondit Deus: in proximo flumine probatio faciendi est: Milites illos, qui manu ad os projiciente lambent aquas, illos ad bellum assumes; eos vero, qui solum ore instar canum sorbebunt, aut flexo poplite undas excipient, tanquam inutiles domum remittes. Omitto cetera hic discutere, & in rem nostram animadverto, per aquam hanc denotari Evangelii fluenta: adsunt nonnunquam, dum Christiana lex e cathedra explicatur, complura auditorum millia; aliqui excipiunt lacram doctrinam aure, sed non corde, aliqui corde, sed non manu: interim illi solum Christiani ad pugnam contra infernales Madianitas idonei habentur, qui manu bibunt, id est, qui audita in sacris instructionibus, opere ipso, ac vitæ tenore exequuntur. Ita in hunc locum commentans S. Gregorius (*lib. 30. Moral. c. 33.*) ait: *Cum illis Christus contra hostes fidei pergit ad prælium, qui cum doctrinæ fluenta hauriunt, ea stirpitus ex opere non infestant.* Putant aliqui e Christianis, sacras conciones audire non esse nisi negotium aurium, & cum Prædicator dixerit: *Amen*, tunc rem omnem esse compositam, &c. Erratis, mei boni: postquam sacram doctrinam percepistis, tunc manus admovenda est operi, tunc comitendum est, ut vel virtutem in concione laudatam assequamini, vel vitium improbatum superetis. O quam ingenue hanc rem intellexit bonella illa Matrona, quæ a domesticis suis requirebat, num finita esset concio? respondentibus iterum iterumque esse finitam, immo punctis quædam notabilia ex ea referentibus subtulit: *Finita quidem est, sed necdum facta concio: superest, eam nunc facientis, & quæ audistis, opere adimplentis.* (*Joan. David. in Verbi. c. 97.*)

9. Quid prodest scire multa, & operari pauca? scire deformitatem peccati, & non fugere? agnoscere pulchritudinem virtutis, & non amplecti? Dilectissimi, non prodest, nisi ad severius judicium, & gravioremdamnationem. Florentiæ contigit aliquando (*Bernard. de Bust. p. 1. Ref. ser. 3.*) Turcarum nonnemine sacræ concioni interesse, qui finita dictione, in amaras lacrimas effundebatur: causam fletuum rogatus respondit; deploro infelicitatem Turcarum, & ingratitudinem Christianorum; si enim hic zelosus sermo Damasci in mea patria fuisset habitus, juro, multa nostrorum millia se convertissent. Ita fiet aliquando in alia decretoria die; surgent gentiles, & hæretici contra Catholicos, illisque neglectas sanctæ vivendi occasiones eorum orbe universo acerrime exprobrabunt: Dicent: Justissime Judex! nos in nostris tenebris fere nullam habuimus lucem, in nostra rusticate nullam instructionem, in nostra iniquitate nullum correctorem; proinde digniores fuimus misericordia, quam tui hi Christiani, quibus millies demonstrata est salutis semita, & tamen in vias perditionis declinarunt: agnoverunt illi tuam Bonitatem, & te offenderunt: agnoverunt virtutis præmia, & tamen hæc despexerunt: agnoverunt peccati supplicia, & tamen hæc elegerunt: indigni sunt, quibus misereris; quia si in nostris regionibus hæc facta fuissent, nos in cinere, & cilicio egissemus pœnitentiam! &c. &c.

10. *Epilogus.* Christianæ animæ! quid ad ista? poteritisne sufferre tam acrem invectivam, ac confusionem? ah! quis poterit? Proinde curam habete, ut istis terra bona, in qua semen Verbi Divini centuplum fructum ferat. Unum tamen aliquid sine dubio hic promonere expedit, videlicet, in iis materiis, quæ de cathedra proponuntur, non omnibus omnia indifferimatim dici: explico: sunt ex auditoribus teneræ & ansæ mentes, sunt & laxi, ac libertini homines: illæ primi generis animæ non cadant animo, dum audiunt materias terribiles de gravitate peccati, de difficultate salvandi, de periculis æternæ damnationis. E contra illi secundi generis non

pro-

præsumptuose sibi blandiantur, dum misericordiam, ac longanimitatem Dei distandari percipiunt. Duplicis generis sunt ægroti, aliqui per excessum caloris, alii per excessum frigoris decumbunt; illi per medicamenta frigida, isti per calida curandi sunt. &c. Quilibet ergo Verbum Dei suo commodo applicet. Et loquendo generatim date operam, ut cum fructu audiatis. Proinde, Dilectissimi, satagite, ut non tantum aure, non tantum corde, sed etiam manu, id est, opere dicta excipiatis. Ita fiet, ut suo tempore audiatis felicissimum illud: *Beati, qui audiunt Verbum Dei, & custodiunt illud.* Amen.

Dominica I. Adventus.

CONCEPTUS I.

De extrema confusione, ac pudore hominis peccatoris in judicio, ubi peccata sua omnia coram universo orbe manifestari videbit.

Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione. Luc. 21.

EXORDIUM.

Magna confusio illius, qui occulti criminis convincitur. Major erit in judicio.

1. Tempore Henrici IV. Galliarum Regis inter supremos aulæ proceres erat Princeps de Biron, bellicæ Virtutis gloriâ celeberrimus, atque ideo a Rege summis regni dignitatibus honoratus: is nescio qua quondam injuria a Rege tactum se ratus, occultam conspirationem moliri, & cum hostibus regni, præsertim cum Rege Hispaniarum, & Duce Sabaudiæ fatale litterarum commercium miscere cœpit. (*Feresti l. 6. de Reg. Gall. in vit. Henr. 4.*) Interceptæ literæ proditæ sunt Regi, qui, Ministri sibi amantissimi infidelitatem admiratus, eum accersit, manuque arreptum, solus solum amicissime alloquitur: Mi Princeps, nota mihi sunt omnia, quæ machinaris; veromtamen volo, ut rei veritatem jam ingenue fatearis: fidem meum oppignero, te mihi semper pristino honoris, & amicitiæ gradu futurum. Rebellis Princeps dubitare de Regis fide non poterat, utpote cujus magnanimitas illi satis perfecta erat; verum hunc confessionem ipsa morte sibi duriorem ratus, perfricte, ac pertinaciter negabat omnia. Rex, ubi nihil se efficere videt, fatales chyrographos, litterasque e sinu eduxit, ac proditorem, sua manu convictum, morti adjudicavit. Mors hujus Principis non ita mihi cor tangit, quam summa illius confusio, qua eum mihi imaginor coram Rege rebellionis conscio stantem; fuisset litteris ac sigillo convictum; negare non poterat, excusare non præsumebat, effugere non valebat, &c. Si parva liceat componere magnis, in hac gutta considero torrentem, id est, in confusione hujus Principis perpendo extremum pudorem peccatoris in Judicio: eheu! quam infelix status erit, cum videbit scelera sua, quæ in hoc mundo tam sollicita cura occultavit, coram universo orbe manifesta esse? O terribilis confusio! Deferibant alii alios extremæ diei horrores, consideremt tubæ clangorem, corporum anastasin, separationem justorum ab injustis, tremendum Judicis adventum, & denique irrevocabilem sententiam.

2. *Propositio.* Ego hodie nihil aliud agam, nisi ut desperatissimam peccatoris confusionem in judicio vobis ante oculos ponam. Cujus me quodamodo commonefecit ille hodierni Evangelii textus: *Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione.* O vere arescent, contabescent, timebunt, expectabant, & miserrime confundentur peccatores in judicio, qui in hac vita pœnitentiam agere noluerunt! atque utinam eloquentia Chrysostomi, aut Ambrosii, Augustini, aut Gregorii pollerem, ut pro materiæ hujus dignitate verba facere possem; sperarem enim fore, hujus confusionis intuitu neminem non a peccato absterrendum esse. Favete.

§. I. *Peccata omnia sollicite occultantur.*

3. *Explicatio.* Peccata omnia ex natura sua pudenda sunt, ac detestabilia, ideo nemo nonnisi impudentissimus, exhorrescit, cum in flagitio deprehenditur. Hac de causa Peccatores omnes, quotquot hactenus in orbe fuerunt, sceleribus suis quæsierant tenebras, formidolose peccant, si deprehendi metuant; contra cum securos se arbitrantur, impudenter ad nefas prorumpunt. Dicite vos impudici, vos homicidæ, vos adulteri, nonne vera sunt ista? nonne decantata vobis est hæc cantilena: (*Eccl.* 23.) *Quis me videt? tenebræ, & parietes operiunt me.* Ponamus ergo nonnemînem occultum scelus perpetrasse, verbi gratia homicidium; securum quidem se putat, & neminem conscium; sed paullo post plebs musitare, rumor in dies crescere incipit, citatur reus ad tribunal Judicis: heu! quantus tremor obruit miserum! cor palpitat, facies expallescit, cibus & somnus despicit, intollerabilibus exagitatur angustiis, O Christiana pectora! *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi:* (2. *Cor.* 4.) omnes, omnes sine privilegio, sine exceptione; ibi in publicum protrahentur peccata omnium, etiam occultissima, quæ in hac vita studiose celavimus. Nunc quidem, quamdiu in mundo degimus, nemo introspicit ad arcana pectoris nostri; nunc non desunt folia ficus (*Gen.* 3.) ad operiendam turpitudinem peccatorum; nunc non desunt stramenta camelorum (*Gen.* 31.) ad obtegenda idola Laban, nunc non desunt parietes (*Ezech.* 8.) ad defodiendas abominationes &c. Verum illa dies judicii est *dies revelationis*, teste S. Gentium Apostolo, (*Rom.* 2.) ibi in lucem protrahentur dicta, facta, ac cogitata, quæ totus

totus mundus hucusque ignoravit. Vos muri, vos tenebræ, vos Sylvarum umbræ, vos cubiculorum feræ tantum ad tempus valetis! vos sigilla, vos obsignatæ litteræ, vos arcanæ confessiones tantum ad tempus oppalliatis actiones hominum: at illa dies *illuminabit abscondita tenebrarum*, ait sanctus Paulus (1. *Corinth.* 4.) ibi videbitur, quid in urbe, quid in prato, quid in horto, quid in choreis, quid domi, quid foris factum sit, tanquam facta fuissent omnia in publico theatro. &c.

Hinc lugens pudor, si prodantur.

4. His rite consideratis, quis non ingemiscat cum Chrysostomo: (*hom. 5. in Epist. ad Rom.*) *Quid nunc mobis missonit fies? cum omnia orbi universo palam facta in tam aperto, tamque illuminato theatro denudata omnium oculis subjicientur?* quanta erit confusio, quis pudor, quæ extrema afflictio proditi peccatoris? Fingite, obsecro, puellam nobilem, & optima hactenus fama celebrem, ante novem menses pudendum facinus admisisse, & nunc dum in Ecclesia inter confertissimam populi turmam moratur, subditis partus doloribus obruti: fingite eam nec fugere, nec partum retardare posse: tandem publico ejulatu se prodere: eheu! quanta hæc confusio? an mirum foret, si præ erubescentia exanimis repente humi concideret? Longe major, ac intolerabilior erit confusio peccatoris in judicio, cum peccata sua, orbi universo revelata videbit, quæ æterna oblivione sepulta credebat. Ego, ego, minatur Dominus *revelabo pudenda tua*, (*Nahum.* 3.) & quidem non revelabo qualitercunque, non summatim, non indigeste, sed, ut exponit S. Basilius, (*l. de vera Virg.*) revelabo secundum omnes circumstantias, quis, qualis fueris, quibus furiis persecutus fueris inimicum, quibus machinis oppresseris proximum, quibus lenociniis extorseris Virgini pudorem, quibus artibus injuste ditatus fueris, quibus fraudibus in commercio usus sis, & quæ sunt similia.

Hæc confusio major erit in Christiano, quam ethnico. Ethnici in judicio confundent Christianos.

5. Quamquam autem hæc erubescentia omnes indiscriminatim tangat peccatores, etiam infideles, erit tamen ceteris paribus incomparabiliter gravior in Christiano. Si pauperculus puer e mendicabulis natus vilibus laciniis vestitus compareat, parum illi in opprobrium cedit: at si regius princeps ad regna, & coronas genitus vix bene contonibus rectus mendicato vivat, idque non aliena, sed suamet propria culpa, profecto immensum hoc illi est dedecus. Ita si pauperculus idololatra ex Africana solitudine, aut Americanis insulis oriundus, cui de lege Christiana vix ultra nomen quidquam innotuit, in Judicio appareat meritis vacuus, peccatis plenus, commiseratione non minus, quam indignatione dignus erit: at hominem Christianum post adeo claras rerum æternarum cognitiones non minus sceleratum esse, quam ipsos gentiles, proh, quanta hæc est impudentia, quam immane probrum! Hinc erit, quod hi ipsi gentiles impiorum Christianorum pudorem in immensum augebunt: dicent enim, auscultante universo orbe, Erubesce, tu impie Christiane, quod post millena salutis remedia æternum pereas: nos miseri in remotissimis mundi angulis, si unicam audiissemus concionem, quarum tu audiisti millenas, si unicum recepissemus Sacramentum, si unicæ interfuissemus missioni, certe in cinere & cilicio egissemus pœnitentiam; tu infelix pœnitentiam agere detractasti; ideo mille infernis dignus es: noster error est longe excusabilior &c. O Christiana pectora! quantum hæc exprobratio impium Christianum in ruborem dabit? an mirum est, si mallet eo tempore inferni cruciatibus torqueri, quam ita confusum coram integro orbe adstare? certe mirum non est; ait enim S. Chrysostomus, (*hom. 5. in c. 15. Ep. ad Cor.*) hanc confusionem damnatis intolerabiliorem fore ipsis gehennæ tormentis. &c

§. II. *Confusio peccatoris coram Deo Judice.*

6. Pauca sunt, quæ dixi hactenus, si cum dicendis comparentur: si enim tanta erit erubescentia impii Christiani coram Judicandis, quanta erit coram ipso Judice? si sustinere non poterit aspectum hominum, qua fronte tolerabit aspectum ipsius Dei? De Imperatore Augusto perhibetur, cum fulgurantes instar fyderum habuisse oculos, tantamque spirasse majestatem, ut nemo exterorum ejus faciem absque terrore contueri valuerit: quem Principum nonnemo, ad affatum Imperatoris admissus, sine intermissione oculos humi defixit: causam ab Imperatore rogatus, reposuit: *Quia fulmen oculorum tuorum ferre non valeo.* (*Aurel. Victor. in vita Imp.*) Itane tremuit mortalis & infans homo coram mortali homine? ita est: eheu! quomodò ergo contremiscet reus multorum scelerum homo coram immortali Deo, coram implacabili Judice, qui in tribunali sedebit *Rex tremendæ Majestatis?* quis pudor invadet peccatorem, cum intuebitur Salvatorem suum, memor tot beneficiorum ab illo acceptorum, memor suæ ingratitudinis? *quis pavor erit*, ut cum Augustino (*lib. de van. mund. c. 9.*) loquar: *Deum natum videre, cum? quem placatum non valet universitas comprehendere?* &c. Protoparens noster Adam, postquam infelici illo pabulo manus, animumque contaminavit, inter dumeta, & frondium latebras instar bruti animantis delitescere exoptavit, ne irati Dei faciem intueri cogeretur; *Timui, eo quod nudus essem, & abscondi me.* (*Gen.* 3.) Eheu! si ita timuit, & tremuit Adam, qui unius peccati reus erat, qui Divinæ iracundiæ nullum antea vidit exemplum, qua ratione trepidus, ac confusus stabit peccator coram Divino

vino Justicæ, cujus fratam, ac fulminibus plenam faciem cogetur intueri? Quæret quidem latebras, sed non inveniet, tentabit effugium, sed non impetrabit, exoptabit inergi in infimas terræ fauces, sed frustra exoptabit. &c.

7. Crescet in immensum dolor, & confusio, cum mundi Salvator, qui *Judex in tribunali horrore & terrore plenus sedebit*, (*S. Chrys. In Gen. hom.* 17.) non cessabit infelici Christiano exprobrare sua beneficia, & objicere peccata: Impie, scelerate! inquiet, hiccine est gloriosus ille Christianæ professionis epilogus, quod infelicius ipsis Ethnicis perire decreveris? an ideo in salvifica fide expeditionem tibi salutis semitam aperui, ut viam latam, & spatiosam interitus eligeres? an ideo legem meam tibi explicavi, ut haberes, quod contemneres? an ideo sanguinem meum in Sacramentorum perceptione tibi large propinavi, ut haberes, quod conculcares? an ideo vitæ meæ exemplis tibi præluxi, ut haberes virtutum specimina, quæ vitæ tuæ antitheſi petulanter refutares? an ideo in stabuli fœno infans vagii, ut tu mollibus deliciis afflueres? an ideo humilis & contemptus in mundo vixi, ut tu gloriæ umbram sectareris? an ideo cœli bona reliqui, ut tu raperes aliena? an ideo mortem temporalem in cruce sustinui, ut tu subires æternam? si ita est, potuissem majori cum fenore collocare mea beneficia in barbaris, & gentilibus, qui certo certius in cinere, & cilicio egissent pœnitentiam. Ubi est modo illa homagii fides, quam in sacro sancto Regenerationis lavacro mihi nuncupasti? ubi sunt magnifica illa promissa, quæ toties in Sacramentorum usu confirmasti? Proh pudor! fœdera omnia rupisti, promissa eluisti, amicitiam violasti: abi abi ergo, & mercedem repete a malo dæmone, cui servisti: experire, num infernales cruciatus plus tibi sapiant, quam gloriæ præmia, cujus similem adeo facilem & expeditam tibi commonstravi: noluisti me habere amicum: abi, abi, æternum ero tuus hostis, & inimicus, &c.

8. Hanc Judicis exprobrationem excipiet pleaus totius orchestræ applausus, & primo quidem miserrimum Christianum irrisorie consalutabunt dæmones, tanquam suum damnationis socium, & inferni contubernalem; dein insultabunt illi damnati gentiles, & Hæretici; denique ipsi etiam Cœlites, ipse sanctus Angelus Custos, & (heu! horresco referens!) ipsa Misericordiæ Mater eum subsannabit, contemnet, respuet, & absque ulla miseratione derideabit. Quid mirum? heu! quid mirum, quod infelicissimus id genus Christianus desperatissime ejulabit, unguibus in se Leviee, præcordia dilaniabit, crines evellet, & præ pudore immoderate clamabit: *Vos montes cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira agni.* (*Apoc.* 16.) Nam, ut ait sanctus Augustinus: (*ap. Serrant. script. sel. pontif.* 135.) *Mesti tormentum malit ubi, furorem Domini tolerare, quam cruciatus infernales perpeti.* &c. &c.

10. *Epilogus.* O Dilecti peccatores! quis vobis animus est, cum hæc tam horrenda auditis? necdum capilli vobis assurgunt? necdum cor palpitat? quis est nobis, qui tam terribilem, ac desperatissimam confusionem coram universo mundo, & coram Deo Judice ausit sustinere? Audite obsecro pro coronide brevem historiam: In Monasterio Oxoniensi, (*Annal. minor. n.* 64.) cum quondam Monachi Horas Canonicas pie decantarent, nescio cujus rei eventu factum est, ut nonnulli ridere incepernt, quorum exemplo commoti ceteri, tandem interrupto cantu in effusos cachinnos eruperunt. Et ecce! Crucifixi imago, quæ in altari stabat, mutata subito amabili facie, ita austero vultu, ac fulminantibus oculis cachinnantes conterruit, ut animi impotes, mortuisque, quam vivis similiores, in terram prostrenterentur: nec satis hoc pœnæ fuit, sed auctores risus infamo metu ita contabuerant, ut modicum intra tempus inter insolitos animi terrores, ac ejulatus spiritum emiserint. O Bone Deus! si mortua facies lignea statuæ tantos terrores causavit, quid efficiet viva facies Judicis? si Christus id potuit confixus in ligno, quid poterit solutus in throno? si tam luctuosa tragœdia contigit in patria misericordiæ, quid fiet in theatro justitiæ? &c. O Christiana pectora! per ego vos salutis vestræ amorem obtestor, nunquam non memores estote luctuosæ illius diei, & si cætera illius spectacula haud satis efficaciter vos a peccatis absterrent, absterreat, vos obsecro extrema ac desperatissima illa confusio, qua Christianus peccator conterritus, ac pudefactus coram Deo, & integro orbe astabit: memento-te, obsecro, hujus veritatis, memento-te, & in æternum non peccabitis. Amen.

Dominica I. Adventus.

CONCEPTUS II.

De prima extremi Judicii circumstantia, & horrore, timorum de universali resurrectione corporum.

Aresecentibus hominibus præ timore, & exspectatione, quæ supervenient universo orbi. Luc. 21.

EXORDIUM.

Israelitæ ex Ægypto profugi figura resurrectionis corporum. Omnes homines resurrecturi sunt.

1. INnumerabilis olim hominum multitudo ex Ægypto abiit: Israelitarum, qui, excussa Pharaonis servitute, ad felicem patriæ suæ ingressum anhelabant, & Ægyptiorum, qui fugientium tergis inhærentes, eos è fuga retrahere capiebant. Utraque hominum multitudo ingressa est patulas rubri maris fauces, sed dispare prorsus eventu; Israelitæ per pelagi profundum feliciter elapsi in altero litoris pene cantarunt: (*Exod.* 14.) Ægypti in abyssо maris, reductis utrinque fluctibus, miserandum in modum demersi, aut piscibus, aut volucribus in prædam cesserunt. In illa ultima mundi pereuntis die, exitus de Ægypto, ait Doctissimus Bessæus, (*de Judicio canc. 5. part.* 2.) ibi universa hominum multitudo ultimum mundo vale dicent, & ipsa etiam corpora, quæ hactenus intra terræ viscera jacebant absconditæ, ad clangorem buccinæ proditura sunt: intrabunt abyssum Divini judicii, sed heu! quam dispare eventu! aliqui, id est, sancti, ac prædestinati felici successu permeantes ad cœlestis patriæ portum exultabundis cum vocibus applaudent; alii, id est, impii, ac damnati, malorum omnium colluvie obruti, infernalibus harpys in rapinam tradentur. Ergone universa apparebit hominum multitudo? ita est, apparebit universa, resurgent omnes. Omnes, quotquot in prima orbis ætate ab Adamo usque ad diluvium millenis, septem septingentis & quinquaginta annis victitarunt. Omnes, quotquot in secunda orbis ætate a diluvio usque ad Christum natum bis millenis, ducentis & nonaginta tribus annis hanc terram incoluerunt. Omnes, quotquot in tertia orbis ætate a Redemptoris morte usque in hanc diem millenis, septingentis triginta annis fuerunt, & deinceps ad ultimam usque diem erunt. Omnes quotquot vel Europæ viridaria, vel Asiæ vastissimas regiones, vel Africæ solitudines, vel demum Americæ insulas inhabitarunt. Omnes cujuscunque status, ætatis, conditionis, nobiles, & triviales, divites & pauperes, infirmi & potentes, subditi & principes, Domini ac famuli: Omnes, omnes resurgent. Hæc enim, ut verbis hodierni Evangelii loquar, *supervenient universo orbi.*

2. *Propositio.* Christianæ Animæ, cum igitur sacro hujus adventus tempore de quadruplici Judicii horrore differre constituimus, hodie primam illius circumstantiam, videlicet universalem corporum anastasin sub consideratione trahemus. Quilibet intueatur has manus, hos pedes, hoc corpus, & indubitato teneat hoc corporis artus in valle Josaphat præsentes fore. Dicat quilibet cum sancto Job: *In carne mea videbo Deum Salvatorem meum.* (*Job* 19.) atque nunc decernat facere vel omittere, quod tunc fecisse vel omisisse est optaturus. Favete.

Omnes homines in cinere resurgent.

3. *Confirmatio.* Imaginare tibi, O homo Christiane! universum hominum genus, quotquot ante nos fuerunt, jacere in sepulcris: omnis eorum potentia, gloria, divitiæ, voluptas, vanitas, formositas desiit in cineres, nec diu aberit tempus, quo & nos, quotquot hic præsentes sumus, in septi-pedali fossæ inter vermes octi, in ea putrefacti jacebimus, & tandem in terræ pulverem, cineremque delinemus. Hæc universalis illa maledictio est, quam Deus supra totum humanum genus in protoparente suo Adamo tulit: *Pulvis es, & in pulverem reverteris.* (*Gen.* 3.) O cinis! O pulvis, qui nunquam debuerat ex hominum memoria evanescere! adeste vos potentes sæculi, vos ambitiosi, vos divites, vos libidinosi, adeste & in his cineribus vestræ vanitatis, vestræ voluptatis coronidem contemplamini: adeste, discernite inter cineres magni Alexandri, & pauperculi Diogenis: dicite, qua differentia discrepant cineres divitis Epulonis, & inopis Lazari, cineres nobilis & ignobilis, formosi & deformis. Ah! nulla est discrepantia? quemadmodum in illa statua Nabucholonoseris (*Dan.* 2.) aurum, æs, ferrum, & lutum eadem ruina abrumpta sunt; ita homines & magni & servi eodem fonore, eadem putredine absque differentia consumantur.

Sed horum ex cineribus resuscitabuntur.

4. Jam hi sepulcrorum cineres ad tubam Angeli commovebuntur, & denuo in sua corpora cœlescent. Quæris forsasse, an hæc putridorum reclintegratio possibilis sit Omnipotentiæ Divinæ? Ne dubita! facilius illa e pulvere colliget Deus, quam antea e nihilo creavit. Prophetæ Ezechieli ostendit quondam Dominus campum spatiosum plenum aridis, & exsuccis ossibus, quæriviteque ex eo: *Fili hominis, putasne, vivent ossa ista?* (*Ezech.* 37.) respondit modeste Propheta, Domine tu solus nosti. Postea præcepit illi Deus, ut ossibus his vitam vaticinaretur. Fecit Ezechiel, quod jussus est, & ecce inter ossa facta est strepitus & commotio, accessit quodlibet ad junctaram suam, successit super ea cutis, ac caro, animata sunt spiritu, & adstitit *exercitus grandis nimis valde.* Per hanc visionem Prophetæ, ait Tertullianus, (*de Resurr. carnis c.* 29.) recte probatur resurrectio corporum: *Non enim posset de ossibus siccis compoti, si non idipsum ex ossibus eveniunum esset.* &c. Sed dices: multi hominum ignibus consumpti, in minuta frusta dilaniati, in profundum maris demersi, aut a bestiis & volucribus depasti sunt; horum corpora quomodo poterunt restaurari? Respondeo: poterunt restaurari jussit Omnipotentis Dei. Nonne tres illi pueri e camino ignis illæsi, ac vegetiores, quam antea exierunt? (*Dan.* 3.) ita nec vermes, nec volucres, nec bestiæ, nec aqua, nec ignis impedient, quo minus integri resurgemus. &c.

5. Ita instauratis corporibus percutiet Deus quasi virga cælum & terram, veluti Moyses petram, & ad obsequium Omnipotentis tam cælum, quam infernus, quam purgatorium dabunt animas suas, corporibus suis reuniendas. *Et dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors, & infernus dederunt mortuos suos,* ait Apocalypticus Vates. (*Apoc.* 20.) O bone Deus! unde ego deinde progrediar? e cœli gloria, an ex inferni faucibus? an huic corpori meo reuniar inter gaudia, & benedictiones, aut inter blasphemias, & maledictiones? Eheu ex-

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Tellez

horresco! sto enim in bivio, ignarus, quid mihi eventurum sit. &c. O quam inæquali sorte ibunt animæ grandium, & plebejorum, & quærent ossa sua in sepulcro! plebejus ea inveniet in cæmeterio sine lapide, & inscriptionibus, & surget lucidus, ac gloriosus, quia beatus. Surget etiam grandis anima & quæret corpus suum, invenietque imbalsamatum, in tumba marmorea, supra leones & elephantos, cum epitaphiis & areubus, & erit villissimus, quia damnatus. Eheu quis non exhorrescat? &c.

Dispari modo resurgent beati, & damnati.

6. Imaginare tibi, O Christiana anima! te huic spectaculo interesse, & tuismet oculis cernere animas e sepulcris sua corpora resumpturas. Finge in hoc templum venire gemitus, damnatam unam, alteram beatam, quarum corpora hic sepulta sunt. O quam dispare cultu utraque prodibit! Non ita ex uno conjugio suscepti differebant Jacob & Esau, non ita in uno campo Pharaonis differebant septem boves crassi, & septem macri: non ita in uno clibano differunt aurum & carbones: non ita ex uno carcere egredientur dispari eventu pincerna, & pistor, ille ad funem, ille ad honorem, quam ex eodem sepulcro dispari vultu ascendent damnatus, & beatus, ille ad gloriam, ille ad pœnam. &c.

Anima damnata maledicet suæ corpori & membris.

7. Considera, obsecro, O Christiane, quibus oculis damnata anima intuitura erit corpus suum deforme, putridum, horribile, & grave olens: quanto cum horrore illud aspectabit: quantum dolorem sentiet in hac resumptione. Ergone, inquiet, hunc sordidum carcerem invadam, æternum ibi permansura? O infelix corpus! tune es ille putridus saccus, quem adeo delicate nutrivi, & cujus amore finem meum ultimum perdidi? Maledictæ sint voluptates, quas tibi cum Dei offensa indulsi! Execror vos oculos, qui libidinosis aspectibus turpiter assuevistis. Execror vos aures, quæ fescenninis fallibus delectari estis. Execror te lingua, quæ in detractiones, in juramenta, in blasphemias intemperanter erupisti. Execror te stomache, qui delicatis epulis, pergræcationibus, & ebrietatibus vacasti. Execror vos manus, quæ injustitiis, usuris, & lucro inique parto inhiastis. Execror vos pedes, qui ad choreas, ad compotationes, ad perversas domos, ad lasciviæ incentiva me frequenter duxistis. Execror te integrum corpus quod jejunia, cilicia, & pœnitentiæ austeritates cane pejus & angue declinaas, in scelerum præcipitia me traxisti, &c. Ita quidem anima: sed non minus reciprocis maledictionibus respondere posset corpus: Maledicta sis & tu, O anima! quia rationis ductu meos frænare appetitus, tu oculos ab impuris aspectibus, tu aures ab obscenis discursibus, tu linguam a detractionibus, tu manus ab iniquitatibus, tu pedes a periculosis excursionibus retinere debuisses, & neglexisti. O quam longe melius mihi foret, si auctora pœnitentia, si pia severitate in me sævissses, quam in me nunc sævient æterna gehennæ tormenta! Abi maledicta! sine me in tumulo inter tineas, inter bufones; malo cum illis, quam tecum in inferno commorari. &c. Hæc bella salutatio est, qua corpus & anima peccatoris in illa die se mutuo excipient. O terribilem salutationem! O Christiani, eheu! estne aliquis, cui e præsentibus tale quid eventurum est? O blasphemie, O ebriole, O impure, ejurate, obsecro, serio peccatum, antequam tam infelix rerum status vos deprehendat: alias heu quanta cum rabie recordabimini hodiernæ concionis, qua ad salutem vestram de tanta infelicitate præmoniti estis. &c.

8. Econtra, quanto cum solatio corpus suum undequaque formosum, perfectum, ac splendidum excipiet beata anima! quam amica cum salutatione illi suam gratulabitur anastasin! adesto, inquiet, O dilecte vitæ comes, adesto, & patere, ut in mutuos amplexus curramus, nunquam amplius ab invicem separandi in æternum: grates tibi habeo impensissimas, quod in negotio salutis tam fidelis mihi fueris adjutor: grates tibi habeo, quod jejunii, flagella, paupertatem, laborem, & pœnitentiæ opera patienter sustinueris: ah! quantum modo prodest vicisse verecundiam io confitendo illo peccato! benedicta sit hora, qua Ecclesiam illam subiisti ad audiendam concionem, quæ fuit conversionis, & salutis meæ principium: benedicta sint illa cathedra, illud sacrum tribunal: illi communicantium cancelli, quæ fuerunt instrumenta meæ justificationis: adeito igitur, O consors pœnitentiæ, efficere etiam consors gloriæ: da, ut reassumam has manus, quibus tu caput detersisti inimico offendendi: da, ut reassumam hos oculos, quos modestiæ, & puritatis amore in terram defixisti malens vicrum fordes, quam tyrenum formas intueri: da, ut reassumam hoc os, cui sæpe bolos delicatiores subtraxisti, ut pascas famelicos pauperes: da, ut reassumam hos pedes, quibus frequenter ad Ecclesias, ad audiendum Verbum Dei, ad pietatis exercitia festinasti: &c. Hæc & similia beata anima ad corpus suum. Neque minus hoc reciproca gratulatione applaudet animæ, illique grates aget pro virtuoso, ac prudente affectuum suorum moderamine: O anima, quas tibi gratias referam, inquiet, quod brutales meos appetitus compescueris, quod ab illa perversa societate me retineueris, quod duriuscule semper habueris! O quam modica afflictione meruimus gloriam in æternum non amplius amittendam! O felix pœnitentia, quæ tantum promeruit præmium! &c. &c.

9. *Epilogus.* En Christiani Auditores: hæc est illa resurrectionis catastrophe, quæ nos omnes indubitanter exspectat. Hæc erit illa dies immutationis, de qua sanctus Job: *Cunctis diebus, quibus nunc milito, exspecto, donec veniat immutatio mea.* (*Job.* 14.) ibi, versa rerum scena, exultabunt pauperes, ejulabunt divites: ibi voluptates hujus mundi in tristitiam, e contra lacrimæ in gaudium vertentur. Alterutro ex his modo, O Christiane; necesse est, ut resurgas, vel tanquam beatus, vel tanquam damnatus. Dic, quo modo resurgere cupis? Ego dico tibi: hoc ex tuo pendet arbitrio: si modo seria pœnitudine peccata expies, si vitam emendes, resurges cum beatis. Si pergas peccata cumulare, & pœnitentiam ac emendationem de die in diem differas, resurges cum damnatis. Affirmat enim eordate S. Ambrosius, (*Serm.* 28.) cujus verba pro coronide altum in corde tuo demergo: *Pro qualitate vivendi erit gratia resurgendi.* Amen.

Dominica I. Adventus.

CONCEPTUS III.

Divini Judicii rigor ex eo declaratur, quod Judicem nec liceat fallere, nec flectere, nec ab eo appellare.

Tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & majestate. Luc. 21.

EXORDIUM.

Judicium Divinum est multo rigorosius quam humanum.

1. HUmani judicii rigor, quo malefactorum capitales causæ examinantur, plane terribilis est; videmus furum, aut latronum aliquem, cum ad tribunal judicis raptatur, totis artubus contremiscere, tota facie pallescere, & præ angustia cordis vix bene halitum trahere: Et tamen malefico hujusmodi multiplex affulget effugii spes; nam primo, Judex, cui sistitur, non est ipsa sapientia: ergo falli potest: multi utut impacti criminis rei, perficta fronte negantes per fraudes, & mendacia e catenis eruperunt. Secundo Judex, cui sistitur, non est ipsa justitia; ergo corrumpi potest; multi capitis rei, dum ferro non poterant, auro carceres effregerunt. Tertio Judex, cui sistitur, non est ipsa potentia, ergo superari potest; multi iniqua, ut opinabantur sententia gravati, sententiæ executionem remedio appellationis eluserunt. Cum igitur non obstante hac triplici mitigatione, judicium humanum usque adeo, terribile sit, Deum immortalem, quid dicendum putatis de judicio Divino, ubi salvationis remedia misero peccatori præcisa erunt omnia? Plane Prophetarum oracula diem judicii Divini nos absque ratione describserunt, ut terribilium omnium terribilissimum; Jeremias (*cap.* 10.) vocat eum, *Magnum diem Domini, & terribilem valde?* Malachias (*c.* 3.) vocat eum, *diem succensum quasi tamnum*: Sophonias (*c.* 1.) vocat *diem iræ, diem tribulationis & angustiæ, diem calamitatis & miseriæ, diem tenebrarum & caliginis, diem nebulæ, & turbinis.* Isaias (*c.* 13.) denique vocat *diem crudelem, & indignationis plenum.* Cur ita? qua de causa Prophetæ tantos terrores de judicii die ingeminant? Nempe propter rigorem Judicis, cujus justitia non poterit decipi, cujus justitia non poterit depravari, cujus potentia non poterit eludi. Audiamus hanc in rem effatum S. Augustini: (*apud Speranz. script. sel. punct.* 133.) *O quam tremendus erit Judex, cujus sapientiam non licet fallere, cujus æquitatem non licet flectere, cujus judicium non licet evertere!*

2. *Propositio.* Christiani Auditores! Dum igitur in hodierno Evangelio sancta Mater Ecclesia nobis tremendum hoc judicium ante oculos ponit: *Videbunt Filium hominis venientem in nube cum Potestate, & Majestate* (*Luc.* 21.), nos trimembri huic S. Augustini Doctrinæ inhærentes, horrorem illius diei consideremus. Vive nunc, o peccator! cui securus, inhia voluptatibus, quas deperis, accumula peccata peccatis; at respondeo; an illa die tantum Judicis horrorem poteris sustinere? &c. &c.

§. I. *Primo quis sapientia Dei non potest falli.*

3. *Confirmatio.* Primum igitur horrorem Judicii & Judicis S. Augustinus exprimit his verbis: *O quam tremendus erit Judex, cujus sapientiam non licebit fallere?* Homini congenita est fragilitas, commissum nefas negare, & supprimere: quid egit Adamus post prævaricationem præcepti? quid Cain post fratricidium? quid Rachel post ablata idola Laban? negarunt, occultarunt, palliarunt crimen sub scubus, sub dumetis, sub stramentis. Atque hac fallacia sæpe eluditur humanum judicium, immo etiam equuleis, & catastis multoties non extorquetur flagitii Confessio. Verum in illo Judicio frustranea erit omnis negatio, & oppalliatio: ibi *Liber scriptus proferetur, in quo totum continetur, unde mundus judicetur.* (*Eccles. in sequent. mort.*) Quis erit iste liber? Sanctorum Patrum aliqui per illos libros, quos in judicio aperiendos testatur Apocalypticus Vates, (*Apoc.* 20.) intelligunt sapientiam, in qua dicta, facta, & cogitata totius humani generis infallibiliter annotata sunt. Alii per libros illos intelligunt conscientias, quæ ipsæmet & Judicis, & universi orbis conspectui sese aperient. Tunc discernentur veri opera a ficticiis, & Sancti ab hypocritis, ea fere ratione, qua ineunte vere arbores, quæ brumali ariditate inter se erant indiscernibiles, in folia erumpunt, quibus ab invicem dignoscantur.

4. Nunquam vidistis, Dilectissimi! anatomiam hominis, quem forte veneno fuisse sublatum suspicio est? adsunt chyrurgi, aperitur cada-

cadaver, eximuntur viscera, membra secantur in partes, & partes iterum dividuntur in particulas, nullus nervus, nullus musculus, nulla vena inexplorata relinquitur, quæ non acutissimis cultrellis findatur, & scindatur. Sic, dit S. Job, fic in die illa Deus cum peccatoribus ager, fcindet, & refcindet intima cordis, ac per animæ literas indagabit venenum, id eft, peccatum: incipiens a capite usque ad pedes pertranfibit totum corpus miseri peccatoris, & rigorofiffimo examine capitis, cordis, ventris, renum, & etiam pedum iniquitatis requiret. *Vestigia pedum meorum considerabit (Job. 13.)*, per veftigia pedum intelliguntur minima ignorantiæ peccata: hinc feptuaginta hic legunt: *Ab itu, fivitá invitus errasti.* Et S. Ambrofius (*in Pf. Beatis.*) *Vincula ignoranter peccati.* O mi peccator! ne dubita, anatomiz Juftitiæ Divinæ difcooperiet peccata tua omnia, eaque eruet e capite, ex ore, ex lingua, ex ftomacho, e manibus, & pedibus: *Deus omnes femitas efferiat*, ait Gregorius (*l. 15. Mor. c. 25.*): *& quia singulis quibusdis actibus etiam cogitatus pensat, veftigia pedum confiderat, quia intentiones noftrorum operum, quam recte penentes examinat.*

2. Nega tunc, fi poteris, mi peccator! convincet te Trinitas Dei Sapientia, convincet te confcientia, furgent contra te teftes exftra, & intra: *Revelabunt cæli iniquitatem ejus, & terra confurget adversus eum.* (Job 20.) Dicet cælum: fe vidiffe crimina tua tot oculis, quot ftellis: dicet terra fe adfuiffe impietatibus tuis tot arbitris quot elementis: ftabunt contra te creaturæ omnes, quibus ufus, & abufus fuifti. Hos teftes, & accufatores confundens S. Hier. (*ad perpet. Vit. fabi.*) tanta percelfecatur formidine, ut etiam cellulam, in qua degebat, tanquam futurum olim teftem pertimefceret: *Ipsa quoque cellula, quasi cogitationum nostrarum conscium pertimescebam.* Quid agis, o peccator? Non times tu ipfam domum, quam habitabas, ubi tot fcandala, tot crimina, tot iniquitates committuntur? Non times lapides ipfos, qui funt pauperum fudor, ac pupillorum fanguis? Non times cubilia & lectulos, qui tuæ impuditiæ funt fpectatores? Non times ftaa & parietes qui audiunt tuas blafphemias, juramenta, & maledictiones? Hæc omnia erunt accufatores tui, & vel tacentibus aliis *Lapis de pariete.* (*Habac. c. 2.*)

§. II. *Secundo: quia judicia Dei non poteft fallere.*

6. Alterum horrorem Divini Judicii, & Judicis explicat S. Auguftinus his verbis: *O tremendus Judex, cujus æquitatem non licet fallere.* Humani judices non adeo funt juftitiæ tenaces, ut non incurrant centuriam Senecæ dicentis: (*Epift. 27.*) *Sacrilega minuta puniuntur, magna in triumphis ferantur.* Juftitia quidem ea eft, fed non ita, ut per oculorum velamen rafli auri non tranfparent: bilancem manu tenet, fed jaffce in lancem munera, & mox deflnet hilancis æqualis, & æquitas. Quoties humanæ tribunalia corrumpuntur metu alicujus mali, aut fpe alicujus boni? clama cum Judæis: (*Joan. 19.*) *Non es amicus Cæsaris*, & confeftim latrones abfolvi, ac innocentiam in cruce agi videbis &c. Verum non ita fe res habet in Judicio Divino, ibi locum non invenit nifi feverifimus rigor, & recti tenor. Res Ezechiæ erat fanctiffimus, libeiavit populum Dei ab idololatriæ peccato, idolorum fimulacra deftruxit, fana evertit, Templum Dei altiffimi mundavit, ordines Levitarum, ac cantorum reftituit, verbo, talia fecit, ut promeritus fit hoc encomium Scripturæ: *Ezechias Rex fecit, quod erat placitum oculis Domini!* Et tamen ad vitæ extremæ deductus amariffime flevit: *Convertit faciem suam ad parietem, & flevit fletu magno.* (*Ifa. 38.*) Qua caufa lacrimarum? nonne potius lætari debuiffet intuitu æternæ gloriæ, ad quam vocabatur? fubintrat hic S. Hieronymus, (*in Ifa. loc. cit.*) inquiens: *Quæris rationem fletuum? fe exhibuerit hominem, non mirabitur confuse delevit*, quafi diceret, quamvis opera Ezechiæ fuerint fancta, metuebat tamen judicium: quia opera non erant Angeli, fed humana, id eft, humanæ fragilitati fubjecta, & forfan occultis nævis commaculata. Scibat Ezechias terribile effatum Pfalmiftæ, nomine Judicis dicentis: *cum accepero tempus, ego juftitias judicabo.* (*Pf 72.*) hoc eft, arcanas intentiones, ac fines operum bonorum, eorumque menda accuratiffimo examine difcutiam.

7. En mi peccator! homines fancti formidant fua opera bona; & tu non expavefcis ob opera tua mala? Nunquam audiifti illam fententiam Chriti apud Divum Matthæum: *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.* (*Matth. 12.*) Supra quæ verbi commentans S. Ambrofius, (*in Matth. hic.*) plenus formidine exclamat: *Si pro verbo otioso ratio poscitur, quanta magis pro verbo impuritatis, ac turpitudinis?* Nunquam audiifti vaticinium illud coronati Pfaltis: *In medio autem Deus dijudicat.* (*Pf. 81.*) per Deos intelliguntur homines juffi ac fancti: *res formidabilis!* exclamat hic Hieronymus: (*in Tf. 81.*) *Si Deus dijudicat, quid facies de peccatore?* O nos ftupidos, nos bardos! illi Sancti, qui in fpecubus & antris, in foliturline, & cremis cælefbis contemplantur, carnem jejuniis, vigiliis, cilleiis macerant; illi ad auditum Judicii nomen totis artubus contremifcunt, nos econtra, dum continuo inter jocos, inter nugas, inter commeffationes, inter voluptates faculi genio indulgemus, cælum nobis imaginamur ut certum! quotidie audimus Auguftinum (*l. q. conf. c. 13.*) formidolofe clamantem: *Va etiam laudabili hominum vitæ, fi remota misericordia judicetur*: & nos tamen ad iffa omnia tanquam aniles fabulas ridemus. An forfan, mi peccator! in hac ipfa miferi cordia confidis? cur ergo nunc mifericordiam hanc contemnis, quæ te invitat ad pœnitentiam? Audi Eufebium (*ferm. de Judicio.*) *Qua fronte misericordiam petet, primum de misericordia contempta judicandus? &c. &c.*

§. III. *Tertio: quia a potentia Dei non poteft appellari.*

8. Tertium denique Judicii, & Judicis horrorem declarat Auguftinus his verbis: *O tremendus Judex, cujus judicium non licet evertere!* Humana judicia poffunt everti per remedium appellationis, feu provocationis ad altius tribunal. Ita Paulus Apoftolus, a Judæis coram Feito prætore accufatus, appellavit ad Cæfarem. (*Act. 25.*) Verum, o infelix peccator? quorfum appellabis a tribunali fupremi Judicis? ubi abfylum, & refugium quares contra Altiffimi fententiam? an forfan fugies ad tenebras, & latibula? fed hæc fulguranti luce a facie irati Judicis proferetur. An mortem defiderabis? fed hæc a te refugiet. An montium cavernas implorabis? fed illi hoc caritatis officium tibi negabunt. An tuam potentiam, nobilitatem, divitias allegabis, quibus pollebas in hoc mundo? fed iffa omnia nec hilo valebunt.

9. Forfans fpem tuam ædificas in patrocinio Sanctorum? Oh! euras craffiffime: *Quis enim misereitur tui Jerusalem?* (*Jerem. c. 15.*) nit Deus per Jeremiam, quafi diceret, a quo poteris fperare mifericordiam? quis Sanctus, qui tuam fufcipiet caufam? habebunt Sancti fat timoris, & negotii, quo fibi ipfis invigilent: audi doctiffimum Lyranum (*in Jerem. hic.*) in hæc verba: *Quasi dicat: nullus, post tanta mala ate perpetrata*, Sanctus Angelus tuus cuftos erubefcet tuam inobedientiam; fanctus tuus Patronus obturbefcet ad tua lamenta: ipfa fanctiffima Virgo, alias mifericordiæ Mater, oculos a te averret. Tantum abeft, ut patrocinium tuum fufcepturi, ut potius lætaturi fint fancti ex implentione Divinæ Juftitiæ, juxta illud: (*Pf. 57.*) *Lætabitur justus, cum viderit vindictam.* Pater non mifereibitur filii, non mater filiæ, non frater fororis, non foror fratris; quia gaudebunt Electi etiam in damnatione, & tormentis fuorum amicorum intimorum, ac familiarium impleri Divinam voluntatem. O cælum! o terra! quis, ut ut faxeo conftet pectore, quis non mifereibitur extremam derelictionem hominis peccatoris in judicio? audi, o peccator! audi quo coronide Sanctum Auguftinum: (*ferm. 38. de Sanct.*) *Irrevocabilis sententia erit, quæ hic multo ante prædicitur, ut a nobis totis viribus caveatur.*

10. *Epilogus.* Verbulum adhuc unicum. O peccator! an credis hanc defcriptionem Judicii veram & Divinæ fidei conformem effe? dicis, quidem te credere; fed S. Ambrofius (*ad Virg. lapf. c. 8.*) dubitat, an vere credas: quare? percipe verba Sancti Patris: *Si mente crederent homines, quale judicium imminet mundo, fanus hominis non dispergeretur in vanitates sæculi.* Vivitur in mundo effrænifima libertate, inhiatur avidiffime voluptatibus, commeffationibus, riffi, jocis, nugis, fcurrilitatibus, pauperum oppreffionibus, & divitiis per fas, & nefas adquirendis, eaque liberrime patrantur fcelera, quibus fceleratora patrari non poffunt, fi judicium Dei, ejufque horror mera fabula, & figmentum foret. O miferæ animæ! aperite obfcero oculos; non res agitur de uno anno, de uno menfe, de una die, fed de æternitate: Judex infallibilis eft, Judex inflexibilis eft, Judex infuperabilis eft! eheu! femel periiffe, æternum eft periiffe, id quod Deus mifericors a nobis avertat.

Dominica II. Adventus.

CONCEPTUS I.

De falfa mundi, & vera Chriti amicitia, ac utriufque antitheti.

Joannes in Vinculis. Matth. 11.

EXORDIUM.

Herodis favet ergo Joannem quam fluxus. Chriftus eft verus amicus Joannis.

1. CRudele fpectaculum, lugubre nuntium; rem auditu triftiffimam vobis expono, Chriftiani Auditores. En ille *Joannes*, Dominici adventus præcurfor, veritatis defenfor, fanctitatis miraculum, Chriti Domini Baptiftator, qui omnem regionem Jordanis prodigiis complevit, qui Pharifæis, & Sadducæis fua zelera intrepide exprobravit, ille, inquam, *Joannes in Vinculis*, & carcere, catenis & compedibus onuftus, jacet. Ubi? in aula Regis Herodis: qui? in aula illius Regis, cujus erat concionator aulicus? in aula illius Regis, qui *libenter eum audiebat.* In aula illius Regis, qui eum metuebat, *fciens eum Virum justum, & sanctum.* (*Marc. 6.*) Ita eft, quid ergo deliquit? Deliquit nihil: fed ab impura pellice, cujus libidini obftiterat, accufatus eft, quæ in unius faltationis gratiam Regem enixe obtefiata eft, ut in ipfum Sanctum Prophetæ confentiret. Et confenfit Rex? confenfit. O damnabilem mundi amicitiam! O fluxos hominum favores! An ergo nemo fuit ex aulicis, qui fanctiffimum Virum morti eriperet, qui pro innocentiæ intercederet? nemo fuit. O vanam fpem in mortalibus collocatam! Verum errari: fuit, qui Joannis partes ageret, & (quæ vera eft amicitiæ characteriftica) Joannis quidem abientis, miferi, æruinnofi, in carcere, & vinculis detenti. Quis erat ergo ille amicus? ne dubitate, erat Chriftus Dominus, mundi Salvator. Ille, etiamfi fciret, Joannem ab omnibus effe derelictum, incarceratum, oppreffum, ramen fummis laudibus coram populo exfultit, Prophetam, & plufquam Prophetam, Angelum, & Domitici adventus præcurforem nuncupavit.

2. *Propositio*, O Christianæ animæ! quid frustraneo conatu in mundo circumvagantes amicos, fautores, ac patronos conquiritis? agite, date aures, & animos, ostendam vobis, quam fallax, fragilis, & instabilis sit mundi amicitia: idque non alium in finem, nisi ut Christum Salvatorem in amicum constanter, ac fortio eligatis: hujus amicitia vera, incorrupta, incommutabilis, inalterabilis, ac æterna est. Favete.

Mundani amici sunt liberales in verbis, sed tenaces in opere. Deus promissa sua cum cumulo præstat.

3. *Confirmatio*. Non inficias eo, hujus sæculi amicos verbis, ac promissionibus esse liberalissimos; proh! quam obsequiosa urbanitate sua offerunt servitia, tux extorquent imperia, minantur suam indignationem, nisi illorum opera uti velis! Verum segniores sunt manus, quam lingua, neque grandibus promissis æqualiter correspondent opera: si oblata acceptes, si subsidium eorum implores, nimis quam verum esse deprehendes illud: *Parturient montes, nascetur ridiculus mus.* Ore tenus liberalissimus erat Laban erga Jacobum, (*Gen.* 29.) promisit illi Rachelem formosissimam filiam, sed fidem fefellit, dum deformem Liam illi connubio dedit. Ore tenus erat liberalissimus Saul erga Davidem, (1. *Reg.* 18.) promisit illi natu-majorem filiam Merob, sed decepit, dum natu-minorem Michol illi conjugem adjunxit. Legitur quidem, quod Assuerus Estheri, (*Esther c.* 5.) Herodes Herodiadi (*Matth.* 14.) dimidium regni sponderit, sed non legitur, quod ille, vel iste reipta promissi Regni possessionem, dominiumque amate tradiderit. Nihil solitarius est mundo, quam promittere multum, & præstare parum; atque ita imitari astivas nubes, quæ dum frugiferis imbribus pregnare putantur, vix effusa una, aut altera guttula, subito transeunt. Econtra longe alius est Dei optimi maximi genius, ille vere, ac citra jactantiam dicere de se potest: *sive præcedunt de sabbit mele, non ifactum irrita.* (*Ps.* 88.) Dicite, obsecro, vel unicum promissum, cujus fidem fefellit: ostendite unicam sponsionem, quam cum tenacitate præstitit. Certe nec unicam invenietis: ego vero e contrario innumera producere possem Scripturæ testimonia, quibus clare pateat, Deum promissa sua cum cumulo, & multiplicitate exsolvisse. Nonne promisit Regi Ezechiæ incolumitatem ab hostibus? (4. *Reg.* 19.) & ecce! insuper stragem inauditam ac prodigiosè ab Angelo editam promissis adjecit. Nonne promisit Salomoni sapientiam? (3. *Reg.* 3.) & ecce! insuper divitias immensas illi contulit, ita ut opum, regnique amplitudine vix parem nuquam Monarcam sub sole habuerit. &c. Quid quod profusissima Dei liberalitas tanta semper fuerit, ut vel ipsam spem accipientium quam longissime superarit: convivæ nuptiales in Cana Galilææ plus sperare non audebant, quam subsidium vini deficientis, (*Joan.* 2.) & ecce! Dei Filius ita liberaliter illud subministravit, ut sex capaces hydriæ usque ad summum fuerint repletæ. (*Joann.* 6.) Populus famelicus in deserto plus sperare non audebat, quam levamen famis, & ecce! Christus Dominus adeo multiplicavit panes, ut fragmentorum aliquot cophini superfuerint. Servus ille nequam plus rogare ausus non est, quam dilationem debiti, & ecce! Dominus illi totius debiti fecit omnimodam remissionem. (*Matth.* 18.)

Mundani amici suum interesse quærunt. Deus nullo respicit hominis nobilitatem.

4. Hæc est illa fidelitas, Auditores! quæ a fidelitate sæcularium amicorum mirum quantum differat. Sed quam causam subesse putatis hujus differentiæ? dicam: quia nimirum suam, non vestram utilitatem quærunt: amant vos, sicut hirundo veruam tempestatem, ut delicias suas habeat: amant vos, sicut hedera maceriam, ut altius arrepat: amant vos, sicut apicula florem, ut succum illi exsugat. O vos simplices, si creditis hunc, vel illum, qui ad limina vestra quotidie erit, sincerum amicum esse tibi, non vobis amicus est: culinam, & cellam vestram fitit, ut cuticulam faginet, favorem vestrum aucupatur ad obtinendam hanc, vel illam promotionem, hereditatem eblandiri studet: verbo: non sua vobis dare, sed vestra vobis rapere satagit. &c. Deus solus ille amicus est, qui, quidquid est, & habet, in vestra emolumenta convertere desiderat: Perpendite, obsecro, num hanc suam voluntatem, qua prodesse vobis ardentissime desiderat, luculentius demonstrare potuerit, nisi per tot, ac tanta, quæ in dies vobis confert, beneficia: quo tendit, quæso, illius de cælo in hanc terrenam miseriarum vallem descensus? quo tendit triginta trium annorum labor? quo tendit amarissimæ mortis exantlatio? quo sanguinis usque ad ultimam guttulam effusio? quo vestra creatio, ad sanctam fidem vocatio, peccatorum iterata remissio, Sacramentorum participatio? quo tendunt, inquam, hæc omnia, nisi ad eum scopum, ut suæ gloriæ vos reddat participes? ut tuum, quam ab æterno habuit, felicitatem vobis communicet? &c.

Amicitia Dei non statim desinit propter vestros errores. Mundana amicitia per levem errorem tollitur.

5. Et si tam impenso amicitiæ affectu in eos feratur, quibus mutua sperare posset obsequia, quique die, ac nocte in genua provoluti, instar terrestrium Seraphinorum, in adoratione profundissima suæ Majestati essent occupati, minus certe mirum foret: ut quod omnem admirationem excedit, ita amat homines fragiles, labiles, instabiles, a quibus bonorum fere nihil, injuriarum autem integras myriades sibi crepulas iri previdet. Eo

Eo ipso tempore, quo gravissime offendebatur nequam ex integro desiit favor ac benevolentia Dei: Eo ipso tempore, O Christiane! quo immanes blasphemiæ in cælum eructasti, Deus fructifero rore fecundavit tuos agros; eo ipso tempore, quo fatali odio inimico tuo mortem adoptasti, Deus compescuit ferociam dæmonis vitæ tuæ insidiantis. Eo ipso tempore, quo in turpissimum facinus consensisti, Deus sacro oratori suggessit textum, & verborum energiam, quibus auditis, ad frugem redneveris. &c. Erubescant ad istu sæculi amici, dicantque num illorum amicitia etiam inter offensas soleat salva, firmaque consistere. O miserum hominum favorem, qui a culpa etiam levissima instar tenuis filumulæ, repente dissilitur: cogitare geminos aulæ Ministros, unum Præfectum Pistorum, alterum pincernarum, pathericum mundanæ amicitiæ ludibrium: illi, qui heri exquisita Regis gratia fruebantur, hodie in obscurum carcerem detrusi vinculis alligantur, mortis rei proclamantur. Quid ergo delicti admiserunt? *accubdo, ut pincerna Dominus.* (*Gen.* 40.) En! accidit: culpa fuit fortuita, & culus improvisus. Non Regi mortem machinati sunt, non proditiones etiam orditi, non subditos ad seditionis crimen concitarunt; sed, si Hebræis fides est, culpa unius, & alterius erat, quod Rex in scypho muscam, & in pane lapillum invenerit. Et tantillum sufficit ad fatalem capitis sententiam? ita est: tantillum. Humanæ amicitiæ dissolvendæ sufficit unica levis actio, unica contentio, & rixa etiam in lusu exorta, unicum jocosum, & innocens verbulum. Et quamvis innumera merita erga patronum tuum allegare possis, actum tamen est, in momento ex animo leviter offenso omnis expirat favor: ita enim mundus solet: *benefacta scribit in pulvere, delicta insculpit in marmore.*

6. Plus dico: Tanta est ingenita humanis animis inconstantia, ut quamvis delictum omne, etiam minimum abiit, nihilominus amicitia desinat; ita S. Diadochus (*apud Mich de Culto sanct. 31. §. 1.*) docet: *amicitia secundum carnem, quia non alligatur sensui spiritus, perfacile quavis occasione inventa dissolvitur.* Aucitis? quavis occasione: non opus est delictis, non opus offensis: sufficit, si mutata fortunæ scena, ædes tuæ minus prospere succedant, & terrenæ felicitatis ventus, qui tibi hactenus adspiravit, vela tua inflare desinat. O mi Christiane! ex animo tibi precor, ut amica sors bonorum omnium abundantiam pleno alveo in sinum tuum constanter effundat: verum si forte prosperitatis tuæ Phœbus ad occasum inclinabit, videbis confestim aviculas, olim tam dulciter cantillantes, obmutescere, & in nidos suos diffugere. O miserum Jobi conditionem! quid ille non fecit, ut amicum sibi sincerum conciliaret, futurum in adversa fortuna subsidium? oculus fuit cæco, pes claudo, auris surdo, medicus ægro, pennarius famelico, Pater inficeo, & tamen pessimiinio bonis omnibus exutus, instar rabiei canis in sinetum abjectus, nec in adibus alicujus receptus est, quibus contra æris injurias se tueretur. Sed dicet is forsan, tres adhuc fuisse amicos, qui ad miserum Job consolantes incondito fletu, ac luctu suam compassionem contestati sunt: Respondeo, venerunt quidem tres, amici sanguine, non affectu: si enim finceri fuerunt, si lacrimas profuderunt serio compassivas, cur Jobum in extrema calamitate rejecerunt? cur neque centonem illi, neque obolum porrexerunt? audite ipsum Job lamentantem: *Nunc recessit & nunc videntes plagam meam timuerunt.* (*Job 6.*) En! *timuerit*, inquit: occurhoc? quam timoris materiam habebant? O insanis, O fucata, O deceptoria mundi amicitia! timebant, ne miser Jobus extrema necessitate oppressus, paratæ pecuniæ subsidium ab eis flagitaret: ita in hunc locum commentatur Eruditissimus Lyranus, inquiens: *Timebant, ut aliquid pro sublevatione sua repeteret ab eis.* Fundamentum autem ita commentandi satis clare desumpsit ex ipsis Jobi verbis: postquam enim verba superius allegata elocutus est: *Nunc recessit, & nunc videntes plagam meam timuerit*, confestim subjunxit: *Numquid dixi, afferte mihi, aut de substantia vestra donate mihi*; quibus verbis patenter insinuæ primam timoris causam fuisse, ne forte loculi aperiendi essent. O miseram mundi amicitiam! &c.

7. Econtra, dic, mi Christiane! quæ unquam humana, quantuncumque gravis, afflictio Christi Domini amorem imminuit, ne dicam, extinxit? dulit certe: *Joannes in vinculis facitur*, & tamen eum publico encomio deprædicavit: Leprosi erant infames, & tamen mundavit: Paralytici erant pauperculi, & tamen sanavit: dæmoniaci erant miserrimi, & tamen liberavit: Lazarus quatriduanus jam fœtuit, & tamen amavit: *crevit miseria, non decrevit amicitia*, ait S. Thomas, &c. (*opusc. diliq. Deo & prox.*) &c.

8. O mi Christiane! circumvagare, quo libet, quære fautores, amicos, patronos, aucupare auram favoris, (O vere *aurum*, qua nihil instabilius!) sed veniet tandem tempus, quo exhaustis viribus, destructa valetudine, a medicis derelictus, in mortuali lectulo decumbes: ibi diffugient amici, adulatores, parauti omnes, & tuo fœtore, ac aspectu conterriti, vale ultimum tibi dicent: quis, obsecro, tunc in extrema necessitate amicus tuus erit optimus? ah! erige oculos in Christum e cruce pendulum: hic, hic erit amicus tuus usque ad ultimum halitum; parvula Crucifixi imago hærebit in tuis manibus, & inter squalores putridæ carnis non horrebit a te tangi, & diffuaviari. Hic, hic in extrema amicorum solitudine erit unicum refugium tuum, & contriti cordis solatium. Credis ista? ah! non potes non credere, multiplici hujus rei experientia convictus. &c.

9. *Epilogus*. Quod si credis, edic pro coronide, qua fronte audes amicum hunc fidelissimum offendere? & quidem in gratiam amici terreni, instabilis, ac perfidi? O quoties infidelis lupus sub ovina pelle ad nefas se tollicitat, quoties ille, vel ille nebulo in fallitiam, pejurium, vindictam tibi persuadet,

suadet, & amicum tuum esse putas? consentis? Deum offendis? &c. Ostende, per me licet: verum cum in afflictionibus, in ærumnis, in ipso mortis periculo ab amicis omnibus deseritus, nec apud ipsum Deum aurem, auxiliumque invenias, tibi imputa exitium tuum, & ruinam. Recordare, quid Cardinali Wolfæo contigerit: Ille Henrico VIII. Regi Angliæ divortii cum Catharina caussa fuit, & postea summum indignationem Regis, a quo paullo ante teneriime diligebatur, incurrens, exclamasse fertur: *Ego, quia non Dei, sed Regi favorem quæsivi, hunc Dei gratiam amisi, & Regis non adquisivi.* (*Corn. a Lap. in Exod. c. 1. v. 10.*) O mi Christiane! disce alieno damno sapere, & ne olim in mortuali lectulo in desperabundas ejusmodi voces erumpas, nunc amicum optimum, Christum Redemptorem cunctis super omnia affirma: hunc amicis omnibus præhabe: hunc futurum tunm solatium unicum nunquam offende: nunquam, in æternum, nunquam. Amen.

Dominica II. Adventus.

CONCEPTUS II.

De secunda extremi Judicii circumstantia & horrore, nimirum de Adventu Judicis, Angelorum, & Sanctorum ad Judicium.

Tu es, qui venturus es. Matth. 11.

EXORDIUM.

In valle Josaphat aderunt omnes scelerati cum suis antesignanis.

1. Completa corporum anatasi, de qua ante octiduum egimus, universa hominum multitudo deducetur in vallem Josaphat, haud procul ab urbe Jerosolymitana abjacentem: ita Propheta Joel: *Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Josaphat.* (*Joel. 3.*) Illuc Electi per donum celeritatis comitantibus Angelis ferentur, damnati autem, vinculis ac compedibus concatenati, rapientur a dæmonibus. In illo universali totius mundi theatro, proh, quanta erit infinitarum gentium confusio! quam disparelectorum & reproborum ratio! aderunt ibi Judas, & Cainus, execranda proditorum, sicariorum, & homicidarum capita, & Duces. Aderit Nero, Diocletianus, Decius, aliique Principes, crudelium tyrannorum primipili. Aderit Herodes, parricidarum antesignanus, aderit Pilatus, pessimorum Judicum caput, aderit Mahumetes, ritiatorum & infanionum ductor, aderit Aris hæreticorum signifer, aderit Julianus Apostatarum antesignanus, aderit Simon Magus Simoniacorum Archi-Magister, aderit Ninus, qui gentilium paganorum, & idolatrarum agmen ducet, aderit Sardanapalus, qui immundorum, lenonum, & scortatorum gregi præcedet. Omnes isti in fasciculos, veluti Zizania, juxta Evangelicam parabolam conglobati erunt, & dæmonum circumcirca legiones excubias agent. His ita dispositis *apparebit de cælo signum adventus potentissimus Judex*, ait S. Thomas de Villanova, (*conc. 2. in Dom. 1. Adv.*) *Angelorum millibus comitatur, in nube lucida, velut in triumphali curru evehitur, signa crucis, velut vexilla, triumphis desuper in omnium oculis radiante.* Eheu! vilo Judice, quantus pavor, quanta erit consternatio! Thronus enim Judicis Majestate plenus, potestas Judiciaria, Angelorum Hierarchia magnifica præsentia, omnium Cœlitum promptum obsequium, spirituum infernalium ad nutum parens obedientia, nec non omnium creaturarum abeo infallibilis dependentia, mirum in modum in reis terrorem augebunt.

Homines Sancti, & Electi terrentur aspectu Christi.

2. *Propositio.* De hoc adventu, potestate ac majestate Judicis, ejusque comitatu, tanquam altera extremi Judicii circumstantia hodie differamus, Christiani Auditores: hujus adventus me commonefaciunt verba hodierni Evangelii: *Tu es, qui venturus es.* Volo iterum, ut quilibet sibi imaginetur, se hujic tragœdiæ esse præsentem, omnia oculis cernere, & de se quoque hanc catastrophen infallibiliter eventuram narrari. &c.

3. *Confirmatio.* Dilectus Christi Discipulus Joannes in Apocalyptica mysteriorum visione vidit olim Filium hominis, inter septem candelabra, vestitum podere, præcinctum Zona aurea, caput ejus erat candidum velut lana munda, oculi instar ignis flammantes, vox rauca, velut sonitus aquarum; & ecce! hac visione ita correpta, ut in terram semianimis corciderit: *Cecidi ad pedes ejus tanquam mortuus.* (*Apoc. 1.*) Simile quid legitur etiam de Daniele Propheta: cum esset juxta fluvium Tigris, apparuit illi Vir terribilis, cujus facies erat quasi species fulguris, oculi velut lampades ardentes, pedes quasi species æris candentis, & vox sermonum ejus, ut vox multitudinis: & ecce! hac etiam visione ita fuit conteritus, ut gravide animi deliquium sit perpessus: (*Dan. 10.*) *Emarcui, nec habui quidquam virium.* Itant homines etiam sancti, ac innocentes tanto timore sunt obsessi? ita est: quis enim Sanctorum, quis Angelorum non expaveseat ad tiem Dei Majestate & potentia plenissimi? *Montes fluxi ecta fluxerunt a facie Domini*, ait Psalmographus: (*Psal. 96.*) per montes intelliguntur Sancti: quemadmodum enim tur cera, exempli caussa, cereus infantulus ad ignem consistutus diffluit, ac formam, figuram, & venustatem dependit; ita ad faciem Domini homines sancti sensibus omnibus corporis, omnibusque potentiis animæ enervantur, ac deficiunt, prout Apocalyptico Vati ac Danieli evenisse diximus. Jam audite argumentationem Doctissimi Bellovacensis (*spec. Mor. lib. 2. dist. 3.* in hæc verba differentis: *Si tam Sancti, tam cari amici Dei, tam innocentes & Virgines, sci-*

licet Joannes Evangelista, & Daniel, visa unius Angeli, tanquam mortui ceciderunt, cum tamen Angeli illi mitterentur ad illarum consolationem; quid faciant sumi in Judicio peccatores, videntes vos Sanctos, & Angelos mitti ad eorum confusionem, & condemnationem? &c.

Judex apparet quasi omnem misericordiam.

4. Mirabitur forte aliquis, quæretque: An ergo incarnatus Dei Filius, Redemptor ac Salvator noster clementissimus, qui pro salute hominum sanguinem pretiosum ad ultimam guttulam effudit, an in illa die omnem omnino misericordiam exuet? ita est, exuet. Recordamini Patriarchæ Moysis: cum populus idolatrica impietate vitulum aureum adoravit, ille in monte Deo supplex venium, ad remissionem peccati exorabat (*Exod. 32.*) at cum de monte in vallem descenderat, armata manu in impios sæviens viginti trium millium strages fecit. Quid hoc rei? an alius jam est Moyses in valle, quam antea erat in monte? ita est, alius est; nam in monte advocatum egit, in valle autem Judicem. Hæc figura nobis Christum repræsentat diversissimum a seipso: dum adhuc mortali carne indutus ambulabat in hac terra, in monte Oliveti, in monte Calvariæ, Advocatum egit humani generis, ideo pius, mansuetus, & benignus erat erga peccatores: at in valle Josaphat immisericors, ac austerus erit, quia Judex; ibi carnifex, flamæ, sævies, condemnabit, &c.

Potentia Judicis in se, & suis manifesta.

5. Neque per se solum fulmina mitter, sed & per justitiæ suæ ministros Angelos, quorum *millia millium ministrabunt ei, & decies centena millia assistent ei.* (*Dan. 6.*) Cogitate, obsecro, Christianæ animæ! quanta hæc sit potentia Judicis, & executorum Angelorum. Olim contra exercitum Assyriorum, urbem Solymæam obsidentium, stetit unicus Angelus, & ille solus unica nocte centum octoginta quinque armatorum millia trucidavit. (*4. Reg. 19.*) Olim contra universum Ægypti regnum missus est unicus Angelus, & hic, casu una nocte primogenitis immensam stragem edidit. (*Exod. 12.*) Si hoc valuit unicus cœlestis spiritus, quid, quæso, efficiet integer novem Hierarchiarum exercitus? quanta erit Angelorum Judicem comitantium potentia? quam terribilis aspectus? bene Deus! ut olim de celo stravisti Luciferum cum sequacibus apostatis, neque tantum ibi apparatum adhibuisti, exanimis nunc tibi est contra infirmos homunciones. Eheu! quis non exclamet cum S. Augustino: (*Serm. 57. de temp.*) *Quid faciemus in illa metuenda judicii die, cum tremente mundo Dominus præcinctibus Angelorum buccinet, in illo majestatis suæ throno, circumdatus cælestis militiæ luce confederis?*

6. Ante cœleste hoc Angelorum agmen præferet justitiæ Michael sanctissimum crucem, ut opinatur Joannes Eckius, (*hom. de S. Michael. Matth. 25.*) *Tunc parebit signum Filii hominis.* Quamvis enim sanctissima Crux, nunc in mille particulas divisa, & per totum orbem dispersa sit, putant nihilominus S. Chrysostomus, (*de cruce & Lat.*) & S. Ephrem (*I. de ver. pœnit. c. 4.*) has particulas prodigiose collectas, & crucem reparatam iri. Ceteri Angelorum portabunt ceteri Passionis Dominicæ instrumenta, uti lanceam, funes, spanis, columnam, flagella: utut autem hæc instrumenta splendorem datura sint soli meridiano clariorem, diversissimo tamen fulgore perstringent electorum, & impiorum oculos. Electi terebuntur visa cruce, quam in vitæ ambobus brachiis amplexi sunt. Econtra impii fremient, & stridebunt dentibus, cum recordabuntur, se scelerato vivendi genere fructum Dominicæ Passionis ulseo perdidisse, fuisseque, prout loquitur Apostolus, (*Philipp. 1.*) *inimicos Christi.*

7. His ita dispositis, tremendus Judex occupabit paratum sibi sedem. *Vidi thronum magnum candidum.* (*Apoc. 20.*) A dextris illius erectus stabit thronus Beatissimæ Virginis, ac Deiparentis Mariæ, quæ melior Bethsabæa a latere Divini Salomonis erit. Circumcirca stabant minusculæ sedes, Apostolis, & pauperibus spiritu paratæ, quibus Christus Dominus in voluntariæ paupertatis compensationem promisit: *Sedebitis super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel.* O quam diverso iterum aspectu intuebuntur hunc confessum Electi, & reprobi! Nunquam vidistis Auditores! picturam talem, quæ se a dextra parte aspiciatur mansuetissimum Agnum, si a sinistra parte aspiciatur, horrendum leonem repræsentat? talis erit differentia Judicis visi a dextra parte ab Electis, & visa sinistra parte a reprobis: illis Divini Judicis facies tanquam amabilis, istis tanquam terribilis apparebit, dicente S. Isidoro: (*l. 2. de summ. Bono. c. 20.*) *Pro diversitate conscientiarum & meritis apparebit Christus electis, & terribilis reprobis*, &c.

Vox Judicis terribilis.

8. Augebitur in immensum terror, cum vox Judicis insonabit. O horribilis vox! hæc illa vox est, quæ passim in Scripturis cum tonitruis, cum sonitu aquarum multarum, cum voce multitudinis, cum clangore tubarum, ac lituorum comparatur. Audiamus considerationem Sancti Gregorii Magni circa hanc vocem: Incarnatus Dei Filius amarissimæ Passionis tragœdiæ initium duturus, in monte Olivarum recessit: cum ibi inter orationis ad Patrem salas moraretur, adhuc unt Judæorum, ac Ministrorum phalanges, quasi lucernis, funibus, enseis, fustibus armati, incendito cum tumultu in hortum irruerunt: Christus Dominus generose illis processit: deviam, interrogavitque: *Quem quæritis?* (*Joan. 18.*) respondentur unanimi voce: *quærimus Jesum Nazarenum.* Quibus Dominus mansuetissima, ac amabili voce subjunxit: *Ecce Ego sum.* Rem mirum, & auditu prodigiosam! hæc voce illi, tanquam fulmine exanimes facti, in terram corruerunt, cadaveribus, quam hominibus vivis simi-

suadet, & amicum tuum esse putas? consentis? Deum offendis? &c. Ostende, per me licet: verum cum in afflictionibus, in ærumnis, in ipso mortis periculo ab amicis omnibus deseritus, nec apud ipsum Deum aurem, auxiliumque invenias, tibi imputa exitium tuum, & ruinam. Recordare, quid Cardinali Wolfæo contigerit: Ille Henrico VIII. Regi Angliæ divortii cum Catharina caussa fuit, & postea summum indignationem Regis, a quo paullo ante teneriime diligebatur, incurrens, exclamasse fertur: *Ego, quia non Dei, sed Regi favorem quæsivi, hunc Dei gratiam amisi, & Regis non adquisivi.* (*Corn. a Lap. in Exod. c. 1. v. 10.*) O mi Christiane! disce alieno damno sapere, & ne olim in mortuali lectulo in desperabundas ejusmodi voces erumpas, nunc amicum optimum, Christum Redemptorem cunctis super omnia affirma: hunc amicis omnibus præhabe: hunc futurum tunm solatium unicum nunquam offende: nunquam, in æternum, nunquam. Amen.

Dominica II. Adventus.

CONCEPTUS II.

De secunda extremi Judicii circumstantia & horrore, nimirum de Adventu Judicis, Angelorum, & Sanctorum ad Judicium.

Tu es, qui venturus es. Matth. 11.

EXORDIUM.

In valle Josaphat aderunt omnes scelerati cum suis antesignanis.

1. Completa corporum anatasi, de qua ante octiduum egimus, universa hominum multitudo deducetur in vallem Josaphat, haud procul ab urbe Jerosolymitana abjacentem: ita Propheta Joel: *Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Josaphat.* (*Joel. 3.*) Illuc Electi per donum celeritatis comitantibus Angelis ferentur, damnati autem, vinculis ac compedibus concatenati, rapientur a dæmonibus. In illo universali totius mundi theatro, proh, quanta erit infinitarum gentium confusio! quam disparelectorum & reproborum ratio! aderunt ibi Judas, & Cainus, execranda proditorum, sicariorum, & homicidarum capita, & Duces. Aderit Nero, Diocletianus, Decius, aliique Principes, crudelium tyrannorum primipili. Aderit Herodes, parricidarum antesignanus, aderit Pilatus, pessimorum Judicum caput, aderit Mahumetes, ritiatorum & infanionum ductor, aderit Aris hæreticorum signifer, aderit Julianus Apostatarum antesignanus, aderit Simon Magus Simoniacorum Archi-Magister, aderit Ninus, qui gentilium paganorum, & idolatrarum agmen ducet, aderit Sardanapalus, qui immundorum, lenonum, & scortatorum gregi præcedet. Omnes isti in fasciculos, veluti Zizania, juxta Evangelicam parabolam conglobati erunt, & dæmonum circumcirca legiones excubias agent. His ita dispositis *apparebit de cælo signum adventus potentissimus Judex*, ait S. Thomas de Villanova, (*conc. 2. in Dom. 1. Adv.*) *Angelorum millibus comitatur, in nube lucida, velut in triumphali curru evehitur, signa crucis, velut vexilla, triumphis desuper in omnium oculis radiante.* Eheu! vilo Judice, quantus pavor, quanta erit consternatio! Thronus enim Judicis Majestate plenus, potestas Judiciaria, Angelorum Hierarchia magnifica præsentia, omnium Cœlitum promptum obsequium, spirituum infernalium ad nutum parens obedientia, nec non omnium creaturarum abeo infallibilis dependentia, mirum in modum in reis terrorem augebunt.

Homines Sancti, & Electi terrentur aspectu Christi.

2. *Propositio.* De hoc adventu, potestate ac majestate Judicis, ejusque comitatu, tanquam altera extremi Judicii circumstantia hodie differamus, Christiani Auditores: hujus adventus me commonefaciunt verba hodierni Evangelii: *Tu es, qui venturus es.* Volo iterum, ut quilibet sibi imaginetur, se hujic tragœdiæ esse præsentem, omnia oculis cernere, & de se quoque hanc catastrophen infallibiliter eventuram narrari. &c.

3. *Confirmatio.* Dilectus Christi Discipulus Joannes in Apocalyptica mysteriorum visione vidit olim Filium hominis, inter septem candelabra, vestitum podere, præcinctum Zona aurea, caput ejus erat candidum velut lana munda, oculi instar ignis flammantes, vox rauca, velut sonitus aquarum; & ecce! hac visione ita correpta, ut in terram semianimis corciderit: *Cecidi ad pedes ejus tanquam mortuus.* (*Apoc. 1.*) Simile quid legitur etiam de Daniele Propheta: cum esset juxta fluvium Tigris, apparuit illi Vir terribilis, cujus facies erat quasi species fulguris, oculi velut lampades ardentes, pedes quasi species æris candentis, & vox sermonum ejus, ut vox multitudinis: & ecce! hac etiam visione ita fuit conteritus, ut gravide animi deliquium sit perpessus: (*Dan. 10.*) *Emarcui, nec habui quidquam virium.* Itant homines etiam sancti, ac innocentes tanto timore sunt obsessi? ita est: quis enim Sanctorum, quis Angelorum non expaveseat ad tiem Dei Majestate & potentia plenissimi? *Montes fluxi ecta fluxerunt a facie Domini*, ait Psalmographus: (*Psal. 96.*) per montes intelliguntur Sancti: quemadmodum enim tur cera, exempli caussa, cereus infantulus ad ignem consistutus diffluit, ac formam, figuram, & venustatem dependit; ita ad faciem Domini homines sancti sensibus omnibus corporis, omnibusque potentiis animæ enervantur, ac deficiunt, prout Apocalyptico Vati ac Danieli evenisse diximus. Jam audite argumentationem Doctissimi Bellovacensis (*spec. Mor. lib. 2. dist. 3.* in hæc verba differentis: *Si tam Sancti, tam cari amici Dei, tam innocentes & Virgines, sci-*

licet Joannes Evangelista, & Daniel, visa unius Angeli, tanquam mortui ceciderunt, cum tamen Angeli illi mitterentur ad illarum consolationem; quid faciant sumi in Judicio peccatores, videntes vos Sanctos, & Angelos mitti ad eorum confusionem, & condemnationem? &c.

Judex apparet quasi omnem misericordiam.

4. Mirabitur forte aliquis, quæretque: An ergo incarnatus Dei Filius, Redemptor ac Salvator noster clementissimus, qui pro salute hominum sanguinem pretiosum ad ultimam guttulam effudit, an in illa die omnem omnino misericordiam exuet? ita est, exuet. Recordamini Patriarchæ Moysis: cum populus idolatrica impietate vitulum aureum adoravit, ille in monte Deo supplex venium, ad remissionem peccati exorabat (*Exod. 32.*) at cum de monte in vallem descenderat, armata manu in impios sæviens viginti trium millium strages fecit. Quid hoc rei? an alius jam est Moyses in valle, quam antea erat in monte? ita est, alius est; nam in monte advocatum egit, in valle autem Judicem. Hæc figura nobis Christum repræsentat diversissimum a seipso: dum adhuc mortali carne indutus ambulabat in hac terra, in monte Oliveti, in monte Calvariæ, Advocatum egit humani generis, ideo pius, mansuetus, & benignus erat erga peccatores: at in valle Josaphat immisericors, ac austerus erit, quia Judex; ibi carnifex, flamæ, sævies, condemnabit, &c.

Potentia Judicis in se, & suis manifesta.

5. Neque per se solum fulmina mitter, sed & per justitiæ suæ ministros Angelos, quorum *millia millium ministrabunt ei, & decies centena millia assistent ei.* (*Dan. 6.*) Cogitate, obsecro, Christianæ animæ! quanta hæc sit potentia Judicis, & executorum Angelorum. Olim contra exercitum Assyriorum, urbem Solymæam obsidentium, stetit unicus Angelus, & ille solus unica nocte centum octoginta quinque armatorum millia trucidavit. (*4. Reg. 19.*) Olim contra universum Ægypti regnum missus est unicus Angelus, & hic, casu una nocte primogenitis immensam stragem edidit. (*Exod. 12.*) Si hoc valuit unicus cœlestis spiritus, quid, quæso, efficiet integer novem Hierarchiarum exercitus? quanta erit Angelorum Judicem comitantium potentia? quam terribilis aspectus? bene Deus! ut olim de celo stravisti Luciferum cum sequacibus apostatis, neque tantum ibi apparatum adhibuisti, exanimis nunc tibi est contra infirmos homunciones. Eheu! quis non exclamet cum S. Augustino: (*Serm. 57. de temp.*) *Quid faciemus in illa metuenda judicii die, cum tremente mundo Dominus præcinctibus Angelorum buccinet, in illo majestatis suæ throno, circumdatus cælestis militiæ luce confederis?*

6. Ante cœleste hoc Angelorum agmen præferet justitiæ Michael sanctissimum crucem, ut opinatur Joannes Eckius, (*hom. de S. Michael. Matth. 25.*) *Tunc parebit signum Filii hominis.* Quamvis enim sanctissima Crux, nunc in mille particulas divisa, & per totum orbem dispersa sit, putant nihilominus S. Chrysostomus, (*de cruce & Lat.*) & S. Ephrem (*I. de ver. pœnit. c. 4.*) has particulas prodigiose collectas, & crucem reparatam iri. Ceteri Angelorum portabunt ceteri Passionis Dominicæ instrumenta, uti lanceam, funes, spanis, columnam, flagella: utut autem hæc instrumenta splendorem datura sint soli meridiano clariorem, diversissimo tamen fulgore perstringent electorum, & impiorum oculos. Electi terebuntur visa cruce, quam in vitæ ambobus brachiis amplexi sunt. Econtra impii fremient, & stridebunt dentibus, cum recordabuntur, se scelerato vivendi genere fructum Dominicæ Passionis ulseo perdidisse, fuisseque, prout loquitur Apostolus, (*Philipp. 1.*) *inimicos Christi.*

7. His ita dispositis, tremendus Judex occupabit paratum sibi sedem. *Vidi thronum magnum candidum.* (*Apoc. 20.*) A dextris illius erectus stabit thronus Beatissimæ Virginis, ac Deiparentis Mariæ, quæ melior Bethsabæa a latere Divini Salomonis erit. Circumcirca stabant minusculæ sedes, Apostolis, & pauperibus spiritu paratæ, quibus Christus Dominus in voluntariæ paupertatis compensationem promisit: *Sedebitis super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel.* O quam diverso iterum aspectu intuebuntur hunc confessum Electi, & reprobi! Nunquam vidistis Auditores! picturam talem, quæ se a dextra parte aspiciatur mansuetissimum Agnum, si a sinistra parte aspiciatur, horrendum leonem repræsentat? talis erit differentia Judicis visi a dextra parte ab Electis, & visa sinistra parte a reprobis: illis Divini Judicis facies tanquam amabilis, istis tanquam terribilis apparebit, dicente S. Isidoro: (*l. 2. de summ. Bono. c. 20.*) *Pro diversitate conscientiarum & meritis apparebit Christus electis, & terribilis reprobis*, &c.

Vox Judicis terribilis.

8. Augebitur in immensum terror, cum vox Judicis insonabit. O horribilis vox! hæc illa vox est, quæ passim in Scripturis cum tonitruis, cum sonitu aquarum multarum, cum voce multitudinis, cum clangore tubarum, ac lituorum comparatur. Audiamus considerationem Sancti Gregorii Magni circa hanc vocem: Incarnatus Dei Filius amarissimæ Passionis tragœdiæ initium duturus, in monte Olivarum recessit: cum ibi inter orationis ad Patrem salas moraretur, adhuc unt Judæorum, ac Ministrorum phalanges, quasi lucernis, funibus, enseis, fustibus armati, incendito cum tumultu in hortum irruerunt: Christus Dominus generose illis processit: deviam, interrogavitque: *Quem quæritis?* (*Joan. 18.*) respondentur unanimi voce: *quærimus Jesum Nazarenum.* Quibus Dominus mansuetissima, ac amabili voce subjunxit: *Ecce Ego sum.* Rem mirum, & auditu prodigiosam! hæc voce illi, tanquam fulmine exanimes facti, in terram corruerunt, cadaveribus, quam hominibus vivis simi-

liores. O Bone Deus! si in auribus impiorum tam terribiliter tonuit vox mansueta, quid efficit in illa die vox Numinis irata? si tam horrenda fuit vox Dei judicandi; qualis erit vox judicaturi? percipite verba Gregorii: (*ap. Mich. a Calo. canc. 6. §. n. 5.*) *Quid faturus est, cum judicaturus venerit, qui una voce hostes suos percussit, etiam cum judicandus venit?* O quam terribiliter in auribus impiorum personabit illud *Ego sum*, cum dicet iratus Judex ad Judam proditorem cum execranda Sicariorum, & homicidarum appendice, *ego sum*, quem vos tradidistis! Cum dicet ad Neronem, ad Diocletianum, ad Decium aliosque tyrannos, *en ego sum*, quem vos in Sanctis Martyribus persecuti estis! Cum dicet ad Pilatum & iniquos Judices, *en ego sum*, quem vos innocenter in crucem egistis, & in meis pauperibus iniquis sententiis oppressistis! Cum dicet ad Machometem, ad Arium una cum infanorum, ac Hæreticorum agmine, *en ego sum*, cujus vos tunicam inconsutilem, id est, Ecclesiam schismatibus, & sceleratis dogmatibus dilaniastis! Cum dicet ad Sardanapalum, & immundos Veneris de hara lenones, *en ego sum*, cujus vos sanctissimam Legem brutalibus deliciis, obscenisque voluptatibus posthabuistis, &c. Christianæ animæ! quid putatis? quomodo ad hujus vocis tonitru se habebunt impii peccatores? heu! ita exhibescentia, confusione, ac rabie contabescent, ut millies præoptaturi sint, ardere in inferno, quam stare sub conspectu, & voce Judicis. Quid? in inferno ignis est atrocissimus, conscientiæ vermis intolerabilis, dæmonum laniena crudelissima, & tamen libentius forent damnati in inferno, quam in judicio? ita est, ita est: expresse enim id docet S. Laurentius Justinianus, (*apud Bess. conc. 4. de Judicio p. 4.*) & Sanctus Hieronymus: (*epist. de contempt. mund. c. 16.*) iste dum ait: *Damnatis melius esse inferni pœnas, quam Domini præsentiam ferre.* Ille dum asserit: *sicut latere nemini est possibile, ita damnatis apparere intolerabile.* Immo Sanctus Job in persona impiorum videtur asseruisse verba illa: *Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegar me, donec pertranseat furor tuus?* (*Job. 14. &c. &c.*

9. Epilogus. En Christiana pectora! hæc est illa altera judicii circumstantia, hic ille terribilis adventus Judicis orbem universum judicaturi. Ah! quis non contremiscat, & viribus omnibus allaboret, ut tunc securus appareat? Sanctus Vincentius Ferrerius (*serm. de corona.*) commemorat de quodam Juvene, qui quantum pulcher erat aspectu, tantum moribus deformis, quod nocte quadam somniarit, se coram tribunali Dei stare, de omnibus vitæ actionibus rationem reddituram, & ecce adeo inhorruit hoc somnio, ut omnibus capitis capillis perfecte incanuerit. Et nos miseri heu! conspectum Judicis tam parum expavescimus! quæso cum in firmamento fatales cometæ lucent, cum sol eclipsi obscuratur, quantus est hominum pavor? & nos timebimus Divinorum oculorum fulguranes cometas, non timebimus Dei faciem, ira, & furore obscuratam? cum ubi culpiam inimicitia, & bella indicuntur, nemo non solicitus est, nemo non se præparat ad futuram obsidionem. O Dilectissimi! nobis, qui Deum peccando offendimus, indicta est Dei Judicis inimicitia: quid facto opus est? præparatio facienda est, ut securi compareamus, salubri pœnitentia mature expiandæ sunt crimina, humiliter nunc clamandum est: *Cum veneris judicare, noli me condemnare: cum veneris judicare, noli me condemnare:* &c. &c.

Dominica II. Adventus.

CONCEPTUS III.

De falsitate, & simulationibus mundi, cui nihil odiosius est veritate.

Joannes in Vinculis. Matt. 11.

EXORDIUM.

Veritas ubique odiosa.

1. REM miram percipite, Auditores! Honestissima quædam, & venustissima Mater, quotiescumque prole fecundatur, semper filiam parit monstruosissimam, turpissimam. Quænam hæc Mater? Veritas est: quænam filia? Odium: juxta tritum axioma: *Veritas odium parit.* Nihil odiosius est veritate, nihil communius simulationibus: qui nescit millenis fictionum involucris animum velare, qui candida sinceritate loquitur, prout cogitat, & agit, prout loquitur, pro homine barbo, ac simplici habetur, ex aulis Principum, a castellis Nobilium, & etiam e casis trivalium proscribitur, contemnitur, & irridetur. Plane Veritas videtur ex toto orbe proscripta: hinc Fridericus I. Imperator aulicorum nonnulli, qui in illam regionem, a qua simulationem exulant, se venturum sperare asserebat, reposuit, id numquam futurum, nisi mundo exierit. Non opus est, hanc doctrinam prolixe evolutis historiarum fastis, exemplificare: inspicite hodiernum Evangelium: (*Matth. 11.*): quid ibi? *Joannes in vinculis* jacet: quid? ille Domini Præcursor? Illud sanctæ authoritatis prodigium? ille pœnitentiæ præco? ita est: ille ipse: quid ergo delicti admisit? Herodes Rex degeneravit in Plutonem; quia rapuit Proserpinam, tulit Philippo fratri suo uxorem, cum qua in publicis adulteriis scandalosissime vicitabat. Hanc impietatem exprobravit Joannes Regi, ingeminans austerum illud: *Non licet! Non licet!* nunc ob dictam Veritatem damnatur ad carceres, & jam nihil deest ad feralem capitis sententiam, quam susurrus puellæ saltatricis. Herodes erat astuta vulpes, ac deceptor, qui ut ait S. Chrysologus (*serm. 29.*) *talliatore regnabat; possidebat dolis, & simulatione pollebat*, atque ideo erat osor veritatis, & inimicus veridici Joannis. O sancta Veritas,

tas, ergone ubique vapulas? ergone ab omni ætate, & conditione hominum insectaris, & vel in ipsis sacris præconibus odio haberis? Plus amantur blandimenta, quam sinceritas, mendacia præferuntur veritati, & nemo non est, qui non studeat arti fingendi, mentiendi, simulandi.

2. *Propositio.* Christianæ animæ! compatiamur oppressæ Veritati, & nostri etiam sæculi perversitatem admiremur: quid, quæso, in contractibus, in negotiis, in amicorum consortiis frequentius, quam fictiones, & simulationes? dominantur fallaciæ, nullibi sincera Veritas, id quod in præsentiarum. Favete.

Sæculum nostrum merito dicitur sæculum mendax. Quia omnia sunt fucata.

3. *Confirmatio.* Cuncta sæcula a Christo nato usque in hunc diem nacta sunt aliquod prædicatum juxta mores, quibus facere imbuta: primum sæculum dictum fuit prodigiosum, secundum victoriosum, tertium solitarium, quartum doctum, quintum barbarum, sextum contradictens, septimum ignorans, octavum ruinosum, nonum extravagans, decimum politicum, undecimum invidiosum, duodecimum miserum, decimum tertium risosum, decimum quartum crudele, decimum quintum schismaticum, decimum sextum hæreticum. Quale autem putatis eloquium tribuendum est nostro, in quo degimus, decimo septimo? puto ego, citra injuriam posse vocari sæculum mendax: ipsæ artes nostræ ad fucos, & apparentias sunt intentissimæ: quotidie mundus fit pauperior, & tamen nolunt artifices ligna, telas, parietes, & muros apparare ex lato, prout sunt, sed ex auro; ideo deaurantur, pinguntur, incrustantur: in Ecclesiis, ubi sedes est veritatis, mille figmenta invenimus: illi fornices videntur esse ex ebeno, & sunt ex pyto; illæ columnæ videntur esse ex marmore, & sunt ex calce; illa candelabra argentea videntur nimis preciosa, & intus sunt concava; illæ calix videtur esse aureus, & est cupreus; illi smaragdi, & rubini non sunt, nisi vitra rubea, & cærulea. Divitiæ non amplius sunt, nisi ad jactantiam, & ostentationem: illa filia opificis sub vestibus fericis videtur primæ nobilitatis domicella; illa Vetula fœmigeneria sub vultu alieno videtur juvencula; ipsis titulis sparguntur mendacia; multi se scribunt de pagis, & castellis, qui exstant in concavo Lunæ. Quid dicam de moribus, de affectibus animi, de loquela? ibi mera fallacitas. Miratus est olim orbis, quod cor Aristodemi inventum sit totum capillosum; sed hic hodiernum nihil est novi, cum cor fere nullum calvum sit, & sine cortice, mille figmentis & regumentis oppalliatur animus, dicente Ambrosio: (*l. de Paradis. c. 13.*) *Multis simulationum involucris mens humana velatur.*

In aulis mera blandicia.

4. Quid agitur in aulis Principum, & Nobilium? ibi exsultat veritas, dominantur mendacia: si quis gratus est Principi, aut bene numeratus, ab adulatoribus fere adoratur: si mediocriter sit litteris tinctus, vocatur alter Augustinus hujus sæculi, Plinio doctior, Tullio eloquentior, Hortensio gratiosior. Si militari officio polleat, dicitur Ottomanicæ potentiæ domitor, Africæ, & Asiæ restitutor. Si sit artifex, dicitur ingeniosior Dædalo; si musicus, suavior Orpheo; si Astrologus, doctior Tychone, & Copernico. Ita fit! multi non curant esse grandes, dummodo tales videantur. Quid de ipso Principe dicam? ille nisi nisi blanditias percipit, etsi mille errores committat, laudatur tamen optime fecisse; hinc merito Alphonsus ille Arragoniæ Salomoni infelicem prosantiavit Principem, eo quod raro, aut numquam audiat veritatem, nisi forsan a morione.

In Judiciis corruptiones, & dissimulationes.

5. Quid agitur in justitiæ tribunalibus? ibi si de foro criminali sermo est, nec equulei, nec cataste sufficiunt ad extorquendam reo veritatem; omnes se proclamant innocentes, & perperam accusatos. In foro vero civili Notarius est fallarius, testes perjuri, advocatus partialis, Judex injustus, omnes de mendaciis detescant, permittunt debitorem accipere, justum possessorem privari, innocentem condemnari; quin immo de magna prudentia sibi blandiuntur, si causas larvare, & instar bilinguium serpentum nunc callida, nunc frigida evomere queant, id quod deplorans Gregorius ait: (*l. 24. Mor. c. 16.*) sit: *Sapientia hujus mundi est, cor machinationibus tegere, sensum verbis velare: Mentis perversitas, urbanitas vocatur.*

In officinis mera mendacia.

6. Forsan Veritas reperietur in officinis opificum, in tabernis mercatorum? Ohe! nullibi minus: ibi adulterantur merces, ibi corrumpitur pondus & mensura, ibi venduntur mendacia. Per Jovem, dicet ille, hic pannus est Hollandicus, aut Anglicus, & erit domesticus. In caput meum juro, sex florenis solvi ulnam; nec credo, quod consiterit duobus: ille Nobilis tantum mihi dedit: nec tamen unquam eum vidit. Quis actius persequitur veritatem, quam mechanici? sutor promittit tibi calceos in diem Sabathi; sed toto anno non dat, nisi verba: scriniarius dicit, opus fere esse finitum; & necdum incæpit: opifices jurant, laborem esse præstantissimum; & est pessimus. Superioni! orbis universus non nisi falsitatibus regitur, in actionibus, & negotiis hominum non nisi fraudes, & circumventiones reperiuntur: si mendaciis vectigal indiceretur, reliqua tributa citra damnum Principis possent abrogari, quia redditus omnes multo transcenderet census mendaciorum.

Ipsi puri & juvenes, alias a natura candidiores, jam callent unico responso decem mendacia effutire; ut virgines subducant, si peccaverint, mille excusationes præsumunt; quamvis necdum sint poetæ, quivis tamen historiæ complures fabulas immiscent.

Amicitiæ fuus plerumque simulatæ.

7. Tolerabile utcumque esset malum, nisi pessima fingendi, fucandique libertas ipsam etiam amicitiam, & fidelitatem, virtutes humanis negotiis perquam necessarias, turpiter corrumperet. Antehac habuerunt homines in miseriis suis illud solatium, quod quilibet Theseus inveniret sum Pirithoum, quilibet Achilles suum Patroclum, quilibet Pylades suum Orestem; sed hodie amicitiæ degenerarunt in merum apparatum ceremoniarum. Nobilis ille juravit alteri, quod eum amet velut Pollux Castorem, nunquam eum obviam habet; quin, præmissa reverentia, manus ejus stringat, dicatque: Revera succenseo exiguæ meæ fortunæ, quæ non permittit, ut Domini obsequiis me impendam: ergone Dominatio vestra meam sibi addictissimam voluntatem ita otiosam permittet? non exopto, nisi occasionem illi serviendi, non puto me vivere sine illa: centum titulis sum illi obstrictus, nihil est domi meæ, quod non sit ad ejus obsequium: &c. Ita os quidem loquitur, verum juxta dictum illud Homeri: (*Ilb. 1. Iliad.*) Longe *aliud verbis produnt, quam mente voluntas.* Veniat tempus, & occasio, ut obsequium roges à loquaci hoc Thrasone, qui jactat nihil esse suum, quod non sit tuum, contingat, ut ab eo petas intercessionem apud Principem, & statim replicabit, se non esse ei familiarem. Fiat, ut mutuos petas aliquot aureos, & statim dicet, se summum ingentem expendisse, ac modo se non esse nummatum. Accidat, ut petas ab eo fidejussionem pro debito, & statim asseret, se patri promisisse, hoc non facturum. O fallaciam! O deceptionem! falsissimum est illud: *Amicorum omnia sunt communia*: nihil enim communius video inter amicos, quam fallere, mentiri & decipere.

8. O nos miseros! qui a simulatione, quæ hodie grassatur in mundo, in eas angustias sumus redacti, ut nesciamus, cui fidere debeamus! Olim unicum *ita*, aut *non* firmius erat, quam nunc juratæ promissiones: Attilius Regulus promisit Carthaginiensibus, (*Foresti l. 18. de bello Carthag.*) ubi captivus erat, se post pacem, cum Romanis compositam, in captivitatem rediturum: hoc promisso Carthaginienses certi erant potius vitam ab eo profundendam, quam datam fidem violandam esse: & vero rediit Attilius; nunc autem pacta, quæ sancte pangunta, pro libitu franguntur: hanc fides data non servatur, subscriptionibus etiam juratis non statur, sigilla & oppignorationes nihil præstant securitatis. Fingit aliquis, quod tibi sit amicissimus; interim dum tua arcana expiscatur, facile illis utitur in suum lucrum, & in tuum detrimentum. Scripsit Philosophus: (*Aristot. lib. 9. Et hi.*) *Qui fingit se amicum, & non est, pejor est ille, qui facit falsam monetam.* Falsarii, qui monetas adulterant, capitali supplicio plectuntur. O si idem fieret falsis amicis, næ paullo post totus mundus suis incolis evacuaretur. Videmur incidisse in illa tempora, de quibus vaticinatus est Daniel: *Simulatio est bestia multicolor, & bodie cuncta soluta est: Rebus datum est vi, & prosternetur Veritas de terra.* (*Dan. 8.*)

9. Nonne erubescere debemus, mei Christiani! quod in veracitate, ac fidelitate paullatim ab ipsis gentilibus superemur? Christiani vocantur fideles a professione fidelitatis, & ob eandem causam olim neo-batizati in luctuntur candidis vestibus; hinc inculcabatur illis Dominica in Albis illud Augustini. (*Serm. 117.*) *Candor, qui de habitu deponitur, sumpse in corde teneatur.* Nunc autem, O tempora! O mores! quo abiit candor, & sinceritas? Sanctus Pachomius, (*Secundum lib. 3. c. 14.*) qui sub se numeravit rercentos Monachos, ut melius eorum fructui spirituali prospiceret, in tot classes eos divisit, quot litteras continet alphabetum; ita tamen, ut divisio ista non caret et mysterio: quippe sub littera I complectebatur eos, qui omnium rectissimi, candidi, ac simplices erant; sub littera Z illos, qui inflectuosi, duplices, ac vafri erant, &c. si hodiedum Christianorum numeras ita alphabetice distribuereetur, heu! metuo, ne pauciissimi sub littera I notarentur. Quæso, si Christus in mundum rediret, an posset multis Christianorum illud elogium tribuere, quod dedit olim Nathanaeli, quem verum Israelitam, totum sincerum vocavit: Heu dubito! dubito! quia plena sunt omnia fraudibus, ac fallaciis. Narrat S. Antoninus, (*2. p. tit. 9. §. 5.*) Christiano cuidam a Judæo mutuam fuisse datam pecuniam, quam ille determinato restitutionis tempore repetit. Negat Christianus, se quidquam debere, pecuniam illam jam dudum se illi reddidisse. Re devoluta ad judicem, pellit Judæus a Christiano, ut assertum suum jurejurando firmaret. Quid actum, audite astutiam Christianus veripellis deceptor, cannam, aut baculum sibi confici curaverat intus vacuum, in quo aureos Judæo debitos fubdole inclusit. Hunc baculum igitur Judæo in manus tradit, rogans, ut eum teneret, donec ille juramenti formulam absolvisset? ita impudenter juravit, se debitori peculium reddidisse. Verum non irridetur Deus; dum domum rediit perjurus, in via obdormiit, & a præterunte curru obtritus, ac fracto baculo fraus prodita est. Judæus, accepta pecunia, agnitoque Dei punientis supplicio, ad fidem convertus fuit. Ita fit! excogitantur mille artes, & astus, puraturque per ejusmodi imposturas satisfieri conscientiæ & æquitati: ubi aliquot crucigerorum lucrum affligit, non curantur juramenta & perjuria, &c. &c.

10. *Epilogus.* Dilectissimi Christiani: Non ita: non ita: *Aliumi alia Dominus ab homine illuxor*, ait sacer Proverbiastes. (*Prov. 21.*) In omnibus actionibus contractibus, & negotiis sinceri estote, & studiosi veritatis: scitis, qua ratione sincerus, ac verax animus constitutus esse debeat? Ægyptii pro sinceritatis symbolo pingebant cor, cui lingua erat alligata: ita sincerus homo constitutus sit, linguam & cor connexa habeat, quod cor cogitat; lingua loquatur, & hæc sancta simplicitas est fundamentum veræ virtutis; e contra homo bilinguis, ac duplex nihil omnino habet veræ ac solidæ probitatis, juxta dictum venerabilis Bedæ: *Simulatio, cujus semel animum imbuerit, tota virtutum fiuxitate, & veritate fraudabit.* &c. &c.

Dominica III. Adventus

CONCEPTUS I.

Demonstratur Præsentiam Dei omnia cementis esse efficacissimum contra peccata remedium.

Stetis medius vestrum, quem vos nescitis. Jo: 1.

EXORDIUM.

Oculi Dei sunt visu acutissimi.

1. Quæstionem ad vos, Auditores Christiani! dicite, quinam sint acutissimi visu oculi? respondebitis, inter volatilia esse oculos aquilæ, quæ lucidissimum solis lumen intuitorio vultu conspicerat: inter quadrupedia esse oculos Damæ, quæ e summis rupibus subjectas valles accuratissimo obtutu perlustrat. Oculi optimi; sed scio meliores. Inter homines celebratur Cæsar Augustus, (*Plinius l. 11. c. 37.*) cui genium oculorum fulgur ita e vultu emicabat, ut a Legatis absque pavore aspici haud potuerit: & Cæsar Tiberius, (*Idem l. 11. c. 37.*) cui visum adeo perspicacem fuisse perhibetur, ut etiam de nocte absque luminis adminiculo legere, ac scribere valuerit. Oculi optimi; sed scio meliores. De Strabone quodam tradunt Historici, (*Sulpius c. 5.*) cum tanta visus acie fuisse, ut trigintæ quinque millia passuum procul conspexerit, quin immo, durante bello Punico, a Lybico Siciliæ promontorio Carthaginem libero oculo prospicerit, numerum navium e portu exeuntium ediderit. Oculi optimi; sed scio meliores. Sanctus Ambrosius, Mediolani exibens, non obstantibus fuerat ossibus albibus, prodigiose vidit, quæ Turonis gerebantur; enim die, hora, ac momento, quo Sanctus Martinus moriebatur, obitum sancti Viri denuntiavit. (*Severus Sulpitius de obitu S. Mart.*) Oculi optimi; sed scio meliores. Sanctus Antonius Paduanus, Philippus Nerius, Catharina Senensis, aliique oculatissima cordium arcana, absque Momi scrutatio, perspexerunt. Oculi optimi, sed scio meliores: scio oculos, qui nullis tenebris obrelari, nullis teneris obstupari, nullis repagulis excludi, nulla distantia enervari, nullis latibulis decipi, nulla arte possunt defraudari. Quinam sunt hi oculi? audite Ecclesiasticum: *Oculi Domini multo plus fulgidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi intuentes in altitudinem cordis.* (*Eccl. 23.*) &c.

2. *Propositio.* Christianæ animæ! patimini, ut hodie vobis veritatem inculcem, cujus ansam mihi ministrant hæc verba Evangelii: (*Jo. 1.*) *Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis*, id est, differum, de Divini oculi, omnia cernentis, præsentia. Est hæc materia, siqua alia, contra infrunitos peccatorum pruritus efficacissima, dicente Cornelio a Lapide: (*in Gen. c. 6. v. 5.*) *Hæc una cogitatio, si esset assidua, contra omnia vitia medium præberet.* Vovete.

Hominum oculi possunt decipi, non vero Dei.

3. *Confirmatio.* Cervus, insectantium venatorum insidias fugiens, metu dilapsus est in titubulum: hic multum rogavit, ut paullulum spatii sibi indulgeretur, donec transvecti essent venatores: cui mulus, hic quidam invenies fecuritatem; brevi enim aderunt & heros, & mulus: (*Daniel in Nocera l. 2. c. 20. §. 8.*) Cervus, opinionis suæ tenax, sub feni cumulum se recipit: adest famulus, nec tamen meticulosum animal, sub feno profundius latitans, observat. Cervus misere sibi curatus, quod famuli oculos fefellisset, jam pene omnem periculi metum abjecit. Cui mulus: Mi frater, hunc culpam decepisse non artis, sed fortunæ fuit: væ tibi, si venerit Heros, lynceos habet oculos, hunc si fefellerit, triumphum cane. Paullo post adventat heros, dumque omnia fagaci oculo perlustrat, incidit in cervinum cornu, quod e feno prominebat. Contestim convocat famulos, cervum protrahit, qui miser meru palpitans expertus est fuisse carcerem, quod asylum putabat. Hanc fabulam explicans, Drexelius ait, servi sunt, quotquot mortales vivunt: Dominus omnium solus est Deus: tervorum oculos decipere nimis quam facile, ibo dantur mille larvæ, mille gallia: mille ejaculationes, mille fingendi artes, quibus mortalibus oculis palpum obducitur. Rebecca decepit Isaacum pellicula hædorum: Labam decepit Jacobum deformi Lia, Jonb decepit Amasam fœta amicitia; David decepit Regem Achis simulata amentia, Michol decepit milites Saulis statua decumbente in lecto: Verum contra Deum nihil tegi, nihil palliari, nihil simulari, nihil abscondi potest: ille videt, confunditur, & clarissimo obtutu intuetur omnia. *Homo videt ea, quæ parent, Deus autem intuetur cor.* (*1. Reg. 17.*)

Est impossibile Dei oculum fugere.

4. Superstitiosa gentilitas tria judicavit esse impossibilia, fulmen Jovi, Homero versum, & eripere clavum Herculi; (*Macrobius l. 5. c. 3.*) verum ante omnia impossibile est eripere Deo visum; age, mi homo, quære sylvarum abdita, ferarum latibula: Domum specus, montium cavernas, solitudinum recessus: indaga tenebras illis Ægyptiacis densiores, & frustra agis: non potest evitare Dei oculum, qui videt clarissime omnia. O quas non artes inve-

invenit Psalmista David, ut eripere se posset Divino conspectui; sed agnovit demum, se actum agere: *Si ascendero in cælum, tu illic es; si descendero in infernum, adest spiritus pœnæ, quæ judicatus, & habitatura in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* (*Ps.* 138.) Hæc verba Psalmographi non absolute, sed conditionate accipienda sunt, uti observat Bellarminus: (*hic*) etiamsi possem ascendere in cœlum, etiamsi possem descendere in infernum, etiamsi possem fugere ab ortu usque ad occasum, tamen non valerim me eripere tuo, O Deus! conspectui.

Præsentia Dei efficax remedium contra peccata.

5. Edic modo, mi Christiane! credis hanc veritatem? Næ ego tibi vehementer gratulor, si credas: quæris, quare? quia, si hanc præsentiæ Divinæ veritatem constanter animo obvertantem habeas, scitum habes validissimum contra quorumvis peccatorum incursus: audi Augustinum: (*Solilog. c.* 14.) *Nobis est indicta necessitas juste & recte vivendi, quia cuncta facimus ante oculos Judicis, cuncta cernentis.* Pone furem, qui jamjam januas effringere, & in aliena involare præsumit; cum ecce advertit præsentiam Judicis, o quam cito a furtivo opere manus retractat! Pone conjugem, quæ jamjam allicienti proco in adulterium consentit; cum ecce maritam adventantem percipit, o quam cito se ad modestiam componit! Pone Discipulum in insolentes petulantiasque effundi; cum ecce a Magistro se observari animadvertit, o quam cito compositos mores induit! Pone simulum indignabundum in incondita ballophemias erumpere; cum ecce Dominum penes se stantem subito conspicit, o quam cito iram, ac linguam moderatur! quodsi præsentia hominis adeo potenter a malo nos retrahit, quanto magis præsentia Dei Judicis, ac vindicis a peccandi libidine nos debet revocare? Certe ab experientia habetur, quod illi homines, qui Dei præsentiam constanter ante oculos sibi statuebant, ab omni peccato alieni in via mandatorum sedulo progressi sint: *Omnes viæ meæ in conspectu tuo*, ait David: quid sequitur? *Servavi mandata tua, & testimonia tua.* (*Ps.* 118.) Econtra illi, qui Dei omnia cernentis oculum obliviose non attendebant, brevi in turpissimum sceleratum abyssum demersi sunt: *Non est Deus in conspectu ejus.* Quid sequitur? *Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.* (*Psal.* 6.) Juvat hanc antithesin porro e Scriptura dilucidare.

6. Duas invenio mulieres in horto gravissime tentatas, Evam videlicet, & Susannam: prima a serpente ad eum vetiti pomi, altera a duobus senibus ad pudendum libidinis factus fuit invitata. Illi tentationi consentit, fructum prohibitum comedit: altera generose vicit, castitatem conservavit. Quis mihi nunc Oedipus dixerit, qua de causa contigerit illam occidisse, istam stetisse? an forsan acrior erat tentatio serpentis, quam duorum senum? nequaquam: prima enim erat tentatio gulæ, altera lasciviæ; scimus autem ab experientia pauciores inveniri victorias in pugna lasciviæ, quam in pugna gulæ. Ne vos prolixe detineam, Auditores, percipite responsum Zelosissimi Josephi de Barzia: (*serm.* 4. *num.* 24.) Susanna habebat ante oculos Dei omnia cernentis præsentiam, id quod satis clare suis illis verbis expressit: *Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.* (*Dan.* 1.) Atque hæc imaginatio eam instar umbonis validissimi contra lascivientium senum insultus tuebatur: econtra Eva damnabili errore existimabat, se a facie Dei posse occultari; cum enim Dominus paradisum ingressus interrogabat, Adam ubi es? ait sacer textus, *abscondit se Adam & Uxor ejus a facie Domini.* (*Gen.* 3.) Hæc erronea persuasio erat fomentum totius mali, & caussa lapsus originalis. En, mi Christiane! quid prosit Divinæ prudentiæ imaginatio, quid noceat ejus oblivio. Hinc homines justi a doctissimo Speranza comparantur mysteriosis illis animalibus Ezechielis, *quæ plena erant oculis ante & retro.* (*Ezech.* 1.) Mirum! habebant oculos in manibus, oculos in pedibus, oculos in auribus, oculos in labiis, oculos in corde: Ita homines justi in omnibus membris, in omnibus tum corporis, quam animi facultatibus oculos habent, quibus semper Deum respiciant, ut nihil operentur, nullum gressum faciant, nihil videant, nihil audiant, nihil loquantur, nihil cogitent, quod est indignum Divinæ præsentiæ! (*Speranza Script. sel. punct.* 57.)

7. Ingressus quondam in cubiculum devotæ animæ vidi in janua, in cistis, in sellis, in mensis, in fenestris affixas schedulas, quibus inscripta erant hæc verba: *Deus me videt.* His schedulis devota illa anima seipsam in omnibus actionibus communivit Divinæ præsentiæ. O auream, & summe proficuam praxin! agite, vos Principes, in vestris aulis, vos Judices in vestris curiis, vos Superiores in vestris subsellibus, vos Officiales in vestris cancellariis, vos Studiosi in vestris scholis, vos Opifices in vestris officinis, vos Caupones in vestris popinis affigite hæc verba: *Deus me videt.* Tu anima Christiana scribe hæc verba in memoria, in intellectu, in voluntate, in quinque corporis sensibus, in intimo corde, & experieris innumera peccata præpedita iri.

8. Hoc illud artificium est, quo sanctus Abbas Paphnutius (*Manulus l.* 3. *c.* 2.) Thaidem infamem meretricem ad saniorem mentem revocavit: Venerat Paphnutius in illius ædes, quem turpitudinis caussa hoc deiatum arbitrata Thais in secretissimum cubiculum duxit. Hæsitabat vir sanctus timore, & haud satis hic tutus se caussatus aliud requisivit. Ductus est ab alio in aliud, & demum in subterraneos specus. Necdum satis securus sum, ait sanctus Abbas, ostende recessum adeo tenebricosum,

quo nec oculi Dei penetrare valeant: Pellice in sua potestate id situm non esse affirmante, in acrem invectivam erupit: cum hoc non ignores, inquiebat, nonne infelicissima es, quæ propter brevissimi temporis voluptatem & te, & omnes, quibus tui copiam facis, perditum eas, & cruciatibus deputes æternis? Erubuit mulier, in lacrimas prorupit, turpem vitæ consuetudinem detestata est, universa, quæ meretricio quæstu paraverat, ornamenta, publice combussit, & mundo valedicens per austeram pœnitentiam antenactæ vitæ noxas expiavit. &c.

9. *Epilogus.* O anima Christiana! tu Dei præsentiam continuo ante oculos habe, & certe erubesces coram Deo perpetrare, quod coram me erubescores: cum insurgit tentatio, dic cum Josepho Ægyptiaco: (*Gen.* 39.) quomodo possum hoc malum facere, & peccare in conspectu Dei mei? Non possum. Non possum. Amen.

Dominica III. Adventus.

CONCEPTUS II.

De tertia extremi Judicii circumstantia & horrore, nimirum de rigoroso examine.

Tu quis es? Joann. 1.

EXORDIUM.

1. NOcturno tempore, cum opaca tenebrarum nigredo hanc terram obumbrat, res hujus mundi non sunt inter se discernibiles; non dignoscuntur arbores fructiferæ exsuccis, non prata viridantia ab aridis, non agri seminati a sterilibus, non herba salubris a lolio, non crystallini fontes a sordidis lacunis; sed omnia inter se obscura confusione delitescunt. Verum cum lucidissimus sol in hujus orbis theatrum progreditur, tunc arbori sua forma redit, sua gratia campis, tunc verum omnium dispar ratio ad oculum patet. Christiani Auditores! Primus adventus Christi Domini, ubi in præsepe Bethleemiticum descenderat, factus est de nocte; ideo omnes promiscue adoratores admisit, divites & pauperes, boves, & asinos, Reges & pastores; venit enim ut omnes vocaret, ut omnes salvos faceret. Verum in secundo adventu *thronus ejus erit sicut sol.* Ibi illuminabit abscondita tenebrarum, & quemadmodum sol fulgore suo penetrat in profundum maris, in abdita terræ, & ipsas etiam tenuissimas atomos perspicuas facit, ita ad illius sedis lucem videbuntur abditissima conscientiarum; & referatis cordibus primo obtutu patebit de me, de te, de nobis omnibus, *Tu quis es?* In hac vita ad hanc interrogationem sæpe emendite simulatione respondet superbus: ego sum humilis. Respondet avarus: ego sum liberalis. Respondet impurus: ego sum castus: respondet hypocrita: ego sum sanctus. Respondet lupus: ego sum ovis. Verum sub Divini Judicis oculis non erit fucatæ falsitati locus, patebunt intima animi viscera, & ex abditissimo cordis recessu eruentur in lucem noxæ etiam levissimæ. *Quis se absondet a fulgore ejus*, exclamat Eruditissimus Speranza, (*Script. sel. punct.* 353.) *quando non solum Judicis oculi erunt lucidissimi sole, sed ipsa Judicario sedes erit sola?* &c.

2. *Propositio.* Hanc ob rem ex hodierni Evangelii verbis illis: *Tu quis es*, ansam cœpi differendi de tertia extremi Judicii circumstantia & horrore, nimirum de rigoroso examine, quo vel levissimæ conscientiarum noxæ cogitatu, verbo, opere, aut omissione perpetratæ, etiam non nisi obscurissimis angulis cognitæ discutientur, ac in lucem protrahentur. Quilibet sibi imaginetur, se a Judice spectatim interrogari verbis illis: *Tu quis es?* Favete.

3. *Divisio.* Potentissimus Rex Assuerus noctem aliquando ducens insomnem, afferri sibi jussit Regni sui annales, repertoque, bene merito Mardochæo nec dum præmium, conjuratoribus necdum retributum esse supplicium, continuo utrosque remuneratus est, hos morte, illum honore. Ita Jesus Dei Filius quasi in cælo non posset quiescere amplius, evolvet libros, descendetque in judicium, *ut reddat unicuique, prout gessit.* Quæret hic nonnemo, quid per libros illos in judicio producendos intelligatur? Sanctus Ambrosius (*in Psalm.* 1.) intelligit conscientias, quæ miro quodam lumine illustrabuntur, ut quilibet commissa peccata a prima juventute, tanquam in speculo, cognoscat. *Quid libri aperti sunt, nisi conscientia, non atramento scripti, sed vestigiis delictorum, & flagitiorum inquinamento?* Sanctus Augustinus (*l.* 20. *de civ. c.* 14.) per libros intelligit Sanctos, in quibus reprobi *omissa* sua, & *commissa* velut in contrario clare contuebuntur.

§. 1.

4. *Conformatio.* Primo sub examen vocabuntur peccata commissionis. De his S. Apostolus Paulus locutus fuisse videtur, cum peccatorem ita alloquitur. *Secundum duritiam tuam & impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis justi judicii Dei.* Hanc similitudinem ut intelligatis, Auditores, imaginamini vobis mercatorem, qui thesaurizat: quid agit? quotidie varii generis moneras in cistam injicit, ubi continuata per plures annos hac accumulatione immensam demum nummorum forraginem invenit. Ita peccator cumulat thesaurum iræ; quia peccata omnia, quæ per totam vitam committit, in morte simul invenit. Dominus Deus pro quolibet hominum, ut ita dicam, geminam habet arcam, in quarum una pia opera, in altera peccata recondit, quæ, uti annotat Origenes, (*l.* 2. *in Epist. ad Rom.*) supra citata, Apostoli verba: thesaurus iræ dici potest. *Qui iniquus est per duritiam cordis,*

dit, & ter impunitus, in thesauro iræ aliud suæ recondit. Hunc in sensum Deus ipse loquitur de peccatis populi sui, videlicet ea in suis rationalibus scripta, recondita, asservata esse apud se. *Nonne hæc condita sunt apud me, signata in thesauris meis?* (*Deut.* 32.) &c.

5. Cogita modo, mi Christiane: quantus erit tremor tuus, quanta confusio, cum ex hac nigrientis arca erui videbis omnes noxas tuas a prima infantia usque ad ultimum mortis momentum commissas? cogita, quanta sit evidentia, quantus pavor, cum peccatum aliquod gravis in confessionali aperiendum est: nunc certe sacrum tribunal indar equulei aspicitur, cor palpitat, gena incendiorum rubore, lingua balbutit, gelidus sudor toto corpore fluit, & vel ipsum sacrum tribunal tremore concutitur. O Bone Deus! si tantum horrorem causat peccatum aperiendum uni homini, quantum horrorem causabit aperiendum toti mundo? si tantam perturbationem facit peccatum aperiendum in ordine ad remissionem, quantam faciet aperiendum in ordine ad condemnationem? si tanta sunt anguistiæ coram throno misericordiæ de uno peccato, quantæ erunt coram throno Justitiæ de omnibus peccatis tuæ numero accumulatis, conjurationum, verborum, & operum? Ibi, mi peccator, in medium producentur omnes delectationes tuæ impuræ, omnia desideria lasciva, omnes invidiæ, omnes vindicandi cupiditates, omnes doli, fraudulentiæ, judicia temeraria, & machinationes, quibus insidiatus es bonis alienis. Ibi in medium producentur omnia verba otiosa, impura, & turpes joci, omnes detractiones, susurrationes, & inimicitiarum fomenta, omnia juramenta, blasphemiæ, & imprecationes, quæ contra Deum, & proximum interserantur effutisti. Ibi in medium producentur omnia tua opera peccaminosa, omnes immunditiæ, furta, iniqua commercia, pauperum oppressiones, ebrietates, jurgiæ, vindictæ, duella, & damna, quæ promiscue intulisti. Verbo: ibi palam erunt omnia illa flagitia, quæ modo tanta cum solertia abscondere conaris. Et quidem palam erunt cum omnibus suis circumstantiis: videbit mundus universus, quibus machinationibus proximum deceperis, quibus fraudibus alienis bonis insidiatus sis, quibus artibus Virgini pudorem extuleris, quibus furiis injurias vindicaveris, quibus fallaciis innocentem oppresseris.

6. Accedit, quod hæc eadem peccata tunc longe videbuntur turpiora: quia excusationibus tuis, ac pallio carebunt. Nunc ea extenuamus, excusamus, mortalia pro venialibus habemus, pro nihilo reputamus. Tunc autem Judex removebit hæc sparia, & sucos: tunc Angelus Custos, omnium actionum nostrarum testis, exaggerabit ingratitudinem tuam. O peccator! exprobrabit tibi tua servitia, numerabit labores mentis, quibus peculiariter contraveniti. Tunc infernalis damnus improperabit tibi tuam infidelitatem; Judithane Judea, inquiet, ego pro hac homine nec sanguinem fudavi, nec flagella, nec spinas, nec crucem, nec mortem pertuli, & tamen fidelior mihi præstitit servitia, quam tibi: te domo tua paterna profugus abibit, ut meis procorum filiquis, id est, spurcis voluptatibus pasceretur. &c. &c.

§. II.

7. Hoc examen erit de peccatis commissionis, adeo rigorosum, ut & istus oculi non prætermittendus sit judicatus, prout affirmat Augustinus: (*de serm. Dom.*) *Quid respondebis in illa die, cum exigetur a te ratio usque ad illum oculi?* hoc peracto, sub examen vocabuntur alterius generis peccata, quæ *omissionis* dicuntur. Quænam sunt illa? ea nimirum, quæ pro cujusque status conditione per negligentiam perpetrantur. Ibi ergo severissima ratio exigetur ab animarum curatoribus, qui fuerunt multi canes, & ad scelera sui gregis non latrarunt. Ibi severissima ratio exigetur a Nobilibus, a Judicibus, a prætoribus, qui flagitia populi non tantum non compescuerunt (imo illis insuper immunitatem præstiterunt. Ibi severissima ratio exigetur a patribus familiæ, qui domesticorum peccata, etiam monita, dissimularunt. Ibi severissima ratio exigetur a parentibus, qui majorem sollicitudinem pro suis pecoribus, quam pro liberorum educatione habuerunt. Nonne servus ille Evangelicus ad carcerem, & tormenta raptatus est? (*Matth.* 18.) quo delicto? quia cum talento sibi concredito negotiatorie negligite: qua parabola aperte significantur: apud Deum non minus peccata omissionis, quam commissionis pœnibilia esse.

8. Præterea sub censuram trahentur opera etiam sancta, & negligentiæ in illis admissæ: quamvis enim orationes, eleemosynæ, jejunia, & alia virtutum exercitia sancta, ac laudabilia sint, nihilominus instituntur quæritur, cur non majori cum devotione, puriore cum intentione, ardentiori cum amore fuerint peracta: id quod Deus per Prophetam minatus ait: *Scrutabor Jerusalem in lucernis.* (*Sophon.* 1.) Per Jerusalem in Scripturis intelligitur ordinarie anima sancta, vetus e contrario per Babylonem intelligitur anima peccatrix: quemadmodum igitur, cum rem minutam, ut acum, filum, festucam perdimus, illam accensa lucerna quærimus: ita Deus minatur, quod minutissima etiam operum festuces examinaturus sit. Audite Bernardum ingemiscentem: (*apud Bess. in judicio extr. 2. part.* 3.) *Quid in Babylone vetam, si in Jerusalem manet scrutinium?* Ibi rigorosissime exquiretur, qualibet distractio sub oratione, qualibet intentio etiam occultissima, qualiber negligentia vel in initio, vel in progressu, vel in fine operis. &c.

9. Vultis plura, Auditores? dico, quod plane tremendum est. Non tantum de talentis, & gratiis acceptis, sed etiam de non acceptis instituetur judicium: Servus ille Evangelicus, de quo paullo antea mentio facta est, a Domino suo ad rationem vocatus, dixit illi: (*Matth.* 25.) *Scio, quia homo austerus es, metis, ubi non seminasti, & congregas, ubi non sparsisti.* An verum dixit? Omnino: quia Dominus Deus rationem exposcet etiam de gratiis non datis, sed certa sub conditione dandis. Eheu contremisco: Interrogabit Judex nos animarum Pastores, cur non adeo zelosi fuerimus, veluti fuit S. Udalricus Diœcesis nostræ Augustanæ patronus: interrogabit Judices, prætores, cur non tanta cum solertia causius pauperum fusceperint, veluti S. Ivo eorum exemplar: interrogabit parentes, cur non tanta cum sollicitudine liberos suos educaverint, veluti Blanca suum Ludovicum, veluti Res Geisa suum Stephanum: interrogabit sartores, cur non cum sancte vixerint veluti S. Homobonus, sutores velut S. Crispinus, fabros velut S. Danstanas, Agricolas velut S. Isidorus: nec poterit quisquam se excusare, quod non easdem gratias habuerit, quas isti Sancti; quia respondebit judex, si primæ gratiæ tam impense cooperatus fuisses, quam illi, eandem gratiarum seriem etiam tibi contulissem, quam illis contuli, consequenter eumdem sanctitatis gradum attigisses, quem attigerunt illi. Sanctus Ægydius (*Speranz. script. sel. pandl.* 133.) ex ordine Seraphico S. Francisci Prater Laicus erat sanctitatis prodigium, humilitatis exemplar, virtutum omnium speculum; & tamen cum aliquando cœlestium contemplatione animum pasceret, vocem cœlitus delapsam audivit: Pater, O Ægydi, ut eorum, quæ nunquam habuisti, aut recepisti, rationem reddas; quia ego Deus dedissem tibi, si capax fuisses, si dignus fuisses; talis autem culpa tua non fuisti. &c. &c.

10. *Epilogus.* O Dilectissimi Auditores! si hoc in viridi, in arido quid fiet? si tam stricte judicantur Sancti, quid nobis peccatoribus eveniet? Parate igitur vos huic examini, & nulla non die vos ipsos interrogate: *Tu quis es?* an tum talis in actionibus meis, ut coram hoc judicio quotidie comparere auderem? felix quisquis sibi respondere poterit: ita; sum talis: Amen.

Dominica III. Adventus.

CONCEPTUS III.

Agitur contra ignorantiam, & ruditatem in rebus fidei, & declarantur gravia damna inde emergentia.

Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Joann. 1.

EXORDIUM.

Deus divisit locum in scientia, & agenda. Consequenter ignorantia non est minus culpabilis quam peccatum.

1. In inferioribus puerorum scholis, ut accurata tam literarum, quam morum disciplina observetur, moris est in duplici schedula scholares immorigeros annotari, prima schedula vocatur *nescientium*, & ibi scribuntur, qui lectionem a magistro traditam ignorant. Altera vocatur *delinquentium*, atque ibi notantur, qui vel garriendo in schola, vel ridendo, mentiendo, aut alia quavis morum dissolutione peccarunt. Utrique autem tam nescientes, quam delinquentes fine discrimine puniuntur. Idem profecto mos esse videtur in schola Christi; quippe Divinus Magister legem suam bifariam divisit, videlicet in *scienda* & *agenda*. Quæ agenda sunt, nobis propositi in Decalogo, & Ecclesiæ præceptis, ubi explicat, quid hominem Christianum facere, quid omittere oporteat. Quæ scienda sunt, exposuit in symbolo Apostolico, tam etiam in iis articulis, qui validam ac fructuosam perceptionem Sacramentorum concernunt. Utraque, ita tam scienda, quam agenda adeo sunt ad salutem necessaria, ut non minus illi, qui fidei mysteria culpabili ruditate ignorant, quam peccatores, qui præcepta Domini lethali perversitate transgrediuntur, æternæ damnationi reddantur obnoxii. Hac de causa sanctissimus pœnitentiæ Præco Joannes acerrime hodie invehitur in pharisæos Judæorum legatos: *Medius vestrum stetit, quem vos nescitis*, quibus verbis exprobrare illis voluit crassam stupiditatem, ac ignorantiam, qua Christum mundi Salvatorem inter Judæos versatum, conversantem, docentem, & miracula operantem, aut nesciebant, aut nescire simulabant. &c. Christiani Auditores! si adhuc dum viveret Joannes, an putatis non habitarum causam, ut eadem exprobratione in multos Christianorum invehereturs & eorum in rebus fidei nescientiam severe argueret? certe habiturus effet: tam crassa enim inter plebem reperitur eorum, quæ ad salutem pertinent, ignorantia, ut putem vix pauciores esse (dico inter plebem) qui ob hanc ipsam ignorantiam,

quam

quam qui ob peccata de salute periclitentur. Hæc insciția ut plurimum animadvertitur inter eos, qui characteribus legendis nunquam operam navarunt, qui de diurnis laboribus operarii vivunt, qui infimo servilium laborum humilitio addicti sunt, qui in pascendis gregibus, aut in stabulis continuo inter pecora, & simetum versantur, item qui rebus temporalibus immoderata avaritia invigilant, aut qui a prima statim juventute in pudenda peccata prorruerunt: hæc enim ordinarie sequitur ingens cæcitas animi. O quam multæ animæ intereunt ob has ignorantias, quæ forsan ob alia peccata non fuissent interituræ.

2. *Propositio*. Vultis, ut explicem hanc assertionem, prout apparet, satis arduam, ac difficilem? Explicabo in præsentiarum, & quidem vel maxime in gratiam eorum, qui quamvis in mysteriis fidei a juventute rudissimi sint, nihilominus Verbum Dei, & instructiones catecheticas parum pensi habent, & de sciendis, ac addiscendis fidei articulis, tanquam de re nullius periculi, nulla prorsus solicitudine tenentur. Favete.

Ignorantia rerum, quæ scire debent, non excusat.

3. *Confirmatio*. Nescio, quis Luciferi Pseudo-Apostolus inter rudem plebeculam seminarit periculosissimum illud principium, quo multi sibi persuadent, dicuntque: si pauca sunt, quæ scio, pauci etiam erunt, de quibus rationem reddere debeo: hoc principio nixi fere cum brutis suis obbrutescunt, putantque, se olim in judicio tanto fore securiores, quanto in hac vita fuerint stupidiores. Proh dolor! dantur Christiani, qui nesciant finem suum, ad quem conditi sunt, adeoque in hoc mundo non aliter versantur, quam porci sub ilice, qui glandes quidem devorant, sed sursum nunquam oculos attollunt. Dantur Christiani, qui rerum æternarum plane incurii felicitatem omnem collocant in bonis hujus mundi, propterea de jactura unius teruncii plus dolent, quam de peccato malorum omnium maximo. Dantur Christiani, qui ad sacrum tribunal veniunt actuum illorum æternorum, qui ad pœnitentiam requiruntur adeo imperiti, ut dubium sit, an sint sacræ absolutionis capaces. Dantur Christiani, qui dum ad mortem venerint, plus negotii facessant animarum curatoribus, ut in iis, quæ scitu sunt necessaria, instruantur, quam ut peccata expientur. Dantur denique Christiani, in quorum Domibus anno integro nullum fit colloquium spirituale, nullus de audita concione aut catechesi discursus; unde fit, ut denum tosi sylvescant, præcepta Dei, numerum Sacramentorum, aliaque obliviscantur, & in eorum moribus nil nisi incultæ quædam barbaries elucescat. Et tamen in his tenebris nullum putant subesse salutis periculum: Dilectissimi, error hic est perniciosissimus: sunt enim aliqua scitu necessaria *necessitate medii*, hoc est, ita ad salutem necessaria, ut illis etiam inculpabiliter ignoratis, beatitudo æterna neutiquam valeat obtineri: tales veritates sunt: Existere Deum hujus universi Creatorem bonorum & malorum Remuneratorem, hunc Deum in substantia esse unum, in Personis Trinum, secundam Trinitatis Personam fuisse incarnatam, pro Redemptione humani generis passam, ac mortuam, per ejus merita cooperante homine posse impetrari gratiam, ac remissionem peccatorum, & quæ sunt similia. Alia denique sunt scitu necessaria *necessitate præcepti*, hoc est, ita, ut illis saltem inculpabiliter ignoratis, absolute adhuc æterna salus obtineri queat: talis generis sunt præcepta omnia tam naturalis, quam positivæ legis; adeoque si mendacium facias, putans esse honestum, si furtum committas, putans esse licitum, si susceptionem Sacramenti negligas, putans non esse præceptum, itaque omne inculpabiliter fiat, peccatum quidem non perpetras; sed quis Apollo mihi dixerit, quando, quibus in circumstantiis id inculpabiliter, hoc est, sine omni dubio, sine omni scrupulo, sine agnitione obligationis ulterius inquirendi fuit? plane raríssimo: ponamus Christianum, qui ex defectu sufficientis notitiæ Sacramenta nulliter suscipit, ponamus, qui nesciat, quid requiratur ad contritionem perfecte justificativam, ponamus, qui in consuetudine peccati contra naturam diu hæret; an putatis hunc inculpabiliter delinquere? Non credo; quia in cathedris, in sacris tribunalibus, in cathechesi quotidie haberet occasionem, qua posset, si vellet, veritatem edoceri. Sanctus Bernardus mecum sentit, inquiens: (*Epist. 77.*) *Multa sciendo vesaniuntur aut sciendi incuria, aut sciendi defidia, aut vestigandi inquirendi, & ejusmodi ignorantia non habet excusationem*. Notate bene. Non habet excusationem.

4. Falleris itaque, mi Christiane: si existimes te in judicio Divino inculumem evasurum, dummodo dicere possis: Hoc nescivi: respondebit enim Judex: debuisses hoc scire, & illud ipsum nescisse culpabile, ac infernali supplicio dignum est. Nunquam audisti, quantopere Dominus Deus olim contra populum Israel quam fuerit? (*Isa. 5.*) Minatus est illi captivitatem durissimam, minatus est famem & pestem, minatus est abjectionem irreconciliabilem: qua de causa? quid deliquit populus? percipe rationem Domini Dei: *quia non habuit scientiam*. Audis? non propter idololatrias, non propter impudicitias, non propter injustitias condemnatur populus, sed propter defectum scientiæ: *quia non habuit scientiam Dei*, ait S. Hieronymus: (*in Isaiæ 5. apud Bonz. serm. 70. n. 15.*) ex quo patet, ipsam insciențiam, etiam secluso aliis sceleribus, esse scelus satis execrabile, & odio Divino dignum.

Multi laborant ignorantia affectata.

5. Quid dicam de illo Christianorum genere, qui, quamvis visibilium rerum sui partem norint, ex altra autem parte satis agnoscant, se ad indagandam veritatem teneri, nihilominus eam

eam non quærunt, saltem non efficaciter, ne forte obligationem suam, sibi haud admodum gratam edoceantur: agunt ilti velut olim Pilatus, qui postquam Christum interrogarat, *quid est veritas?* (*Joan. 8.*) simul repente tergum obvertit, nec responsum expectavit: de his & similibus Propheta: *Noluit intelligere, ut bene ageret.* (*Psal. 35.*) Scribit Bzovius (*A. 2. diff. Mem. Vir. illust.*) Nobilissimum quendam Angliæ Equitem cum principe femina Orangica inter familiarem discursum etiam de veritate Catholicæ Religionis sermones miscuisse; noluit illa, ut profequeretur, asserens, timere se, ne forte sibi scrupuli suborirentur. Replicavit Eques, ut video, vestra Celsitudo vult sine scrupulis ad infernum properare. Adeptum exprobrari posset multis Christianis: sunt enim, qui sacras concliones, instructiones catecheticas nauseant, illis animum parum applicant, de industria subterfugiunt, ne forte audiant, ad quid teneantur; sunt, qui dum sanctæ fidei mysteria pueri non didicerunt, jam adultos piget eadem repetere; sunt, qui diu in dubio hærent circa bona possessa, circa restitutionem bonorum aut famæ, circa peccatum occultum quod a longo tempore animum cruciat; nolunt tamen indagare consilium, ne forte responsum referant, quod ipsum non arridet: Hi omnes, & horu similes volunt sine scrupulis vadere ad infernum, excusationem ignorantiæ coram Deo non habebunt, ideoq; incurrunt terribilem Apostoli sententiam; *Si quis ignorat, ignorabitur.* (*1. Cor. 14.*) Quasi vellet dicere, quicunque negligit obligationem suam intelligere, & ideo tantum ignorat, a Christo ita ignorabitur, ut in pœna a peccatoribus non fit distinguendus.

Hebetudo & stupiditas intellectus a sciendis non excusat.

6. Scio quidem, quid hac ex parte multi respondeant: Bone Deus: dicunt, ego sum nimis simplex, ingenium meum est nimis hebes, ac obtusum, memoria omino debilis, intellectus haud satis perspicax ad capiendas res fidei valde sublimes, & quæ sunt similia. &c. Respondeo, mi Bone; naturalis aliqua insciția, & congenita torditas, qua mortalium plurimi, præsertim e rustica plebe, laborant, non impedit, quo minus ad agnitionem supernarum veritatum mentem elevare possis, quantum debes. Nebula, quæ circa terram hæret, nunquam obfuscat solem, sed illa, quæ sursum ascendet, serenitatem eripit. Demus igitur, ut ais, te cerebro laborare, & memoria imbecilli, dic, quæso, cur ex, quæ ad corpus spectant, aptissime, & solertissime curare nosti? si de commodis temporalibus, de inveniendis directendi modis agitur, ingenti perspicacia vales: cum vero de rebus animæ sermo incidit, ingenii hebetudinem exsufflaris. O præpostera hominum studia, qui hac ex parte simillimi sunt crocodilis, aut draconibus! crocodili, & dracones e superiori tergoris parte ita squammis validissime sunt obarmati, ut quibusvis jaculis, & hastilibus sint impenetrabiles, ex inferiori vero ventris parte, qua terram rependo radunt, cute sunt adeo subtili, ut quavis acu perfodiantur: ita multi hominum ad cœlestia sunt prorsus obtusi, ad terrena vero subtilissimi, ac perspicaces: denur occasio, ut de ovibus, de bobus, de armentis, de tritico, de lucro rei Oeconomicæ sermo fiat, & erunt facundissimi oratores: multi, prout certe ab experientia didici, si litem habeant judicialem pro causa sua ponderosissimas rationes excogitant, ita, ut nec acutissimi ingenii Advocatus posset meliores invenire. Multi, utut in rebus sacris sint obliviosissimi, possunt tamen levissimas injurias per plures annos memoria retinere. Multi in mercatura, in negotiis, in inveniendis fraudibus circa emenda, aut vendenda sunt sagacissimi, econtra cum de rebus fidei discursus misceatur, velut trunci, & stipites assidebunt. Quæ causa hujus diversitatis? Mei Christiani; vos ipsi in culpa estis; vos potentias animæ omnes mere ad temporalia applicatis, vos cogitationes omnes in negotiis terrestribus consumitis, & ne unam quidem septimana integra salutis negotio reservatis: qui diuturno tempore in obscuro carcere hærent, non habent oculos amplius expeditos ad contuendam diei lucem: parem in modum, si vos animi oculos continuo in terram defigatis, quid mirum, quod ad capiendas sublimiores fidei veritates nullam retineatis perspicaciam? Oquam longe ingeniosiores essetis, si eadem alacritate cœlestibus, qua caducis, inhiare velletis!

7. Atque hanc nimiam in res terrenas demersionem, putat doctissimus Stapletonus, (*hor. Dom. Therm. 7.*) esse causam, si non unicam, saltem maximam illius ignorantiæ, quam deploramus: *Habent oculos tantum carnales, & exteriores*: id est, tantum ad terrena, nulles ad supernaturalia, &c. O quam grande lucrum infernalis piscator in hac turbida ignorantiæ aqua capessit! quæ est causa tot perjuriorum, blasphemiarum, veneficiorum, impudicitiarum, & sacrilegiorum in mundo? percipite verba Prophetæ (*Osea 4.*) dicentis: *Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt, & sanguis sanguinem tetigit*, alii legunt, *& peccatum peccato unitur*. Unde tanta malorum lerna? nimirum ex hoc antecedente: *Non est scientia Dei in terra.*

8. Audite pro coronide terribilem historiam, ex qua liquet, quantum cacodæmoni lucrum ex hac ignorantia accidat. (*Cantipra. l. 2. c. 10.*) Erant olim in Gallia infelicia tempora, quibus Episcopi, & animarum curatores muneris sui admodum negligentes parum invigilabant plebi in rebus fidei erudiendæ. Hunc, alioſque errores emendandi causa conscripta est Synodus, delectusque aliquis sacerdos, qui coram congregatis Prælatibus verba faceret. Sacer ille orator dum diu deliberabundus hæsitat, quam dicendi materiem venerando conventui vel maxime proficuam deligere deberet, ecce illi apparet truci aspectu malus dæmon, atque: Heus tu, ego tibi pero-

randi argumentum suppeditabo; sic igitur loquens: Rectores tenebrarum Rectoribus Ecclesiarum salutem dicunt, & grates referunt plurimas pro magna in docendis populis negligentia; ex hac enim negligentia ingens oritur plebis ignorantia, ex ignorantia millena peccata, ex peccatis intertitus innumerabilium animarum. Porro fidus est internalis spiritus, se a Deo conductum hæc profiteri, promittique, se velle crastina die peroratis sacerdotis verba, si forsan crediturі non sint auditores, signo manifesto confirmare; quod & fecit, &c. En; mei Christiani, eo tempore grates habuit dæmon negligentiæ pastorum, hodie grates habet negligentiæ Patrum ac Matrumfamilias, qui de additicendis rebus fidei & ipsi de se, & de instituendis liberis, ac domesticis parum solliciti sunt; consequentiam per propagatam hanc ignorantiam infernus haud exile tributum pendunt. &c.

9. *Epilogus*. Quid igitur factu opus est? Dilectissimi; non tantum oportet bene vivere, sed etiam bene credere; ideo operam navate, ut & vos ea, quæ scitu necessaria sunt, gnare percipiatis; famem habete Verbi Divini; audita in concionibus domi solerter repetite, juventutem ad institutiones cathechetices diligenter mittite; ita regno diaboli ingens lucrum decedet, & regno Christi accrescet. &c. &c. Amen.

Dominica IV. Adventus.

CONCEPTUS I.

De duplici Christi Domini via, seu adventu tam misericordiæ, quam justitiæ, & quomodo ad utrumque parari debeamus.

Parate viam Domini, Luc. 3.

EXORDIUM.

Ad adventum Domini sollicite præparari debemus.

1. Cum Regum, aut Principum nonnullus urbem quandam ingressurus est, per prævium cursorem illius adventus denuntiatur universis civitati, mandatumque, ut via omnes, ac compita exornentur, ne vel levissima immundities oculos Regis offendat. (*S. Chrysol. hom.* 149.) Christiani Auditores: Jam in eo est, ut supremus Rex Regum, Princeps Principum, Cæli, terræque Monarcha in hunc mundum adveniat; ideo Dominici adventus Præcursor tam sonora *vox clamantis* per omnem regionem Jordanis, immo per omnem Evangelicum orbem mandatum promulgavit. (*Luc.* 3.) *Parate viam Domini: Parate viam Domini*. Huic quidem mandato olim murmur non genus perfidum Synagogæ; quod Divinum Mundi Redemptorem e civitate in fabulam, et convubernio hominum inter jamenti confortium ejecit, & ea propter indignationem Numinis, ac denique sua gentis exitium sibi conscivit: verum spero apud vos benigniores animos, aureasque me consecuturum, ideo repeto clamans: *Parate viam Domini*: Si forte quærat nonnemo: quænam ergo sint viæ Domini? audiat ille non meum, sed Regii Psaltis responsum. (*Psalm.* 24. v. 11.) *Universæ viæ Domini misericordia, & veritas*; id est, prout explicat eminentissimus Bellarminus: (*hic.*) *Misericordia, & justitia*: duplex enim est adventus Christi Domini in hunc mundum, tanquam *infantis*, & tanquam *Judicis*: primus est adventus *Misericordiæ*, alter adventus *Justitiæ*; primus amabilis est, alter terribilis; primus in solatium, alter in terrorem cedit peccatorum: in primo clamabunt Angeli: *In terra pax hominibus*: (*Luc.* 2.) in altero tubas insultabunt, vocabunque: *Venite ad judicium*. (*Matth.* 24.

Duplex est adventus Domini misericordiæ & justitiæ.

2. *Propositio*. Christianæ animæ: ut ad utrumque hunc Domini adventum magna cum diligentia præparemur, ut plurimum nobis interest: interrogatis forsitan, quomodo, & qua ratione parari nos oporteat? Date aures, ac animas, & postquam geminum hanc adventum strictim perpendimus, methodum vos edocebo, qua ad utrumque nos præparari expediat. Favete.

§. I. *Adventus Christi infantis est adventus misericordiæ.*

3. *Confirmatio*. *Parate viam Domini*: quæ sunt viæ Domini? *Universæ viæ Domini misericordia, & justitia*. Primus itaque adventus Christi, quando in fabulam Bethlehemiticam descendit, factus est per viam misericordiæ. Etenim universum genus humanum jacebat ex culpa originali prostratum, & vinculis diaboli alligatum: quemadmodum igitur in ingenti hominum multitudine, quorum unusquisque colligatis manibus, ac pedibus captivus tenetur, nullus alteri prodesse potest; ita nemo illius erat ex toto humano genere, qui alterum e compedibus originariæ culpæ eruere valuisset; perendum erat omnibus, nisi e cælo Redemptor descendisset. Finge obsecro, mi homo, te Algerii in Barbaria captivum teneri, in obscuro terræ specu delitescere, fame & siti torqueri, ponderosis compedibus, & gravi ferro premi; cum ecce ex insperato adest quidam Nobilis, qui sue ære tibi vitam, ac libertatem mercatur: proh! quanta gratitudine illi obstrictus fores? certe parum foret, si pro illo sanguinem, ac vitam funderes. Quid sub hujus captivi nomine intelligo aliud, mi homo, nisi te, qui sub tyrannico dæmonis jugo ex culpa protoparentum ingemuisti? Quid sub hujus Nobilis schemate subaudito aliud, nisi JESUM Redemptorem tuum, qui non ære, sed sanguine te in libertatem filiorum Dei transtulit? quod autem motivum commovere Dei Filium potuit, ut relicto cælo, terram peteret, quæ terraque sylvam facere, quod periclitat? respondeo: nullum prorsus aliud motivum, nisi mera meritissimi caritas, & miseratio: *In caritate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans*. (*Jer.* 31.) Atque hæc Dei miseratio ex duplici præsertim capite admiranda est, quorum primum se tenet ex parte Dei, & est summa illius dignitas, alterum ex parte hominis, & est summa illius indignitas.

Misericordia admirabilis ex parte Dei.

4. Primum quod attinet, quis satis admiretur Divini consilii artificio, inventum fuisse modum, quo Deus summe extrema, sibique opposita conjungeret? quis non putaret, lucem & tenebras, album & nigrum, diem ac noctem sibi minus invicem opponi, quam hæc paradoxa: Deum esse hominem, tonantem vagire, impossibilem pati, ditissimum egere, immortalitatem mori? Romanus de Imperatore Romano hæc nova spargi, videlicet Imperatorem adeo esse amantem oviculārum, ut se resolverit migrare in oviculam, eo solummodo fine ne decerpens oviculæ amplius a lanionibus macerarentur. Quis satis obstupescere posset, & admirari hæc nova? Verum incomparabiliter majus quid est Deum fieri *Hominem*, quam Imperatorem fieri oviculam; quia major est distantia inter Deum & hominem, quam inter dignitatem Imperatoriam, & oviculæ naturam. Audimus sanctum Job: ille quondam Deum sibi exprobrantem audiit: *Numquid habes brachium, sicut Deus, & simili voce tonas? circumda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus* (*Job* 40.); quasi diceret: ut ego indutus sum gloria, ut ego tonitrua commoveo, ut ego voce abyssos concutio, &c. O mi Patriarcha Job, si tibi facultas fuisset in præsepio Bethlehemitico incentem intueri Deum, qua ratione præsentem Divini Potionis statum cum magnificis his vocibus comparare potuisses? nonne jure merito cogitasses, quid est hoc, quod ille, qui antea tonabat, nunc in cunis vagit? quid est hoc, quod ille, qui solutus est legibus, fascia stringatur? quid est hoc, quod ille, qui fulmina tractabat, nunc fritore contremiscat? quid est hoc, quod ille, qui divus gloria inducebatur, nunc pannis involvatur? quid est hoc, quod ille, qui mundum portat, nunc brachiis matris portetur? O admirabilem metamorphosin! profecto convenienter exclamat Cyprianus (*serm. de Nat. Christi.*): *In terris mirabilius quicunque modo aliqua satisfactiva rationes, hic salutis me compilitur super*. Quis autem summam, optimum, maximum, infinitum Deum adeo sibi dissimilem fecit? Nil nisi caritas, & miseratio. Ita expresse S. Leo Papa (*ser. 1. de jejun.*) *Confessa nostra reparationis non est, nisi misericordia Dei.*

Misericordia admirabilis ex parte hominis.

5. Alterum, quod hanc ipsam Dei misericordis Bonitatem adeo admirabilem facit, est hominis indignitas. An enim indigebat Deus humano genere, in cujus Redemptionem seipsum usque ad sanguinem, usque ad mortem impendebat? nulla prorsus ratione: felix fuit ab æterno, felix fuisset in æternum sine homine: nonne millliones Angelorum interjerunt, sine ulla spe, & remedio? Quid Deo decrevit? nihil. Nihil igitur & Deo decessurum fuisset, etsi omne hominum genus periisset. O quam longe potiori ergo jure de Deo in cunis vagiente, & demum in cruce moriente dici potest, quod de Codro Athenienium Rege scribitur (*Justin. Histor. l. 2.*): Ille oraculo monitus, non posse Athenarum urbem, ab hostibus graviter obsessam, ab interitu liberari, nisi morte Regis; mori quidem optabat, sed pro hibebatur a fidelibus subditis, oppugnantibus salvus esse, interire urbem, quam Regem: quid agit? exuit regale diadema, gregarii militis vestibus induiturus, & ita incognitus in medios hostium cuneos irrumpit: dum vulneribus confectus jamjam animam agebat, suo sanguine in terram scribit: *amore mavior*. Potiori, inquam, jure, hæc de Christo Redemptore: Codrus enim ad mortem oppetendam moveri potest patriæ, uxoris, liberorum, fideliumque subditorum affectu: nihil simile tangebat Dei Filium; illius amor non erat interessatus, sed mera miseratio, mera caritas; merus misericordiæ affectus, &c. Atque hujus miserationis motivo tanta pro te fecit, ac passus est, mi homo, ut si tu Deus fuisses, & Deus tuum mancipium, non potuisset ille plura pro te facere, aut pati, &c.

§. II. *Adventus Dei judicis est adventus justitiæ.*

6. *Parate viam Domini*. En, mi homo, primi adventus via est *via misericordiæ*: sed nunc ejus antithesin audi. Alterius adventus via erit *via justitiæ*; secunda enim vice non adveniet Christus ut infans, sed ut tonans, non ut Redemptor, sed ut Judex. Percipite, quid tempore Nativitatis Domini contigerit: cum sancti tres Magi ex oriente in Judæam adventassent, ipsumque Jerosolymorum urbem ingressi, circum undique natum Redemptorem indagarent, *ubi est, qui natus est Rex Judæorum*, ecce ingens consternatio tam Regem Herodem, quam universum urbem invasit: *Turbatus est Rex, & omnis Jerosolyma cum illo*. (*Matth.* 2.) Unde, quæso, tam insolita consternatio? unde panicus terror? nonne Christus Dominus in fabulo jacuit, tamquam miser infantulus, pauperculus, imbellis, inermis nudus, ac pedibus fascia ligatus? vera sunt: ac

omnia sine dubio, nihilominus timuit, ac tremuit Rex Herodes, ac Synagoga: cheu! exclamat S. Augustinus, (*apud Barz. serm.* 22. n. 8.) *quid erit tribunal judicantis, quando superbos reges cuna terrebat tugurtis?* O quam dispar erit, & longe terribilior, secundus ille adventu Judicis, a primo hoc adventu infantis!

7. In primo adventu descendit Deus de cælo in silentio, in mansuetudine, mitis, ac parvulus: in secundo illo adventu veniet inter tonitrua, ac fulmina, in potestate magna, & majestate. *Qui venit nunc occultus*, ait S. Augustinus (*Ps.* 49.): *veniet tunc manifestus: venit occultus judicandus, veniet manifestus judicaturus.* In primo adventu descendit de cælo instar frugiferi roris, & salutiferæ pluviæ: *Descendit sicut Pluvia in vellus, & sicut stillicidium stillantia super terram:* (*Ps.* 71.) in secundo illo adventu adveniet ut tumultuosa, & mille fulminibus armata tempestas: *Equit in conspectu ejus exardescet, & in circuitu ejus tempestas valida.* (*Ps.* 49.)

In primo adventu descendit de cælo, vulnera nostra, & ægritudines sanaturus: *Ego veni, ut vitam habeant.* (*Jo.* 10.) In secundo adventu veniet inexorabili furore crimina ultturus: *Here dicit Dominus veniet crudelis, & indignatione plenus* (*Isa.* 13.). In primo adventu descendit de cælo cum pedo, & fistula, tanquam fidelis pastor oviculas convocaturus: *Ego sum Pastor bonus* (*Jo.* 10.): in secundo adventu veniet ignitum ensem, & sagittas contra peccatores vibraturus: *Mittit contra eos fulmina, & ad hoc in locum alium non ferentur* (*Job* 41.).

In primo adventu erat benignus Pater, in altero erit severus Judex: in primo erat amabilis sponsus, in altero erit terribilis Zelotypus: in primo erat agnus mansuetus, in altero erit leo rugiens. Et ut demum compendio dicam omnia: primus adventus erat mera misericordia, alter erit mera justitia. &c. O Christiana pectora, quis sine horripilatione recordetur funestæ illius diei? quis sine timore cogitabit tremendum Judicem? An ergo nullum est remedium, ut securi compareamus in illius conspectu? Est utique expeditissimum: quæritis, quodam illud? audite, dicam vobis, quod ab initio explicare promisi: *Parate viam Domini*, percipite, in quo hæc præparatio constitat.

§. III. *Qui se digne parat ad primum adventum Christi, non timebit secundum.*

8. Nimirum, ille non habet, quod timeat in adventu *justi Dei*, qui nunc summa cum animi devotione excipit adventum *misericordis Dei*: Nunc, dum Deus infans jacet in præsepio, facite cum vobis amicum, & non erit vester inimicus, cum sedebit in throno; nunc abstergite ex illius oculis lacrimas, quibus deplorat peccata hominum, id quod fit per seriam pœnitentiam, & non erit periculum, ut hi oculi tunc vos torve intueantur. Nunc demulcete auras musica, id est, oratione, & non erit periculum, ut tunc vos non exaudiat. Nunc teneris ejus manibus munus afferte, & non gratias, nisi sacram Communionem, & non erit periculum, ut ha manus tunc contra vos fulminibus armentur; nunc frigens corpusculum calefacite igne caritatis, & non erit periculum, ut tunc igne furoris contra vos exardescat. Nunc exulem in cordis domicilium recipite, & non erit periculum, ut tunc vos in gehennæ exsilium ejiciat. Nunc dicite illi: Veni, pascam te esurientem, potabo te sitientem (id quod sit in pauperibus) & tunc vicissim coram toto orbe dicet ad vos: venite benedicti: *Esurivi enim, & dedistis mihi manducare, sitivi, & dedistis mihi bibere, &c. Venite benedicti*: &c. En Christiani, quam levi obsequio compasare valeatis infinitam mercedem.

9. Nunc non amplius miror, quam ob rem Sancti & Sanctæ Dei has feriias ante natalitias, seu tempus adventus maxima animi devotione, ac sanctitate celebrarint: Sancta Hedvigis (*Engelbr. hac Dom.*) Poloniæ Ducissa toto adventus tempore in pane & aqua jejunabat: B. Catharina Adornii V. Regis Neapolitani Filia, sola Eucharistica victitabat: sancta Radegundis Galliarum Regina non solum adventum jejunio colebat, sed insuper diem hebdomadarium, in quem eo anno Festum Nativitatis inciderat, toto anno celebrabat, oratioui, eleemosynis, aliisque operibus religiose intenta; itaque meruit, ut anno 1590. die Mercurii, in quem eo anno Natalis Domini inciderat, pie moreretur, nempe ut cælo nasceretur. Cur autem ha sanctæ animæ ad celebranda Christi Domini Natalitia tanta cum devotione se præparabant? Nimirum scibant eum, qui primum Adventum Domini pie veneratur, non habere, de secundo pertimescat.

10. *Epilogus.* O Christianæ animæ! notate vobis has præxes, & industrias. *Parate viam Domini*, & auscultate pro comperto monitum S. Petri Chrysologi (*serm.* 140.), quod statim initio vobis inculcavi: *Sicut precedente Rege, & platea mundantur, & omnis civitas diversis floribus, & variis coloribus ornatur, ut nihil sit, quod minus dignum nitori Regis appareat: ita & nunc precedente Christo, Rege pacis, omne, quod vitiis est, auferatur e medio, & illucescente veritate fugatur mendacium, fugiat discordia, resplendeat concordia*, &c. ita, spero, fiet, quod sancta Mater Ecclesia ardentissimis votis expetit, ac exoptat, nimirum, ut unigenitum Dei Filium, *quem Redemptorem lati suscipimus, venientem quoque Judicem securi videamus, Dominum nostrum Jesum Christum.* (*Eccl. in Vigil. Nativ.*) Amen.

Domi-

Dominica IV. Adventus.

CONCEPTUS II.

De quarta extremi Judicii Circumstantia, & horrore, nimirum de separatione impiorum a Justis, & finali sententia.

Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Luc. 3.

EXORDIUM.

In die Judicii duæ tantum erunt hominum classes.

1. IN hac mortali vita secundum sapientiam mundi variæ sunt hominum differentiæ: sunt Reges, sunt Principes, sunt Comites, sunt Barones, sunt Episcopi, sunt Prælati, sunt Sapientes. Aliqui dicuntur divites, alii pauperes, aliqui felices, alii miseri, aliqui honorati, alii despecti, aliqui litterati, alii rudes. Atque hæc hominum differentia, proh! quantam facit statuum, officiorum, gradnum, titulorumque diversitatem! norunt id scribæ & cancellistæ, quibus sedulo laborandum, ne vel unicus tituli apex in litteris, aut diplomatis omittatur. Verum hæc vanitatum differentia in illa die penitus erit sublata: non ibi vel nominabitur amplius aliquis Augustissimus, Serenissimus, Excellentissimus, Gratiosus, Strenuus, aut Doctissimus, sed omnis hominum multitudo, non arcano illo discrimine, unice ad duas classes reducetur, nimirum vel *ad justos*, vel *ad peccatores*. Hanc hominum diversitatem solum ad duas classes reductam quodammodo perspicuam habeo ex hodierno Evangelio, quod unice mentionem facit de *valle*, & de *monte*. *Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur* (*Luc.* 3.) Quæritis, Auditores, quid per vallem intelligatur? respondeo, intelligi homines justos, & peccatores conversos: ita innuere videtur Isaïsenius: (*ap. Manss Æmar. hac. Dom.*) *Per valles recte acceperis quis peccatores contemptos apud homines, qui impenderunt gratia Evangelica, & exigendi ad confortium Regni cælorum.* Quæritis etiam, Auditores, quid intelligatur per montem, & collem? Respondeo, intelligi homines injustos, & peccatores obstinatos: ita venerabilis Beda (*Ap. Manss. l. cit.*): *Quid hoc loco montium, & collium nomine, nisi superbi homines designantur*, illi nimirum, qui peccando contra Deum se superbe erigunt? &c.

2. *Propositio.* Christiana pectora! hæc duplex hominum differentia mihi ansam dat, de quarta extremi Judicii circumstantia, & bene differendi, videlicet, de separatione justorum ab impiis, & finali sententia. Credite, quotquot hic præsentes adsumus, in illa die vel stabimus a dextris, & audiemus felicissimum illud: *Venite benedicti.* Vel stabimus (avertat Deus) a sinistris, & audiemus horribile illud: *Ite maledicti*, &c. &c.

§. I. *Moyses dividens populum figura Judicii.*

3. *Confirmatio.* Cum Patriarcha Moyses fidelem populum versus terram promissam duceret, transito Jordane, incidit in geminos montes, dictum unum Garizim, alterum Hebal; (*Deut.* 11.) hic ex præcepto Dei sequacem populum in duas turmas divisit, quarum unam ex sex tribubus a Lia & Rachele prognatis, constantem collocavit super montem Garizim, alteram itidem sex tribuum, ex ancillis & libertinis oriundarum, posuit supra montem Hebal: ibi ab universo populo clamabatur ex una parte benedictio, ex altera maledictio. Hæcest figura eorum, Auditores, quæ in judicii die contingent: postquam rigorosissimum examen circa actiones omnes hominum, uti ante octiduum audivimus, exitabsolutum, tunc *Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio justorum.* (*Matth.* 13.) &c. tribus legitimas collocabunt e dextra parte ad accipiendam benedictionem, videlicet Angelos, Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Confessores, Virgines. Ex læva parte ad recipiendam maledictionem statuent sex tribus spurias, videlicet Diabolos, Ethnicos, Hæreticos, Judæos, Mahumetanos, & impios Christianos.

Separabuntur justi ab injustis ut triticum a paleis.

4. Sanctus Domini Præcursor Joannes, qui tanquam sonora vox clamantis in deserto circa confinia Jordanis prædicavit Baptismum Pœnitentiæ, proposuit extremum Judicium, & vallem Josaphat sub similitudine areæ, in qua purgatur triticum: *Ventilabrum in manu ejus, & purgabit aream suam.* (*Matth.* 3.) Messis completa est per mortem universalem, collectio frugum per Resurrectionem, nunc cheu! quid fiet, cum triticum sub ventilabro probationem subire debeat? O quam avolabunt aceræ a granis truticeris! O quam avolabunt, & inter spurium triticum relegabuntur mitræ coronæ, insulæ, sceptra, processus judiciales, advocatiæ, & sententiæ! O quam avolabunt, & inter paleas reputabuntur Doctorum multa epomides, superpelliceæ, Religiosorum habitus, monialium velamina! O quam avolabunt, & ad ignem deputabuntur multa artificum, statuumque insignia, dolabræ, mallei, acus, subulæ, stivæ, & aratra! &c.

5. Considerate, Dilectissimi, quam luctuosa futura sit hæc separatio. Ibi prudentes Virgines, (*Matth.* 25.) resumptis corporum lampadibus, cum oleo bonorum operum intrabunt ad nuptias, fatuis vero clausa erit promerendi janua: ibi semen boni agri in horreum cæleste, (*ibid.* 13.) contra Zizania in fasciculos

ad comburendum colligentur: ibi oviculæ boni pastoris in ovile, econtra hædi in Lanienam luporum migrabunt: Ibi convivæ nuptiales ad cæli epulum, (*Matth.* 25.) econtra non vestitus veste nuptiali in tenebras ibit: Ibi boni pisces colligentur, mali autem foras mittentur: Ibi vasa honoris ad dexteram, vasa ignominiæ ad sinistram collocabuntur: Ibi *separabuntur Episcopi a Coepiscopis*, ut ait S. Ephrem, (*de Judic. c.* 8.) Sacerdotes a confæderatoribus, Diaconis a suis condiaconis: ex una parte stabit Petrus, ex altera Judas. *Separabuntur, qui aliquando Reges fuerunt*, ex una parte David, ex altera Saul collocabitur: separabuntur conjuges, ex una parte Esther, ex altera Assuerus apparebit, *unus assumetur, alter relinquetur*. (*Matth.* 24.) Separabitur Pater a filio, Mater a filia, frater a fratre, soror, a sorore, amicus ab amico, vicinus a vicino, & qui olim eodem contubernio, eodem opificio usi sunt: *Duo molentes, duo in agro*, separabuntur, & æternum sibi ultimo valedicent.

Invidia damnatorum erga Electos.

6. Proh! quanta tristitia, invidia, ac desperatione tabescent peccatores, cum viderint eos, quos in hoc mundo despexerunt, summis in honoribus, se autem plenos ignominia, & confusione adstare? quam liventibus oculis intuebuntur Principes suos subditos, Domini suos famulos, Magistri suos discipulos in consortium Angelorum assumptos? quo animo gentilium Imperatores aspicient sanctos Martyres in gloria, quos tamquam abjectissimam hominum fecem exquisitissimis tormentis a mundo eliminatam voluerunt? qua confusione ardebunt Prælati, Præsules, & animarum curatores, cum videbunt, se fuisse instar illorum fabrorum, qui Arcam Noe ad aliorum salutem fabricarunt, & deinde ipsimet diluvii aquis interierunt? Plane tunc pleni angustia, & perturbatione vociferabuntur. O nos infelicitos! ecce hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperii; *Ecce, quomodo computati sunt inter filios Dei!* (*Sap.* 5.) O quam consulto ambularunt thaudatorum semitam! nos autem cucurrimus vias vitiorum difficiles, & duce iniquitate incidimus in infernales hos latrones, &c.

§. II. *Sententia Judicis in Electos.*

7. Verum his infelicibus tacere justis loqui incipiet Judex: Nimirum amabilissimo vultu ad dextram partem conversus, invitabit Electos ad æternam beatitudinis fruitionem: *Venite Benedicti Patris mei*, possidete Regnum ab origine mundi vobis paratum: Venite ab exantlatis crucibus ad delicias, a labore ad requiem, a pugna ad triumphum, a tribulatione ad lætitiam: Venite: transiit labor & dolor, transierunt contemptus & pericula: benedicta sit anima vestra, & corpus, benedicta vita & mors, benedicta opera, eleemosynæ, orationes, jejunia, & pœnitentiæ. Venite, possidete regnum mea gratia, & vestra cooperatione vobis paratum: possidete regnum, quod nulla ætas, nullum periculum, nullæ hostium insidiæ vobis adiment, regnum, ubi omne malum exulat, & quidquid boni est, abundat. Venite, fruimini hoc regno filii mei, amici mei, consortes passionis meæ, benedicti Patris mei. &c. O felicem sententiam, quæ revera dignissima est gravissimo totius mundi labore, & austerissima Pœnitentia! quis non lubens valedicat his mundi deliciis, ut in illa die hanc sententiam audire mereatur? quis non nisse vitas perdere amet, ut tam amicam vocem ex ore Divini Judicis mereatur percipere? O quis jubilus, quæ Exultatio erit Beatorum sibi invicem applaudentium? quas grates rependent Deo Patri Creatori, Deo Filio Redemptori, Deo Spiritui sancto suo Sanctificatori? quas benedictiones dicent beatissimæ Mariæ Virgini, Angelo custodi, sacris Prædicatoribus, Institutoribus, & Monitoribus, qui suæ salutis fuerunt Promotores? quanta cum lætitia beatam dicet Laurentius suum craticulam, Sebastianus sagittas, Stephanus lapides &c.? quanta cum exultatione felicem pronuntiabunt sancti Confessores suam pœnitentiam? &c.

Sententia Judicis in reprobos.

7. Postquam reprobi ex altera parte ad majus (cum supplicium audierunt sententiam Beatorum, percepturique felicitatem, quam ultro amiserant, tunc Christus austerissimo vultu ad eos conversus, detonabit infelicem damnationis sententiam: *Discedite a me maledicti in ignem æternum*. Discedite a me Deo vestro, quem in æternum non amplius estis visuri, a me summo Bono, quod nunquam estis possessuri, a me fine vestro ultimo, quem nunquam estis consecuturi. Discedite a mea amicitia, a meo præsidio, a meo regno, a mea felicitate. Discedite a cælesti Solyma, qua vestra debuisset esse æterna patria. Discedite a consortio Cælitum, a patrocinio sanctissimæ meæ Matris, quam inimicum potius, quam Matrem habere maluistis. Discedite in locum maledictum, in dæmonum potestatem, ubi non nisi dolor & mœror, fames & sitis, tenebræ & tormenta vos obruent æternum. Discedite in ignem, ibi sine refrigerio asturi non centenis, non millenis, non millenibus annorum, sed annis infinitis, &c. O terribilem sententiam! cheu! quam attoniti stabunt damnati hoc irrevocabili tonitru fulminati! Philippus II. Hispaniarum Monarcha duos Aulicos in templo irreverenter garrulos a conspectu suo, & ea aula facedere jussit, & ecce duo hi hoc fulmine ita fuerunt conterriti, ut lenta agritudine contabuerint. Si hoc valuit ira mortalis Principis, cheu! quale fulmen erit ira animi damna-

damnatorum infelix sententia? Certe desperandi in inconditos clamores, ac rugitus erumpent, illi præsertim, qui in hac vita delicati, honorati, adorati fuerunt. O bone Deus, in hoc orbe erant Seren. filiuli, Excellentissimi, Dotissimi, tunc autem damnati: in hoc mundo erant Pulcherrimi Duces, Marchiones, tunc autem damnati: Tunc præ confusione, & rabie clamabunt quidem montibus, & tupibus: *cadite super nos, & operite nos!* verum mox a dæmonibus, velut errabundæ oves a rabidis lupis, invadentur, & a fumantibus terræ fluctibus absorbebuntur, in æternum hanc cæli faciem, hunc Deum, hos sanctos Cælites non amplius visuri. His peractis, etiam Electi pulcherrimo ordine Christum Ducem, ac Regem suum ad cæli gaudia sequentur, modulabuntur cantilenas suavissimas, denique laudes cantabunt, cujus gratia salvati sunt, donec tandem, interioribus cælis penetratis, intrabunt cælum Empyreum, ubi cum Deo æternum regnaturi, ac lætaturi sunt, &c. &c.

8. *Epilogus.* En, mi Christiane, hoc est illud judicium, quod nos omnes exspectat. Die; quid ad ista, quæ quaterus ab hinc Dominicis per adventum hucusque audisti? credis esse indubitatos fidei nostræ articulos, aut putas esse fabulosa commenta? credis indubitanter, te quoque esse ex eorum numero, qui in illa die aut maledictionem, aut benedictionem recipient? ita est, mi Christiane; ita fiet: pro certo eris, tu, qui me audis, præsens eris in hac tragœdia, tu, tu stabis aut a dextris, & audies felicissimum illud: *Venite Benedicti*: aut stabis a sinistris, & audies infelicissimum illud: *Discedite maledicti*: quid agis, obdormis? cur non omnibus viribus te paras illi diei? Nonne verum est, si comparandum est, coram Judice terreno in causis tantum unius aut alterius floreni, diu noctuque studes, qua arte impetrare possis favorabilem sententiam? Cur ergo non ipsiem sollicitus es pro judicio, ex quo pendet æternitas? quæso si jam modo coram tribunali Divino comparendum esset, quam sententiam posses sperare? quid dictat tibi tua conscientia? Nonne pralagit tibi infausta omnia? Ah! per salutem tuam te igitur obtestor: consule rebus tuis, dum tempus est, nunc pœnitentiam amplectere, nunc veniam roga, nunc cura, ut *unigenitus Dei Filius, quem Redemptorem sæculi suscipimus, venientem quoque Judicem securi videamus Dominum nostrum, Jesum Christum, qui cum Deo Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum, Amen.*

Dominica IV. Adventus.

CONCEPTUS III.

De fructibus, ac effectibus veræ, & sinceræ Pœnitentiæ.

Et venit in omnem regionem Jordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Luc. 3.

EXORDIUM.

In Veteri & nova lege semper inculcatur pœnitentia.

1. BEnignissimus Deus peccatis hominum gravissime offensus, per omne Vetus Testamentum nihil commendavit efficacius, nihil requisivit severius, nihil inculcavit frequentius, quam pœnitentiam, pœnitentiam, pœnitentiam: evolvamus Scripturam, & inveniemus fere tot exhortationes ad pœnitentiam, quot Capita: quid aliud luculentius repræsentant nobis gesta Historica, quam tragicos eventus, quibus Divina Nemesis auctore punivit mundi crimina? Quid aliud ingeminant nobis Prophetica oracula, quam impendentem Numinis iram, plagas temporales, & æternas, nisi læsæ Dei justitiæ ob admissa scelera satisfacere satagamus? Vix Solium invenire est per totum antiquæ Legis codicem, ubi non clamatur pœnitentia. Quæ cum ita sint, existimari potuisset, Sanctum Joannem Baptistam, qui Novæ Legis Præco, & Præcursor est, novam etiam, & diversam ab illa vetere doctrinam allaturum. Et ecce! reperit antiquam æniam, *prædicat Baptismum pœnitentiæ* (*Luc.* 3.), hanc Pharisæis denuntiat, hanc populo commendat, hanc auditoribus millies inculcat, hanc ad salutem necessariam esse clamitat. Quæso, cur tot, ac tanti clamores de pœnitentia? Christiani Auditores, percipite rationem, & obstupescite. Ideo tot clamores, quia & antiquis temporibus raro inventa est in mundo, & modernis raro invenitur vera, ac sincera pœnitentia. Ut video, exhorrescitis ad inaudituni hoc fulmen? Esto, quod exhorreatis: verissimum tamen est, quod dico, & repeto: raro invenitur vera, ac sincera pœnitentia: assertum hoc non est meum, sed Divi Ambrosii dicentis (*lib.* 2. *de pœnitent. cap.* 10.): *Pœnitus inveni, qui innocentiam servaverint, quam qui egerint pœnitentiam*, &c. Sed numquid, ait nonnemo, videmus quotidie confitentes ad sacra tribunalia accurrere. Hoc ipsum est, quod deploro. Errore decumpo, decipiuntur multi Christianorum, præsertim e simplici, & Rustica plebe, qui plene sibi persuadent rem omnem compositam esse, si post commissa enormia peccata coram sacro Judice reos se agant, una vel altera vice

Pectus tundant, & exiguæ orationis satisfactionem deproperent, &c.

Quia pœnitentia raro sit sincera.

2. *Propositio.* O mei Christiani! Pœnitentia, quam Deus ad salutem requirit, non est adeo facilis, & obvia, ut angustis limitibus tam perfunctoriæ actionis circumscribatur: habet illa, si vera sit, notas suas, habet fructus & effectus, ex quibus dignoscitur, an sit sincera. Ideo clamavit Dominus Præcursor: *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* (*Matth.* 3.) &c. Quæritis, quinam sint hi fructus, & effectus? Dicite autes, & animum, atque eos in præsentiarum explicabo: O quam multi deprehendent, qui sibi hactenus de pœnitentia blandiebantur, se ab ea quam remotissime abesse! &c. Serviet nobis hæc dissertatio ad solvendum ingens dubium; videlicet cur Sancti Patres opinentur, plurimam Christianorum partem æternaliter periturum, cum tamen paucissimos videamus sine Sacramentis decedere. Attendite: erudimini: Fayete.

Debet enim habere fructus, & effectus suos.

3. *Explicatio.* Quid est ergo pœnitentia? Pœnitentia est serius, ac constans animi dolor de peccatis commissis, qui necessario mutationem hominis tam internam, quam externam post se trahere debet. In hac descriptione quoad Substantiam conveniunt fere omnes Sancti Patres, & Spiritus Magistri. Si quævis perfunctoria, & superficialis peccati detestatio ad pœnitentiam sufficeret, quis mihi dixerit, cur Judas a numero vere pœnitentium excluditur? reddidit enim pretium sanguinis, & confessus est crimen inquiens: *Peccavi, tradens sanguinem justum.* (*Matth.* 27.) Non igitur seria pœnitentia ex affectu solum desumenda est, sed vel maxime ex effectu, id est, ex fructibus suis. Quinam sunt isti fructus & effectus? sunt præcipue triplicis generis.

§. I. *Primus fructus est studium bene vivendi.*

4. *Confirmatio.* Primus vera pœnitentiæ fructus est mutatio vitæ, quæ consistit in solerti studio bene vivendi, Deo placendi, & quotidie proficiendi; sicut enim peccatum est aversio a Deo, & conversio ad creaturas; ita vicissim pœnitentia est aversio a creaturis, & conversio ad Deum, dicente Isaia: *Convertimini, filii, in profundum recesserunt:* (*Isa.* 31.) Hinc per omnem Scripturam, ubi mentio fit de pœnitentia, ordinarie illa exprimitur hujusmodi vocibus: *Revertì, converti, redire ad cor, exuere veterem hominem*, & quæ sunt similia.

5. Scripturarum interpretes laborant in illo vaticinio Jonæ de subversione urbis Ninive, dubitantque, quomodo sine veritatis dispendio propheta dicere potuerit: *adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur:* (*Jon.* 1.) cum tamen previderit Deus, Ninivitas pœnitentes gratiam, ac remissionem impetraturos? S. Augustinus reponit, vaticinium omnino fuisse completum, & urbem subversam: non quidem eo sensu, quod mœnia sint diruta, domus flammis haustæ, palatia e fundamentis evuta; sed eo sensu, quod mores hominum sint destructi: ubi antea dominabatur libido, nunc videbatur castitas: ubi antea intemperantiæ, nunc sobrietas; ubi antea immisericordiæ, nunc pia liberalitas. Verba Augustini (*ap. Sperant. script. fol. puncti* 107.) sunt; *Exutibus moribus, & domibus, eversa est civitas in perditis moribus.* En mei Christiani! hæc est illa mutatio, quam post se trahere debet vera pœnitentia: ne, quæso, sibi blandiantur de bene peracta pœnitentia, qui postea tam nigri sunt, quam antea: qui e sacro tribunali hodie exeuntes, cras jam iterum ad lusus, ad ludos, ad locos, ad nugas, ad popinas, ad cantharos, ad mundanas vanitates & pristina deliramenta convolant. Qui bene pœnituit, ad ista non tam cito sentit orexin; sed sollicitus est de vita ordinata, de obedientia præceptorum, de conservanda animi puritate, de adquirenda virtute. Ecce! si quis agrum quidem a lolio purgaret, semen autem nunquam in eo spargeret, numquid risu, quam mercede dignior esset illius labor? ita in proposito nostro loquitur venerabilis Beda: (*in illud Isaiæ: Lavamini, mundi estote.*) *Quid prodest spinis purgare agrum tuum, si non etiam aratro scindas, & sacra semen in eo? Ita qui deserit peccata & ea non plangit pœnitendo, nec bonum postea facere confuescit: numquid fructuosum est peccata deserere, & bene non facere?* &c. O quam bene facer Textus de illo pœnitentiæ speculo enuntiat: *Venit Maria Magdalena, & altera Maria.* (*Matth.* 28.) Verè altera, subinfert hic Chrysostomus (*ap. Sper. ubi supra.*) nam amplius, quæ fuerat, non erat. Nota tibi hoc, mi Christiane! pœnitentia mutat hominem, aut si non mutat, pœnitentia non est.

§. II. *Secundus fructus est odium peccati.*

6. Secundus pœnitentiæ fructus est irreconciliabile odium adversus peccatum. Dicitur, ejusmodi homines, qui aliquando a vipera venenoso icta fauciati sunt, posthuminio tanta antipathia adversus hoc animalculum indui, ut vipera haud procul præsente, utut nondum visa, tota facie impallescant, & gelido sudore perfundantur. Talis debet esse horror pœnitentis adversus peccatum, a quo semel in toxicatus est: Timor Domini, quo tanquam scuto obarmatur, meticulosum eum reddere debet etiam adversus umbram peccati: vultis hujus rei exemplum? Davidem considerate: Jessæus Rex, cum tempore messis in spelunca Odollam quasi captivus detinebatur, ardente siti corripitur hausitum frigidæ anhelabat; ibant ergo tres virorum fortissimi, & per medios hostium cuneos generose penetrantes e cisterna in Bethlehem aquam afferebant. Quid accidit? sitibundus Rex *noluit bibere, sed libavit eam Domino.* (2. *Reg.* 23.) Cur ita? an non licuit illi bibere? licuit utique: quare ergo effudit? percipite Mysterium: scitis, ni fallor, qua ratione David a concupiscentia sua pessime seductus alienam mulierem scelerate deperierit; nunc igitur facti pœnitens in rebus etiam licitis concupiscentiæ non vult confidere: ita in hunc locum notat Eucherius: (*ap. Sper. loc. cit.*) *In sacrificium Domini aqua effusa est; quia culpam concupiscentiæ mollivit per pœnitentiam: & qui quondam concupiscere alienum conjugem nequaquam timuit, postea etiam, quia aquam concupiscit, expavit.*

7. Ex quibus satis patet, quid de pœnitentia eorum censendum sit, qui peccatum luxuriæ, aliaque quidem in confessione deponunt, illicita autem peccati acutiquam reformidant: dicunt se omnem libidinem deinceps serio detestaturos; interim retinent munuscula, eclypa, & litteras, quas interdum non sine teneritudine relegunt. Præterea sunt nonnulli, qui a diuturno tempore in occasione proxima viciantes, turpissimorum scelerum assuetudinem contrahunt: jubentur igitur a sacro conscientiæ arbitro, ut paleam ab igne removeant, id est, domo illa exeant, in qua citra damnationis periculum versari non possunt: quid agunt? spondent quidem, & jurant se id facturos, sed postea in eodem luto hærent, in eadem domo, ac familiaritate perseverant. O fallaces Dei deceptores! O larvatos pseudo-pœnitentes! scitis quomodo hujusmodi Confessiones mihi videantur? dicam in simili. Solent nonnunquam ludentes pueruli aviculam filo alligatam tenere, interdum permittunt in altum evolare miseram volucrem, sed dum illa sibi jam evasisse videtur, denuo retrahunt. Ita ludit infernalis damon cum id genus pœnitentibus; finit eos interdum avolare ad sacram concionem, ad Confessionis tribunal; sed statim iterum in casses suas retrahit; quo filo? amore occasionis, consuetudinis, & pristinæ familiaritatis.

8. Audite, vos miseri, & exhorrescite! suadeo omnino, ut hujusmodi Confessiones penitus omittatis: quare? quia præstat sine, quam cum illis damnari; saltem habebitis infernum mitiorem. *Qui lavat laterem crudum, quanto magis diluerit, tanto magis lutosum facit;* ait Ven. Beda (*in verba Dan. 9. Obsecro Domine Deus &c.*) ita vos, quo frequentius Confessiones peragitis, tanto sordidiores evadilis; qua de causa? quia ubi remanet propensio ad peccatum, ubi non tolluntur occasiones, præsertim proximæ, signum est, quod pœnitentia sit inanis, sacrilega, & inferno digna. &c.

§. III. *Tertius fructus est mortificatio passionum.*

9. Tertius denique pœnitentiæ fructus est pia quædam austeritas, qua pœnitens per voluntatis pœnalitates in se ipso admissa crimina castigat; vera enim pœnitentia generat laudabile odium sui ipsius; nostis autem utique eos, quos odimus, duriuscule tractari. Vos mundani homines cilicia, jejunia, & mortificationes, uti vocamus, ad claustra Anachoretarum, & Monachorum damnatis; vos in furias exardescitis, si post enormia crimina facer animi arbiter unicam diem efluriolem pro satisfactione sacramentali vobis injungat; interim sub vivaci scintilla glisciunt degravatæ passiones, & libidinis ardor, peccatorum Reliquiæ, quæ nisi vi suppeditantur, flaille in priores flammas erumpunt. Petit a nobis Deus; *Sacrificate sacrificium justitiæ* (*Psal.* 4.), per hoc sacrificium intelligit Augustinus (*ap. Sperant. psall. 136. script. fol.*) pœnitentiam: S. Remigius vero ait, peragi hoc sacrificium, domedio tollendo tumum superbiæ, porcum avaritiæ, hircum luxuriæ, serpentem iræ, canem invidiæ, lupum gulæ, & onagrum accidiæ; qui nisi jugulentur, nisi mortificentur, prob quanto denuo mala adorant!

10. Reflectamus oculos nostros ad exempla Sanctorum vere pœnitentium: non illi per commissorum confessionem rem omnem compositam esse arbitrabantur, sed quanto antea deliquerunt gravius, tanto magis culpam in se postea puniverunt severius: Magdalenam intuimini, vere pœnitentium principem: O quam exacte illa pœnitentiam commentata vit delictis! Membra omnia corporis, quæ prius servierant ad vanitatem, jam ad obsequium Redemptoris adduxit per piam auctoritatem: prius oculos lasivis obtutibus pavit, jam ex oculis profundit lacrimarum imbres: prius capillorum cincinnis libidinosa corda attraxit, jam capillos tergendis Christi pedibus applicat: prius ore impudica verba eructabat, jam ore pedibus Salvatoris castissima oscula imprimit: prius minio & cerussa genus unguentabat, jam unguenta pretiosa plantis sponsi affricat: Verbo; se totam impendit Domini obsequio, quæ se totam antea impendebat peccato, *ut totum serviret Deo in pœnitentia, quidquid in se Deum contempserat in culpa*, ait S. Gregorius. (*hom. 15. in Ev.*) En mi Christiane! hoc est vere pœnitere, atque in hunc ipsum sensum Apostolus Paulus (*Rom. 6.*) admonet omnes pœnitentes: *Sicut exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem*; id est, prout hæc verba illustrat Origenes (*in Rom. 6.*): si prius pedes vestri currebant ad effundendum sanguinem, nunc currant ad liberandum: si prius manus vestræ protendebantur ad aliena diripienda, nunc protendantur ad largienda propria: si prius oculi evolabant ad aucupandam lasciviam, nunc humi defixi componantur ad modestiam; si prius deliquistis per gulam & intemperantiam, nunc caro affligenda est per abstinentiam. Paucis omnia; proportionanda est pœnitentia peccatis: si ajus,

mi Christiane, hoc nimis arduum esse: respondeo, eheu! nondum intelligis, quam enormis offensa Divinæ Bonitatis sit peccatum, nondum pœnitentia tua est seria, ac sincera. &c. &c.

11. *Episcopus.* Pinio, & jam non amplius miror asserere sanctos Patres, quod plurima pars Christianorum sit æternum interitura, cum tamen pauciſſimi sine Sacramentis decedant: Videlicet, quia sunt peccata plurima, & rarissima pœnitentia, &c. &c.

Dominica infra Octavam Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi.

CONCEPTUS I.

Annus moriturieus facit Confessionem generalem ante mortem.

Confitebatur Domino. Luc. 2.

EXORDIUM.

Annus ægrotat proximus morti.

1. DUm cathedram conscendo, ecce votum ad ægrotum morituriendum: morbus lethalis est, nec facile ager ultra medium noctis vitam protrahet. Quis ægrotat? annus millesimus septingentesimus trigesimus: hodie ultimam diem agit, & paullo post anno sequenti locum cedet. Bene tamen dispositus est, & cupit Confessionem facere. Cui volupe est, me comitetur ad ægrotum, mihi perinde est, debebit annus morituriens publice confiteri, nec deerunt puncta, quæ quilibet sibi annotare poterit.

Confessionem facit.

2. *Propositio.* Mi bone ager, ad extremum deventum est, laboras morbo phthisico, & caduco incurabili, stas præfloribus æternitatis, utique amabis expiare conscientiam? Ita Domine. Dic ergo, quæ delicta animum angunt? Pauca: indignatiunculam interdum habui, modicum juravi, præterea nihil: Itane? præterea nihil? compendiosa Confessio est; debemus profundius scrutari latebras, & ut nihil inexpiatum remaneat, percurramus Decalogum: &c. cito ad rem.

3. *Confirmatio.* Primum præceptum sic habet: *Ego sum Dominus Deus tuus: non habebis Deos alienos coram me.* Circa &c. Ea mi ager, Dominus Deus zelotes est sui honoris, & antea omnia fartum, integrumque cupit suum cultum, ac Religionem mille titulis sibi debitam; neque solum transgrediuntur hoc præceptum idololatræ, ac infideles, qui idola erigunt, aut unum ex attributis Dei impugnant, sed etiam Christiani, qui minus honorifice de Deo, & sanctissima ejus lege sentiunt: Dicergo, mi anne, an nunquam fidei mysteria curiosa segutatione penetrare, aut omnino in dubium vocare voluerit? audio de te, quod in popinis, cantharis sæpe in frivolas ejusmodi voces eruperis: Non est Deus, non est anima immortalis: non est infernus; hoc tantum blaterant popæ, ut terriculamenta faciant. Miser! non potest stramineum tuum caput capere vel unius floſculi genesin, & putas te penetraturum arcanissima fidei mysteria? Præterea animadverti in te in adversis grandem erga Deum diffidentiam, in morbis, in capitis, aut dentium doloribus adhibuisti cantiones suspectas, rhythmos aut characteres obscuros, cyngarorum, aut agyrtarum commenta: quid hoc rei? Mulier Chananæa in sua afflictione non ad Deum Aaaron, sed ad Christum confugit. Dic, mi anne ager, nonne in his reus es? ita, mi Domine, reus sum.

Præceptum secundum.

4. Pergamus ad alterum præceptum: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.* En mi ager, Divinus Legislator per hoc præceptum sanctissimo suo nomini consultum cupit, quod sæpe ad res vanas, & inutiles absque ulla necessitate adhibitum tui pissime inhonoratur; ideo alio in loco monet Deus: *sit sermo vester est est, non non.* An putas, te hac ex parte innocentem? quando, unde ergo tam ignominiosa jurandi assuetudo? nihil te affirmare posse existimas, nisi ejusmodi jurandi formulas addideris: Per meam fidem, per meam animam, quam vere Deus est, diabolus me rapiat &c. quid dicam de inhonoratione Sacramentorum? quæso, quæ causa subest, quod infantes tam difficulter addiscant, quot sint Sacramenta? nempe confundantur, & perplexi fiunt: domi audiunt esse mille, in cathechesi audiunt esse septem. Dic, mi anne ager, nonne hoc etiam puncto te reum esse fateris? Ita Domine, fateor, reus sum. Ulterius.

Præceptum tertium.

5. *Memento, ut diem Sabbathi sanctifices.* En mi ager, concessit Dominus Deus homini ad sua negotia septem dies, centum & sexaginta octo horas, ex his suo honori reservavit horas non ultra viginti quatuor: verum eheu! ex tota septimana vix una hora bene consecratur Deo. Nonne verum est, cum alterum jamjam signum ad res Divinas campana sumuit, plerumque adhuc sternebas in plumis, tum vix cruce signatus, & necdum bene absterso ex oculis somno ita templum reptasti: hic quanta irreverentia, & garritio, quasi omnis fabula hac fuerit dilatus! cum paullo prolixior erat concio, aut officium Divinum, statim murmurare, aut dormire solebas, cum tamen novem aut decem horæ, uno consistu in popinis protractæ, haud tibi fuerint fastidiosæ. Domi, proh! quantum temporis sacræ diei per labores non necessarios sustraxeris! vidi te festa luce carpenta, & curtas componere, falces acuere, barbam radere, balneare, sanguinem mittere, equos ungulare, frumenta in urbem vehere, molere, veredarium agere, & quod ferme fuissem oblitus, bibere. Bone Deus! utique non erit prohibitum bibere? Non est prohibitum; verum diebus sacratioribus Beatæ Virginis, & Apostolorum in ferum usque noctem, & ad denſam usque crapulam compotationes protrahere, id vere Christianum non est: quid mirum, quod Dominus Deus incipiat odisse dies sacras, per Isaiam enuntians, *sollemnitates vestras odivit anima mea;* (*Isa.* 1.) quia Divina majestas nunquam tere petulantias, quam diebus sacris offenditur, & inhonoratur. Dic, mi anne ager, nonne hoc ex parte reum etiam te nosti? Ita, Domine, reum me novi. Pergamus.

Præceptum quartum.

6. *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam.* Tria prima præcepta sunt ad Deum, cetera septem ad proximum: ubi Deus ante omnia honoribus genitorum prospicere voluit. Colendi sunt Parentes, nec coluntur sine mercede; addit enim expresse Divinus Legislator: *Ut sis longævus super terram.* Dic, mi anne ager, cur tam brevis es super terram? cur medio flore emoreris? ah! metuo, ne huic præcepto nulla in re feceris satis. Quid enim ni? quoties a parentibus, a superioribus missus ad concionem, ad cathechesin, sublato supercilio, distortis labiis ibas, quo volupe erat? quoties errorum admonitus, hac vel illa societate interdictus petulantibus verbis, ogganniebas? si ventum est ad minas, ad verbera, tu non legnior manum percussurus eriegebas. Quid? contra parentem? ita est. O maledicta manus! manus S. Xaverii, S. Regis Stephani, S. Oswaldi incorrupte perseverarunt post mortem; at manus, quæ contra parentem erigitur, digna est, ut illo momento, velut manus Jeroboami, arefiat, computrescat. Præterea edic, quam curam tuorum liberorum habuisti? vagantur illi in compitis, in gurgustiis, in conventiculis, ilertunt, otiantur, & integra die, aut ultra e domo emanentes, nescio ubi moceantur, & nihil tibi curæ est? questo, si porcus, si vitulus vespertino pastore in stabulum non redeant, quid agis? in quatemas orbis partes indagatores emittis: ergo porcum, ergo vitulum magis curas, quam filium, quam filiam biduum aut triduo e domo absentem? sollicitior fuit hac ex parte Jacobus Patriarcha, qui Josephum filium ad fratres in campum ablegans jusserat: *Renuntia mihi, quid agatur.* (*Gen.* 37.) Nonne, mi anne ager, hac ex parte accusas incuriam tuam? Ita est, Domine, accuso. Jam ad quintum præceptum.

Præceptum quintum.

7. *Non occides.* Hic innocentem te credes, mi ager, & inimicitias, rancores, injurias, vindictæ cupiditates nulli tibi conscientia ducet: sed missis istis, scias velim duplicem esse vitam, quæ occidi possit, corporalem & spiritualem: prima illa occiditur gladio, altera scandalo: audi quid S. Gregorius (*in Pastorali p. 3. c. 5.*): *Nolo existimare te homicidam non esse quando fratri tuo maledixisti.* Nunquam ais mala persuasi: respondeo, distinguo: Voce, concedo: exemplo, nego. Quid tua illa risendi lascivia, quid in Divinis somnolentia, in potu intemperantia, in verbis procacitas, in actionibus impudentia, quid aliud post se trahere poterant apud aspicientes, quam morum depravationem? ut ut cetera taceam, quæ causa fuisset, quod nonnunquam pueri, puellæque, in quibus primeva adhuc innocentia vigere deberet, jam ad pudenda subinniant? proh pudor! causa est, quia conjuges in rebus conjugalibus incauti sunt, aut liberos jam doli, ac malitiæ capaces in uno cubiculo, aut lectu collocent. Nonne, mi anne ager, hoc ex capite reum te innocens nosa es? Non sum, Domine, ex animo me accuso: &c. Progrediamur ad præceptum sextum.

Præceptum sextum.

8. *Non mœchaberis.* Absit a me, mi anne ager, ut in hac materia te doceam potius, quam dedocear: ipsemet consule oculos tuos, interroga manus, conscientiam, corporis ornatum, imaginationes, verborum impudicitiam. Solum unius, aut alterius mentionem faciam: audio de te, quod verba, & cantilenas, in Veneris luxuria natas, frequenter usurpaveris: audio de te, quod sit peccatum familiaritatem, diu tibi congenitum, superioribus non detexeris: audio de te, quod noctu surgere, in plateis vagari, cum amatis aut amicis prolixe colloqui solitus fueris: audio de te, quod in choreis, quæ sunt aucupia diaboli, immoderate versatus sis: in ejusmodi conventiculis perpetrantur deinde infinita, quæ postea sacrilego pudore in Confessionibus diu celantur, & mille mala consequuntur. O damnata procandi assuetudo! an ego nemo juvenum, nemo puellarum ad matrimonium aspirare valet, nisi cui sacrilega impudentia prius præluserit? Dic, mi anne ager, nonne omnis tua lascivia ab hujusmodi licentiis, & conventiculis ortum traxit? ita est, Domine, ex animo accuso me, &c. Præceptum septimum.

Præceptum septimum.

9. *Non furtum facies.* Regius Propheta, ubi qualitates describit hominis, qui ascendere sit montem Domini, aut stare possit in loco sancto ejus, expresse requirit, ut sit *innocens manibus & mundo corde.* de manibus enim primum locuti sumus, jam dic, mi anne ager, an a contrectatione rei alienæ, & manibus innocens sis. Innocentissimus, inquis! Quomodo ergo illis chartiſolis, aleis vacare potes? Res ista peculium exigit, & hoc felicitis artibus nequeat, illicitis procuratur, clepsuntur obsita quæque, vendantur vestimenta, libri, lintea, & quid-

mi Christiane, hoc nimis arduum esse: respondeo, eheu! nondum intelligis, quam enormis offensa Divinæ Bonitatis sit peccatum, nondum pœnitentia tua est seria, ac sincera. &c. &c.

11. *Episcopus.* Pinio, & jam non amplius miror asserere sanctos Patres, quod plurima pars Christianorum sit æternum interitura, cum tamen pauciſſimi sine Sacramentis decedant: Videlicet, quia sunt peccata plurima, & rarissima pœnitentia, &c. &c.

Dominica infra Octavam Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi.

CONCEPTUS I.

Annus moriturieus facit Confessionem generalem ante mortem.

Confitebatur Domino. Luc. 2.

EXORDIUM.

Annus ægrotat proximus morti.

1. DUm cathedram conscendo, ecce votum ad ægrotum morituriendum: morbus lethalis est, nec facile ager ultra medium noctis vitam protrahet. Quis ægrotat? annus millesimus septingentesimus trigesimus: hodie ultimam diem agit, & paullo post anno sequenti locum cedet. Bene tamen dispositus est, & cupit Confessionem facere. Cui volupe est, me comitetur ad ægrotum, mihi perinde est, debebit annus morituriens publice confiteri, nec deerunt puncta, quæ quilibet sibi annotare poterit.

Confessionem facit.

2. *Propositio.* Mi bone ager, ad extremum deventum est, laboras morbo phthisico, & caduco incurabili, stas præfloribus æternitatis, utique amabis expiare conscientiam? Ita Domine. Dic ergo, quæ delicta animum angunt? Pauca: indignatiunculam interdum habui, modicum juravi, præterea nihil: Itane? præterea nihil? compendiosa Confessio est; debemus profundius scrutari latebras, & ut nihil inexpiatum remaneat, percurramus Decalogum: &c. cito ad rem.

3. *Confirmatio.* Primum præceptum sic habet: *Ego sum Dominus Deus tuus: non habebis Deos alienos coram me.* Circa &c. Ea mi ager, Dominus Deus zelotes est sui honoris, & antea omnia fartum, integrumque cupit suum cultum, ac Religionem mille titulis sibi debitam; neque solum transgrediuntur hoc præceptum idololatræ, ac infideles, qui idola erigunt, aut unum ex attributis Dei impugnant, sed etiam Christiani, qui minus honorifice de Deo, & sanctissima ejus lege sentiunt: Dicergo, mi anne, an nunquam fidei mysteria curiosa segutatione penetrare, aut omnino in dubium vocare voluerit? audio de te, quod in popinis, cantharis sæpe in frivolas ejusmodi voces eruperis: Non est Deus, non est anima immortalis: non est infernus; hoc tantum blaterant popæ, ut terriculamenta faciant. Miser! non potest stramineum tuum caput capere vel unius floſculi genesin, & putas te penetraturum arcanissima fidei mysteria? Præterea animadverti in te in adversis grandem erga Deum diffidentiam, in morbis, in capitis, aut dentium doloribus adhibuisti cantiones suspectas, rhythmos aut characteres obscuros, cyngarorum, aut agyrtarum commenta: quid hoc rei? Mulier Chananæa in sua afflictione non ad Deum Aaaron, sed ad Christum confugit. Dic, mi anne ager, nonne in his reus es? ita, mi Domine, reus sum.

Præceptum secundum.

4. Pergamus ad alterum præceptum: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.* En mi ager, Divinus Legislator per hoc præceptum sanctissimo suo nomini consultum cupit, quod sæpe ad res vanas, & inutiles absque ulla necessitate adhibitum tui pissime inhonoratur; ideo alio in loco monet Deus: *sit sermo vester est est, non non.* An putas, te hac ex parte innocentem? quando, unde ergo tam ignominiosa jurandi assuetudo? nihil te affirmare posse existimas, nisi ejusmodi jurandi formulas addideris: Per meam fidem, per meam animam, quam vere Deus est, diabolus me rapiat &c. quid dicam de inhonoratione Sacramentorum? quæso, quæ causa subest, quod infantes tam difficulter addiscant, quot sint Sacramenta? nempe confundantur, & perplexi fiunt: domi audiunt esse mille, in cathechesi audiunt esse septem. Dic, mi anne ager, nonne hoc etiam puncto te reum esse fateris? Ita Domine, fateor, reus sum. Ulterius.

Præceptum tertium.

5. *Memento, ut diem Sabbathi sanctifices.* En mi ager, concessit Dominus Deus homini ad sua negotia septem dies, centum & sexaginta octo horas, ex his suo honori reservavit horas non ultra viginti quatuor: verum eheu! ex tota septimana vix una hora bene consecratur Deo. Nonne verum est, cum alterum jamjam signum ad res Divinas campana sumuit, plerumque adhuc sternebas in plumis, tum vix cruce signatus, & necdum bene absterso ex oculis somno ita templum reptasti: hic quanta irreverentia, & garritio, quasi omnis fabula hac fuerit dilatus! cum paullo prolixior erat concio, aut officium Divinum, statim murmurare, aut dormire solebas, cum tamen novem aut decem horæ, uno consistu in popinis protractæ, haud tibi fuerint fastidiosæ. Domi, proh! quantum temporis sacræ diei per labores non necessarios sustraxeris! vidi te festa luce carpenta, & curtas componere, falces acuere, barbam radere, balneare, sanguinem mittere, equos ungulare, frumenta in urbem vehere, molere, veredarium agere, & quod ferme fuissem oblitus, bibere. Bone Deus! utique non erit prohibitum bibere? Non est prohibitum; verum diebus sacratioribus Beatæ Virginis, & Apostolorum in ferum usque noctem, & ad denſam usque crapulam compotationes protrahere, id vere Christianum non est: quid mirum, quod Dominus Deus incipiat odisse dies sacras, per Isaiam enuntians, *sollemnitates vestras odivit anima mea;* (*Isa.* 1.) quia Divina majestas nunquam tere petulantias, quam diebus sacris offenditur, & inhonoratur. Dic, mi anne ager, nonne hoc ex parte reum etiam te nosti? Ita, Domine, reum me novi. Pergamus.

Præceptum quartum.

6. *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam.* Tria prima præcepta sunt ad Deum, cetera septem ad proximum: ubi Deus ante omnia honoribus genitorum prospicere voluit. Colendi sunt Parentes, nec coluntur sine mercede; addit enim expresse Divinus Legislator: *Ut sis longævus super terram.* Dic, mi anne ager, cur tam brevis es super terram? cur medio flore emoreris? ah! metuo, ne huic præcepto nulla in re feceris satis. Quid enim ni? quoties a parentibus, a superioribus missus ad concionem, ad cathechesin, sublato supercilio, distortis labiis ibas, quo volupe erat? quoties errorum admonitus, hac vel illa societate interdictus petulantibus verbis, ogganniebas? si ventum est ad minas, ad verbera, tu non legnior manum percussurus eriegebas. Quid? contra parentem? ita est. O maledicta manus! manus S. Xaverii, S. Regis Stephani, S. Oswaldi incorrupte perseverarunt post mortem; at manus, quæ contra parentem erigitur, digna est, ut illo momento, velut manus Jeroboami, arefiat, computrescat. Præterea edic, quam curam tuorum liberorum habuisti? vagantur illi in compitis, in gurgustiis, in conventiculis, ilertunt, otiantur, & integra die, aut ultra e domo emanentes, nescio ubi moceantur, & nihil tibi curæ est? questo, si porcus, si vitulus vespertino pastore in stabulum non redeant, quid agis? in quatemas orbis partes indagatores emittis: ergo porcum, ergo vitulum magis curas, quam filium, quam filiam biduum aut triduo e domo absentem? sollicitior fuit hac ex parte Jacobus Patriarcha, qui Josephum filium ad fratres in campum ablegans jusserat: *Renuntia mihi, quid agatur.* (*Gen.* 37.) Nonne, mi anne ager, hac ex parte accusas incuriam tuam? Ita est, Domine, accuso. Jam ad quintum præceptum.

Præceptum quintum.

7. *Non occides.* Hic innocentem te credes, mi ager, & inimicitias, rancores, injurias, vindictæ cupiditates nulli tibi conscientia ducet: sed missis istis, scias velim duplicem esse vitam, quæ occidi possit, corporalem & spiritualem: prima illa occiditur gladio, altera scandalo: audi quid S. Gregorius (*in Pastorali p. 3. c. 5.*): *Nolo existimare te homicidam non esse quando fratri tuo maledixisti.* Nunquam ais mala persuasi: respondeo, distinguo: Voce, concedo: exemplo, nego. Quid tua illa risendi lascivia, quid in Divinis somnolentia, in potu intemperantia, in verbis procacitas, in actionibus impudentia, quid aliud post se trahere poterant apud aspicientes, quam morum depravationem? ut ut cetera taceam, quæ causa fuisset, quod nonnunquam pueri, puellæque, in quibus primeva adhuc innocentia vigere deberet, jam ad pudenda subinniant? proh pudor! causa est, quia conjuges in rebus conjugalibus incauti sunt, aut liberos jam doli, ac malitiæ capaces in uno cubiculo, aut lectu collocent. Nonne, mi anne ager, hoc ex capite reum te innocens nosa es? Non sum, Domine, ex animo me accuso: &c. Progrediamur ad præceptum sextum.

Præceptum sextum.

8. *Non mœchaberis.* Absit a me, mi anne ager, ut in hac materia te doceam potius, quam dedocear: ipsemet consule oculos tuos, interroga manus, conscientiam, corporis ornatum, imaginationes, verborum impudicitiam. Solum unius, aut alterius mentionem faciam: audio de te, quod verba, & cantilenas, in Veneris luxuria natas, frequenter usurpaveris: audio de te, quod sit peccatum familiaritatem, diu tibi congenitum, superioribus non detexeris: audio de te, quod noctu surgere, in plateis vagari, cum amatis aut amicis prolixe colloqui solitus fueris: audio de te, quod in choreis, quæ sunt aucupia diaboli, immoderate versatus sis: in ejusmodi conventiculis perpetrantur deinde infinita, quæ postea sacrilego pudore in Confessionibus diu celantur, & mille mala consequuntur. O damnata procandi assuetudo! an ego nemo juvenum, nemo puellarum ad matrimonium aspirare valet, nisi cui sacrilega impudentia prius præluserit? Dic, mi anne ager, nonne omnis tua lascivia ab hujusmodi licentiis, & conventiculis ortum traxit? ita est, Domine, ex animo accuso me, &c. Præceptum septimum.

Præceptum septimum.

9. *Non furtum facies.* Regius Propheta, ubi qualitates describit hominis, qui ascendere sit montem Domini, aut stare possit in loco sancto ejus, expresse requirit, ut sit *innocens manibus & mundo corde.* de manibus enim primum locuti sumus, jam dic, mi anne ager, an a contrectatione rei alienæ, & manibus innocens sis. Innocentissimus, inquis! Quomodo ergo illis chartiſolis, aleis vacare potes? Res ista peculium exigit, & hoc felicitis artibus nequeat, illicitis procuratur, clepsuntur obsita quæque, vendantur vestimenta, libri, lintea, & quid-

& quidquid in manus incurrit. Præterea hæ lege vetitæ sunt non tantum attrectationes rei alienæ, sed quævis nocumenta proximo in rebus suis irrogata, aut irroganda: an putas a furto excusabile esse, si pecora in alienos agros, prata, aut semina agas, ideque dolose, & post multam etiam admonitionem? an putas a furto excusabile esse, si uxoris, & liberorum patrimonia lusu, aut prolixa computatione obligarias? an putas excusabile esse, si in stabulis, & hotreis stramine plenis cum flammea luce absque lucerna circumcurrites, & periculum facias tuæ, & vicinæ domus incendium excitandi? hæc damnola sunt, & in ruinam proximi vergunt. Dic, mi, anne æger, an reum te hac ex parte profiteris? Ita, Domine, profiteor, reus sum: &c. Octavum.

Præceptum octavum & reliqua.

10. *Non loquerit contra proximum tuum falsum testimonium.* Nunquam, inquis, falsum quidquam contra proximum locutus sum: quid tum? consequenter, ais, nunquam detrasi. Erras, & vehementer erras: duplex dicitur esse Serpentum genus, aliud mordendo, aliud tantum lambendo intoxicat: quid interest, quod proximi famam falso non arrodas, interim arcanos, & sibi soli cognitos illius errores palam propales? proximus jus habet ad famam, quamdiu error illius est occultus: Dic, si de te sciretur occultum scelus, nonne tristitiæ tibi cederet, si proclamaretur? sine dubio: ergo *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris* &c. Mi anne æger, duo ultima præcepta, videlicet nonum, & decimum ad festo & septimo superaddunt, præterquam quod Dominus Deus etiam cogitationes specialiter interdictas velit. Ex antecedentibus igitur satis conjecturare possum, cogitationes lascivas, impudicas, furtivas, temerarias, vindicativas, aliasque tibi fuisse innumeras. Nonne vera sunt ista? Ita Domine, sunt verissima: &c. &c.

11. *Epilogus.* Quid ergo factu opus est? Percipe: ante omnia necesse est, ut humili cum abjectione rearum tuum agnoscas: proh! quam male tot menses, septimanas, dies, ac horas impendisti! vix una totius anni hora est, quam serio ad Dei gloriam consecrasti. Veniam igitur roga offensam Numen, detestare ex amore Dei purissimo noxas toto anno admissas, & spera Deum tibi propitium fore. Denique opus est, ut & salutarem pœnitentiam fideliter exequaris: Et quam illam? Volo ut pro salutari pœnitentia successori tuo, hoc est, anno sequenti finaliter zelosum exhortationem facias. Admone, hortare, exstimula illum, ut errores a te admissos compensare, & menses, hebdomades, dies, horas omnes ad Dei gloriam fideliter usurpare studeat. Hoc fac, & deinde proficiscere, proficiscere ex hoc mundo in æternum non amplius rediture: proficiscere feliciter in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Dominica infra octavam Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi.

CONCEPTUS II.

Annus demoriens testamentum condit suaque debita compensari postulat.

Erat Joseph, & Maria Mater Jesu mirantes de his, quæ dicebantur, & benedixit illis Simeon. Lucæ 2.

EXORDIUM.

Annus demoriens sua bona nobis hereditando relinquit.

IN cathedra hodie appareo non tanquam concionator, sed (ut statim muneris mei partes insinuem) tanquam Testamentarius. Cujus ergo defuncti testamentum exequar? Percipite paucis, Auditores! præsens annus, paullo post emoriturus, inter suprema vitæ agones vos ultimo salutat, invocatisque quaternis testibus, quos in recitato themate nominavi, videlicet Jesu, Maria, Josepho & Simeone, vos omnium bonorum suorum ex asse heredes scribit. Quæritis, quæ bona habuerit? nimirum ea, quæ cælitus recepit, uti nobilissimum tempus, & præcipue quaterni anni tempora, nempe tempus vernum, tempus æstivum, tempus autumnale, & hyemale, utique plurimis bonis, floribus, frumento, vino, oleo & aliisque divitiis opulenta. Valtis adire hereditatem? annuitis, ut video. Proinde ante omnia unum aliquid monitos velim: quid illud? Nimirum heredem obligari ad præstanda debita testatoris, juxta vulgatum legem (*cap. ult. de sepult.*) *Hæres tenetur exonerare conscientiam defunctorum.* Quoniam igitur annus emoriens per suas negligentias, ac noxas, in infantia, in adolescentia, in virilitate, & in senectute admissas, grandia contraxit apud Deum debita; ideo serio admoneo vos, ut ea fideliter, ac mature expungatis: *Fideliter* quidem; quia doctissimus Suarez (*T. 4. n. 3. p. d. 48. sect. 2. n. 18. & seq.*) cum numerosa auctorum appendice tenet, quod opera, & restitutiones, a testatoribus præscripta, si fiant ab heredibus, omnibus prorsus defunctis ad eorum e pœnis liberationem. *Mature* autem; quia diuturna dilatio legatorum, ac debitorum, vel imprudentiam, vel ingratitudinem arguit heredum: *Stultus est debitor*, ait S. Gregorius, (*Hier. Doctor. V. debitum*) *qui gaudens pecunias accipit, & tempus, quo reddere debeat, non attendit.* Jam igitur ad rem.

2. *Propositio.* Referemus ultimæ voluntatis tabulas, & anni emorientis dispositiones exequamur, ideque in nomine quatuor testium antea adductorum. Vos, Auditores cum vestris portionibus contenti estote, & favete.

§. I. *Puerit legat tempus vernum, ut discant florere virtutibus, ad exemplum pueri Jesu.*

3. *Confirmatio.* Primum divitiarum suarum par-

partem floribus, viridantibus herbis, teneris racemis, amœnissimisque hortorum deliciis opulentum, id est, tempus vernum annus emoriens legat, donat, ac dedicat teneræ ætati, nempe infantibus: qua donatione illis insinuatum cupit, quod sicut vernali tempore planæ, semina, arbores, ac pulcherrime revirescunt; ita illi in tenerrima statim ætate virtutibus florescere debeant. Non sine singulari mysterio Divinus Redemptor commonuit Apostolos, & in his nos omnes: *Estote prudentes sicut serpentes.* (*Matth. 10.*) In quo ergo consistit prudentia serpentis? in eo, respondet Michael a Calvo (*cent. 30. ass. 2. n. 10.*) quod caput præ omnibus membris tueatur: si contingat serpentem ab adversario oppugnari, statim in suos gyros, & involucra se conglobat, & pro servando capite artus omnes vulneribus exponit. En Christiani juvenes! fatagite caput servare: caput est vestra infantia, caput exordia sunt vitæ; *si hoc caput, si hæc ætas vulneribus peccati se subtraxerit, si sancta adtutia primis annis vos immaculatos servaverith, ne vestris futuris annis timeatis.* Considerate teneram arbusculam, quæ, qua ratione a virga crescit sive in figuram rectam, sive in obliquam, eamdem etiam retinet, cum in magnam arborem adoleverit. Considerate rivos, & amnes, qui si a scaturigine limosi, ac turbulenti sint, semper tales erunt, etiam plurium aquarum affluxu in magna flumina excrescant. Considerate ceram sigillarem, quæ quam formam annuli fluida ac calida recipit, eamdem etiam condurata retinet, ait Hugo a S. Clario: (*apud Mich. a Calv. cen. 30. Ass. 2. n. 2.*) *sicut cera mollis figurabilis est, ita infantilis ætas disciplinabilis.* Quæso, cur Israelitæ dulcissimum Manna (*Exod. 11.*) nausearunt, & ad cepas & allia Ægypti remeare desiderarunt? non alia ex ratione, quam quia ad cepas, & alia, ad cucumeres, pepones, & porros a teneris assueferati sunt; quorum enim vitiorum, aut virtutum assuetudinem homo in infantili ætate contrahit, eamdem usque ad canam senectutem constanter conservabit. O dilecta juventus! dilecta jam nunc assuefieri pietati, devotioni, obedientiæ, morum modestiæ, aliisque honestatibus, & has radices, in tenero corde implantatæ, cum temporis progressu insignes virtutum fructus pro germinabunt. In exemplum tibi ante oculos statuo primum testamenti nostri testem puerum Jesum, de quo dicit Evangelium, quod creverit ætate, sapientia, & gratia: æmulare Divinam sobolem, & ad ejus imitationem in probitate, in litteris, in morum decentia, in illibato vitæ tenore progredi disce: &c.

§. II. *Juventus legat ætatem, ut in virtutibus maturescere discant, ad exemplum sanctissimæ Virginis Dei Matris.*

4. Alteram divitiarum suarum partem, maturescentibus aristis secundam, id est, tempus æstivum annus emoriens hereditario jure transcribit adolescentibus, quibus hac dispositione inculcat, quod sicut æstivo tempore agrorum fruges ad maturitatem paullatim excoquuntur, ita illi in virtutibus magis magisque maturescere debeant. Putant quidem adolescentum plurimi hanc ætatem jovialibus gaudiis, lætitiis, & tripudiis tribuendam, & tum primum Deo serviendum esse, cum canities verticem obsederit; verum decipiuntur vehementer hac ex parte; quæso, quis Dominus servum jam decrepitum in simulitium adscivit? quis Bellidux militem jam viribus fractum exercitui adscribit? sicut igitur Dominus, sicut Bellidux, ait S. Chrysostomus (*apud Mich. a Calv. loc. cit. n. 3.*), ita *multo magis regnum Virtus mavult adolescentium, quam senectutem.* Evolvite totam Scripturam, & nunquam reperietis, quod Deus pro victimis, holocaustisque desiderarit animalia senilia, annosa, & decrepita, sed petiit agnos anniculos, teneros, juveniles, ad nostram institutionem, ait Hugo Victorinus (*l. 3. de claustro animæ, c. 10.*), quod ætas Deo acceptissima, & ad suum obsequium satis matura sit adolescentia. Verum eheu! quid plerumque contingere solet lubricæ adolescentiæ? idipsum quod frugibus tempore æstivo; quemadmodum enim non alio magis tempore quam in ætate, ubi fervidissimi calores terram incendunt, oriuntur periculosissimæ tempestates, quæ agrorum, arborumque fructus repentina grandine depopulantur, atque ideo Ecclesia toto illo tempore sacras benedictiones contra infestas nubila sedulo usurpat; ita incauti adolescentes, nisi benedictionibus, volo dicere, salubribus remediis, quæ præscribuntur, studiose se communiant, facile iis occasionibus, periculisque obruuntur, quibus subito eorum innocentia, virtus, ac pudicitia evertitur, & devastatur. Quis prosunt illæ agrorum, arborumque, aut vinearum fruges, quas ante maturitatem improviso ingruens grando decussit? id explicat Propheta: *Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt* (*Jer. 31.*) seu prout ex Hebræo legit S. Hieron. (*ap. Bert. Jer. 6. n. 31.*): *Omnis, qui comedit uvam acerbam, obstupescent dentes ejus.* Similitudo hæc ab experientia comprobatur; siquis enim poma, pyra, uvas, aliosque fructus adhuc crudos, & necdum bene excoctos ante tempus comederit, ita sibi stupefieri, obtundique experietur dentes, ut deinde mirificando pæni impar sit. Quid est uva immatura, quærit S. Hieron. respondetque, esse peccatum. *Quid uva acerba, nisi peccatum est?* Nota tibi sit, O lubrica ætas, hæc similitudo: si jam modo peccati delicias carpere, si ante tempus illas voluptates, quæ necdum maturæ sunt, prægustare præsumpseris, eheu! obstupefacies dentes, palatum corrumpes, id est, innumera tam temporalia, quam spiritualia, mala tibi conscisces, atque conscientiam ea acerbitate replebis, quæ in seram tibi senectutem, ipsumque mortis articulum amarissimos fletus exprimet. Quin potius age, in innocentia, in pudicitiæ candore semper maturescere perge: in exemplum tibi ante oculos statue alteram

Te-

Testamenti nostri testem, nempe Mariam: En hæc fœdissimi annorum Virgunculæ, a Deo ad sugendam Divinæ Maternitatis dignitatem evectæ, adeo in pretio habuit illibatam castitatis virtutem, ut maluerit non Dei Mater, quam non Virgo esse: tu ad ejus imitationem hunc animi candorem summe æstimare dice, cernuique esto, in cæteris omnibus fat bene tecum agi, si pro hac virtute constantes, tanquam pro aris, & focis decertans eam illibatam servaveris.

§. III. *Viris legat animarum ut meritorum frondes colligere discant. Ad exemplum Sancti Josephi Viri Justi.*

5. Tertiam divitiarum suarum partem uberrimam fructuum fœcundi est, tempus autumnale annus exoriens fert: cæteri autem reliquis Viris, quibus per hanc portionem significatis, quod sicut autumnali tempore in campis, ita vita sua in animabus lucri fervoris, in illis in ætate adulta illa pietatis exercita, quibus in adolescentia affecerunt, continuare, atque indefessa contentione colligendis virtutum fructibus insudare debeant. Nunquam desistendum, nunquam standum, sed semper proficiendum est: hæc enim idem significant Virilis ætas, & quo magis hæc ætas, ut Mihi hodie exemplo ostenditur, obstringitur. Quid dicere vult S. David, dum ad Dominum ait: *Cognati ac te, Domine, vota dies expandi ad terminos meos?* (*Psal.* 8.) reposit iterum laudatus Michael a Calvo, (*Cant. in cap. 7. v. 8.*) per totum diem totum vitæ decursum subaudiri; mane enim pro pueritia, meridies pro adolescentia, vesper pro Virilitate, & nox pro senio reputatur, dum ergo Jesseus Rex asserit se tota die expandisse manus, dicere vult, se vitam integram Deo servisse, ad denique virtutum exercitationes, quas in juvenili ætate addixit, etiam in adulta continuasse, &c. O Christiani Viri, fatagite colligere fructus, nunquam in operando laborari, nunquam fatisci operibus cessate, in exemplum vobis ante oculos statuo tertium Testamenti nostri testem, nimirum sanctum Josephum; En hic sanctos Puer Jesu Nutritius meretrix lacco Evangelica speciosa hominis *pulchri* encomio depræditari; culta in justitia, & sanctitatis tramite indesinenter perseveravit: Vos ad ejus imitationem contendite in semita justitiæ constanter progredi, & fructus salutis per opera meritoria conservare &c.

§. IV. *Senibus danse hyemem, ut disciant professionate sua fœli colligere apparatum meritorum. Ad exemplum Simeonis.*

6. Tandem ultimum divitiarum suarum portionem prorsus sterilem, & infœcundam, ideest, tempus hyemale annus emoriens fert, dum que dat senibus, una cum hac doctrina, quod fœcundi temporis fructus non colligant, sed de collectis vivitur; ita illi in senectute infigerem virtutum apparatum habeant, quem per opera meritoria in salutis suæ habilimentum sibi comparavant, atque hanc ob rem Josias Solon interrogatus, (*Lud. Grav. T. 1. fol m. 784.*) quid senectutem esse putaret, in responsum retulit, esse *vitæ hyemem*, &c. quod si profundior apud multos fronti cum senili nive caneat, & tamen meritis aut nulla, aut pauca in thesauris recondita inveniantur, quid agendum? an desperandum? an salutis spes omnis abjicienda est? absit, abscindendi sunt defectus, quantum per temporis compendium fieri: quæritis, quomodo? Sanctus Job interrogat Deum: *an consumere me vis pœnitentia adolescentiæ meæ?* (*Job 13.*) cuibus verbis, interprete Doctissimo Philippo Diez, (*in commun. conf. non Pauc. tract. 3. p. 8.*) significare voluit, dolet quamvis homo in aliquos defectus in juventibus annis incurrerit, nihilominus speret, se propediem a justitia Dei non consumptum iris modo in emendatæ errata corrigere, & vitam, quantum fieri potest, in melioren componere satagat. Cum eques efferati cursu equitet, accidit nonnunquam, ut coma dissipentur, pallium, aut pileus in terram decidat: pensito tamen cursu, necesse est, ut se componat, ornet, & antequam ulterius agredi, vestimenta in ordinem redigat. Omnes efferati corporis nostri equo in juventute cursimus, quod si tunc aliquid loci diante factum est, oportet, ut peracto defectu tæ cursu, senectutem vitæ, & laudabiliter componamus, ornemus, & studeamus ne in omni conversatione, nos sicut ætate & judicii gravitate, ita etiam virtute a puritate quam longissime abesse. Agite O fines, hoc facite; in exemplum vobis ante oculos statuo quartum Testamenti nostri testem, nempe Sanctum Simeonem: De vetissimus hic senex, in sancta spe, justique animi desiderio perseveranter expectavit mundi Redemptorem, quo tandem viso, instar cygni inter cantica, & jubila exultabundus Spiritum emisit. Vos ad ejus imitationem ita componere conscientiam stagite, ut secuti, lætique olim animum effluere valeatis.

Epilogus. Deo sint laudes: confectum est Testamentum, quique executio. Jam nihil aliud superesset, nisi ut reperiam monita ab initio data, videlicet, ut vos errores, abusus emoriente admissos, de quibus agre dolet, anno ineunte compensare, omnesque actiones in puritia, in adolescentia, in Virilitate, & in senio ita componere studeatis, ut cum finis vitæ, veluti nunc finis hujus anni, appropinquaverit, non in dilationem vobis cedant, sed in solatium, & lucem mortis fulciam. Amen.

Dominica infra Octavam Nativitatis D.N.J.C.

CONCEPTUS III.

Propositur concio funebris anni emortui, ejusque commissa delicta deplorantur.

Non discedebat de templo jejuniis, & obsecrationibus serviens die, ac nocte. Luc. 2.

EXORDIUM.

De anno defuncto haud laudabiliter differi posse.

PArochianum quidam homini otioso, inutili, & pœnitenda oratæ vitæ post mortem panegyricam funebrem hujus tenoris fecit. Aliqui homines, ajebat, vivunt velut equi, profunt ad multos usus in vita: nihil tamen post mortem: aliqui homines vivunt velut porci, in vita nulli sunt usui, sunt tamen post mortem: aliqui homines vivunt ut boves, & in vita, & post mortem ad multa conducunt: aliqui denique homines nec in vita, nec post mortem hilo valent, velut hic stolo, & inutilis truncus, quem huic sepulcro intulimus: ubi jam sit ejus anima judicent alii, ego nollem divinare. Amen. Hæc concio non erat civica, sed rurinata, & prout conjecturatu facile est, haud liberali stipendio compensata. Vellem tamen scire, Auditores, quid meritorum ego de vobis reportaturus sim oratione funebri, quam in præsentiarum propediem cogito? quid, oratione funebri: quis ergo mortuus est? cujus erit hæc exequialis ceremonia? Ne miraminii, mortuus est annus millesimus septingentesimus vicesimus nonus, & quoniam haud modicæ gratitudinis vinculo illi obstringimur, exigit introductæ consuetudinis honestas, ut in ultimum ejus commendationem pauca differamus. Quæ autem erit dictionis materies? Vos. Dilectissimi, nescio quanta encomia speratis ex allegato thematis textu, quem sicer Evangelista de Anna Prophetissa deprædicat: *Non discedebat de templo jejuniis, & obsecrationibus serviens die, ac nocte*, (*Luc. 2.*) At enim, ut verum fatear, hanc speciosam laudem adduxi ramquam antithesin nostri defuncti, de quo, ut meritem meum sine fuco explicem, vix ornatus possum loqui, quam Parochus ille paullo ante citatus de dicto funere. O utinam de anno defuncto cum veritate affirmare possem, quod velut Religiosa isti Vidua jejuniis, obsecrationibus sanctisque operibus die, ac nocte invigilarit! verum egit alia omnia, egit nihil, egit male.

2. *Propositio.* Patientiam habere Auditores, & ego anni defuncti mores ac vitæ rationem obiter delcribam. Interim præliminariter moneo, me ista omnia, quæ proposuero, non tam de anno, id est, de tempore, mensibus, diebus, ac horis, quam de nobismet ipsis dicta velle. Exeutiat quilibet suam conscientiam, ac tacitus perpendat, quid meritorum per annum hunc integrum collegerit, plus Deo, aut diabolo servierit. Favete.

Pessime enim impendit vita tempus.

3. *Divisio.* Eruditissimus Morum Magister Seneca (*lib. 1. Epist. 1.*) ubi accidiosam, luridamque multorum mortalium vitam deplorat, qui ratissimo suo muneri, statui, ac functionibus, ad quas ordinati sunt, intenti, ad alia omnia divagantur, tandem ploratus suos hoc epiphonemate concludit: *Magnæ vitæ pars labitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus.* Pronunciatum hoc est optimum, ac verissimum, simulque erit scripturæ hujus conclusionis, quam functorem dixi, fundamentum. Agite, ad rem.

§. I. *Et quidem primo, aliud agendo.*

4. *Confirmatio.* Primo dicit Seneca, magnam vitæ partem elabi *aliud agentibus*, idque de anno nostro defuncto nimis, quam verum est. In quem finem natus, factusque est homo? ut Domino Deo serviat, & animæ salutem curæ non habet, *aliud agit*, quam agere ex scopo suo creationis tenetur. Servitus Dei ita rationali creaturæ propria ac conveniens est, ut sine ea ne quidem mereatur nomine hominis nuncupari. Ubi sicer Genesios Liber exordialem humani generis propagationem commemorat, multarum generationum, hominumque ex linea Caini descendentium mentionem facit, uti Henoch, Irad, Mavael, Mathusael, Lamech, Jabel, Jubal, Tubalcain, & aliorum: Nihilominus postquam filius Adami tertio genitus Seth filium produxit, nominavit filium *Enos* quod interpretatum idem sonat ac *Vorax homo*. Numquid miramini, Auditores? an enim omnes illi prius nominati non fuerunt veri homines, sed tantum hominum simulacra & automata? absit hoc cogitare: cur ergo soli filio Seth adjicitur cognomen *Enos*, id est, veri hominis? nimirum perlegite contextum sacri eloquii, & rationem capietis. *Sed & Seto natus est filius, quem vocavit Enos.* (*Gen. 4. v. 26.*) Quid porro loquitur? *Iste capit invocare nomen Domini.* Solus ille meretur nomenclatura hominis jactitari, qui Deo Creatori suo debitam exhibet reverentiam, & servitutem: Ita hunc locum, illustrat Eusebius Cæsariensis, (*l. 7. de præpar. Evangelica c. 3.*) inquiens: *Enos verum hominem interpretatur: nomine enim isto patant esse verum hominem, præter eum, qui verum Deum agnovit, & pie colit.*

5. Jam intelligetis, ni fallor, cur istum Jeremiæ dicentis: *Aspexi terram, & ecce vacua erat*, (*Jerem. 4.*) Quomodo enim vacua, dicet nonnemo, cum habitatores ac incolæ hominum multitudine? nempe in eumdem sensum prius explicatum respondet Doctissimus Philippus Diez (*cont. 1. in Comm. Sanct.*): sicut dicuntur aliqua, licet plena sit arce, & aranei, tamen dicitur vacua; quia non pro aranei, sed pro homine extructa est: ita terra dicitur vacua, dum in ea homines Deo servientes, absunt; quia pro hominibus Deo servientibus condita est. Cæteri, qui ad obsequium humanis viribus corporis, & animi facultates ad tantum impendunt, homines non sunt; offendite mihi aliquem, qui neglecto Deo, tantum genio suo, fuisque commodis deservit, & quamvis humanam speciem in eo exteriorem [illegible] in factum tamen hunc ex ratione ab eum Chrysostomo (*ap. Barradium, p. 2. c.*) *Quis existimet in hominum numero te posse collocari?* Jam dicite, obsecro, quia ratione animus defuncti hunc obligationi satisfecit? ah! fatendum est: omne *aliud* egit, quam Deo serviit. Serviit corpori, servitii sen-

sensibus, servilit gulæ ac ventri, serviit suis commodis, serviit Diabolo, & aliis omnibus, præterquam Deo. O quot septimanæ, dies, ac horæ fluxerunt, & ne quidem recordatus est Dei, nisi cum forte blasphemavit! O quot labores, actiones, & negotia peracta sunt, & nunquam Deum in adjutorium vocavit, nisi cum forte inter computationes dixit: Deus conducat! Vixit in mediis beneficiis Divinæ manus, collegit uberem messem, devoravit frumentum, vinum, oleum, ac fruges plurimas, nec tamen Divino Benefactori debitum gratitudinis pensum præstitit, instar porcorum, qui glandes ex ilice deciduas quidem devorant, nec tamen, unde veniant, oculos sursum attollunt. &c.

§. II. *Secundo nihil agendo.*

6. Secundo dicit Seneca, magnam vitæ partem elabi *Nihil agentibus*: & hoc iterum luculenter verificatur de anno defuncto. Etiamsi homo lulitum trahat, in culcitra sternat, aut cubiculum obambulans mille cogitationibus divagetur, nihilominus quæritur, quid agis? recte respondet, nihil ago: quare? quia has actiones ad nullum finem, utilitatemque ordinat, neque per eas ab otioso discriminatur. Parem in modum de vita spirituali discurrendum est: etiamsi videam, quod homines laborent; fartor acum, tutor fabulam, scriptarius dolabram, faber malleum, rusticus aratrum tractet; nihilominus eo dare dixero, quod nihil agant, si has actiones ad finem supernaturalem, animæque salutem ordinare omittant. Quomodo fieri hoc autem valet? per meritoriam intentionem, prout saepius ex hoc loco explicavi. O mei Christiani! lndubitata res est: æterna beatitudo non obtinetur sine meritis: sicut ergo ille, qui rurale prædium, aut pretiosam domum coemere cogitat, necesse habet, ut prius competentem pecuniarum thesaurum sibi comparet; ita plane Christianus, qui æternæ gloriæ habitaculum impetrare desiderat, ingenti meritorum thesauro locupletes sit oportet. Regnum cælorum venale est, ait Augustinus (*in Psal. 93.*) quo pretio emitur? Respondet: *Paupertate regnum, dolore gaudium, labore requies, vilitate gloria, morte vita*, compendio dicendo omnia: emitur virtuosis ac sanctis operibus. O boni Superi! ingemiscet nonnemo, quomodo ego salvabor? non vacat mihi tempus ad pia virtutum exercitia, non possum jejunare, non carnem mortificare, non eleemosynas facere, debeo laborare, malleare, tritturare, arare, opificium tractare, ut familiam sustentem. &c. Hoc ipsum est, quod volo, mi bone, hoc ipso, quod ad sancta pietatis opera nec tempus, nec facultas tibi supperat, necesse est, ut diurnis laboribus per piam intentionem ad supernaturale meritum elevatis, sanctorum operum thesaurum tibi compares. Duas sorores, ait Doctissimus Speranza, (*script. sel. post. 58.*) legimus in Evangelio Christo Domino inservisse, Magdalenam & Martham; prima ad pedes Domini abjecta, mille basiationibus, animique affectibus studebat amantissimum Redemptorem suum demereri; altera culinæ laboribus deserviebat: utraque benignissimo Salvatori infigniter placuit. Quid egit Martha, quod non minus se Domino commendarit cogitando, quam Magdalena contemplando? facer textus ait, quod media inter negotia subsisterit, & cum Domino colloquia fit: *Quæ sistis, & ait: Domine non est tibi cura &c.* (*Luc. 10.*) Ita agendum est homini Christiano, inter diuturnos status sui labores interdum subsistere, & cum Deo colloqui debet, dicendo: Domine, laboro propter te, ex amore tui, ad beneplacitum tuum &c. quo fiet, ut opifex in officina, rusticus in agro non minus meritorum colligat, quam homines Sancti in suis meditationibus & carnis macerationibus. Opera, cui hujusmodi sacra intentio præsigi negligitur, non sunt monetæ, sed plumbum; non sunt triticum, sed palea; non sunt aurum, sed scoria.

7. Jam dicite, quid hic in re annus noster defunctus ad colligendos meritorum thesauros egerit? ah! *nihil egit*: opera illius sunt plerumque inania; quia sancta intentione carenta. Percurramus tot menses, hebdomades, ac dies, an inter hos reperiemus horam unicam, qua Deo ex puro amore servitum est? credo, quod non. Inicix annus quidem vixit, dormiit, edit, bibit, lusit, laboravit, sudavit, opera diurna fecit; sed per hæc omnia non alium sibi scopum præfixit, quam suum commoditatem, suam sustentationem, suam voluptatem, suam locupletationem. An non deplorandæ res est, quod per has actiones facili negotio potuisset calum emere, & jam coram Divino tribunali pro his omnibus nihil præmiorum receperit? Sanctus Dominii præcursor Joannes asserit de Divino Judice, quod teneat *ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum; palcas autem comburet igni inextinguibili*; (*Matth. 3.*) quibus verbis judicium Divinum comparat triturae, qui purgatur triticum; quid sit ibi? cribratur accurate triticum, & ecce avolant acera, zizania, loliorum semina, & spuria grana, quæ in ignem conficiuntur: ita opera defuncti anni coram Deo cribrata, & millena, tanquam inane nihilum reprobata sunt.

§. III. *Tertio male agendo.*

8. Tertio denique, ait Seneca, magnam vitæ partem elabi *male agentibus*, & demum etiam illud de anno nostro defuncto verissimum est. Quid intelligitur per actiones hujusmodi malas? intelliguntur peccata, quæ proprie sunt servitus, & mancipatus diaboli. Quis non intimo corde ingemiscat? ô anni elapsi tempora inter Deum, ac damonem dividerentur, cre-

do, quod semper centeni dies cessuri fiat diabolo, antequam unicus Deo; quia multi e Christianis per plurimam vitæ suæ partem vivunt extra statum gratiæ Divinæ. O quot sunt vindicativi, qui rancorem, & exitiales inimicitias per plurimum annorum spatia protrahunt! sic maxima vitæ pars fluit *male agentibus*. O quot sunt bonorum male adquisitorum injusti detentores, qui debitam restitutionem, contra conscientiæ stimulos, contra Confessariorum monita pluribus annis facere negligunt! ita maxima vitæ pars fluit *male agentibus*. O quot sunt impuri, qui turpissimam familiaritatem, procandique affluetudinem in multorum annorum decursu prorogant! ita maxima vitæ pars fluit *male agentibus*. O quot sunt peccatores, qui commissum in juventute scelus ex damnabili verecundia diuturno multorum annorum tempore in Confessionibus sacrilege subticent! ita maxima vitæ pars fluit *male agentibus*. &c. Quanta autem est salutis incuria, hominem, qui a repentino obitu nec momento unico securus est, vivere in statu peccati mortalis, & consequenter semper versari in periculo æternæ damnationis? Si fures, ac latrones metuuntur, omni potibili sollicitudine, ac vigilantia custoditur domus, dicente æternæ Veritatis oraculo, (*Matth. 24.*) *si sciret paterfamilias, qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam*. Supra quæ verba commentans S. Chrysostomus (*hom 77.*) acerrime invehitur in peccatores, inquiens, ad erubescentiam usque reprehendendos esse illos, qui non eodem modo vigilant in negotio animæ, quomodo vigilant illi, qui furem exspectant. O quam pathetica visione ostendit Dominus Deus S. Arsenio pessimas has peccatorum male agentium actiones! (*Petrus Sanch. in Reg. Dei. Part. 5. c. 4.*) In primis vidit in Spiritu S. hic Anachoreta hominem quendam, qui ingentem lignorum struem ferre præsumebat, & quamvis gravi mole se suppremi cerneret, nihilominus oneri plura, ac plura ligna addebat: per quem hominem significabantur illi, qui poenitentiam diu differunt, & licet quotidie peccata peccatis addant, tamen cum tempore sicfa difficultatem poenitentiæ maturos præsumunt. Secundo vidit S. Virhominem, qui cribro aquam hauriebat, quo denotabantur illi, qui nunc pietatis opera exercent, nunc peccata varia impudenter committunt, adeoque quod una ex parte lucrantur, ex altera perdunt. Tertio denique vidit duos, qui oblongam trabem portantes ante templi ostium altercabantur, quis eorum primus introgredi deberet, itaque cum litem componere nollent, uterque foris remansit. Quibus designabantur ambitiosi, ac sattuosi, qui a cælestis gloriæ ingressu excluduntur, quia humiliare se noluerunt. O vanos, & inutiles hominum Peccatorum conatus! sicut aranea sese evisceral, ut muscam capiat; ita illi pro rebus transitoriis, pro nugis nugarum, pro fetidis voluptatibus vires omnes tam corporis, quam animæ fatigant; pro æternis autem, ac cælestibus bonis nec pedem movent. Quid egit annus defunctus? versatus est maxima temporis parte in deliciis, in cantharis ac poculis, in cantibus & tripudiis, in ambulationibus, & amoribus; cumulavit peccata peccatis, corrasit inique divitias, protraxit inimicitias, jaluavit spurcis oblectationibus, servilit plus dæmoni, quam Deo. Væ illi, si Divinus Judex hæc omnia districte judicet, & puniat! &c.

9. *Epilogus*. Quam ergo spem habere possumus de nostro defuncto? heu pessimum: quid facti opus est? scitis, Auditores: siquis ob contracta debita in carcerem detruditur, non antea liber dimittetur, quam aliquis fidejussor se creditori in solutionem oppigneret. Capite igitur meum consilium: annus noster defunctus coram Dei judicio indubitanter causa cadet, nisi vos debitorum expunctionem in vos suscipere, & damnum Divinæ Majestati illatum compensare spondeatis. Quapropter ad avertendum Dei vindicantis supplicium procidamus in genua, & cum servo illo nequam, qui bona Domini pessime dilapidavit, humiliter dicamus: Domine, *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi*. (*Matth. 18.*) Ita O misericors Deus! da veniam delictorum; hoc annus emortuus pessime deliquit, hoc annus emortuus seria poenitentia, ac emendatione supplebit. Amen, &c.

Dominica I. post Epiphaniam.

CONCEPTUS I.

Ad excitandum in auctoribus odium erga peccatum, quo Deus, ejusque gratia perditur, ostenditur, quid sit: *Perdere Deum*.

Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Luc. 2.

EXORDIUM.

Omnes jacturæ non possunt comparari cum jactura Dei. Hanc jacturam Dei incaute patitur peccator.

1. NUllius fere rei jactura est, quæ non animi mœrorem, doloremque post se trahat; tantoque dolor hic est gravior, quanto res perdita pretiosior. Lusor, si pecuniam, agricola, si messem, miles, si victoriam, mercator, si lucrum, aulicus, si regis gratiam perdant, effuso animi dolore lamentantur: verum leves sunt ac modicæ rerum harum omnium jacturæ, si cum ea conferantur, quam in hodierno Evangelio lubierunt sanctissima Mater Maria, & sanctissimus Sponsus Joseph. Quid ergo perdiderunt? perdiderunt Jesum, duodecimum Filiolum, cordis sui delicium, Divini Patris pignus, suum in tristitia solatium, suum in persecutione refugium: &c. O grande damnum! O jacturam infinitam! O sanctissimum

par hominum! condoleo vobis ex animo, & utinam vobis possem in inveniendo Filiolo vestro meam locare operam; certe lubens per avia, & invia usque ad halitus suffocationem properarem.

Verum desino compati sanctissimis Parentibus, & ad alium longe tristiorem tragœdiam oculos convertere jubeo: Et quam illam? animarum tuam sortem deploro, infelix peccator, qui per peccatum Deum perdidisti; si enim tanta est tristitia Mariæ, & Josephi de perdito Filio, quem una unica vice amiserunt, heu! quanta est tua infelicitas, qui Deum centies, aut millies per peccata amisisti? si tanta fuit Mariæ, & Josephi tristitia, cum tamen deitatem Divinæ prolis vix non certi esse poterant, heu quæ, quantaque tua esse debet afflictio, de quo dubium est, an perditum recuperaturus sis summum bonum? si tanta fuit Mariæ & Josephi tristitia, qui Divinam Prolem extra suam culpam perdiderunt, heu! quæ tua sors est, qui destinata voluntate tantam jacturam fecisti? Ita profecto intersonabat lamentatur Bernardus (*apud Dion. hac fed.*): *Si illi tanta sint dolore coarctati, quid nos existimemus, qui certe, cum animum volumus gregoria.*

2. *Propositio.* Rides forsan ad hæc, & flocci pendis tantam jacturam? Verum, ut sapere, & peccatum pro rei dignitate odisse discas; ostendam tibi, quid rei sit, *Deum perdere*; videbis certe initiorem fore jacturam, si oculorum lumen, si sensuum omnium usum, si vitam, si cælum perdidisses, &c.

Deus ubique est, sed peculiariter in justis.

2. *Explicatio.* Immensitas quidem Dei ubique diffunditur, nullusque est ubi ubi locus, ubi non sit intime præsentissima: Nihilominus Deus in animo justi singulari prorsus, ac inexplicabili modo, tamquam in throno, ac palatio suo residet, & dum aliis, universi spatiis (nostro modo loquendi) non nisi immensitatem suam communicat, certe hic divitias Bonitatis suæ secum habet, & amicissime capacitat. Quinprimum autem peccatum lethale committitur, eo momento expellitur ex animo Deus, eo fere modo, quo extincto candelæ lumine cubiculum in momento tenebrescit, aut cum homo fulmine percutitur, in momento anima a corpore separatur. Rem graphice describit Sanctus Thomas Doctor Angelicus: (1. c. q. 88.) *e contrario Deus ab anima recedit, quia mollicie peccati quantum est ex ea sua perdit gratiam justificantem, & amicitiam Dei, quæ verissima sunt animæ vita.* Perspiciamus modo quam enormis sit hæc jactura.

Deus interrogationibus utitur: cur?

3. *Confirmatio.* Res obversatu dignissima est, quod Dominus Deus cum peccatoribus plerumque per meras interrogationes locutus fuerit; ita dixit ad Cainum: *ubi est Abel frater tuus?* (*Gen.* 4.) ad Judam proditorem: *ad quid venisti?* (*Matth.* 26.) ad hominem non vestitum veste nuptiali (*Matth.* 22.): *quomodo huc intrasti?* ad Saulum (*Act.* 9.) *quid me persequeris?* ad Paralyticum (*Jo.* 5.): *vis sanus fieri?* ad hominem cæcum (*Luc.* 18.): *quid tibi vis faciam?* &c. tacco alias interrogationes frequenter usurpatas. Quid sibi volunt ejusmodi interrogationes? utique Deus omniscius, & nullius rei ignarus est: S. Ambrosius respondet, Deum non ideo interrogare, ut aliquid addiscat, sed ut peccatorem erudiat, utque ille per id genus interrogationes in cognitionem suæ miseriæ devenat. Hoc modo agendi usus est ergo primum omnium peccatorum, videlicet ergo Adamum, ex quo post commissum peccatum felicitatis est: *Adam ubi es?* (*Gen.* 3.) id est, qui explicat præfatus Ecclesiæ Doctor (*de Parad. c. 14.*): *non in qua loca quære, sed in qua bona? de quibus bonis, de qua beatitudine, de quo gratiæ, in quam miseriam recidisti?* O utinam peccator post commissum lethale scelus ipsum hujusmodi interrogationibus alloqueretur, ut infelicitatem suam edisceret!

Antithesis gratiæ & peccati.

4. Dic itaque, O miser! *ubi es?* qualis antea fuisti, & quis nunc es? ante peccatum verbis ita maxime pace, ac tranquillitate conscientiæ; nunc internis animi fluctuationibus ante ad quævis pericula incedebas intrepidus; nunc ad quæcunque sonitum pallescis pavefactus: antea eras Dei amicus, nunc hostis: antea hæres æternæ beatitudinis; nunc interni torris: antea Filius Dei; nunc ejus municipium. Et quod totius mali compendium est, antea cum, nunc sine Deo. An posset esse major tua infelicitas? scimus ex Sacra Scriptura, oracula, omnes Dei præsentia animatos spei suæ vela latissime explicasse: Vis exempla? Isacus spravit Philistæorum insidias, quia audiit a Deo: *Ego tecum.* (*Gen.* 26.) Jacobus iter in patriam animole ingressus est, quia audiit a Deo: *Ego tecum.* (*Gen.* 31.) Moyses ad liberandos e captivitate Israelitas intrepide animum adjecit, quia audiit a Deo: *Ego tecum.* (*Exod.* 3.) Josue regendi populi onus habenis suscepit, quia audiit a Deo: *Ego tecum.* (*Jos.* 1.) Jeremias ad prædicandam protervis veritatem imperterrite se accinxit, quia a Deo audiit: *Ego tecum.* (*Jerem.* 1.) Qui autem a Deo deseritur, derelictus, odio habitus est, quæso, quid boni speret? *Va eis, cum recessero ab eis*, comminatur Oseas *cap.* 9.

Justi deplorant jacturam Dei.

5. Hinc communationem, hoc damnum, hanc ter-

terribilem jacturam quam optime agnoscebant sanctæ, & cælitus illuminatæ mentes: ideo si forte ex humana fragilitate, prout Deo permitteante nonnunquam factum est, in lethale delictum incidernt, inconsolabiter lamentari sunt: Inusitatæ Davidem: ille mœrore confectus, vultu pallidus, cinere conspersus, facie macilentus, exustis fletu oculis suspirandi, lamentandi, lacrimandi finem & modum non habet. Quid tristæ accidit Regi? Age, Magnanime Princeps, discute melancholicas animi nubes: en ad tua obsequia habes nulæ lætitias, choraularum musicos concentus, exhilara animum conviviis, & compotationibus, hastiludiis, & venationibus, &c. Actum ago: suspirat, lamentatur, lacrimatur sine fine, & modo, *Fuerunt mihi lacrimæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi per singulos dies, ubi est Deus tuus?* (*Ps.* 41.) quis ergo importunus ille monitor est, qui Regi identidem occinit illud: *ubi est Deus tuus?* Monitor ille est conscientia: hæc sine requie, sine intermissione mihi vulnus, quo animæ mœ per peccatum nocui, & Deum ex habitaculo cordis expuli, indesinenter refricat; si in mediis aulæ deliciis versor, statim oblatrat: *Ubi est Deus tuus?* si musicorum concentibus aures præbeo, hic iterum textus est musicalis: *ubi est Deus tuus?* si conviviis, venationibus, hastiludiis animum exhilaro, iterum iterumque in aures mihi dici audio: *ubi est Deus tuus?* frustra ago: in mediis mundi lætitiis non nisi mœrorem & amaritiem reperio sine Deo.

6. Audis ista, O peccator, & nihilominus jacturam Dei floccifacis? qui Deum non habet, illi omnia, quantumcumque delectabilia, amarescunt; peccator autem Deum non habet; nam *Peccata separant, & auferunt a nobis Deum*, ait Chrysostomus: (*lib. de Provid. Dei*) peccatori igitur omnia quantumcumque delectabilia desipiunt, & amarescunt. Qua ergo ratione parum curas, te perdidisse Deum? Terentius, quia in mari navigans fabulam Meandri perdidit, luctu emortuus est: Publius Rutilius, quia Romani consiliatus dignitate excidit, tristitia contabuit: lacerdos Heli, (*1. Reg.* 4.) qui audiit Arcam Domini prælio amissam fuisse, repente mortuus corruit: Esau, (*Gen.* 27.) quia primogenitura jacturam fecit, intendito clamore instar efferati leonis irrugiit. Michas, (*Jud.* 18.) quia Deorum simulacra sibi furto ablata credidit, intemperante fletu cœlum, ac terram complevit, &c. Hæc & alia vis lacrimis digna miserandum in modum deplorantur, & eheu! amisso Dei, damnum sanguineis lacrimis dignissimum, vix pensi habetur! O infelix peccator, quando tamdem recibis ad cor, & prorsi dignitate deplorabis, te amisisse gratiam, Cælitum amicitiam, Angelorum consortium, animæ venustatem, æternæ felicitatis hereditatem, verbo, te perdidisse Deum?

§. II. *Peccator non solum Deum perdit, sed insuper inimicum habet.*

7. Atque utinam perditus Deus omnis malorum meta esset, felix adhuc dici posses: verum, quod tamen honorem excedit, non solum Dei amicitiam amisisti, sed insuper inimicitiam incurristi: Deus hostis tuus est; quis non contremiscat? Legimus frequenter in historiis homines lætæ majestatis reos, ut offensi Principis iram effugerent, ab uno orbis angulo in alterum profugos abiisse, & tamen ad quemvis eventum trepidos, pallidos, ac tremefactos inter mædios etiam amicos infidias expavisse: Deus Bone! quantus igitur pavor, quanta afflictio esse debet, Deum habere infensum, cujus præsentiam nemo fugere, cujus oculis nemo se subducere valet? quid agis, O peccator? en illum Deum inimicum habes, ad cujus nutum parata stant elementa, ad cujus imperia in momenta singula ignis te comburere, aqua haurire, aer suffocare, terra absorbere potest. En: illum Deum inimicum habes, qui Luciferum ob unicam noxam cogitatione commissam ad inferos detrusit, qui peccatores tui similes millenos vel fulmine, vel pestilenti morbo, vel hostium gladiis, vel alio quovis infortunio e medio sustulit. En: illum Deum inimicum habes cujus potentiæ nemo resistere, cujus iram nemo cohibere, cujus sententiam nemo flectere, cujus immensitatem nemo subterfugere potest. Et necdum miser totis artubus contremiscis? &c.

Una cum Deo per peccatum perduntur omnia bona interna & externa.

8. Scio quidem, quid adeo insensibilem, ac stupidum te efficiat: nimirum, quod damna, quæ pure interna sunt, oculis, ac sensibus non subjaceant: si, quoties in blasphemium erumpit impius, lingua horrendum in modum intumesceret, si, quoties furtiva attrectantur, manus exarescerent: si, quoties impudicitia committitur, corpus fœdissima scabie, aut lepra inficeretur, certe paullo post blasphemiæ, furta, lasciviæ ex mundo exulant: verum cum interna animi mala sub sensus non cadant, insolescis, O miser, & jactabunde etiam quæritare audes: *Peccavi, & quid accidit mihi triste?* (*Eccl.* 5.) O barde, & sensualis homo! quasi vero minus illud malum sit, quod per fidem intuemur, quam quod oculis usurpari potest? ut ergo carnalitati tuæ facium satis, scito, cum Deum perdidisti, non solum perdidisti, quidquid pulcrum, pretiosum, & æstimabile in anima tua erat: non solum extincta fuit caritas, non solum fides languescere, spes deficere, prudentia excutire, fortitudo enervari, temperantia dirui, justitia extingui capit: sed insuper mala plurima etiam externa incurristi: Nunquid Samsoni idem erat & Deum, & robur corporis perdere? nunquid

idem Manassi Deo, & libertate privati? numquid idem Sauli Deo, & regno exui? numquid idem Heli Deo, & Sacerdotio spoliari? numquid idem Oziæ Deum amittere, & sanitatem? numquid idem Salomoni Deo, & sapientia deficere? numquid idem Israeli Deo, omnique fortuna excidere? considera, quæ damna incurreris, & si ita vis, vide, tange, oculis, ac sensibus usurpa, quanta bona una cum Deo perideris: omnia perdidisti.

9. Luctuosissimum hujus rei exemplum esse potest infelix ille Angliæ Rex Henricus VIII. (*Brietius. Sleidanus & alii ad ann. 1547.*) Ille impudicis amoribus erga Annam Bolenam procacem feminam adeo exarserat, ut Catharinæ legitimæ conjugi, cui viginti duobus annis convixit, repudium dederit, & infelicem illam pellicem regni, ac thori sociam sibi adlegerit, Obstupuit Christianus orbis impudens factum, & præcipue supremus Romanæ Ecclesiæ Præsul nullum non lapidem movit, ut insanum Principem ad mentem revocaret. Frustra omnia: sprevit Henricus monita, ac minas Ecclesiæ, jugum illius excussit, subditos Romani Pontificis obedientia interdixit, hæreticos in regnum invexit, fidem & sacra omnia eliminavit, sacros Præsules, & qui infirmanitæ illius libidini resistebant, carnifici tradidit: verbo Regnum Angliæ, alias Christianissimum, in miserandum illum statum redegit, in quo hodiedum ingemiscit. Quo tandem lucro? quo eventu? infelix Rex, cum morti proximus supremum halitum duceret, conscientiæ furiis agitatus, miserabilem in modum afflictabatur: tandem ultimum vini hausturn repetens, ut aridas fauces refocillaret, voce, quanta poterat, desperabundus exclamavit: *Amici! omnia perdidimus.*

10. *Epilogus.* O horribilem vitæ catastrophen, quæ ita sonat: *omnia perdidimus!* qui Deum perdit, perdidit omnia: tu O carissime peccator, secutum, obsecro, te redde, ne tam luctuoso epiphonemate vitam claudas: si Deum per peccatum amisisti, non desine amissum quærere: quære per contriti cordis suspiria, quære illum per austeram pœnitentiam, quære illum per seriam emendationem. Et semper ante oculos tibi statue grande, ac horribile malum, quod est perdere Deum; ita spero fiet, ut peccatum tamquam unicam terribilis hujus jacturæ causam semper extremo odio habeas, & ad mortem usque adverseris. Quod Deus faciat. Amen.

Dominica I. post Epiphaniam.

CONCEPTUS II.

Admonentur parentes, ut liberos suos in scholis in legendo, in scribendo, diligenter erudiri procurent.

Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia, & responsis ejus. Luc. 2.

EXORDIUM.

Christus habuit scientiam infusam, seu adquisitam. Nos non habemus, nisi adquisitam.

1. BLasphema non minus, ac ridicula erat illa opinio, quam de Valentinianis hereticis sanctus Irenæus recenset, videlicet tenuisse eos, quod Christus Dominus in sua pueritia ad scholas ductus, & prima legendi scribendique elementa more aliorum puerorum sub aliquo discipulo edoctus fuerit. Verba Irenæi (*l. 1. c. 17.*) sunt: *Assumunt in hoc & illum fastidium, quasi Dominus, cum puer esset, & discere litteras, cum audisset Magister ejus, quemadmodum in Consuetudine est, dic A. respondit A. rursum cum Magister jussisset dicere rum B. respondisse Dominum, tu dic mihi prior, quid est A. tunc ego dicam tibi, quid est B.* Hæc, inquam sententia blasphema, & sibilo dignissima est: sciendum enim, duplicem esse scientiam, *infusam* unam, alteram *adquisitam*; infusam sine dubio habuit Christus, quia admirabilem suum scientiam non humano, sed Divino Magisterio, & ab ipsa increata sapientia consecutus est: atque hanc ob rem hodie judæi in templo *stupebant omnes, qui eum audiebant, super prudentia & responsis ejus* (*Luc. 2.*) noverant enim Christum a teneris cum Sancto Josepho exercuisse artem fabrilem, numquam iisse ad scholas, unde mutua omnium interrogatio: *quomodo hic litteras scit, cum non didicerit?* (*Joan. 7.*) Econtra nos miseri mortales plerumque scientiam non habemus aliam, nisi adquisitam, id est, talem, quam labore, & indefesso discendi studio nobis comparamus: Id adeo verum est, ut nc primos quidem characterum, & alphabeti apices absque instructore calleamus. Unde tanta est populi ruditas, quia multi vel ex fastidio laboris nolunt capere, vel ex negligentia parentum non adiguntur, ut addiscant characterum notitiam, &c.

2. *Propositio.* Quæso, dum hodie videmus puerum Jesum in schola dolentem, loquamur de utilitate scholarum, videamusque, an illa commoda, quæ ex notitia characterum, vel incommoda, quæ ex eorum ignorantia consurgunt, sint operæ pretium, ut juventus sollicite instruatur in litteris. Præcipue autem parentes attentos cupio; quia audiunt fortasse rem, quam nunquam hactenus serio traxerunt in considerationem. Favete.

§. I.

§. I. Voluntas est disposita secundum intelligentiam intellectus.

3. *Confirmatio.* Initium faciendo de incommodis, quæ ex ignorantia litterarum consequuntur, præprimis notandum venit, quod duæ potentiæ animæ, videlicet intellectus, & voluntas, sint correlativæ, sicut sonus saliens, & subjectus alveus; quanto uberius sonus scaturit, tanto abundantius alveus affluit. Aut si alia similitudine uti libet, intellectus habet se per modum laternatii præcedentis, voluntas per modum pedissequi subsequentis: quamdiu lux antecambula clare lucescit, viator in media nocte absque offendiculo secure procedit: quodsi vero lux obtusa, aut omnino extincta sit, mirum non est, quod hinc inde millies impingatur. Experientia comprobatum habemus, quod quando intellectus radior, & a legendi, sacrosque libros evolvendi notitia magis alicuius est, tanto magis etiam voluntas ad animæ pericula obbrutescat. Fingamus geminos peccatores, unius, ejusdemque peccati reos, unum characterum notitia imbutum, alterum rudem. Cordate dico, de illo longe majorem seriæ, probaræque pœnitentiæ spem facio, quam de illo: quare? quia ex factorum librorum lectione facilius inveniet, profundiusque capiet pia principia, quæ ad seriam peccatorum detestationem requiruntur: ita mecum sentit Salonius Episcopus Viennensis, inquiens: (*apud Pariuch. in Joan. T. 1. lect. 1. n. 4.*) Homo, *quanto amplius calebia, & æterna cognoverit, tanto magis delendo & flendo laborat, ut errorum lequeas evadere possit.* &c.

Homines rudes sine fructu audiunt verbum Dei.

4. Forsan cogitabit aliquis hanc cælestium, & æternorum notitiam, item eas res, quæ ad pœnitentiam, ad finem, ac peccatorum agnitionem, verbo ad salutis negotium pertinent, non tam ex sacra lectione, quam ex auditione Verbi Divini, item ex instructionibus cathechetis hauriri. Verum & hæc ex parte infelicissimi sunt, qui characterum notitia non sunt tincti: experientia enim habetur, homines ejusmodi rudes ex concionibus sacris plerumque nihil percipere, nihil retinere: quare? quia intellectus rubiginosus est, & incapax ad addiscendum. Spongia, quæ diuturna ariditate exsiccata est, difficulter inhumidatur, dum econtra alia, quæ semper uda, ac humida permanfit, facile liquorem sorbet; ita illa cerebra, quæ litteratura quodammodo exculta sunt, facile memoria tenent dicta sacri Prædicatoris, aut cathechistæ, dum econtra alii rudes verbo Divino prorsus exsucci, obstippi, & quasi brutales intersunt. Dantur proh dolor! adeo bardi homines, qui ne unam historiolam, ne unam quidem sententiam rememorare valent. Qua de causa? quia ad aliquid addiscendum nunquam sunt assuefacti. Quid posset esse infelicius, quam hominem nihil frugis colligere ex re, quæ tamen inter efficacissima fuæ salutis remedia unum est? Quid boni sperari deinde potest in tali homine? immo quid mali non timeri?

Nesciunt pie transigere dies festos.

5. Porro quanta est eorum hominum infelicitas, quam nunquam magis sentiunt, nisi in Dominicis, Festisque diebus? ibi enim, cum alii in libellis precatoriis, historicis, aut moralibus suam consolationem hauriunt, isti torpent, ac inutili otiositate sibi ipsis molesti sunt. O quoties meis egomet auribus audivi lamentantes, ac dicentes: quid vellem dare, si callerem legere? vellem libenter pane & aqua victitare, vellem digitum abscindendum porrigere. &c. unde contingit postea, quod ex defecta honestæ occupationis ad lusus, ad choreas, ad compotationes, ad ea conventicula dilabantur, ubi fescennini sales, ubi nugæ, ubi rixæ, ubi juramenta, ubi imprecationes, ubi detractationes frequentantur. Verbo, ubi peccatorum seminarium est. Nonne hæc mala emergentia, pessimaque consequentias phathetice deplorat Oseas, ita lamentans: *Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, adulterium inundaverunt, & sanguis sanguinem tetigit*, alii legant, *& peccatum peccata unitur.* (*Osea 4.*) Unde tanta malorum lernæ? nempe ex hoc antecedente: *Non est scientia Dei in terra.* &c.

Dæmon impedit lectionem sacram, & instructionem juventutis.

6. Hæc damna, hæc peccata ex ruditate, & ignorantia oriri solita quam optime novit dæmon, ideo hanc propagare omni contentione allaborat: ficut enim Philistæi olim per omnem terram Israelis eliminabant arma vetera, & nova fieri prohibebant; (*1. Reg. 13.*) ita infernalis strategus nunquam non contra instructionem juventutis, & contra sacros libros sæviebat. Dubitatis? convincam: nonne instigavit Nabuchodonosorem, (*4. Reg. 25.*) ut expugnata Jerosolyma sacros Codices igne consumeret? nonne instigavit Antiochum, (*1. Machab. 1.*) ut per Judæam conquisitos undique sacros libros combureret? nonne instigavit Diocletianum (*Euseb. l. 4. Hist. Eccl. c. 3.*) ut omnes Catholicorum scripturas in foro publico ferro flammaque excinderet? nonne instigavit Julianum Apostatam, (*S. Aug. l. 8. de Civ. Dei. cap. 38.*) ut Christianam juventutem scholis interdiceret? nonne instigavit novissime Lutherum, ut sacrorum Canonum volumina VVittenbergæ publice flammis aboleret? &c. Quid emolumenti sperat dæmon per hanc molimina? scit scelera omnia facile propagatum iri, si hæc scelerum repagula, videlicet sacri libri, & juventæ in libris instructio tollerentur. &c.

§. II. *Homines legere gnari rara fiunt impiissimi.*

7. Verum satis lamentatum est de damnis inscitiæ: jam perpendamus salutares fructus, qui ex legendi, scribendique scientia hominibus propullulant, quorum fere præcipuus est ille, quod ejusmodi homines vix unquam in tam profundam scelerum abyssum demergantur, quam rudes, aut siquidem in peccatum prolapsi sunt, expeditius resurgunt, quam non instructi dicta scientia; lectio enim librorum est efficacissima illa machina, quæ mirabiles peccatorum conversiones sæpe operata est. De Guerrico Parisiensi Doctore (*Annal. PP. Prædicat. t. 1. f. 2. f. 69. Gen. 5.*) memorant annales Patrum Prædicatorum, quod illud Geneseos caput e scripturis legerit, ubi veterum Patrum aures secundum ordinem recensita eo semper epiphonemate clanditantur: *Et mortuus est.* Exempli gratia: Adam vixit nongentis triginta annis, *& mortuus est.* Seth vixit nongentis duodecim annis, *& mortuus est.* Jared vixit nongentis sexaginta annis, *& mortuus est.* Et sic de ceteris: Erexcit: consilium rerum terrenarum fastidio tactus mundo nuntium misit, & in familiam Sancti Dominici secessit Sanctus Augustinus (*conf. l. 13. c. 15.*) de se ipso fatetur, quod factuosam obstinaciam, hæresimque ejuraverit, illuminatus ex lectione Scripturarum. Quid Præfectum Reginæ Candacis commoverit, ut exuvias gentilitatis teneras ad veræ fidei lucem festinaret, nisi lectio Isaiæ Prophetæ? quid sanctum Antonium excitavit, ut relictis possessionibus mundum cum eremo commutaret, nisi lectio sancti Evangelii? quid Beatum Columbinum ad vitæ sanctioris orbitam reduxit, nisi perlecta vitæ Sanctorum? taceo innumeros alios, quibus librorum evolutio fuit, & sæpe hodiedum est miræ conversionis fomentum.

Sacra scitio præcipue cavenit hominibus mundanis.

8. Quid ad hæc, mei Christiani? illos præcipue alloquor, qui sibi persuadent, librorum evolutionem, scientiam sacrarum rerum, legendi scribendique peritiam tantum ad claustrales, & Ecclesiasticos pertinere: Errasis, erraris! ad vos etiam laicos, & quidem quam maxime salutariter pertinet: dicite, quis magis indiget lingua magnetica, & mappa Geographica, an ille, qui navigat, aut is, qui in litore securus stat? certe qui navigat. Ecce vos in mundano mari periculoso navigatis, dum interim homines, qui spiritui deserviunt, a periculo remotiores sunt: vos igitur plus illis indigetis salutaribus remediis, adjumentisque, quæ contra peccata præstant securitatem. Adhuc crassius allucinantur illi, qui obtrectare solent, parentes, polo meos liberos in litteris instrui, ne anfam habeant legendi obscena, & scribendi amatoria. Ignava prorsus veritæ desidiæ oppallatio! periculum enim addiscendi obscena ex librorum lectione non per se, sed uti dicitur, per accidens ex malitia hominum sequitur, quæ sine dubio tanta est, ut etiam optimis quibusque rebus ad perversa abuti possit. Si omnia illa a mundo eliminari deberent, quibus humana perversitas abutitur, quid, quæso, nobis remaneret? abolendam esset vinum, quo multi non ad confortationem, sed ad ebrietatem uterentur: abolenda esset arma omnia, quæ multi non ad defensionem, sed ad injustas aggressiones usurpant: abolenda esset ipsa scriptura, quam hæretici ad errorum suorum tuitionem detorquent. Quinimmo reprehendendi essent omnes illi Sancti, qui per fundationes seminariorum, collegiorum, academiarum omni opera ad institutionem juventutis collaborarunt, quibus tamen Christiana respublica immensum obstricta est. Inter hos facile princeps est S. Ignatius Loyolæ.

9. Non auditis, Auditores, de mirabili hujus Sancti conversione? Ignatius natione nobilis Hispanus (*Ribadeneira 31. Julii.*) ab initio unius prælam militis obibat sub signis Catholici Regis in bello contra Gallos illi demandata fuit defensio multi ssimi propugnaculi Pampelonensis, ubi generosi Ducis partes strenuissime agebat. Sed ecce, dum fervet obsidio, nefeio fortunæ an infortunio, certe ex Providentia Dei contigit, ut murus excusso tormenti bellici globo prosternatur, utrumque crus Ignatio ita obtriverit, ut loco cedere, & a fuis in lectum deportari debuerit. Ibi fallendi temporis causa vitas Sanctorum perlustrans, ita sacra hac lectione ad æmulationem Sanctorum incensus est, ut relicta profana militia, deinceps miles Jesu Christi esse decreverit. Fundator dein de fuctis gloriosissimæ Societatis Jesu, in id præcipue operam contulit, ut ubique terrarum aperirentur scholæ, ut juventus in litteris instrueretur, ut ignorantia profligaretur, ut multæ ab exilio reparentur, id quidnam felicioribus præstitit, ut hodiedum litteratus orbis illi, illiusque sanctæ Societati immensum sit obstrictus. &c.

10. *Epilogus.* Festino ad coronidem; procul quærere videtur nonnemo, quem in finem hodie dissertationem proposuerim? auscultate; non alium in finem, nisi ut agnoscerent parentes suam imprudentiam, dum liberos in legendo scribendoque eruditi non sinunt. O Christiani parentes, an ergo statutum vobis est, propter aliquot nummulos, quos in minervil expendere oportet, liberos vestros per omnem vitam infelices reddere? hos tanquam obstipos truncos educatis, hos ad fructuosam Verbi Divini auditionem ineptos redditis, hos in diebus festis otiosos aleatores facitis, his demum spiritualis eruditionis, & generosa conversionis occasionem eripitis? an levia putatis hæc damna? plane levia non sunt, quia sæpe ex illis dependet temporalis felicitas, & æterna salus. Amen.

Do-

Dominica I. post Epiphaniam.

CONCEPTUS III.

Agitur contra profanationem Festorum, in quibus non amplius reperitur Deus.

Et non invenientes, regressi sunt Jerusalem, requirentes eum. Luc. 2.

EXORDIUM.

Anni dies sunt aliqui sancti, alii profani. Veteres Christiani in festis eâmodum Zelosi, nos tepidi.

1. Totius anni dies natura quidem sunt similes, conditione tamen inæquales; aliqui enim sunt quasi plebeji, & ad serviendum nati, qui corpus laboribus occupant: alii sunt quasi nobiles, & festivi, qui vigilias anteambulas, & octavas pedissequas habent. Hi auctoritate pollent, labores interrumpunt, templa ornant, centones vestibus hirsutis commutant, jejunia lautis seculis restaurant. *Dies illem superas*, inquit Ecclesiasticus, *a Domini scientia separati sunt, ex ipsi eruditus, & exaltavit, & ipse sanctificavit, & ad se applicavit.* (*Eccl. 33.*) Hanc dierum differentiam Deus tam in Veteri, quam in Nova Lege observatam voluit; in Veteri quidem, ubi Hebræis præscripsit Sabbathum, Pascha, Pentecosten, Festum tubarum expiationis, tabernaculorum, & cætus, accesserunt postea quatuor alia festa, unum in memoriam liberationis obtentæ per Esther, aliud ob reconcilitationem templi sactam a Machabæo, tertium ob sanctum ignem a Nehemia inventum, quartum ob bona, quæ illis evenerunt per mortem Nicanoris. (*Alexand. ab Plexand. l. 22.*) In nova autem Lege Apostoli, ut ex diebus vitæ nostræ Deo decimam persolveremus, Dominicam, & alios dies festos Divino cultui destinarunt, & sancta opera in iis præscripserunt. Etenim primis seculis tanta fuit Christianorum pietas, ut quamvis atrocissimæ sæviunt persecutiones, tamen impediri non potuerint, quo minus Festa non solum in catacumbis, sed & publice in templis celebrarentur, & quidem tanto concursu, ut in sola urbe Nicomedia sub Diocletiano viginti millia Christianorum, Christi natalem celebraturi, confluxerint. (*Nicephor. lib. 7. c. 6.*) Quid multis? tunc temporis dies festivi erant dies Dei; in illis quærebatur, & inveniebatur Deus, inveniebatur in Eucharistia, tanquam ferculum conviviorum, inveniebatur in concionibus, tanquam argumentum discursuum, inveniebatur in eruditionis, & generosa conversionis occasionem eripitis? an levia putatis hæc damna? plane levia non sunt, quia sæpe ex illis dependet temporalis felicitas, & æterna salus. Amen.

2. *Propositio.* Christiani Auditores! deplorat profanationem Festorum, in quibus nihil frequentius contigit, quam quod in hodierno Evangelio contingit, videlicet, non inventus Deus. Dubitatis de hac Veritate? Ergo actiones Festorum pensiculatius consideremus, & quid in illis Divini reluceat, attendamus. *Et non invenientes, regressi sunt in Jerusalem, requirentes eum*, Fayete.

Multi sunt qui diebus festis laborant.

3. *Confirmatio.* Dominicæ, & anni Festa non alia ex ratione vocantur sancti dies, quam quia unice ad servitium Dei deputati, & sanctis operibus transigendi sunt. Cessare ibi debet labor, & cura rerum temporalium, vigere ibi debet æternorum sollicitudo, ibi quærendus, & inveniendus Deus. Ingredimur igitur illas opificum ædes, visuri, quid rerum agatur, & ecce, quid video? video, quod die festa sartor pannum scindat, textor scamnum textorium præparet, balneator venam secet, sanguinem eliciat, barbam radat, scriniarius instrumenta acuat, faber equos ungulet: Video, quod portitores hinc inde circumtantur, currus agantur, falces acuminentur, triticum ad mundinas, ad molendinum, ad praxatorium vehatur. Video, quod seminæ linteamina colligant, lixivient, filios lavent, domum verrant, poma scindant, fructus ex arbore carpant, vestes consuant. Quid hoc rei inter Christianos? videmus Judæos sua festa adeo superstitiose feriari, ut teste Josepho (*lib. 2. c. 7. de Bell. Jud.*) quondam Essenis *nec ignem accendere in sabbatho, nec vas ullum quidem transponere licuerit*, & nos non erubescimus dies Deo sacros laboribus profanare? an putatis, Christiani, lucrum illius horæ prosperari, quam Deo sustuamini? &c. Recte, recte Domine Parochc, tantum egregie invehere in nostros Patresfamilias, qui nos famulos, ac famulas etiam sub interminatione manumissionis compellunt ad labores. Itane, Christiani Patres-familias subditos ad laborem cogere in die festo? non timetis Dei punientis ultionem? an non meministis amplius, quod quidam aurifaber apud sanctum Eucherium propter laborem diei festivæ a sanctis Thebæis acriter fuerit flagris excepus? an non meministis, quod cuidam molitori, de quo in vita Sancti Austregisili mentio fit, volenti die festivo molam reficere, malleus digitis tam arcte adhæserit, ut nulla vi potuerit avelli? an non meministis, Castellæ Regem ab equo fuisse oppressum ob pugnam in die festo indictam? an non meministis ethnicæ mulieris, quod dum in festo Assumptionis Beatissimæ Virginis famulam balneum parare jubet, domus integra repetino incendio conflagravit?

O si Dominus Deus hodiedum tam luculentis suppliciis plecteret profanationem festorum, certe singulis diebus festivis passim domnum incendia cerneremus: Condoleo tibi, mi sancte Apostole Thoma, qui, quia festis Natalitiis nimium vicinus es, fere a nullo sutorum, aut sartorum sancto otio honoraris: Condoleo tibi, O sancte Apostole Matthia, qui si in Bacchi nullis occurras, nec habes Festum, nec Vigiliam. Seal pergamus, & Deum quæramus in diebus Festis.

Alii edunt, bibunt, ludunt, saltant.

4. Quid ibi video? Video populi nubem per vias publicas festinantem: cujus supplicatio? non; sed in vicinia celebratur Festum Encæniale aut Parrocinii, ut vocamus; in iis festis mos est, ut viri, & mulieres, pueri ac puellæ, juvenes ac senes accurrant indulgentias lucraturi; fere nemo remanet domi. Laudabilis mos, quod adeo religiose celebrentur Sanctorum memoriæ; Verum quid hoc rei portendit, quod priusle cauponæ cerevisiam convehant, pistores panem pinsant, laniones pecus macterent, lusores tria instrumenta fidibus instruant? Nempe post peractam rem Divinam convolatur ad popinas, ibi editur, bibitur, luditur, saltatur, & insaniturin feram usque noctem. O miseram Festitatem, quæ coronatur cum peccatis! Excurritur ad templum S. Laurentii, ibi audiunt mane juvenes in concione, hunc sanctum Martyrem pro Deo arsisse in craticula, & illi vespere pro diabolo ardent libidine in popina. Excurritur ad templum S. Udalrici, ibi mane in concione audiunt hunc Sanctum adhuc infantem in jejunio, & inedia fuisse mirabilem, & illi vespere intemperanter farciunt ingluviem usque ad crapulas, usque ad vomitus: utinam adhuc viveret Sanctus Hieronymus, & pro sua dicendi austeritate iterum detonaret illud: *Valde absurdum est saturitate velle honorare Martyrem*, quem scimus Deo placuisse jejunio: utinam adhuc viveret Augustinus, & pedimam hanc morum corruptelam aboleret, prout tefte Baronio; (*ann. 418. n. 6.*) hujusmodi abusus in diebus Festis usitatos in Ecclesiis quibusdam Africanis abrogavit: *Abstulit inveteratas pugnas, quibus lapidibus se in duas partes sollemniter dimicabant.*

Alii chartifolia aut alea miscent.

5. Progrediamur ulterius: quid audio in illa domo? silite parumper: audio frequenter Nomen Dei ingeminari, *per Deum juro, Deus scit, Deus me punitat*: forsan ficiaventitur Deus? ah! nihil minus: in hac domo consident conciliabulum ludentium, hic miscentur chartifolia, hic jaciuntur aleæ, hic unus pejerat, quod jecerit quinque, alter devovet se igni, non fuisse, nisi tria puncta, hic aliquis blasphemiis impetit adversantem sibi fortunam, alius, qui victor est, insultat victis, & ut ait Sidonius: (*l. 1. Epist. 2.*) *In bonis factibus tacent, in malis vident, in verisque philosophantur.* Itane hic ritus sanctificandi festa? & quidem inter Christianos? Laudi adeo sunt noxii, ut teste Antonio, *in aliis tot sint scelera, quot paulla*: charti-folia adeo sunt detrimenta juventuti, ut non nutriant, nisi otium, morum levitatem, dissensiones, rixas, inobedientiam erga parentes, perjuria, fraudes, deceptiones, & furta, denique patibulum, ac ipsius etiam animæ ruinam. Scitis, Auditores, in quem maxime tot malorum culpa coram Domino Deo recumbat? respondeo, in eos patres ac matres-familias, qui domos suas, ac hypocaustia ejusmodi ludentium turmæ indulgent; hi rei erunt coram Divino tribunali tot juramentorum, perjuriorum, blasphemiarum, & corporalis, ac spiritualis multorum ruinæ. &c.

Alii otiose ambulatum exeunt,

6. Quos ibi hominum conspicio? Video pueros, ac puellas è domibus gregatim erumpentes in prata, in sylvas exspatiari: *heus vos quorsum? vegetamur, inquiunt, ad colligenda fraga, ad cerasa, ad nuces, ad poma, ad sylvestres fructus.* Sistite & revocate gradum: tempus est ad catechesin, ad vesperas. Domine, jam habemus licentiam a parentibus, a superioribus: fucine? O tempora! O mores! inveniitur inter homines plebejos crassa infelicia, ignorantur res fidei scitu necessariæ, etiam illæ, sine quibus æterna salus absolute obtineri non valet; & dum alii catecheticis institutionibus interfunt, alii per campos, ac nemora otiose vagantur; & hoc cum præscitu, ac licentia parentum. Væ illis parentibus: iis enim imputabitur filiorum ignorantia, ac perditio. Taceo, quoniam hic spes nulla affulget inveniendi Deum; ulterius indagabo.

Alii in computationibus morantur.

7. Eamus in illam domum, ubi affinum cernimo insigne crucis: sine dubio ibi Christus suo festo fruetur. Sed amabo, referamus gradum; quia ex solis limitibus conjicio, hic popinam esse adeo maledictam, ut cruce signari debuerit, ne eam diabolus asporter. Video in illa mensa perpraecantium turmam, sartorum, sutorum, fabrorum, pistorum, & cujuscumque generis opificum, qui unico sympotio diebus Festis abliguriunt, quod tota septimana lucrantur: illi cerevisia fumant, & domi proles inedia enecantur. Dein domum noctu redeuntes, aut sub axillis portati, generosos se putant, si tantum bilis in uxores effundant, quantum antea cerevisiæ ingurgitarunt. O infelicia festa! quam merita vos in calendario rubeo colore scribimini; quia nimirum depravatam morum licentiam,

tiam, fescitamines fales, impudicos ructus, intemperantias, & ebrietates Christianorum erubescitis. &c. Ohe! quid opus est tam acri censura? utique nobis in die festo conveniens recreatio competit: nunquid non solum gentilis Philosophus (*Aristot. in Ethic.*) probat, *requiem, ludum, & jocum necessaria esse*, sed & Christianus Doctor Tertullianus (*Apol. c. 16.*) affirmat: *Diem festi lætitia indulgemus*? &c. Christiani mei! cohibete bilem: expeditissime enim cum Gregorio Nazianzeno (*orat. 6.*) respondeo: *Non voto animæ recreationem, sed patulantiam ejurare.* An enim convenientem recreationem esse dixerim, usque in medium noctem, aut sæpe ad auroram usque immoderato potu intumescere? An convenientem recreationem dixerim inconditos ebriosorum tumultus, ac bacchicos clamores, quibus maxime diebus festis vix publicæ perstrepunt? An convenientem recreationem dixerim jargia, improperia ac prælia, quibus hi fanni crapulosi se mutuo impetunt? certe talia festa non sunt festa Christianorum, sed festa choribantium, aut gentilium orgiorum, de quibus merito Dominus Deus per Prophetam conqueritur: (*Amos 7.*) *Odi, & projeci festivitates vestras, & non capiam odorem catuum vestrorum.* Excutiamus hic pulverem pedum, & pergamus.

Alia ad theatra aegrotarum festinant.

8. Quis scit, an non forsan Deum ibi inventurus sim in illa confertæ multitudine, quam haud procul a foribus Ecclesiæ cerno? An forsan ibi Sanctus Paulus prædicat, cum tam altum sit silentium? Eheu! quid video? unus histrio ibi saltat, & unus dæmon lascivam feminam vestibus referens ibi cantat, utque sua emplastra, lixivia, & pilules plenas impostoris melius vendant, mille gesticulationes leves miscent. Et tamen hic ante theatrum circumforanei deceptoris dentior inveniitur multitudo, quam ante cathedram sacri Oratoris: neque hic repetere licet lamenta, quæ Salvianus (*l. 6. de gubernat. Dei.*) de sui temporis comœdiis ingeminavit? *Si quando evenerit, ut eodem die & festivitas Ecclesiæ, & ludi agantur, quæso ab omnibus consentitis, quis locus majores Christianorum capias habeat. Ludi publici, an atrium Dei?* Profecto solus nobis in comparatione omnium Deus vilis est; nemo minus, quam Deus ex diebus sibi sacratis participat. Fugiamus.

Alii in Ecclesiis mille irreverentias agunt.

9. Et denique Ecclesiam ingrediamur. Quid ibi rerum agitur? Eheu! quid video? certe dubius hæreo, an ibi recitetur comœdia aut missa. cum plateæ, fora, cauponæ, domus lusoria hominibus fceteant, clarum est, Ecclesias defertas, ac vacuas fore. Porro illi, qui sacris interfunt, proh! quantis levitatibus vacant? scamna puellarum sunt turmæ cicadarum, ibi garritur & narratur quidquid fabularum per omnem septimanam coacervatum est. Adolescentes sunt oculis vagi, animo vani, & formas nonnunquam alienas fœstis obtutibus aucupantur: in perceptione Sacramentorum quantus tumultus, in exitu Ecclesiæ, quantæ compressiones! Bene agitur, quod hæretici non semper intueantur Christianorum in templis levitates; alias festi nostri non unius risum facerent, quam fecerunt Manichæi tempore Augustini. (*Lib. contra Faust.*) O bone Deus! miseret me tui ex omnibus anni diebus: reservasti tibi tam paucos, atque enim hi tanta cum irreverentia peraguntur, ut per Isaiam conqueraris: *Calendas vestras, & festivitates vestras odivit anima mea: facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens* (*Isai. 1.*) &c. &c.

10. *Epilogus.* Christiani Auditores! postquam satis luculenter demonstravi, nunquam minus, quam in diebus festis invenire Deum; jam finaliter unice interrogo, quid mirum, quod quotidie mille ayumnis vapalemus, cum erga Deum adeo injuriosi simus? &c. Quæritis forsan vicissim, qua ratione igitur festa religiose celebrari oporteat? Repono, sancta debere sancte tractari; in diebus sanctis non nugæ, non levitates, sed unice quærenda est animæ salus, quærendus est, & inveniendus Deus. &c. &c. Amen.

Dominica II. Post Epiphaniam.

CONCEPTUS I.

Offenditur, infelicia Matrimonia nonnunquam provenire ex eo, quia Jesus non vocatur ad nuptias, hoc est, quia finistro fine incuntur.

Vocatus est autem & Jesus, & Discipuli ejus ad nuptias. Joan. 2.

EXORDIUM.

Hodierni sponsi fuerunt felicissimi ob præsentiam Christi.

1. INgens est dubium & controversia inter sacros Doctores, & Scripturarum Interpretes, quinam fuerint hodierni sponsi, qui in Cana Galilææ nuptias celebrarunt: aliqui opinantur fuisse S. Joannem Evangelistam, maxime ducti auctoritate Sancti Augustini, asserentis: (*hic Præfat. in Joan.*) *Joannem Dominus de flagitata nuptiarum temperate vocavit.* Hujus opinionis sunt Venerabilis Beda, Rupertus, Lyranus, Dionysius Carthusianus (*ap. Caru. in Lap. hic.*) & alii. Econtra alii tenent, sponsum fuisse sanctum Simeonem Apostolum, quem origine Cananæum fuisse sacræ Scripturæ testimonio scimus: huic sententiæ accedunt Nicephorus Calistus, & Cardinalis Baronius, (*ibidem.*) qui addit in hoc nuptiarum loco a S. Helena Constantini Magni Matre magnificum Ecclesiam fuisse erectam. Verum quicunque demum fuerint hi novi nupti, utut cetera sunt dubia, indubitanter tamen tenen-

003413

nendum est, quod fuerint undequaque felicissimi. Quare? quia statum suum conjugalem cum & in præsentia Christi Jesu ossi sunt. *Vocatus est autem & Jesus ad nuptias.* (*Joan.* 2.) Quis unquam legit in tota Scriptura, negotium cui Jesus præsens aderat, infeliciter successisse? nemo certe: Petrus felix erat in piscatu, Apostoli felices erant in superanda tempestate maris, claudi, cæci, surdi, paralytici felices erant in recuperanda sanitate: quare? quia Jesum sibi præsentem habebant. Cum ergo mera felicitas est, ubicumque Jesus est, quis dubitet, hodiernum conjugium, quod Dei Filius primo miraculo decoravit, undequaque fuisse felicissimum? &c.

Cur nesciat temperibus tot fiat infelicia matrimonia?

2. *Propositio.* Ex hoc discursu desumi facile potest, cur nostris temporibus tot inveniantur infelicia Matrimonia, in quibus nil nisi quotidianæ rixæ, dissidia, jurgia, & infortunia cernuntur; nimirum; quia Jesus non vocatur ad nuptias, volo dicere, quia status conjugalis frequenter sine Deo, sine debito fine, aut modo inchoatur. Vultis scire, quznam sint hujusmodi Matrimonia? quinam hi sinistri fines, ac modi? date aures, & animum; explicabo id in præsentiarum.

Ad statum matrimonii necessaria est vocatio Dei.

3. *Explicatio.* Quondam Dominus Deus præcepit Moysi, ut in tabernaculo duos Cherubin aureos, & productiles faceret, ita tamen, ut hi duo Cherubini tam se mutuo, quam propitiatorium intuerentur: *Respicientque se mutuo versi vultibus ad propitiatorium.* (*Exod.* 25.) Jam intuemur alios duos Cherubinos, quos Rex Salomon in magnifico suo templo erexit, de his testatur sacer textus: *Faciet eorum erant versæ ad exteriorem domum.* (3. *Reg.* 6.) Diligentia igitur inter hos Cherubinos erat ista, quod illi, qui a Moyse jussu Dei erant fabricati, & se invicem, & Deum fuerint contuiti: econtra illi, quos Salomon statuerat, nec se, nec Deum, sed portam templi respiciebant. Hi Cherubini erant figura conjugii, ait Arias Montanus; (*in apparat. sacro.*) quippe *alter habebat figuram Mariti, alter fœminæ.* Quid documenti exinde eruitur? nimirum, quod illi conjuges, qui a Deo ad hunc statum ordinantur, felicem sperare possint conjugii sui successum, respicient & se invicem, & Deum: at illi, qui pure ab homine in hoc statu collocantur, id est, qui ex motivis pure humanis, ac vanis congrediuntur, infelices erunt; nec se invicem in pace, ac concordia respicient, nec Deum. Quæris, quznam sint hæc motiva pure humana? respondeo: aliquid pure propter divitias, alii propter corporalem venustatem, alii decorum ex pruritu voluptatis absque ullo altiori fine, ac scopo conjugantur. Prosequantur hanc divisionem.

Infelices sunt nuptiæ quæ solum sunt propter divitias.

4. *Confirmatio.* Primo igitur non solet Jesus interesse nuptiis, si status conjugii non alio fine & scopo, nisi ex avaritia, & immoderato divitiarum desiderio ineatur. Proh! quam pudendus hic est matrimonii finis! siquis in foro equum, siquis bovem, siquis asinum coemere cogitat, diligentissime explorat, cujus indolis, de qua provincia oriundus, quibus qualitatibus præditus sit: at proh dolor! quod in jumento accurate exploratur, nonnunquam in conjuge inexploratum reliquitur: non instituitur examen de dotibus, sed de dote Virginis; non quæritur, qua de stirpe originem trahat, num a vitiosis parentibus simul cum sanguine mores hauserit: quibus virtutibus polleat; quibus vitiis sordescat; quem genium, quem agendi morem teneat. &c. Hæc omnia, inquam, facile dissimulantur, dummodo opibus, & divitiis abunder. Non potest ejusmodi Matrimonium esse prosperum; Maritus enim hoc modo non tam conjugem, quam dotem amat, ore quidem tenus fœminam, sed corde tenus divitias pro sponsa habet; hinc fit, quod diu noctuque invigilet non tam, ut conjugi placeat, sed ut opes corradat: cogitat identidem, qua ratione sua bona augmentare, sua latissimda ampliare possit: perpendit sedulo quænam hereditates consanguineorum uxori competant, quas prætensiones formare, quomodo jura sua tueri valeat, & quæ sunt similia, quibus omnibus cor ab uxore ad divitias avocatur, & amor langueseit, qui tam felicidicfoalimento nutritur. Accedit, quod uxor divitiis præpotens ordinarie ambitiosa, & sue fastu intollerabilis fiat, nec facile illius dominatui se subjicit, quem suis se opibus felicitasse arbitratur: Exemplum habemus in Fausta Imperatrice, (*Albert. Crantius l.* 10. *Sax. c.* 8.) quæ Aurelium Imperatorem, cui Romanum Imperium in dotem attulit, innumeris fastidiis ad mortem usque confecit: Exemplum habemus in Maria Ludovici Hungariæ, & Poloniæ Regis filia, quæ Sigismundum Bohemorum Regem ob præditum dotem, quam illi attulit, adeo contemptui habuit, ut suæmet nomine monetas cudi, illisque hac epigraphe configuari præceperit: *Mariæ Reg. Hungarorum.* Taceo alias præditarum fœminarum insolentias & infaustos matrimoniorum exitus, in quibus nihil aliud, quam pingues dotes, & divitiæ quærebantur. O quam longe providentius hac in re agebant Veteres! Abrahamum respiciamus: Ille cum fidissimum sibi famulum Eliezer ad conquirendam filio suo conjugem emiserat, dissertissimis verbis illi præcepit: *Non accipies uxorem filio meo de filiabus Chananæorum.* (*Gen.* 24.) Quæ causa hujus præcepti? nonne inter Chananæas erant fœminæ opulentæ, ac pretiosis patrimoniis divites? erant sine dubio: verum dissimulare voluit Abraham: Mi Eliezer non te tangat auri, & magnæ dotis sollicitudo, præcipua tibi cura sit, ut de conjuge virtuosa, modesta, sedula filio meo circumspicias: etsi mulier paupercula sit, parum intereste, modo pia, ac virtuosa sit: unicus obolus cum benedictione Divina facile migrat in aureum; econtra aureus sine Dei benedictione facile ad obolum redigitur, &c. Ita in hunc locum advertit Chrysostomus: (*hom.* 48. *in Gen.*) *attende*, inquiens, *quomodo ceteros non quærebant substantiam multam, nec divitias, non servos, & jugera agri tui, & tot, sed animæ pulchritudinem, & morum nobilitatem.* O utinam hic illemmet scopus hodiedum esset nubentibus, certe non audirentur tot luctuosi matrimoniorum successus.

§. II. *Infelices sunt nuptiæ quæ solum sunt ob pulchritudinem.*

5. Secundo, non solet Jesus interesse illis nuptiis, ubi pro scopo solum haberur sponsæ venustas, volo dicere, altera tinea, quæ conjugiorum felicitatem arrodit, est ista, quod videlicet ad hunc statum non ex alio motivo convolentur, quam propter externam corporum pulchritudinem: sunt plurimi ejusmodi Paridis, qui non ex alia ratione affectant Helenas, quam quia frontis ebur, oculorum crystallum, genarum rosas; colli alabastrum, auraumque capillum intuentur: quid agitis barbi, & imprudentes? an nescitis sub nivibus sæpe fimetum, sub albo marmore cadaver delitescere? id potius curandum vobis foret, utrum sponsa sit fidelis, ut Sara, pudica, ut Rebecca, amabilis, ut Rachel, fecunda, ut Lia, humilis ut Esther, magnanima, ut Judith, prudens, ut Debbora, provida, ut Abigail. Verum de hac parum curant, modo uxorem bellam, ac speciosam forciantur. Hujusmodi conjugia plerumque infausto post se trahunt exitus; quia ati discurrit Philosophus (*l.* 9. *Ethic. c.* 4.) *Facere non vult amatus.* Quapropter, cum paullo post vel per superatam ægritudinem, vel per tenium frontis ebur rugis obduci, cum oculorum lumen diluculare, cum genarum rosæ marcescere, cum labiorum corallum oppalescere, cum dentium candor nigrescere cæperit, tum enim vero frigescit amor, & innumeræ rixæ, jurgia, imprecationes, obrectationes subsequuntur. Perspiciamus iterum, quam curam externæ venustatis habuerint homines sancti in contrahendis suis matrimoniis: Plane mirum quantum adsiscor, dum modestiam Rebeccæ cogito: (*Gen.* 24.) illa, ut primum Isaacum spectatum sinum adventantem animus conspexit, sine mora a jumento, quod insederat, desiluit, & *velamine cito pallium operuit se.* Quid agis, prudens fœmina, cur faciem oppallias? nonne Isaacus sponsus tibi est? ergo age, exhibe, te, ut videas, an oculis illius arrideas? absit hoc a modesta Virgine; singularis modestiæ nota erat, quod faciem absconderit. Si causam edoceri cupitis, paucis percipite: Venerat cum Rebecca Eliezer Abrahæ famulus, qui ex fuæ commissionis obligatione Isaaco enarrare debebat omnes futuræ sponsæ dotes: *Sensus autem cuncta, quæ gesserat, narravit Isaac.* Quapropter perpendebat secum prudens fœmina, si vultrum meum conspectui sponsi offeram, erit ille solummodo attentus ad ea, quæ videt, non vero ad ea, quæ audit: verum præposteru hæc res foret; audire prius, quam cernere debet Isaacus, qualis sim, nec antea ob corporis, quam ob animi dotes ab eo amari desidero. Ita Doctissimus Oliva: (*Gen.* 24.) *ut dum servus commemorat, quæ acciderunt, potius Isaac in se diligat decorem mentis quam vultus.* O utinam hic illemmet scopus hodiedum esset nubentibus! certe pauciores essent mariti, qui cum damno suo conquerentur, se ad vultuum venustatem velut muscam ad lactis lagenam, velut fucum ad mellis cuneum, velut papilionem ad candelæ lumen convolasse.

§. III. *Infelices sunt nuptiæ quæ fiunt ob temperamentum.*

6. Tertio denique non apparet Jesus in illorum nuptiis, qui ad matrimonia ex solo voluptatis instinctu festinant; nec ultiori fine, quam bruta ad hunc statum ferantur, Eheu! sanguinei lacrimis haud satis deplorandi sunt illi infausti exitus, qui ex ejusmodi matrimoniis consequuntur. Interrogate Doctissimum Pererium, (*Gen.* 6.) unde sceleratissima gigantum genus ortum traxerit, quæ præ ceteris iram Dei, & diluvium supra universum orbem evocavit? nimirum ortum traxit ex libidinosis conjugiis filiorum Seth, cum filiabus Cain: *Videntes filii Dei filias hominum quod essent pulchræ, accepérunt sibi uxores*: hæc matrimonia non alio fine, quam impudico enimis petulantia erant conflata, quid mirum, quod in parentum afflictionem progenita ex illis sint hominum monstra, quæ orbem flagitiis repleverunt: *Mox ut cœpérunt filii Dei filiis hominum*, verba sunt Bachiarii? (*Ep. de recip. Lapsi.*) *nati sunt in terra gigantes*, quorum scelera non minus, quam corpora superabant ceteros homines enormia nimium erant. O Christiani conjuges! quæ ratio subest, quod vestra non raro conjugia sceleribus, adulteriis, zelotypiis, dissidiis, juramentis, blasphemiis plena sint? quid mirum, quod a paupertate, adversis casibus male moratis prolibus mille afflictiones sustinentis? Jesum non invitastis ad nuptias, immo illius gratiam & benedictionem malitiose e conjugio vestro expulistis: recogitate, quæ vestra fuerit jam ante conjugium damnabilis, & execranda familiaritas: recogitate, quis vobis fuerit nubendi scopus ac finis: nimirum ait Chrysost.

(Op.

(*Op. imperf. in Matth. hom. 1.*) *Quod in meretricibus solet quæri, hoc in conjugiis agunt.* Recogitate, quam turpiter re sanctissima, hoc est, sacramento Matrimonii abusi sitis, quia, ut deplorat S. Bonaventura: (*opusc. de reform. Mem. c. 28.*) *Modo non proles, sed voluptatis in hoc opere quæritur.* O Divinæ Matrimonii Institutor, recte facis: invoco, provoco tuam justitiam, rogoque, ut nullam prorsus benedictionem, sed mille tribulationes, persecutiones, afflictiones mittas iis, qui conjugali statui suo pudendis sceleribus præludunt, ut tali modo, dum peccatum ex motivis supernaturalibus non exhorrescunt, saltem ex materiæ temporalis metu exhorrescere discant. &c. &c.

7. *Epilogus.* Quæret hic pro coronide nonnemo, quis ergo finis, quæ intentio Matrimonii esse debeat? Respondeo expeditissime verbis Apostoli: (*Cor. 10.*) *Omnia in gloriam Dei facite.* Hic finis, hic scopus esse debet omnium actionum nostrarum; quando magis negotii ram magni, quod consistit in electione status? quisquis iturus ad statum hunc conjugalem aspirat, sepositis quibuscunque temporalibus motivis, auxilium, & benedictionem Divinam sedulo imploret, & pro scopo sui conjugii sibi unice præfigat Dei gloriam, & animæ suæ salutem: ajat: Domine, protestor contra quoscunque hues vanos & inanes, & solumodo sacramentum conjugii suscipio, ut tibi commodius serviam, ut animam salvem, & (prout Arefius loquitur) ut augeantur hujusmodi lapides, ex quibus cælestis Solyma debebit ædificari. &c. Hunc scopum, hunc finem si vobis præfigatis, spero fore, ut Jesus Dei Filius in nuptiis vestris compareat, ut aquam in vinum convertat, hoc est, rem vestram familiarem sua benedictione multiplicet, & vitam nobis Christianam, ac denique felicem vitæ exitum conferat. Amen.

Dominica II. Post Epiphaniam.

CONCEPTUS II.

De oneribus, ac gravibus ærumnis status Matrimonialis.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. Jo. 2.

EXORDIUM.

Status conjugalis temperatur tempestati. De omnibus statibus sit deliberatio.

1. Controvertunt quidem sacri Doctores, & Scripturarum interpretes, quinam fuerint hodierni sponsi; sed constat S. Augustinus præ aliis affirmare audet, fuisse sanctum Joannem Evangelistam, putatque, hunc dilectissimum Christi Benjaminum jam hodie in Discipulum Salvatoris deputatum, invitatumque fuisse, ut deserta sponsa, relictoque conjugali statu calamitatibus pleno, in Virginali cæstitate Dominum sequeretur. Percipite, Auditores, Augustini verba singulari animadversione dignissima: (*in Præfat. sup. Jo.*) *Joannem Dominus de fluctuoso nuptiarum tempestate vocavit.* Quid ais, illuminatissime Ecclesiæ Doctor? tunc nuptialem statum cum fluctivaga tempesti comparare audes? an forsan hic status tempestas est, quia turbulenti conjuges nonnunquam mutuis imprecationibus fulmina, ac tonitrua spuunt? an forsan tempestas fluctivaga, id est, marina est, quia, velut unda maris, mille amaritudinibus repletur? an forsan tempestas est, quia multorum, non unius, sed multarum animarum naufragium post se trahit? quidquid sit, certe talis ratio commovere potuit Augustinum, ut conjugali statui tempestuosæ turbulentiæ notam impingeret. Ex quo patet, Christum Dominum haud mediocrem amoris affectum exhibuisse Joanni, cum eum liberavit a calamitatibus, quæ in conjugali statu reperiuntur. Quem in finem eloquor ista? Scitis, dilectissimi, cum quis aspirat ad statum Ecclesiasticum, aut Religiosum, illi omnia horum statuum onera secundum sericm proponuntur: illi, qui Capucinus fieri amat, dicitur: ecce debebis de nocte surgere ad cantandum matutinum, vestem gerere hirsutam, duriori culcitræ indormire, in continua mortificatione vivere. Qui Carthusianus esse desiderat, illi proponitur clausura, abstinentia carnis, & cilicium perpetuum. Qui ad statum Ecclesiasticum anhelat, illi ante oculos ponitur onus curæ animarum, obligatio concionandi, confessiones excipiendi, moribundis assistendi, citra scandalum & inculpate vivendi. &c. Quare hoc? ut horum ordinum Candidati de re bene deliberent, suisque viribus cum obligationibus status dimetiantur.

Non vero de matrimonio, quod tamen maxime esset necessarium.

2. *Propositio.* Jam nihil frequentius in mundo videre est, quam quod juvenes cæco impetu, sine prævia deliberatione ad matrimonii statum, velut avicula ad aucupium, velut papilio ad lumen, velut fucus ad urceum mellis convolent; unde infelici successu dein tot insania oriuntur conjugia. In horum gratiam exponam hodie difficultates, ac onera Matrimonii. Deliberent illi, quis status alteri præstet, cœlibatus, an conjugium? favete.

3. *Explicatio.* Erant inter hæreticos nonnulli, qui statum matrimonialem, tanquam turpem, & illicitum omnino reprobabant. Verum falsitas hæc est; cum dilectis verbis ajat Apostolus: 1. (*Cor. 7.*) *Si accepperis uxorem, non peccasti, & si nupserit Virgo, non peccavit.* Notate autem, quem aculeum subnectat Apostolus, notate: *Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi.* Quæritis, qualem tribulationem? Cornelius a Lapide (*hic v. 36.*) ingentem ærumnarum iliadem recenset, inquiens: Necessitas imminens matrimonio est rei uxoriæ difficultas, modestia, afflictio, partus dolores, liberorum educatio, curæ, timores, Zelotypia, rixæ, familiæ apparatus, opum, affinitatum, statuum curandorum & audendorum sollicitudo: Mariti Dominatio, cholera, ebrietas, prodigalitas, pauperies, orbitates, & ex his perpetua animi distractio. Abrumpamus hunc cathologum, & solum ad unum, ac alterum onus reducamus.

§. 1. *Uxoribus grave jugum est Dominium mariti.*

3. *Confirmatio.* In primis quidem mulierbri sexui haud immerito pili inhorrescere deberent, cum cogitant ærumnas, quas Dominus Deus in supplicium primi peccati Evæ, cujusque sequacibus imprecatus est: nolim mentionem facere de miseriis, infirmitatibus, & doloribus parturiendis, & solum memoro grave jugum, quo sub servitute viri esse tenentur; *Sub Viri potestate erit, & ipse dominabitur tui.* (*Gen. 3.*) Quoties miseræ fœminæ in maritum incurrunt insanum, infamum, truculentum, & vix aliquo satyro meliorem? Hi centauri tractant nonnunquam uxores ut mancipia, continuæ tyrannidi affligunt, sectis postponunt, & crudelissime excruciant. Narrat S. Augustinus, (*l. 9. confess. c. 9.*) multas suo tempore matronas ad sanctam suam Matrem Monicam convenisse tumentibus, & per plagarum vestigia dehonestatis facicbus, quas de maritorum crudelitate conquestas Monica pro viribus suis consolari consueverat. Hæc sane non mediocris est afflictio, quam supra mulicbre genus induxit Originalis peccati damnatio, dicente eodem S. Augustino: (*l. 12. de Gen. ad litt. c. 2. & 27.*) *Maritum habere Dominum meruit mulierbris non natura, sed culpa.* &c.

Maritorum grave onus jactura libertatis.

4. Neque levior molestia maritum premit; quia per nuptias æstimabilissimo hominis dono privatur, nimirum libertate: non amplius est suus, divisus est, ligatus est, & quasi cruci affixus est. Cum de nocte quispiam somniaret, aliquando, se in crucem actum fuisse, ejusque somnii triste, aut fastum prognosticon quæreret, respondit Artemidorus Paldianus; (*l. 2. c. 28.*) per hoc somnium illi nuptias prædici; tantæ enim sunt calamitates, & molestiæ hujus status, ut fere idem sit uxorem ducere, ac crucifigi: atque ideo mariti uxores joculariter quidem, sed vere solent nuncupare suas cruces domesticas. &c.

Incommoda matrimonii sunt plurima.

5. Theophrastus celeberrimus Philosophus in suo de nuptiis edito libro agitat quæstionem, an Vir sapiens ducere debeat uxorem? & resolvit, ita, hac addita limitatione, si sit pulcra, si moderata, si honestis parentibus edita: item si ipse sit sanus, dives, sapiens, & alia absint incommoda. Has limitationes lectionis S. Hieronymus: (*lib. 1. cont. Jovin.*) subsitit, dixitque: *Hæc autem vera in nuptiis contendant, non est ergo uxor ducenda sapienti.* Quænam autem sunt hæc incommoda? sanctus Pater fuse ea recensct: Primo dicit, impediri studia Philosophiæ, nec posse quemquam simul libris, & liberis intervire. Secundo, multa esse, quæ matronarum usibus sunt necessaria, uti pretiosæ vestes, aurum, gemmæ, ancillæ, varia supellex. Tertio, uxores in splendore & luxu sunt invicem æmulæ, hinc sæpe tota nocte garrulas conquæstiones blaterant: Illa ornatior procedit in publicum, hæc honoratior est, ego misella despicior, neque inter ceteras comparare audeo absque rubore. Quarto sunt Zelopytæ, & continuis lamentis aures vellicant: cur aspiciebas vicinam? quid cum ancilla loquebaris? videtur, quod mei nulla memoria teneatis. Quinto sunt plerumque suspiciosæ; non amicum habere possumus, non sodalem, alterius amorem suum odium suspicatur. Sexto vel uxor pauper est, vel dives: pauperem alere difficile, divitem ferre tormentum est. Septimo quoniam nulla est uxoris electio sequalissimque obvenerit, habenda est: si iracunda, si fatua, si deformis, si bibula, cujuscumque vitii est, primum post nuptias discimus. Equus, Asinus, canis, vestes, lebetes probantur prius, quam emantur: sola uxor non offenditur, ne ante displiceat, quam ducatur. Octavo semper vocanda est Domina, celebrandus natalis, jurandum per illius salutem, optandum, ut sit superstes: honoranda ejus nutrix, gerula, servus, patronus, alumnus, & affecta. Nono si totam ei domum regendam commiseris, serviendum est; si aliquid tibi reservaveris in suspicionis injuriam vertet; unde odia, jurgia, fulmina, & sæpe venena. Decimo, vel uxor pulcra est, vel deformis? pulcra cito adamatur ab aliis; deformis cito adamat alios; difficile est custodire, quod plures amant; molestum est possidere, quod nemo habere dignatur. &c. Hæc omnia feruntur in auteo Theophrasti libello, quem S. Hieronymus (*ubi supra.*) summopere commendat. Hæc autem omnia quanta sunt tormenta, & molestiæ, certum sum, si in statu conjugali daretur annus probationis, veluti in statu Religioso, inter quem tentena matrimonia nonaginta novem post anni decursum dissoluta, & vix unum continuatum iri. &c.

§. II. *Liberorum curarum magna est conjugibus afflictio.*

6. Necdum chordam tetigi, quæ præ ceteris tristius sonat: vel enim conjuges prole carent, vel abundant? si carent, & infecundi sint, proh quanta afflictio! ratissime verus amor interedit; essi opibus affluant, frustratum liberorum desiderium omnia alia amaruleata facit. Nonne Abraham in medio divitiarum affluxu, vel:

esse Lipomanno (*hic.*) miserum se reputabat, quamdiu sine liberis esset? dicebat ad Deum: (*Gen. 15.*) *Domine Deus, quid dabis mihi? ego vadam absque liberis?* Angelicus Doctor Thomas disputat, an pœna peccati originalis convenienter, & universaliter supra totum humanum genus sint determinatæ, & respondet affirmative: deinde sibi objectionem facit hanc: Peccati pœna nostrorum primorum parentum omnibus debetur; ut in pœna mortis apparet; sed pœna, quam Deus contra Evam fulminavit, (*Gen. 2.*) *multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos, in dolore paries filios*, non ad omnes mulieres extenditur, si quidem plurimæ sunt steriles: ergo pœna illa non fuit convenienter disposita. Ad hanc objectionem reponit Angelicus, (*2. 2. q. 164. a. 2.*) etiam hanc pœnam quodammodo ad omnes extendi; *Siquidem, ut ut aliqua non concipit, neque parit, pariter sterilitate defertur, qui præpenderat pœnæ fœcunditas.* Pulcherrima doctrina: Matrimonium inire & primarium matrimonii finem, scilicet filiorum productionem, non consequi, florem Virginitatis amittere, & fructum non impetrare, hæc pœna est, quæ omnes alias, contra Evam fulminatas, longe excedit. &c.

Major adhuc liberorum educatio.

7. Quodsi vero prolem gignant, hic profecto curarum, afflictionum, fatidiorum exercitui via aperitur. O quot afflictæ Matres, in gerendis, pariendis, lactandis liberis, maxime vero in excipiendis injuriis, & ingratitudine, ab ipsa prole, cum jam adoleverit, excruciatæ cum Rebecca vociferantur: *Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere?* (*Gen. 25.*) Miseri parentes! tunc incipiunt experiri amaritudinem matrimonii, cum liberos nanciscuntur. Patriacham Jacob de filio suo Ruben sic lamentatum fuisse legimus: *Ruben primogenitus meus, & principium doloris mei.* (*Gen. 49.*) Quomodo hoc potuit cum veritate de Ruben afferere, quod forte verbus de fratre Esau, de infido Laban dixisset? Respondet Lyranus (*hic*) & alii, Jacobum voluisse explicare curam, ac sollicitudinem, quam paterno animo primus ille incuilit: naturale enim est, quod Patres cum filios adipiscuntur, statim curis fluctuent, quomodo ipsis provideant, quomodo alant, immo omnem animi tranquillitatem deponunt, ut filios feliciteat. Quot liberi in parentes sœviunt? quot in Matres verbis & factis injuriosi sunt? quot fratres diffidiosi mutuis rancoribus genitorum pectora discerpunt? quot immorigeri filii pessimis suis moribus parentum vitam abbreviant, aut eos in desperationem agunt? &c.

Maxima, filiorum morbus aut mors.

8. Et quanta est parentum amaritudo, cum filii aut morbo corripiuntur, aut morte extinguuntur? O conjugatorum miseriam! omnem necessitatem, omnem pœnam, omnem calamitatem, omnem infirmitatem, quæ liberos invasit, ex naturali amoris stimulo sibimet ipsis accidisse arbitrantur. Hoc amantis proprium est prospera, & insueta amati sui credere, & ex illis gaudium, ex illis mœrorem sentire. Mater, quot liberos numerat, tot corpora habet, quæ vestiat, tot ora, quæ pascat, tot morbos, quibus medeatur, tot labores, quos subeat, tot funera, quæ plangat. Liberorum injuriæ, fames, sitis, lites, inimicitiæ, pericula & quæ cumque alia mala, hæc omnia parentum viscera torquent, cruciant, & lœdunt. Patientissimus Job ad omnes adversæ fortunæ assultus, instar scopuli, perstitit; at cum nuntium est filios, & filias ædificii collapsi ruina fuisse consepultos, *surrexit, & scidit vestimenta sua,* (*Job. 1.*) quo facto clare indicatum voluit, se liberorum jactura plus, quam omnibus ceteris calamitatibus affligi. &c.

9. *Epilogus.* Quid ad hæc, vos juvenes cæci, inconsulti, qui imprudenti pruritu ad conjugia convolatis? auditis hæc onera, hæc incommoda, & necdum deliberatis antea, an lis ferendis vires habeatis compares? quis alter statos tam grave jugum imposuit? plane vere nullus: ideo non miror, quod prudentissimus ille Magister Didacus Lainez, uti Ribadeneira (*Histor. Generalat. lib. 3. c. 17.*) commemorat, postquam decrevit ad Dei Gloriam difficillimum omnium statum amplecti, voluerit inire conjugalem quamvis posthuminio mutata sententia, Societatem Jesu ingressus, secundus post sanctum Ignatium Generalis renunciatus est; ea enim sunt status conjugalis onera, quæ aliorum statuum incommoda multum excedunt. Et vobis, O miseri, adeo pruriunt manus, adeo salivant dentes ad statum conjugii? pruriant, salivent? Ego vero felicem proclamo Apostolum Joannem, non quia hodiernus sponsus fuit, sed quia æternum Virgo permansit. Amen.

Dominica II. Post Epiphaniam.

CONCEPTUS III.

Ostenditur, quod gaudia hujus mundi semper fiat defectuosa, & multoties tristi exitu corrumpantur.

Vinum non habent. Joan. 2.

EXORDIUM.

Voluptas & Dolor individui socii.

1. Deorum maximus Jupiter, prout fabulatur Plato (*in Phædro.*) aliquando Deos omnes convivio adhibuit; inter alios aderant etiam *Voluptas*, & *Dolor*, qui, prout sunt geniti diversissimi, sibique invicem infensi, ita unus alteri super mensam suos errores, ac menda non sine critii objectabat: quid tu malorum non excitas? ajebat Dolor ad Voluptatem; ex inimica gravitatis, & ruinæ fatalitate; effæminas animos, eosque quibuscumque artibus, ac disciplinis inhabiles reddis &c. Et quas tu tragœdias in mundo non adornas, replicabat Voluptas ad Dolorem? homines transformas in spectra: si ex te regiminis summi penderet, brevi mundus in speluncam Cadmi, aut antrum Erebi degeneraret. &c. Hi tirasini eandem in apertas discreationes, ac ritas exarserunt, quibus convivalis Deorum lætitia turbata, sublataque est. Indignatus Jupiter in delicti suppliciam adamantina eatenis eos colligavit, itaque Voluptatem, ac Dolorem, utut genio extreme contrarios, individui societate constanter sibi cohærere præcipit. Si fabula hæc historia esset, jam non minum foret, quod gaudia mundana semper sint defectuosa, & amaritudinibus corrupta. Ubi est in mundo tam defectuosum mel, quod nihil fellis admixtum habeat? Nullibi, nullibi: Dignitates habent suas æmulationes, & invidias, divitiæ sentiunt spinas & aculeos, impura libidio parit tunicam conscientiæ, quæ delectamanta post se trahunt morbos, & mortes præmaturas: quemadmodum lignum corumpitur a carie, vitium a facibus, vestis a tinea, pomum a vermiculo; ita sub voluptatibus terrenis dolor, & tristitia delitescit. Nonne hanc veritatem claro perspectam habemus in hodierno Evangelio? Nuptiæ celebrantur: & ecce dum lætet convivarum hilaritas, subito supervenit tristis nuntius: *Vinum non habent.* Adesne nihil in hoc mundo non est mancum, nihil incorruptum? ita est: nihil.

Omnia mundi gaudia sunt defectuosa.

2. *Propositio.* Patribus, Auditores, ut hujus vos veritatis commoneaciam. Quem in finem? non aliam in finem, nisi ut discamus transire mundi bonis nunquam immoderato affectu inhærere: quemadmodum homo senio gravis nunquam debili baculo toti corporis moli innitatur, ne baculus subito fractus miserrimum deludat; ita rebus humanis toto pectore incumbendum non est. (*Stapleton. Dom. 2. quad. tract. 3.*) Nemo credat, felicitatem suam adeo esse firmatam, ut eras finestio casu turbari non possit: proinde semper tollendus est animus ad superna gaudia, quæ vera, defæcata, & ab omni felle aliena sunt. Favete!

Neque carent tristitia.

3. *Confirmatio.* Quis non intimo corde compatiatur Kemetho Scotorum Regi, de quo Cardanus (*lib. 12. c. 76.*) tristem eventum commemorat: ingressus Rex in Fenellæ Reginæ hortum, & nihil ibi insidiarum metuens, animum oculisque oblectare cupiebat: sub atrium subat elegantissima quidem Fortunæ statua; sed proditorium ac crudele ingenium; quippe statua una manu aureum pomum introeuntibus porrigens, altera sagittam tenens, ita dolose artificio erat confecta, ut quisquis pomum tangeret, a culeo conficeretur. Accesit Rex, tetigit, & percussus periit. Huic statuæ simillimæ sunt mundanæ voluptates, blandiuntur quidem, invitant animos, poma aurea offerunt, sed accipientium corda simul lethali aculeo configunt, id est tristitiis, perturbationibus, tœdiis, & irrequieti conscientiæ lanciuatus tumultu: Dic, Regum sapientissime Salomon, qui mundi blandientis illecebras plus omnibus aliis degustasti, die, nonne verissima sunt ista? verissima, ingnit: Ego palatia inhabitavi magnifica, templa extruxi prodigiosa, hortos excolui deliciosissimos, edolii exquisitissimis curiculam pavi, innumerum greges innumeros nutrivi, tumultuosis tobus exercitus ad obsequia subol, voluptatibus me totum impendi, & nihil eorum omisi, quæ fieere poterant ad sensuum oblectationem. Et quid in his omnibus invenisti? vidi, quod hæc *universa sint Vanitas, & afflictio spiritus.* (*Eccl. 1. vers. 14.*)

Felices non sunt, qui felices videntur.

4. Nos nimis credudi mortales adulterinis utimur perspicuis; dum principum innumeri coronas, prælatorum tiaras, senatorum fasces, nobilium holoseriecas vestes; dum videmus, quotidie fumare caminum; dum audimus, consuere chorulas, & fidicines, felicitatem nobis imaginamur maximam, & beatum dicimus populum, cui hæc sunt; interim nemo credit, illi exceptus, quæ sub holoserico syrmate, quæ sub Dalmatica eyclade, quæ sub senatoria veste, quæ sub Principum, ac Pontificum Purpura curæ, molestiæ, invidiæ, ac anguitæ delitescant. Si tabernam laboratoriam atticus dulciarii ingrediamur, videbimus ibi in magno numero auratas pixides variis titulis inscriptas: uni interipsum legitur *trageuata*, alteri *electuaria*, tertia *bellaria*: quod si aperueris, multoties invenies vacuum inane, aut mel corruptum, quod jam dudum in fel degeneravit. Ejusmodi vacuæ pixides videntur mihi magni Principes, quos mundus beatos proclamat, exterius quidem fulgent auro & argento, interius curis & amaritudinibus pleni sunt, eorum fastigia exiliumanter ornamenta, & sunt onera. Ingenue id fatus est sanctissimus Pontifex Urbanus VII. qui quoties amiculo ex fubulis tela indueretur, alto pectore ingeminabat, *vili crederet sub tam levi syndone tantum ponderis delitescere?* (*Evangel. Luc Evang. Dom. Pass. 2.*) Et Carolus V. fortunatissimus Principum, (*Cornel. a Lapide in Prov. c. 14. v. 13.*) qui, cum Bruxellis regnum universum in Filium Philippum transferret, coram toto senatu non sine lacrimis testatus est, se toto vitæ decursu, quamtumvis prospero, ne ad unum quidem horæ quadrantem sincerum habuisse lætitiæ.

5. Idem imperator Carolus, (*Petrejus Encomiast. p. 22.*) cum aliquando otii suis deimbuisset, in exhaurian humanum incidit, quam cum pede proterit, advertit mures in ea illiticere: hac

super

esse Lipomanno (*hic.*) miserum se reputabat, quamdiu sine liberis esset? dicebat ad Deum: (*Gen. 15.*) *Domine Deus, quid dabis mihi? ego vadam absque liberis?* Angelicus Doctor Thomas disputat, an pœna peccati originalis convenienter, & universaliter supra totum humanum genus sint determinatæ, & respondet affirmative: deinde sibi objectionem facit hanc: Peccati pœna nostrorum primorum parentum omnibus debetur; ut in pœna mortis apparet; sed pœna, quam Deus contra Evam fulminavit, (*Gen. 2.*) *multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos, in dolore paries filios*, non ad omnes mulieres extenditur, si quidem plurimæ sunt steriles: ergo pœna illa non fuit convenienter disposita. Ad hanc objectionem reponit Angelicus, (*2. 2. q. 164. a. 2.*) etiam hanc pœnam quodammodo ad omnes extendi; *Siquidem, ut ut aliqua non concipit, neque parit, pariter sterilitate defertur, qui præpenderat pœnæ fœcunditas.* Pulcherrima doctrina: Matrimonium inire & primarium matrimonii finem, scilicet filiorum productionem, non consequi, florem Virginitatis amittere, & fructum non impetrare, hæc pœna est, quæ omnes alias, contra Evam fulminatas, longe excedit. &c.

Major adhuc liberorum educatio.

7. Quodsi vero prolem gignant, hic profecto curarum, afflictionum, fatidiorum exercitui via aperitur. O quot afflictæ Matres, in gerendis, pariendis, lactandis liberis, maxime vero in excipiendis injuriis, & ingratitudine, ab ipsa prole, cum jam adoleverit, excruciatæ cum Rebecca vociferantur: *Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere?* (*Gen. 25.*) Miseri parentes! tunc incipiunt experiri amaritudinem matrimonii, cum liberos nanciscuntur. Patriacham Jacob de filio suo Ruben sic lamentatum fuisse legimus: *Ruben primogenitus meus, & principium doloris mei.* (*Gen. 49.*) Quomodo hoc potuit cum veritate de Ruben afferere, quod forte verbus de fratre Esau, de infido Laban dixisset? Respondet Lyranus (*hic*) & alii, Jacobum voluisse explicare curam, ac sollicitudinem, quam paterno animo primus ille incuilit: naturale enim est, quod Patres cum filios adipiscuntur, statim curis fluctuent, quomodo ipsis provideant, quomodo alant, immo omnem animi tranquillitatem deponunt, ut filios feliciteat. Quot liberi in parentes sœviunt? quot in Matres verbis & factis injuriosi sunt? quot fratres diffidiosi mutuis rancoribus genitorum pectora discerpunt? quot immorigeri filii pessimis suis moribus parentum vitam abbreviant, aut eos in desperationem agunt? &c.

Maxima, filiorum morbus aut mors.

8. Et quanta est parentum amaritudo, cum filii aut morbo corripiuntur, aut morte extinguuntur? O conjugatorum miseriam! omnem necessitatem, omnem pœnam, omnem calamitatem, omnem infirmitatem, quæ liberos invasit, ex naturali amoris stimulo sibimet ipsis accidisse arbitrantur. Hoc amantis proprium est prospera, & insueta amati sui credere, & ex illis gaudium, ex illis mœrorem sentire. Mater, quot liberos numerat, tot corpora habet, quæ vestiat, tot ora, quæ pascat, tot morbos, quibus medeatur, tot labores, quos subeat, tot funera, quæ plangat. Liberorum injuriæ, fames, sitis, lites, inimicitiæ, pericula & quæ cumque alia mala, hæc omnia parentum viscera torquent, cruciant, & lœdunt. Patientissimus Job ad omnes adversæ fortunæ assultus, instar scopuli, perstitit; at cum nuntium est filios, & filias ædificii collapsi ruina fuisse consepultos, *surrexit, & scidit vestimenta sua,* (*Job. 1.*) quo facto clare indicatum voluit, se liberorum jactura plus, quam omnibus ceteris calamitatibus affligi. &c.

9. *Epilogus.* Quid ad hæc, vos juvenes cæci, inconsulti, qui imprudenti pruritu ad conjugia convolatis? auditis hæc onera, hæc incommoda, & necdum deliberatis antea, an lis ferendis vires habeatis compares? quis alter statos tam grave jugum imposuit? plane vere nullus: ideo non miror, quod prudentissimus ille Magister Didacus Lainez, uti Ribadeneira (*Histor. Generalat. lib. 3. c. 17.*) commemorat, postquam decrevit ad Dei Gloriam difficillimum omnium statum amplecti, voluerit inire conjugalem quamvis posthuminio mutata sententia, Societatem Jesu ingressus, secundus post sanctum Ignatium Generalis renunciatus est; ea enim sunt status conjugalis onera, quæ aliorum statuum incommoda multum excedunt. Et vobis, O miseri, adeo pruriunt manus, adeo salivant dentes ad statum conjugii? pruriant, salivent? Ego vero felicem proclamo Apostolum Joannem, non quia hodiernus sponsus fuit, sed quia æternum Virgo permansit. Amen.

Dominica II. Post Epiphaniam.

CONCEPTUS III.

Ostenditur, quod gaudia hujus mundi semper fiat defectuosa, & multoties tristi exitu corrumpantur.

Vinum non habent. Joan. 2.

EXORDIUM.

Voluptas & Dolor individui socii.

1. Deorum maximus Jupiter, prout fabulatur Plato (*in Phædro.*) aliquando Deos omnes convivio adhibuit; inter alios aderant etiam *Voluptas*, & *Dolor*, qui, prout sunt geniti diversissimi, sibique invicem infensi, ita unus alteri super mensam suos errores, ac menda non sine critii objectabat: quid tu malorum non excitas? ajebat Dolor ad Voluptatem; ex inimica gravitatis, & ruinæ fatalitate; effæminas animos, eosque quibuscumque artibus, ac disciplinis inhabiles reddis &c. Et quas tu tragœdias in mundo non adornas, replicabat Voluptas ad Dolorem? homines transformas in spectra: si ex te regiminis summi penderet, brevi mundus in speluncam Cadmi, aut antrum Erebi degeneraret. &c. Hi tirasini eandem in apertas discreationes, ac ritas exarserunt, quibus convivalis Deorum lætitia turbata, sublataque est. Indignatus Jupiter in delicti suppliciam adamantina eatenis eos colligavit, itaque Voluptatem, ac Dolorem, utut genio extreme contrarios, individui societate constanter sibi cohærere præcipit. Si fabula hæc historia esset, jam non minum foret, quod gaudia mundana semper sint defectuosa, & amaritudinibus corrupta. Ubi est in mundo tam defectuosum mel, quod nihil fellis admixtum habeat? Nullibi, nullibi: Dignitates habent suas æmulationes, & invidias, divitiæ sentiunt spinas & aculeos, impura libidio parit tunicam conscientiæ, quæ delectamanta post se trahunt morbos, & mortes præmaturas: quemadmodum lignum corumpitur a carie, vitium a facibus, vestis a tinea, pomum a vermiculo; ita sub voluptatibus terrenis dolor, & tristitia delitescit. Nonne hanc veritatem claro perspectam habemus in hodierno Evangelio? Nuptiæ celebrantur: & ecce dum lætet convivarum hilaritas, subito supervenit tristis nuntius: *Vinum non habent.* Adesne nihil in hoc mundo non est mancum, nihil incorruptum? ita est: nihil.

Omnia mundi gaudia sunt defectuosa.

2. *Propositio.* Patribus, Auditores, ut hujus vos veritatis commoneaciam. Quem in finem? non aliam in finem, nisi ut discamus transire mundi bonis nunquam immoderato affectu inhærere: quemadmodum homo senio gravis nunquam debili baculo toti corporis moli innitatur, ne baculus subito fractus miserrimum deludat; ita rebus humanis toto pectore incumbendum non est. (*Stapleton. Dom. 2. quad. tract. 3.*) Nemo credat, felicitatem suam adeo esse firmatam, ut eras finestio casu turbari non possit: proinde semper tollendus est animus ad superna gaudia, quæ vera, defæcata, & ab omni felle aliena sunt. Favete!

Neque carent tristitia.

3. *Confirmatio.* Quis non intimo corde compatiatur Kemetho Scotorum Regi, de quo Cardanus (*lib. 12. c. 76.*) tristem eventum commemorat: ingressus Rex in Fenellæ Reginæ hortum, & nihil ibi insidiarum metuens, animum oculisque oblectare cupiebat: sub atrium subat elegantissima quidem Fortunæ statua; sed proditorium ac crudele ingenium; quippe statua una manu aureum pomum introeuntibus porrigens, altera sagittam tenens, ita dolose artificio erat confecta, ut quisquis pomum tangeret, a culeo conficeretur. Accesit Rex, tetigit, & percussus periit. Huic statuæ simillimæ sunt mundanæ voluptates, blandiuntur quidem, invitant animos, poma aurea offerunt, sed accipientium corda simul lethali aculeo configunt, id est tristitiis, perturbationibus, tœdiis, & irrequieti conscientiæ lanciuatus tumultu: Dic, Regum sapientissime Salomon, qui mundi blandientis illecebras plus omnibus aliis degustasti, die, nonne verissima sunt ista? verissima, ingnit: Ego palatia inhabitavi magnifica, templa extruxi prodigiosa, hortos excolui deliciosissimos, edolii exquisitissimis curiculam pavi, innumerum greges innumeros nutrivi, tumultuosis tobus exercitus ad obsequia subol, voluptatibus me totum impendi, & nihil eorum omisi, quæ fieere poterant ad sensuum oblectationem. Et quid in his omnibus invenisti? vidi, quod hæc *universa sint Vanitas, & afflictio spiritus.* (*Eccl. 1. vers. 14.*)

Felices non sunt, qui felices videntur.

4. Nos nimis credudi mortales adulterinis utimur perspicuis; dum principum innumeri coronas, prælatorum tiaras, senatorum fasces, nobilium holoseriecas vestes; dum videmus, quotidie fumare caminum; dum audimus, consuere chorulas, & fidicines, felicitatem nobis imaginamur maximam, & beatum dicimus populum, cui hæc sunt; interim nemo credit, illi exceptus, quæ sub holoserico syrmate, quæ sub Dalmatica eyclade, quæ sub senatoria veste, quæ sub Principum, ac Pontificum Purpura curæ, molestiæ, invidiæ, ac anguitæ delitescant. Si tabernam laboratoriam atticus dulciarii ingrediamur, videbimus ibi in magno numero auratas pixides variis titulis inscriptas: uni interipsum legitur *trageuata*, alteri *electuaria*, tertia *bellaria*: quod si aperueris, multoties invenies vacuum inane, aut mel corruptum, quod jam dudum in fel degeneravit. Ejusmodi vacuæ pixides videntur mihi magni Principes, quos mundus beatos proclamat, exterius quidem fulgent auro & argento, interius curis & amaritudinibus pleni sunt, eorum fastigia exiliumanter ornamenta, & sunt onera. Ingenue id fatus est sanctissimus Pontifex Urbanus VII. qui quoties amiculo ex fubulis tela indueretur, alto pectore ingeminabat, *vili crederet sub tam levi syndone tantum ponderis delitescere?* (*Evangel. Luc Evang. Dom. Pass. 2.*) Et Carolus V. fortunatissimus Principum, (*Cornel. a Lapide in Prov. c. 14. v. 13.*) qui, cum Bruxellis regnum universum in Filium Philippum transferret, coram toto senatu non sine lacrimis testatus est, se toto vitæ decursu, quamtumvis prospero, ne ad unum quidem horæ quadrantem sincerum habuisse lætitiæ.

5. Idem imperator Carolus, (*Petrejus Encomiast. p. 22.*) cum aliquando otii suis deimbuisset, in exhaurian humanum incidit, quam cum pede proterit, advertit mures in ea illiticere: hac

super

super re jocatus credere se asebat, hunc hominem in vivis nidos murium in cerebro aluisse: Ita ita. Non aliter fe res habet, Principum fortunatissime: O quam multi sunt hominum etiam ad speciem felicissimi, qui mures in cerebro alunt! quare illum ambitiosum aulicum, quare illum avarum Euclionem, quare illum voracem Epulonem, quare illum voluptuosum Ganymedem, an non mures in capite, in pectore sentiant? negare non poterunt, se, utut cetero quin rerum omnium affluxu potiantur, irrequietas diu noctuque experiri murium arrosiones. O quam caro illis stat exilis felicitas, qua fruuntur! Non ubique fundaneato dicere Philosophi. Domus duplex habere dolium, unum melli, alterum fellis, ex quo utroque cuilibet suum crateram attemperat, gaudium miscetur tristitia, sub pumpinis latent hastæ Mamadum, sub voluptatibus fastidia, sub amœno cortice amarus nucleus, & ut verbis loquar sacri Proverbiatæ: *Risus dolore miscebitur, & extrema gaudii luctus occupat.* (*Proverb.* 14.)

Mundana lætitia sæpe tristi exitu finiuntur.

6. Hæc ultima verba filum mihi porrigunt ulterius promovendi discursum. Quamquam enim hic mundi cursus nonnunquam ad aliquod tempus prospere fluat, quæ erant extrema gaudii? *Luctus*: sapientissimus Salomon id graphica simplitudine explicans, ait: *Omnia flumina intrant in mare.* (*Eccl.* 1.) Quid vult dicere? scimus, aquas marinas amarulentas, salsasque esse; vult ergo dicere, quamvis flumina, dum, protracto per ampla terrarum spatia meatu, variisque ambagibus circumerrant, aquas dulces atque potabiles vehant, nihilominus tandem, dum mari illabantur amarulentam salsuginem induunt; ita mundi hujus deliciæ, quamvis ad tempus utcumque durent, denique lasciosa coronide amaricantur: Hunc in sensum locum istum Ecclesiastis exponens Richardus, (*S. Vict. p. 1. tract. 1. de stat. int. hom. c.* 10.) ait: *Quid ergo, flumina intrare in mare, nisi omnem delectationem carnalem terminari in amaritudinem?* Joviales lætitiæ sæpe definunt in funestissimam catastrophen. Utinam tragici ejusmodi eventus possent numero circumscribi: Rex Balthasar, dum inter sybaritbas & parasitos, inter aulicos & pellices splendide belluatur, in mediis lætitiis videt ignotam scribentis manum, quæ ipsius mortem, & regni totius excidium fumeita sententia scribebat. Libri Job dum mentarum lautitiis delectantur, a collabente domo una omnes miserabili ruina obruuntur. Rex David, dum post relatam victoriam in Siceleg triumphum adornat, derepente tristia nova accipit de suso Israelitico exercitu, Regeque occiso. Rex Thebarum Archias, dum inter joculares ludos nuntio salutatore moneriti aures præbere recusat, ea nocte ab ingruente hostium turma trucidatur. Crasus dum se felicissimum existimat, (*Stoplet. Dom* 2. *quæst. Test.* 3.) a Solone, qui sapientum Græcia unus erat, infelicissimus pronuntiatur, nec credidit, donec altera die ad rogum rapiatis, agnovit neminem beatum dici posse inter tantam rerum humanarum incertitudinem. Verissimum est illud Augustini: (*Epist.* 36.) *Profecto hujus mundi asperitatem habent veram, jucunditatem falsam, certum dolorem, incertam voluptatem, duram laborem, timidam quietem, rem plenam miseriæ, spem beatitudinis inanem.*

7. Quid memorem funestissimos casus eorum, quos inopina mors in medils nuptiarum delitiis repente funus fecit, prout complures testantur historiæ? Nolim in medium adducere Ladislaum Regem Neapolitanum, (*Fabellicus lib.* 9.) qui, dum armata manu ex urbe Florentina, novas Paris novam Helenam raperet, nempe Medici cujusdam filiam, prima nocte a sponsa instincta Patris venenato strophiolo extinctus est. Nolim in medium adducere alterum Ladislaum Bohemiæ Regem, (*Antonius Bonfinius lib.* 8. *Dec.* 3.) qui Magdalenæ Caroli Galliarum Regis filiæ desponsatus, dum pretiosissimam Legationem, cui similem forte Europa non vidit, Parisios ablegat, ante adventum Sponsæ repentino obitu præoccupatus, loco thalami in tumbam concessit. Nolim in medium adducere Carolum VI. Galliarum Regem, (*Paulus Æmilius in hist. Gall. lib.* 10. *circa ann.* 1402.) qui, dum inter nuptialem festivitatem cum quinque aliis veste leonina larvatus incederet, inter saltandum a proxima tæda ignem in villoso vestimento concepit, & ceteris quatuor sociis miserabili incendio consumptis, ægre ab interitu Reginæ Syrmate liberatus fuit. Has aliasque id genus tragœdias, inquam, hic lubens subticeo, & solum illum eventum omnibus aliis horribiliorem, ac pene inauditum pro coronide affero: Rem ita enarrat P. Georgius Stengelius: (*Tom.* 4. *de Jud. Dies. c.* 32. *n.* 11.) Longe mastiores nuptias audivi, inquit, a Viro fide digno Romæ celebratas, dum ipse inibi versaretur. Duo rivales unius puellæ nobilis Matrimonium ambiebant, altero prævalente, alter exspectavit diem nuptialem, & adeo etiam initium chorearum. Tum reliquis lætissime saltantibus, ipse larvatus cum aliis larvatis comitibus supervenit, scitissimeque chorum expressit mortuorum. In quo postquam satis desaltarunt, adhuc restabat, ut unum in medium afferrent, qui capitis nutu, & manuum, brachiorumque, atque etiam pedum exanimi motu cadaver repræsentaret. Rogavit igitur sponsum unus larvatorum, ut fatigatos seduceret in secretum cubile, ubi vultibus revelatis, vini haustu se se possent relocillare: annuit sponsus, & ipse se ducem præbuit. Sed ubi ad locum secretum venit, repente a larvatis circumdatus, & strangulatus est. Detractis igitur vestibus vestem ei scenicam, similem vestibus ludentium induunt, & vultum larva tegunt, sellaque impositum cadaver ad sponsam in medium portant chorearum. Ibi inspectante tota hominum corona, tanquam circa fictum funus variis gestibus

bus fallunt: jam manum hanc, jam illam levant, mox iterum relapsam; Jam hunc, jam illum pedem attollunt, haud aliter recidentem, atque solent membra vere mortuorum. Ita inter saltandum uno post alterum dilapso, cum se solus, qui in medio sellam occupabat loco, movere non vellet, accesserunt ad eum illi, qui choreas suas prosequi cupiebant, ut eum excitarent, sed frustra & vellicabant, & caput erigebant. Itaque illo, cervice in humerum languide reflexo, immobili existente, tandem moræ impatientes serio agendum censuerunt, illique larvam de fronte detraxerunt. Ibi sponsus est agnitus, & vere mortuum agens inventus; cum quanto dolore amicorum, & ipsius sponsæ, magis licet cogitare, quam dicere. Interim qui facinus patraverunt, sese in helcsio quas plateas, & domus illatebrarunt, sponsa inter duos procos nullo potita est, paranymphi, & qui pallio ante Talasionem canebant, postea lessum cecinerunt. &c.

8. *Epilogus.* O nuptiæ omni funere tristiores! O hilaritates mundanæ funestissimo exitu corruptas! *hic est transitoria suæ lætitiæ, hic fructus gloriæ temporalis*, possum exclamare cum Bernardo (*serm.* 1. *in Dom. Palm.*) Dilectissimi: quis mundi delicias diligat, quæ tam lamentabilibus tragœdiis funestantur? Sursum igitur corda: ad æterna gaudia aspirate; hæc terrena nimis amarulenta sunt: non est operæ pretium, ut illis animum inordinate affigamus. Quin immo hunc ipsum in finem solet Deus optimus maximus mœstissimos ejusmodi casus permittere, & felicitatem mundanam absynthio miscere, ut cor nostrum a terrenis avellat, & ad cælestia alliciat, dicente Augustino: (*serm.* 29. *in Matth.*) *Ideo Deus felicitatibus terrenis amaritudinem miscet, ut illa quæratur felicitas, cujus dulcedo non est fallax.* Amen.

Dominica III. post Epiphaniam.

CONCEPTUS I.

Ostenditur, fidem operibus comprobandam, sine operibus autem vanam, ac inutilem esse.

Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel. Matth. 8.

EXORDIUM.

Fides centurionis cur a Christo laudata.

1. PErcipite, Auditores, geminum spectaculum, quorum unum alteri prorsus contrarium, ac oppositum esse videtur: Cum Dei Filius de Monte Thabor ad turbas descenderat, *accessit ad eum homo genibus provolutus ad eum, dicens: Domine miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur.* (*Matth.* 17.) Christus mox increpatoriis verbis in eum invectus, exclamare, illique incredulitatem objicere cœpit. *O generatio incredula, & perversa, quousque ero vobiscum?* Econtra, dum hodie centurio pro sanitate famuli, quem domi paralyticum habebat, supplex rogat, ipse mox Dominus centurionis encomiastes agit, inquiens: *non inveni tantam fidem in Israel.* (*Matth.* 8.) Quæso, quæ causse hujus differentiæ? nonne homo ille Judæus, Centurio autem gentilis, consequenter ille fidelium, iste infidelium de numero erat? cur ergo ille vituperium, hic laudem fidei reportat? audite rationem, quam S. Hilarius, Chrysostomus, Theophylactus (*apud Corn. a Lap. in Matth.* 17.) insinuant: Homo ille non nisi modicam, tepidam, & sine operibus semimortuam fidem habebat: ipse enim rogabat Christum: *Domine, adjuva incredulitatem meam.* Imo sanctus Cyrillus satis indicat, eum fuisse de numero illorum scribarum, & Pharisæorum, qui opera Christi, tanquam pseudo miracula ope dæmonis evicta, explodebant, sugillabant, & cavillabantur. Econtra hodiernus Centurio vivam fidem præseferebat, quam etiam variis operum, virtutumque actibus comprobabat; nam S. Hieronymus (*apud Corn. in Matth.* 8.) laudat ipsius humilitatem, qua se indignum reputabat, cujus tectum Dominus intraret. Laudat illius prudentiam, quod intra corporis tegumen Divinitatem videret. Præterea laudanda venit singularis fidei firmitas, qua credebat, ægrotum famulum unico verbo Christi etiam ablentem posse sanari. Laudanda venit illius caritas, qua infirmitati famuli animitus compatiebatur. &c. &c. En, Christiani Auditores, quæ & qualis fides esse debet, quæ Deo placet; nimirum viva, ac operibus animata. Quapropter hodie materiam summopere necessariam mihi tractandam selegi, nempe qua ratione fides constituta esse debeat, ut salutem mereatur.

Fides debet operibus comprobari.

2. *Propositio.* Sunt fortasse nonnulli ex vobis, qui de dono fidei mirum quantum sibi applaudunt, putantque ex eo prærogativam beatitudinis sibi indubitanter competere, quod inter Christiano-Catholicos nati, baptizati, & educati sint: Erratis, Dilectissimi, erratis: fides sola non sufficit ad salutem: *fides sine operibus mortua est.* (*Jac.* 2.) Comprobanda est operibus, ac actibus virtuosis: id quod in præsentiarum. Favete.

Christus maledixit ficulneæ, quia fructum non habebat.

3. *Confirmatio.* Cum quondam Christus Dominus a castello Bethaniæ in urbem Jerosolymitanam rediret, vehementer esurivit: accessit ergo ficulneam, quæ secus viam excreverat, ex illius frugibus famem solaturus at præter frondes, & folia in ea reperit nihil; indignatus Dominus, maledixit infecundæ arbori, in-

qui-

cadens: (*Matth.* 21.) *Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum.* Et ecce Divinæ maledictionis effectum: *arefacta est continuo ficulnea.* Hanc floriam dum considerabundus expendo, merito admirandum esse arbitror, quod Dei Filius infructuosam arborem, tanto cum rigore puniverit: cur tam luctuoso spectaculo præsentes adesse debebant Apostoli? quid significatur per infecundam arborem? an non mitigare iram Dei potuit, quod saltem frondibus, & foliis pulcherrime floruerit? filium in hoc labyrintho mihi porrigit S. Evangelista Marcus; Ille commentorat, quod cum postliminio iidem Apostoli una cum Magistro denuo transirent, viderentque arbusculam radicitus emarcuisse, recordatus Petrus, maledixerit Christum Dominum: *Rabbi, ecce ficus, cui maledixisti, aruit.* Cui consectim Christus in responsis tulit: *Habete fidem Dei.* Advertitis modo, Christiani Auditores quis per arefactam ficulneam designetur? nempe quondam Discipulos arefacta erroris spectacula tremefactos tevere admonet, ut fidem Dei, id est, fidem rivam, ac operibus comprobatam pollicite retinerent; satis manifeste indicat per ipsefi ceam arbusculam solis frondibus, & foliis absque fructu superbientem denotari eos, qui solo Christiano nomine, ac nuda fide sine sanctorum operum fructu gloriantur. Ita in hunc locum animadvertit Venerabilis Beda: (*in Glossa hic.*) *Arefecit Dominus arborem maledictam, ut homines, hæc audientes, sive audientes, multo magis intelligerent, scilicet Dicino condemnandos esse judicio, si absque operum fructu, de planetu tantum fidei, & temporis dilectentur vitiantium foliorum.* Non sola fides, non solus Baptismi character, non sola Christiani nominis gloria ad salutem consequendum sufficit: non folia, sed opera a te requiruntur, O Christiane.

Fides debet esse operativa.

4. Hac de causa sancti Patres, ubicumque de fide loquuntur, ipsamque eam ejusmodi rebus comparant, ex quarum natura patet, eidem debere esse operativam. Sanctus Augustinus (*apud Pennotin Theol. t. 1. c. 2.*) comparat fidem *radici* arboris, quis autem nescit radicem quamquam esse otiosam, sed vigorem omnem, succum, & alimentum a radice pullulare in ramos, in frondes, in folia, ac fructus? Iterum S. Augustinus comparat fidem *gubernaculo*: quis autem nescit felicem navigii progressum a motu gubernaculi dependere? S. Bonaventura (*diæt. salut. tit. 5. c. 3.*) comparat fidem *columnæ* illi, quæ præcedebat castra Israel: quis autem nescit, columnam illam semper in motu fuisse, totumque populum post se traxisse? S. Gregorius (*l. 19. Mor. c. 22.*) fidem comparat *scalæ*: quis autem nescit, ut pedes feliciter incedant, oculum debere esse præambulum? Petrus Ellesensis (*c. 2. de decibar.*) comparat fidem *vitæ corporis*: quis autem nescit, vitam ex motu dignosci? Doctissimus Scapletonus (*in Dom. Sept. Therm. 2.*) comparat fidem *terræ*: quis autem nescit, terram non nisi spinas, ac tribulos progerminare, nisi continuo scindatur, & excolatur? Denique, ut paucis multa complectar, S. Apostolus Paulus (*Ephes. 6.*) comparat fidem *scuto*: quis autem nescit, ut pugil in arena constituturus a telis inimici incolumis evadat, scutum manu apprehendi, & in omnes partes sollicite debere circumferri? *Sementes sectum Fidei.*

Fallitur, qui fidem solum ore, non etiam opere profitetur.

5. Ex his satis manifeste patet, quam crasse ipsos decipiant illi Christiani, qui corde quidem, & ore doctrinam Christi Domini constanter profitentur, opere autem eidem contrariantur: si liber Evangeliorum illis ante oculos ponatur, juraut, se omnes litterarum apices inibi contentos firmissima fide rueri; verum factis prorsus alieni, ac contrarii sunt. Experimentum capimus in illa Christi Domini doctrina, quam in monte de octo beatitudinibus explicavit: ait ibi Christus: (*Matth. 5.*) *Beati Pauperes spiritu*, sine dubio, respondet ore quidem tenus Christianus, *credo, pauperes esse beatos.* Sed quid opere facit? diu noctuque accumulandis opibus invigilat, aries diteiscendi exquirit, lucra injusta cum damno proximi capessit, bona terrena sine satietate thesaurizat. Ait Christus Dominus: *Beati mites.* Sine dubio, respondet ore quidem tenus Christianus *credo mites ut mansuetos beatos esse.* Sed quid opere facit? ulcisci pro dente, sanguinem pro sanguine deposcit, ad injurias etiam levissimas irreconciliabilis furit. Ait Christus Dominus: *Beati, qui lugent.* Sine dubio, respondet ore quidem tenus Christianus, *credo, lugentes esse beatos.* Sed quid opere facit? toto anno hilaria agit, in ambulationibus, in recreationibus, in choreis, in jocis, in nugis nugarum immoderate versatur. Ait Christus Dominus: *Beati, qui esuriunt, & sitiunt justitiam.* Sine dubio respondet ore quidem tenus Christianus, *credo, talitor esurientes, & sitientes justitiam, beatos esse.* Sed quid opere facit? eluvit, & sitit dignitates, & divitias, per fas, & nefas adquirendas. Ait Christus Dominus: *Beati misericordes.* Sine dubio, respondet ore quidem tenus Christianus, *credo misericordes esse beatos.* Sed quid opere facit? ad alienas miserias ferreus, & aheneus obsoleta vestimenta potius tineis, mucidi panis bolos potius canibus, superstites nummos potius lusui, quam pauperi conferat. Ait Christus Dominus: *Beati mundo corde.* Sine dubio, respondet ore quidem tenus Christianus, *credo, mundos esse corde.* Sed quid opere facit? in genuis, in periculosis conventibus, in lascivis colloquiis, in perversis occasionibus versatur, quibus etiam monitus diuturno tempore non desistit. Ait Christus Dominus: *Beati pacifici.* Sine dubio respondet ore quidem tenus Christianus, *credo, pacificos beatos esse.* Sed quid

quid opere facit? continuo in rixis, in inimicitiis, in dissidiis vivit; inter domesticos, & exteros non nisi increpatoria, ac opprobriosa verba despumat. Ait denique Christus Dominus: *Beati, qui persecutionem patiuntur.* Sine dubio respondet, ore quidem tenus Christianus, *credo, persecutionem patientes beatos esse.* Sed quid opere facit? amat vitæ delicias, & mavult persecutionem inferre, quam pati. Christiane anima, nonne de his, & similibus verificatur illud Apostoli (*ad Tit. 1.*) *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant?*

Fides non solum intellectu sed moribus exprimenda est.

6. Quid autem prodest doctrinam Christi solum intellectu capere, voluntate vero respuere; articulos fidei solum in capite tenere, manibus autem reluctari? profecto nihil prodest, nisi ad majorem damnationem. Scitis, quam diversa sors duos illos Pharaonis zulicos excepcrit: primus illorum, videlicet pistor, e carcere ad patibulum, alter vero, videlicet pincerna, e carcere ad pristinam dignitatem promotus est. (*Gen. 40.*) Hanc diversitatem cuique suum somnium satis aperte indicavit: pistor somniavit, se tria canistra panium *in capite portare.* Ehau! condoleo tibi, ajebat somniorum expositor Josephus, ut paullo post infurca emorieris. Pincerna somniabat, *se manibus exprimere botros*, & Regi porumofferre. Evax! gratulor tibi, ajebat Josephus, ut pristinum honoris gradum feliciter recuperabis. En, Christiana anima, Christianæ fidei veritatem solum in capite gerere insufficum omen est: actum est de te, incurres indignationem Divini Regis. At fidei veritatibus manum admovere, opere exprimere, felicissimum signum est; promoveberis enim ad palatium Regis cælestis. Ita hanc figuram exponit Doctissimus Ribera, (*in Oseæ c. 2.*) cujus verba adhere libet: *Non operari (secundum fidem) est, canistra panium super caput habere; & non in manibus, ad quæ flectim mors sequitur.*

7. Verum inquies fortasse: Nonne Christus Dominus pronisit: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit?* ergo ad salutem plus non exigit, quam fidem, & baptismum? Respondeo, promissionem hanc non de fide quicumque, vacua, ac mortua, sed de viva, ac operibus comprobata intelligendam esse: audi, quid hanc in rem Doctissimus Mansius (*V. fides Diss. 4. n. 8.*) differat: Miles quidam, in prælium iturus, consuluit Minervæ oraculum de certaminis exitu, responsumque tulit: *Malle animo esse, victoriam reportaturo:* hac promissione animatus, procinctis in arenam a capite usque ad calcem armatus: comparuit & antagonista, suamque partem strenue agens, unum alterumque vulnus illi impegit, neque se, vel in minimo stolidissimus homo tutatus est, sed potius vitæ suæ periculo ingemiscens, levatis in cælum oculis, exclamare cæpit: *ubi est Dearum fides? nunc Minerva mihi triumphum promisit?* mosque vocem audiit, sibi replicantem: *Tu quoque cum Minerva manum admove.*

8. *Epilogus.* Nota tibi sis, O Christiane, hanc vocem? Indubitatum quidem tibi favet oraculum: *qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit:* Verumtamen non oportet in hujus vitæ militia otiosas manus e cingulo suspendere. Verbo complectitur omnia S. Gregorius (*hom. 26.*): audi, & imitare: *Tunc vera estis fidelis famus, quando quod verbis promittimus, operibus complemus.* Amen.

Dominica III. post Epiphaniam.

CONCEPTUS II.

De obligatione Patrum ac Matrum familias erga famulos, & Ancillas.

Accessit ad eum centurio rogans eum, & dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus. Matth. 8.

EXORDIUM.

Centurio servum suum fidelem diligit, hac caritate de facto vera est.

1. DUbie non dubitandum est, hunc puerum centurionis, quem Sanctus Lucas famulum ejus nominat, fuisse fidelem, egregium laboriosum, & in obsequio Domini sui talem, qualis olim fuit Eliezer apud Abrahamum, Jacobus apud Labanum, Josephus apud Putipharem; quia Domino suo ita erat carus, ac *pretiosus*, ut pro ejus sanitate nihil intentatum reliquerit. Quid ergo fecit? S. Lucas *c. 7.* ait, quod miserit *seniores Judæorum*, miserit *amicos*, qui pro ejus valetudine Christo supplicarent. An non ipsemet ivit? negant quidem aliqui Auctorum, sed Theophylactus (*in Matth. 8.*) affirmat, inquiens: *Deinde periculo cadentis verisimile est per se accessisse.* Unde conjecturandum est, historiam ita contigisse: primo misit seniores & amicos; deinde, quoniam *calamitate oppressi homines modo hoc, modo illud expostulant anteponunt*, ut docet Chrysostomus, (*hom. 27. in Matth.*) postea consultius fore judicavit, ut Christum personaliter accederet, & pro sanatione famuli rogaret. O rem prorsus raram, insolitam, & admiratione dignissimam! Dominus pro famulo tam magnam gerit sollicitudinem? ubi est moderno tempore tanta caritas erga domesticos? ubi sunt illi Domini, qui pro famulorum ægrotantium salute non dedignantur personaliter ad medicos, ad pharmacopolia festinare? eheu! pauci sunt, immo nulli: relinquuntur miseri anima, & corpore tenus; plus boves & asini, plus porci & canes, quam famuli curantur. Ignoscite, Dilectissimi, non mea hæc est assertio, sed magni Antonii Paduani ita lamentantis (*Serm. in Pas. 3. Quin.*)

Non faciunt differentiam inter hos, & canes; nam statim de domo ejiciunt eos. &c.

2. *Propositio.* Quemadmodum ergo Sanctus gentium Apostolus (*Ephes. 6.*) expresse instruxit Ephesios, qua ratione erga famulitium suum domesticum se pie, ac Christiane gerere debeant: ita & mei muneris esse duxi, ut hanc obligationem Patrum-familias erga famulos Parochianis meis inculcem, idque tanto impensius, quia hac ex parte certe multi Christianorum decumanos errores, caritati repugnantes admittunt. Favete.

Multi putant famulorum salutem nihil ad se pertinere.

3. *Introductio.* Sunt profecto nonnulli adeo rudes, ut famulos suos, excepto labore diurno, & debito illis salario, nihil ad se pertinere arbitrentur. Vivant isti vitam sive Christianam, sive Ethnicam, eant seu in templum, seu in lupanar, quid hoc ad me, ait nonnemo, dum modo mea mihi servitia praestem. Error hic est enormis, a malo daemone propagatus, ex quo fere maxima mundi mala propullulant. Percipite, mei Patres-familias vetham obligationem ex S. Apostolo Paulo (*1. Timoth. 5.*): *Si quis autem*, inquit, *& maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior.* Cur infideli deterior? quia etiam isti, videlicet Turcae, Judaei, ac Haeretici pro famulis suis vigilant, curantque, ut sectae suae conformiter vivant, ut in gravi necessitate, & afflictione non destituantur. Quemadmodum igitur, Vos, O Domini, O Patres-familias, jure a famulis exigitis, ut in necessitate tam corporali, quam spirituali pro viribus vobis succurrant; ita & vos Divina lex obstringit, ut pro eorum anima, & corpore vicissim curam habeatis; postquam enim Apostolus has, aliasque obligationes famulorum erga Dominos illis inculcavit, subjunxit: *Et vos Domini, eadem facite illis.* (*Ephes. 6.*) Videamus hanc utramque obligationem.

§. I. *Domini tenentur curare animas famulorum.*

4. *Confirmatio.* Et quidem quoad animam famulorum attinet, obstringuntur Domini, ut bono illis exemplo praeeant; quidquid enim isti sive boni sive mali in suis Dominis conspexerint, id sibi quasi quadam praecepti necessitate aemulandum arbitrantur: Non observastis, cum his diebus altissimae nives ceciderint, postliminio trivialis semita a via ordinaria multum deflexit, & per medios agros, etiam seminatos fuit ducta: unde hic error? a primo, qui nivibus vestigia impressit, hunc viatores omnes secuti, hujus sequelam, non obstante etiam ambagum incommodo, & qualicumque agrorum detrimento amplexati sunt. Ita solet etiam fieri domi: primum sectantur omnes ceteri: quis est primus in domo? est Dominus, est Pater-familias: hic quocumque declinaverit sive ad bonum, sive ad malum, domesticos post se trahit sequaces. In vita sancti Yvencesłai Bohemia Principis legitur, (*Ribadeneir. 28. Sept.*) quod tigidissima hyeme noctu nudipes solitus sit templa obire: famulus ejus pedisequus, quamvis optime calceatus non poterat frigoris rigorem pedibus ex nivium altitudine obrigescentibus diutius tolerare: jubet ergo Yvencesłaus, ut vestigiis suis accurate insisteret, quod dum ille facit, sensit se mirum in modum incalescere. Quod in hoc famulo miraculosum fuit, in familiis domesticis morale est fieri; absque difficultate enim inhaerent vestigiis Dominorum, eosque, quocumque ierint, sive ad virtutem, sive ad vitia indubitata aemulatione sectantur: Quid est, quod multi famulorum sint blasphemi, perjuri, maledici, juramentis & execrationibus affluenti? ex vitio Patrum-familias: quid est, quod multi sint bibuli, rixosi, ebriosi, jurgiosi, & instar otiosorum fluvenes? ex vitio Patrum-familias. Quid est, quod multi sint detractores, lascivi, turpiloqui, & impudentes? ex vitio Patrum-familias. *Sicut servus, sic & Dominus ejus*, ait Isaias *c. 24.* Econtra, si observare lubet, in domo Patris-familias probi, ac Christiane viventis, plerumque inveniuntur domestici bene morati, reverentes; modesti, & ad legem Christianam compositi: quare? quia suavi exemplorum allicio ad virtutem trahuntur.

5. Dixi: *Plerumque*; quia inficias eundum non est, multos adeo esse obstippos, ut sui capitis exemplo parum aedificentur. Et tum quid factu opus est? Respondeo, tunc opus est verbis, austera exprobratione, & castigatione, qua a vitiis retrahantur. Audite monitum Ecclesiastici (*33. v. 25.*) dicentis: *Virga & virga, & onus asino; panis & disciplina, & opus servo.* Servi regendi sunt sicut asini; sicut enim asino praeter alimentum, & onus portatile competit virga, qua coercetur, ne recalcitret; ita servo praeter sustentationem, & opus diurnum necessaria est disciplina, *haec est*, ait Cornelius a Lapide, (*hic.*) *castigatio & correptio.* Notate hanc doctrinam, vos Patres-familias, qui scitis, famulos in domibus vestris suspecte agere, de nocte excurrere, domum Amasiae frequentare, & tamen dissimulatis. Notate hanc doctrinam, Vos matres-familias, quae scitis, ancillam res amatorias tractare, cantilenas impudentes modulari, litteras & minuscula mittere, de nocte surgere, lenonibus confabulari, & tamen haec omnia connivetis, aut quod pejus est, omnino approbatis. Fuit e matribus-familias, quae monita de lascivia famulae, respondit impudentissime: quid ego ista curo? non displicet mihi famulam esse procacem; nam ancilla, quae non egregie procuratur, neque habet animum ad laborem. O damnabile responsum! ergone ut ancilla utilis sit ad laborem, necesse est, ut maledictionem Divinam super aedes tuas provocet? Va ejusmodi Patribus-ac Matribus-familias; quia ob dissimulata domesticorum

corum scelera terribile judicium coram Divino tribunali sibi conficiunt: &c. Audite sanctum Abbatem Nilum (*ap. Jac. Basn. de Glen. de Christ. Domest. l. 6. c. 14.*) *Nemines manent veritura supplicia, quam illum, qui maltos ultionem suarum disciplulos facit; instantium enim interitus panarum cumulum facit praeceptori*, &c.

§. II. *Domini tenentur curare etiam corpora famulorum.*

6. Altera obligatio Dominorum erga servos concernit eorum corpus, pro quo, in casibus praesertim infortunatis, in morbis, aliisque afflictionibus ex Christiana caritate curam gerere tenentur. Sanctus Gentium Apostolus efficacissimam hujus rei rationem inculcavit suis Ephesiis *c. 6. Scientes, quia & illorum, & vester Dominus est in caelis, & personarum acceptio non est apud Deum.* Illi creati sunt ad imaginem Dei, ut vos, redempti sunt Divino sanguine, ut vos, naturam habent fragilem ac compassione dignam, ut vos. Hanc esse naturae aequalitatem, ut advertit auctor operis imperfecti, (*hom. 22.*) in famulo suo intuitus est hodiernus centurio: *Scitote, quoniam est dignitas in hoc saeculo diversa est, sua est tamen natura illis: idem mundi Dei imaginem honorabat in homine, quam aequa captivitatis contemnebat in servo.* O quam procul absunt ab hac caritate, qui famulos, & ancillas in casibus gravibus, cum morbo corripiuntur, cum crus fracturi, cum femio debilitantur, statim e domo expellunt, adeoque non aliter iis utuntur, quam malis critinis, quae, si fucum dederint, per fenestras ejiciuntur! Quam procul ab hac caritate absunt, qui a famulis ex omnia, quae etiam inculpate franguntur, crudeliter exigunt! Quam procul ab hac caritate absunt, qui famulis ex panni lini ulnas, quas pro mercede annua recipiunt, in materia adeo gross, ac hirsuta praestant, ut non pannos, sed grusape, e lini quisquiliis confectum, videatur! Quam procul ab hac caritate absunt, qui famulis caris annonae temporibus tam esile salarium condicunt, quod vix coemendis tibialibus, & caligis sufficit? Quam procul ab hac caritate absunt, qui famulos aegrotantes in abstrusum domus angulum rejiciunt, ibique frigore, fame, nuditate ita contabescere sinunt, ut videantur plus equi, & muli, quam illorum curam habere, ait Stapletonus! (*hac Dom. test. 7.*).

Domini crudeles erga servos metuere debent panam Talionis.

7. Christiani Patres-familias, quam culpabilis est hic caritatis defectus! an non metuitis, ne justissimus Deus, *qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis?* (*Matth. 7.*) Scitis, quod maxime motivum commoverit centurionem ad tam insignem famuli misericordiam? percipite Doctissimum Manssum (*anar. hac Dom. v. 6. n. 2.*) credibile est, inquit, quod centurio hunc servum bello captum in servitutem redegerit, idcoque in hunc modum ratiocinatus fuerit: Varius est belli eventus; fieri potest, ut simistra fortuna, in quam servus meus nuper incidit, & mihi quoque eveniat, ut scilicet ab hoste in captivitatem abducare quapropter omitem servo meo benevolentiam exhibere statui; justo namque Dei judicio, & dispositione fiet, ut quam compassionem ego in praesentiarum servis meis exhibeo, eadem quoque pro tali tempore, & occasione & mihi exhibeatur. Auditis? hoc principium, *qua mensura mensi fuerit, remetietur vobis*, debet vobis esse motivum efficacissimum caritatis erga famulos; nihil enim frequentius contingit, quam quod Domini isidem morbis occumbant, in quibus deseruntur famuli, & in eadem infortunia incidant illi, ob quae spernuntur isti. Novi ego in civitate haud procul hinc dissita civem honoratum, cujus ancilla calida febri, & venentis hujus morbi putialis fuit correpta: igitur misera in domus fastigio sub tectum fuit reposita: hyems erat, & frigus per se huic infirmitati fatale est: jacebat illi aegra absque solatio, absque infirmario, absque cura. Interim audit aliquando civis ille sub seram vesperam domus januam impetuose pulsari: quaerit, quis adsit, nec responsum accipit. Putat ergo deceptionem aurium fuisse: sed cum pulsus secunda, ac tertia vice crebresceret, suspicatus, quod res erat, ad aegrotam ascendit, & eheu! inter ultimos anhelitus jam agonizantem deprehendit. Quid evenit? paullo post capitis doloribus, & mox eodem morbi genere corripi coepit: erat opulentus; igitur fecit vota, promisit anathemata, ac peregrinationes: sed frustra omnia: morti datus, & ad Dei tribunal vocatus est, de sua incuria, ac immisericordia rationem redditurus.

8. Quid dicam de illis Patribus & Matribus-familias, qui cum famulis, & ancillis agunt sicut fratres cum Josepho, cui non poterant quidquam pacifice loqui; semper eos carpunt, semper inculpant, non mandata dant, non corrigunt sine exprobrationibus, sine nomenclaturis opprobriosis, sine execrationibus & maledictis, aut omnino sine pugnis: demum ita tractant, ut malint miseri famuli in tribunalibus, aut in barbarorum captivitate, quam in ejusmodi servitiis detineri. Venit aliquando juvenis supra ad rerulam, ab eaque consilium petiit: Die mihi, mea Socrus, quid agam? ego iracundiae plus nimis dedita sum, & si occasionem non habeam bilem exonerandi, statim tremore membrorum, ac infirmitate corripior: reposuit Verula: fac hoc, conduc in famulitium puellam aliquam, & hanc quotidie deforma, ut semper habeas occasionem exonerandi ira-

cundiam. O consilium prorsus diabolicum! Mei Christiani, estne hic mos agendi inter fideles, aut inter barbaros? ergone pauperum filii tantum ad id nati sunt, ut super eos divitum filii ad libitum effundantur? huccine principia in lege caritatis edoctissimis, *quod tibi non vis fieri?* an non potuisset Deus facere, ut & vos a pauperculis parentibus faustis prognati, & tunc quo animo sustinere potuissetis tam crudelem mancipatum? quid mirum, quod deinde famuli, tam dure habiti, obrutescant, indurescant, in rabiem agantur, & nonnunquam injurias, & pugnos innocenter receptos luctuosis ultionibus compensent? Narrant Joannes Pontanus, (*l. 3. de lib.*) & Franciscus Senensis, (*l. 4. de Repub.*) de quodam Agricola in Insula Majorica, qui Maurum, quem e famulitio habebat, crudelissime tractabat. Efferus homo vindictam coquebat, & cum aliquando Dominus e domo aberat, oppressularis adibus uxorem Domini aggressus, colligatis manibus & pedibus eam una cum trina prole in fastigium domus abripuit. Ibi exspectabat reducem Dominum, cumque eum adventantem cerneret, statim geminam prolem muro illisam desuper ante ejus pedes projecit: Exhorruit bonus Vir, ex animi deliquio extra se raptus: ubi adsensus rediit, precibus, ac verborum blandimentis, nec non uberibus promissis ferocientem barbarum lenire studuit, libertatem ei etiam, & veniam addixit, si filio superstiti parceret: Sit ergo, repositi ex alto Maurus, parcam, si tuum tibi ipsi nasum abscindas. Infelix Pater amore filii, & deceptoria spe illectus, se ipsum denasat: tum ecce crudelis impostor e domus tholo filiolum, qui unicus erat reliquus, & demum etiam Matrem immisericorditer præcipitat, atque ut in manus sui viadicis non vivus deveniret, ex eodem præcipitio seipsum prosternit, immane quintuplicis crudelitatis spectaculum.

9. *Epilogus.* Christiani Auditores, non approbo inhumanum facinus, quin immo damno, & abominor; verum hoc solum demonstratum cupio, quid exacerbata rabies possit: nihil est violentius ad efferandos hominum animos, quam despotica tractatio, præcerim in animis servilibus, & incultis, qui si fevire incipiant, haud mitius bruto, & leonibus ferocium, prout luculentiora hujus rei exempla, quam ego explicare valeam, vobis constant. Quid igitur consilii? Respondeo, pro coronide vobis illud monitum Divi Pauli impertio ad Colossenses scribentis (*c. 4.*): *Domini, quod justum est, & æquum servis præstate*, id est, quod illis tam corpore, quam animo tenus convenit, eis exhibete, & semper animo volvite illud Christianæ caritatis principium: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Cogitate: si ego essem conditionis servilis, quid nacum fieri desiderarem? idipsum famulis facite. Amen.

Dominica III. post Epiphaniam.

CONCEPTUS III.

Gentilium virtutes erunt Christianis improbis in judicio ingens materies pudoris, & dedecoris.

Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel. Matth. 8.

EXORDIUM.

Christiani non vivunt prout deberent.

1. SI quis in Ecclesia Catholica terrestrem paradisum efformari cuperet, non haberet aliud, quod optet, nisi ut Christiani juxta normam a Christo præscriptam viverent. Rideo, comparative loquendo, rideo Respublicarum statura, ac leges, quas Lycurgus Spartanis, Solon Atheniensibus, Zaleucus Locrensibus, Charondas Turianis, Romulus Romanis præscripsit; quia non est communitas ordinatior illa, cujus ideam, ac formam effinxit Sapientia Divina. Dicite, obsecro, si insisteremus regulis, quas fides præscribit, si otilibet suo contentus, aliena non raperet, si pauper serviret patienter, dives mundaret humiliter, si aulæ essent compositæ, non dissolutæ, plebs morigera, non seditiosa, Princeps discretus, subditi obedientes, Judex justus, advocatus serus, miles stipendiis contentus, mercator in lucris moderatus, opifex industrius, sed non fraudulentus, puellæ pulcræ, sed castæ, adolescentes animosi, sed reverentes, senes prudentes, sed non queruli. Quæso, si excesserit invidia inter consanguineos, nulla in contractibus fraudes, nullæ inter amicos diffidentiæ, nullæ in consortiis murmurationes: si cadentes conaremur erigere, tristes solari, inopes adjuvare, morientibus assistere, injurianti bus veniam dare, Deus bone! quanta essent in mundo delitiæ, quanta Ecclesiæ felicitas! certe si, tot Sanctos cernerem, quot homines, exclamare cogerer: *Et populum tuum vidi cum ingenti gaudio.* Verum ehrul! longe alia est Ecclesiæ facies, ita ut præ animi luctu exclamet Zelosissimus Salvianus (*lib. 4. de Provid.*): *Gratus, & lætus sum esse, quod dilatari sum: præter pauxillum quosdam, qui mala fugiunt, quid est aliud pene omnis cætus Christianorum, quam sentina vitiorum?* potiissimi Christianorum ita vivunt, ut vel ab ipsis ethnicis in ruborem dari queant: inter Turcas, Judæos, hæreticos nonnunquam inveniuntur majores virtutes, major caritas, quam inter fideles: Noone hoc idem est, quod in Centurione, homine ethnico laudavit Christus (*Matth. 9.*) *Non inveni tantam fidem in Israel*, hoc est, in fidelium cœtu, quantam in genio caritatem, obedientiam, cæteraque virtutes in hoc pagano? Et ideo Christus, dum ca-

ratum iret servum centurionis, omnes scribas secum duxit, cum tamen alias patrationi miraculorum neminem interesse voluerit, *ut videretur*, inquit Chrysost. (*serm. 101.*), *esse penes gentilem locis cultum, penes militem stipendium gratis, penes Romanum fidei doctrinam, & in frigore pagano Christianum calorem.*

Sed sæpe a gentilibus in virtute superantur.

2. *Propositio.* Dilectissimi Auditores hanc materiam hodie proponendam selegi, videlicet reperiri nonnunquam inter infideles longe præstantiores virtutum actus, vitamque magis compositam, quam apud multos Christianos, id quod nunc in ruborem nostrum cedere debet, & longe magis aliquando cedet in judicio, cum gentiles Christianis suam inquitatem exprobrabunt. Favete.

Gentiles minus ambitiosi.

3. *Confirmatio.* Scio quidem ea, quæ de Diogenis constantia refert Nazianzenus, (*orat. 3. & 23.*) de integritate Socratis Theodoretus, (*lib. 12. cur. Græc.*) de fidelitate Attilii Reguli Augustinus, (*l. 1. de Civ. Dei c. 15.*) de præstantioribus Philosophis Gregorius Magnus, (*Mor. lib. 2. c. 30.*) scio, inquam, ea non veras virtutes, sed pixides vacuas fuisse, æs sonans, & cymbalum tinniens: Multo minus cum Zwinglio usque adeo deliro, ut Scipiones Romanos, Socrates, Aristides, aliosque, Sanctis annumerem, confectisque Litanis dicam: *Sancte Socrates, Ora pro me.* (*Theophr. Reynaud. de virt. l. 1. sect. 2.*) Nihilominus certum est, multos gentilium eos in virtute progressus fecisse, ut nobis, nobis, qui tam potentia habemus adjumenta, olim in judicio nostram negligentiam sint exprobraturi. Adeste vos animæ, vento plenæ, quæ quamvis sub lege vivatis, quæ demonstrat vanitatem titulorum, atque emptiones tiarum, tamen non aliud bonum agnoscitis, quam summus honorificum per fas & nefas, per alios nominis ruinas adquirendum: ambitionem vestram irridebunt non Rachisii, non Carolomanni, non Edelredes, qui regni commoda cum mortificationibus permutarunt, sed Diocletianus, qui eminentias a vobis adeo desideratas abominans, imperio se abdicavit, & unius horti cultura adhisit. Vos, ut in sublime ascendatis, jus fas omne protrivistis, innocentes perdidistis, fidem datam violastis, mille injustitias commisistis, ad mumia excelsa etiam incapaces anhelastis, cum tamen tot Romani, qui hæc nomina tenus humilitatem agnoverunt, munerum honoriferum mimis se subduxerunt, inter quos Probus Cæsar ab exercitu in Imperatorem renuntiatus, severitatem suam præteuxit, ut se executeret imperium, clamando; *Nec enim, nec vobis expedit milites: ego enim vobis blandiri non queo.*

Gentiles minus avari Christianis.

4. Adeste vos avari, qui instar Judæ Deum, & animam pro aliquot obolis venditis. Vobis prædicantur divitiæ tanquam spinæ, quæ pungunt, & vos eas colligitis tamquam rosas, quæ arridunt: describuntur vobis tamquam fures, qui diripiunt, & vos eas affectatis tamquam amicos, qui defendunt: vobis inculcantur tamquam impedimenta gloriæ, & vos eas adoratis tamquam instrumenta vitæ. Videte in illa casa Curionem, qui suis rapis contentus, minera, sibi a Samnio subsidia, respuit. Videte frugalem mensam Fabritii, qui quatuor patinis fictilibus contentus, similia munera refutavit. Videte in illa navi Centem Thebanum, qui opibus in mare projectis dixit: *Mergam vos, ne mergar a vobis.* Videte in illo dolio Diogenem, qui frustillo panis, & fontana contentus, Alexandrum ipsum invidum habuit. Dicite, an non horum vita sit continua accusatio vestræ avaritiæ? illi ab æterna Veritate nunquam audierunt, *Beati pauperes spiritu* (*Matth. 5.*): ubi vos lucello exiguo postponitis salutem, illi fide non illustrati, harum bono honesto, quantumvis exiguo, postposuerunt.

Gentiles minus lascivi Christianis.

5. Vos adolescentes lascivi, quid respondebitis Hippolyto, qui amore castitatis discerptus est? ite vos accusabit propter venationem occasionis, quam ille continuo fugit. Quid dicetis Magno Alexandro, qui inter tot illecebras adeo castitatem servavit, ut de eo scripserit Plutarchus (*de fortuna & virt. Alex.*): *Qui ullis fuit omnibus popularis, solis venustis se superbum præstabat.* Quid opponetis Demoeli Regis Demetrii Ephebo, qui, dum aliter insidias castitati structas, effugere non posset, aheno bullienti infilit, ibique sua morte alterius ardorem restinxit? Necdum hi audierant Ignatium Martyrem (*Epist. 10.*) dicentem: *Castus esse debemus Dei templum Christi, & omnium Spiritus sancti.* Necdum perceperant a S. Cypriano (*de duodecim abus. cap. 2.*): *Pudicitiam esse augmentum omnis pulchritudinis, decus Religionis, ornamentum cælestium, multiplicationem meritorum.* Nesciebant Virginitatem in Thecla dono miraculorum, in Agnete virtute sustinendi tot tormenta, in Catharina sapientia cælesti, in Dorothea fructibus prodigiosis, in Maria Maternitate Dei muneratam; & tamen solo instinctu naturali cogitam tot laboribus coluerunt, cumque in despectum Veneris, in Pallade, & in Musis adoratum. Et vos, O puellæ lascivæ! quid opponere poteritis, dum licentiam vestram in nuditate prodenda accusabunt puellæ idolatræ in Arabia, tam impense faciem velantes, ut nec oculo oculus pateret; merito in ruborem daremini, cum Christus dicat illud Tertulliani (*c. ult. de Veland. Virg.*): *Etnicæ disciplinæ vos ruitent, & ut ita dicam, barbaræ modestiæ fuit.*

Gentiles frugaliores sunt Christianis.

6. Porro vos helluones, vos Gastrimargi, qui in ipsa quadragesima inochanalia agitis, quid dicetis, cum Deus vobis opponet non Antonios, Macarios, Hilariones, Arsenios, Stylitas, Onuphrios, sed Epicurum, voracium antesignanum ab orbe vocatum, qui tamen referente Laertio (*apud Alex. ab Alexand. l. 3. c. 11.*), *Victu frugali, & modico contentus, aqua & polenta, paneque hordeaceo victum quæsivit?* Vos, qui mensæ non assidetis, nisi lautissimæ, quid non vobis improbrabunt tot nationes barbaræ, quæ esca frugalissima vitam traxerunt? Argatis, & Tyrinthiis pyra, Nomadibus & Getis lac, Æthiopibus locustæ, Ægyptiis porri, Melis amygdalæ, Græcis ficus dapes fuere. Audite frugalitatem Romanorum: ante bellum contra Persicum, cum necdum artem molendi scirent, sexcentorum annorum spatio absque pane, sola pulte contenti, lamen sunt solati: in expensis culinariis adeo parci fuere, ut per legem, a consule Fannio latam, severissime animadversum sit in eos, qui numerosæ familiæ galenam, tres libras carnis fumatæ, aut lardi in prandio apposuerunt, vel cujus cœna decem solidorum pretium superaret. Necdum sciebant isti, quod jejunium esset *fundamentum virtutum omnium* juxta S. Hieronymum. (*Ep. ad Demet.*) Necdum definierat S. Ambrosius, (*lib. de Elia & Jezabel.*) *esse mortem culpæ, remedium salutis, radicem gratiæ.* Necdum illis scripserat Chrysologus, (*serm. 32.*) jejunium esse *singulare sanctitatis aratrum, quod celit corda, eradicat crimina, castitatem serit, ea put nutrit, parat innocentem messem*, & tamen parcius vivebant, dum sibi helluari videbantur, quam Christiani, dum jejunant.

Gentiles in affectibus moderatiores Christianis.

7. Plane, plane, nos Christiani ab illis subsannabimur, qui fidei nostræ conformes non vivimus: nobis dominantur affectus gulæ, luxuriæ, ambitionis, avaritiæ; illi autem affectuum suorum fuerunt Domini, ac moderatores. Et quoniam de moderatione affectuum sermo incidit, quæso, prolequamur paullisper hoc argumentum: Veniat tota secta Stoicorum; nonne in faciem nobis exprobrabit: Nos tam insignes cognitiones de Deo, ejusque Providentia non habuimus, & tamen si filius Christiano Patri moritur, ille in mille diras crumpit; cum nobis interim, si filius perent, non alius sit dolor, quam dicere: *sciebam, genuisse mortalem.* Sit aliquis Mercatorum vestrorum, cui navis naufragio pereat, sit rusticorum aliquis, cui segetes grandine vastentur, sit, cui nummuli furto abripiuntur, & statim pilos vellicat, ejulat, ac fere desperat; ubi autem nobis idem infortunium obvenit, solum in his voces prorumpimus: *Bene fecit fortuna, quæ me ab Philosophiam vocat.* Affligatur aliquis vestrum ægritudine, frangat crus ex infortunio, & statim in efferas impatientiæ voces erumpens, totas dies lamentis consumit: Noster Epictetus, cui ab hero genua baculo confracta sunt, nec in minimo perturbatus, cum risu dixit: *Nonne ita prædixeram?* Quid dicam de caritate gentilium? Pylades & Orestes, Nisus & Eurialus in duobus corporibus unicum cor habebant, tam concordes erant in suis actionibus: nos mille suspicionibus agitamur, mille lucris divellimur; vix unus est, qui cum duobus amicis pacem conservare queat. Ubique dissensiones, bella, jurgia, & vindictæ.

Gentiles minus sunt vindicativi Christianis, & ideo in judicio acerbe exprobrabunt Christianis iniquitatem.

8. In illa die contra vindicativos insurget Romanus Cæsar, qui offensoribus pacem universalem proclamavit: insurget Lycurgus, qui non solum vitam donavit illi, a quo oculorum uno privatus fuit, sed & habitationem in propria domo concessit. Qua fronte nos Christiani unicum verbum fuste, unam contumeliam duellis ac mortibus vindicamus? Nos juramus credere Deo, & revera credimus mundo: *Evangelio legunt, & impudici sunt*, indignatur Salvianus, (*lib. 4. de Provid.*) *Apostolos audiunt, & inebriantur, Christum fequuntur, & rapiunt, vitam imperatam agunt, & probum legem se habere dicunt*, O mei Christiani! an non hæc magna confusio est, quod major pars Christianorum tam morati non sint, ut conferri possint cum ethnicis, cum reprobis? quæso, qui fieri possit, ut Christiani, convicti tot vaticiniis, tot miraculis Christum esse verum Deum, nihilominus minori reverentia erga eum ferantur, quam Persæ erga canem, Ægyptii erga bovem, Romani erga equum, Turcæ erga lunam, Japonenses erga Xacam, & Amidam? Ite, ite Constantinopolim, & videte, an non aliter fervetur lex Machometis, quam apud nos lex Christi? Videte, an non Bonzii suos Chamos, & Fotoquos majori prosequantur honore, quam nos verum Deum, qui tam læviter eum blasphemamus, & pejeramus? Judæo non fidebitis, ut cibos vetitos comedat, dum Christianus ob quatuor teruncios legem jejunii violabit. Atque ob hanc denique Christianorum dissolutionem mirum non est, quod homines Pagani, infideles, & hæretici tam parum, & raro convertantur; quia videlicet nostra Religionis dogmata ex moribus Christianorum metiuntur, ac judicant: cum enim teste Augustino, (*serm. 237. de temp.*) *difficile est, ut male vivat, qui bene credit*, putant illi Christianos non bene credere, quia tam male vivunt: averfantur sanctam fidem; quia, dum Christianos blasphemare, pejerare, vindictas coquere, helluari, luxuriari, aliaque scelera libere patrare conspiciunt, putant Christum in sua lege blasphemias, perjuria, vindictas, gulam, & lasciviam aut præcepisse, aut saltem permisisse. Cum autem in illa die contrarium edocebuntur, cum fidei Catholicæ sanctissima statuta conspicient, tunc admirabuntur, qui fieri potuerit, ut unus Christianorum inter tot salutis adjumenta pericrit. Auditores mei! siquis vestrum damnabitur, paret se ad illas exprobrationes a gentilibus sustinendas, quæ non infima erit gehennæ pœna. Dum infernum hæ gentes damnatæ intrabunt, clamabunt, & dicent: *Et tu ergo vulneratus es, sicut & nos?* (*Isa. 14.*) Quomodo hoc fieri potuit? *Ambulasti in medio lapidum ignitorum, in delicias paradisi Dei fuisti.* En supra in glacia, infirmitate, & mille calamitatibus vexari. Ejusmodi admirationis materiem subministrat hodiernum Evangelium, in quo *Factus est motus magnus in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus*, & Apostoli in præsentissimum naufragii periculum adducerentur. Deus Bone! quid hoc? ergone Viri sanctissimi, fidei Præcones, Divini Spiritus organa ita jactantur ab infido elemento? ubi tua cura? ubi Providentia? ubi tutela Apostolici Collegii? &c. Verum facessite quærimoniæ: talpæ sumus ad lucem, noctuæ sumus ad solem: *Sentite de Domino in bonitate.*

Adversitates sunt beneficium Dei.

2. *Propositio.* Atque ut aliquo saltem modo imbecilli intellectui vestro satisfaciam, in medium adducam rationes, propter quas Dominus Deus homines justos nonnunquam adversitatibus affligi permittat; videbitis, hunc non errorem esse Providentiæ, sed providissimum gubernationem Dei, ac amorem singularem. Videbitis, beneficium esse, quod hactenus calamitatem, ac miseriam arbitramini. Favete.

3. *Introductio.* Scio quidem, temeritatem esse profunditatem matis inetiri, *nullum autem mare*, juxta effatum S. Augustini, (*in Ps. 92.*) *tam profundum est, quam ista cogitatio Dei, ut male sapiant, & boni laborent.* Scio, arcana hæc Dei judicia, eorumque causas in ultimo primum mundi die palam fore; ibi Deus removebit tipatium, ibi providissimæ gubernationis ordinem, ac momenta clarissime demonstrabit: *In novissimis diebus intelligetis consilium ejus*, &c. (*Jer. 23.*) Nihilominus in hac etiam vita Dominus Deus hujus Providentiæ causas nobis aliquo modo secundas dedit. Auscultemus unam, vel alteram.

§. I. *Adversitates excitant ad virtutem.*

4. *Confirmatio.* Prima ratio, ob quam Dominus Deus nonnunquam homines justos adversitatibus affligi permittat, est, ut in Dei timore, humilitate, virtutumque exercitio perseveranter conserventur; experientia enim comprobatum habemus, quod, si omnia prospere ad vota succedant, si blandiens fortuna arrideat, si finitri nihil occurrat, facile repescere, & a primævo fervore, virtutumque exercitio remittere

tere incipiamus; quemadmodum igitur Ludimagister discipulo nonnunquam aures, aut capillitium vellicat, eaque correptione sibi ac ludis attentum esse jubet; ita calamitates hujus vitæ continuæ sunt monitiones Dei, quibus excitamur, & admonemur. Ita expresse docet S. Gregorius (*lib. 6. Mor.*): *Minus pie vivit, si minus persecutionem patitur*. Vix luculentius hanc veritatem exemplificare possumus, quam si Davidem felicem, Davidi calamitoso opponamus. Jessæus Rex omnigena felicitate fruebatur, habebat ad obsequia subditorum animos, possidebat populorum favores, gaudebat hostium triumphis, florebat domi otio, potiebatur rerum omnium affluxu, & ecce! Dei, fuique oblitus impudentissimum scelus admisit, quod vel nominare erubescо: at econtra, dum mille calamitatibus opprimeretur, cum proprius illius filius vitæ & coronæ paternæ insidiaretur, cum subditi, rebellia arma induti, partes Absolonis sectabantur, cum a sede Regia, ipsaque urbe in fugam agebatur, cum recens natus filiolus præmatura morte illi eripiebatur, cum septuaginta subditorum millia pestifera lue destruebantur, tunc enim vero ex toto corde ad Deum conversus, fassusque est: *Bonum mihi, quia humiliasti me!* (*Ps.* 53.) Dic, Regum potentissime, quare bonum? quid utilitatis percipis ex afflictione? *Ut discam justificationes tuas*, &c. En, mi Christiane, quid profuit adversitates: pro certo igitur tene, nisi hactenus infortuniis, pauperie, detractionibus, & persecutionibus fuisses exagitatus, forsan jam dudum in ambitionem, in superbiam, in luxum, & luxuriam incidisses, & æternum periisses: quod autem hodiedum in humilitate, in conscientiæ tranquillitate, in Dei gratia perseveris, hoc adversitati, quam pateris, debes, &c. Neque dicas: O bone Deus! si in divitiis, in honoribus, in temporali felicitate vivere mihi liceret, ego longe majori cum sanctitate Deo famularer: Erras enim, & vehementer erras, nec te ipsum satis noscis: rarissimi sunt, quos terrena prosperitas non depravat, & Dei, salutisque suæ immemores reddit. *Quis facile reconditur Deum, qui semper felix est?* quærit S. Augustinus. (*Ps.* 92.) & respondet sibi ipse: *O quam verum, fere nullus!* Id quam optime novit, ac prævidet de te Deus; ideo imaginem tibi beneficium exhibet, quod calamitatibus te crucier, quæ instar frœni sunt, retardantis, ne extra orbitam mandatorum feraris.

§. II. *Adversitates stellant animum a mundo.*

5. Altera ratio, cur Dominus Deus homines justos variis adversitatibus affligat, ea est, ut perituris his mundi rebus animum non affigant, sed ad æterna, eaque vera bona indefinenter aspirent, ait S. Chrysostomus (*hom. 1. ad pop.*). Scitis, quid agat amans, ac provida Mater, quæ infantulum a lacte maternobus arcere, & ad cibum solidiorem assuefacere cupit? nempe parum absynthii mammis illinit; ita nauseare incipiet infans, quod antea deliciose affectabat. Eumdem in morem Dominus Deus agit, *miscentur amaritudines vitæ temporalis*, ait S. Augustinus, (*in Ps.* 136.) *ut æterna desiderentur*. Consulamus hac super re Scripturam. Filii Israel tempore famis perrexerunt in Ægyptum, & quamvis ultra quinquennium ibi commorari non cogitarint, nihilominus ibi progenuerunt filios, & sensim amori, ac genio regionis ita assueverunt, ut teste Augustino, & Eusebio (*apud Barr. tom. 79. §. 2.*) ducentis quinquaginta annis in Ægypto fuerint commorati. Noluit Deus electum populum suum inter idololatras versari; ideo Moysi potestatem prodigiorum, mandatumque dedit, ut Israelitas in terram Chanaan patriam suam reduceret. (*Exod. 1.*) Ut autem illi ductorem libenter sequerentur, Ægyptiumque deserrent, quid egit Deus? Dispoluit providissime, ut Israelitæ ab Ægyptiis, & eorum Rege mille calamitatibus affligerentur, debeant manciporum instar laborare, fodere, luto, lateribus, omnique famulatu premi. Quibus omnibus Deus Israelitis singulare beneficium contulit: Itane beneficium? ita est, respondet Theodoretus (*q. 13. in Gen.*); non enim erat expeditius remedium Israelitas ab amore Ægypti abstrahendi, quam ut multa mala ibi paterentur: ægerrime deseruerunt Ægyptum, immo ad finem desertum multoties denuo aspirabant, quamvis calamitose ibi vixerint; quanto minus deseruissent Ægyptum, si omnigena felicitate, honoribus, ac divitiis ibi fuissent potiti? &c. Advertis, mi Christiane, quid tibi dictum velim? Nimirum vult Dominus Deus animum tuum ab inordinato amore mundi avellere, & ad cælestem patriam allicere: quid agit? Decernit super te adversitates, egestatem, detractiones, persecutiones, aliaque mala, quibus efficit, ut mundum odisse, & cælum affectare incipias. Quæso, si omnia tibi prospere succederent, quotsies ad æterna aspirares? plane rarissimo: *Amarus est mundus, & diligitur*, ait Augustinus. (*ser. 11. de temp.*) *putat, si dulcis esset, quamdo amaretur?* &c.

§. III. *Adversitates erigunt animum ad confidentiam in Deum.*

6. Tertia ratio, cur Dominus Deus homines justos nonnunquam diuturnis tribulationibus afflictari permittat, est ita, ut spem fugam in Dei auxilio collocent, illudque confidenter implorent. Nulla re magis lædituf honor Dei, quam si homines in suis afflictionibus ipsum omnem humano auxilio inaffectent; ille enim suo honori reservavit, in causis maxime desperatis prodigiose auxiliari. Quis non intimo corde compatitur innocenti Josepho? regavit quidem pincernam Pharaonis, qui e carcere ad pristinam dignitatem promotus fuit, ut sui apud Regem memor esse velit: sed ecce! nihilominus integro adhuc biennio in atro carceris

squalore detentus fuit; ingratissimus enim pincerna, penitus Josephi oblitus, nec verbulum pro eo apud Regem fecit. Itane oblitus est? ita est: quæso, cur Dominus Deus adeo detrimentosam oblivionem permisit? audite Christiani, S. Augustinus (*serm. 81. de temp.*) respondet: *Pro castigatione Sancti Josephi non permisit Deus magistrum pincernarum, ut in mente haberet, quod ei sanctus Josephus supplicaverat*. Quo crimine autem meruit Josephus hanc castigationem? nimirum, quia spem suæ liberationis plus in intercessione pincernæ, quam in Dei auxilio posuit, &c. Audis ista, mi Christiane? & tandem rationem perstentificis, cur adeo diu Dominus Deus te in infirmitate, in paupertate, in persecutione lustari sinat? nempe in his, aliisque tribulationibus in amicis, in patronis, in Principibus, in filiis hominum confidentiam collocas: clama ad Deum; ideo enim afligeris, ut ad Deum clames: hanc vocem Lepe extorquet Deus per temporalem miseriam. Nonne Regulus (*Joann. 4.*) in Capharnaum non venturus fuisset ad Christum, nisi filium domi habuisset infirmitate gravi decumbentem? nonne Apostoli non clamassent ad Christum: *Salva nos, perimus*, (*Matth. 8.*) nisi tumultuosum mare naufragium intentasset? Nonne Sanctus Augustinus (*l. 3. Conf. c. 12.*) diu adhuc conversionem distulisset, nisi stomachi dolores eum docuissent salutis consilia maturare? &c.

§. IV. *Adversitates sunt pignus salutis.*

7. Denique ultima ratio, cur Dominus Deus super homines justos graves nonnunquam afflictiones decernat, est, ut illis eo ipso pignus, & arrham suæ salutis conferat. Idipsum optime intellexit S. David, ubi exultabundus exclamavit: (*Psal. 22.*) *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt*. Quid intelligit per virgam? quid per baculum? Cardinalis Hugo (*ap. Barr. tom. 23. §. 8.*) exponit: *Virgam vocat animarum correctionem, baculum mœrorem tribulationum*. Cur ergo David consolationem hausit ex tribulatione? ut rem penitius intelligatis, percipite, quid Imperator Domitianus in more positum habuerit: alii Imperatores solebant in publicis spectaculis auri, argentique moneras inter populi confluentis turbas projicere: Domitianus baculos projecit: aliqui e populo murmurabant, & instar canum se haberi conquerebantur: alii autem rei quari baculos summo in honore habebant, quippe in quolibet eorum delitescebat chyrographus certæ summæ pecuniariæ, quæ sine mora a thesaurario numerabatur illi, qui ejusmodi baculum ad Imperatorem detulerat, &c. Ecce! qua de causa Rex David ait: *Virga tua, & baculus tuus*, id est tribulatio, *ipsa me consolata sunt*. Nimirum in hoc tribulationis baculo delitescit chyrographus, quo æterna salutis thesaurus tibi approximatur. Hic chyrographus, mi Christiane, quandam ante cæli portum, instar securi diplomatis erit, quo poteris introitum in cælestem patriam prætendere: hoc diplomate subscripsit S. Paulus Apostolus iis verbis: (*Rom. 8.*) *Quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imagini Filii sui*, ibi igitur dices, mi Christiane, afflictæ! En Domine Deus, hic gero mecum sacili chyrographum, quo re mihi ad solutionem æternæ mercedis obstringeris: ea, habeo diploma testimoniale, quod conformis sim imagini Filii tui: Filius tuus pauper fuit, fui & ego. Filius tuus in contemptu continuo fuit, fui & ego. Filius tuus in persecutionibus vixit, vixi & ego, &c. His auditis, concilium te Dominus Deus securum esse jubebit, & in cælestem patriam ingredi incunctanter permittet, &c. &c.

8. *Epilogus*. Nunc primum intelligo, Auditores, qua de causa homines sancti toto corde gavisi sint, & exultarint in afflictionibus: nunc primum intelligo mirabile S. Henrici Susonis (*ap. P. Heyer hor. Dom.*) assertum, quod hactenus non intellexi: ait ille: *Si centum annis Deum aremus, non sumus digni, ut crucem unicam accipiamus*. Nimirum quia cruces, & adversitates grande beneficium Dei sunt; excitant enim ad virtutem, avocant animum a perituris mundi rebus, erigunt ad confidentiam in Deum, & si cetera deessent, quid felicius esse posset? sunt pignus, & arrha æternæ salutis. Amen.

Dominica IV. post Epiphaniam.

CONCEPTUS II.

Demonstratur, quod nonnunquam unicus peccator possit esse causa infortuniorum, & Divinæ maledictionis super totam communitatem.

Melius manum fassus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus. Matth. 8.

EXORDIUM.

Dominum Deus permisit navicularn Discipulorum excuti propter Judam.

1. QUamvis optime sciam, humani intellectus imbecillitatem ad arcanas Divinæ Providentiæ rationes non aliter se habere, quam talparum, & vespertilionum oculos ad solem; nihilominus minus hodie, quam alias possum cohibere admirationem, dum Apostolicum naviculam inter fluctus jactari, & salvatorem, de quo Psalmista: (*Psal. 32.*) *Oculi Domini super justos, & aures ejus in preces eorum*, inter naufragi pericula, & trepidantium Discipulorum clamores dormire conspicio. *Exurge, quare obdormis Domine!* (*Psal. 43.*) Exurge! cum dilectis consolatis tuos, tuæ fulcra, Spiritus sancti organa, Evangelii præcones, animarum curatores, tuos in negotio Redemptionis operarios in extremum interitus dilemma adduci finis? cur procellas tumultuare,

cur

cur nubes fulminare, cur undas effervescere, cur naviculam fluctibus operiri, cur Discipulos fluctus opem inclamare permittis? An non Joannis dilectio, an non Andreæ senium, an non Petri fides te movet ad commiserationem? Christiani Auditores! Sanctus Ambrosius (*serm.* 11.) responso unico totam eximit admirationem: dicit enim, in eadem navicula præstantem etiam adfuisse Judam Iscariotem, & hunc totius infortunii, quo Apostolicum Collegium jactabatur, extitisse causam, & auctorem: *Erat ibi Simon Petrus, sed erat positus & Proditor Judæ; quamvis illius fides fundaret navicularn, hujus tamen cum perfidia conturbat; unius delicta cunctorum merita quatiuntur.* Quid? ergone peccator unicus interim familiam, & inter hanc homines etiam justos, pios, ac innocentes in discrimen, & infortunia adducere poterit? ita est: potest: quemadmodum ob unicam venenicguttulam totus mellis urceus, cui casu fuit immixta, effunditur, quemadmodum ob unicam maculam totum speculum confringitur, quemadmodum ob unicum membrum, minus artificiose elaboratum, tota statua destruitur; ita Deus nonnunquam propter unicum peccatorem integram familiam gravissimis afflictionibus premit.

Ita unicus peccator nocet toti domui.

2. *Propositio.* Hanc veritatem vobis hodie, Auditores, demonstratum eo. Quæritis, quem in finem? certe non alium in finem, nisi ut intelligatur, quantopere intersit, ut omnes unanimiter operam conferatis ad impediendum peccatum, utpote quod non tantum cooperantes conniventes, dissimulantes, sed etiam innocentes illidem infortuniis, & ruinis involvit. Patet.

Idque duplici ratione.

3. *Divisio.* Duplici maxime ratione solet Dominus Deus peccati injuriam ulcisci, videlicet subtractione gratiarum, & immissione pœnarum; eodem enim crimine & obstruuntur fontes misericordiæ, quibus obstructis, desinunt cælestium beneficiorum chrismata in nos derivare, & aperiuntur cataractæ justitiæ, quibus apertis, incipiunt Divini furoris supplicia in nos prorumpere. Utrumque hoc malum supra totam familiam provocare potest unicus peccator. Dubitatis? ergo demonstro hanc veritatem.

§. I. *Primo per subtractionem Divinorum beneficiorum.*

4. *Confirmatio.* Primo quidem, peccator unicus toti domui, toti familiæ, ac communitati subtrahere potest Divinam benedictionem: Hoc ut ostendam, recogitate, obsecro, quid in libro Josuæ (*c.* 7.) recensetur: strenuissimus hic belli dux, qui munitissima propugnacula devicit, qui hostes innumerabiles fudit, qui solem ipsum stitit, ut sui triumphi haberet spectatorem, cum oppidum Hai oppugnabat, inimicam subito expertus est belli aleam: ter mille armati, quos obsidioni admovit, turpissime victi, strati, in fugam acti sunt. Nec satis hoc infortunium: Dominus Deus ita indignatus est Israelitis, ut illis omnimodam derelictionem, & sui auxilii subtractionem intentarit: *Non poterit Israel stare ante hostes suos. Nisi ero ultra vobiscum.* Quid hoc rerum? quo crimine deliquit Israel? an idololatrica impietate se contaminavit? an contra Dei ordinationem murmuravit? certe hanc interrogationem ipsemet Josue in genua procidens, in lacrimas effusus, Domino Deo proposuit. Percipite, quid responsi retulerit: *Peccavit Israel, & prævaricatus est pactum meum, tulerunique de anathemate, & furati sunt, atque mentiti.* Mirabilis prorsus responsio! cur enim Dominus Deus in plurali numero de omnibus loquitur, illique universalitatem imputat peccatum, quod ab uno unico perpetratum fuit? Sciendum enim est, Dilectissimi, quod antea in expugnatione urbis Jericho prohibuerit Dominus Deus, ne quis Israelitarum de spolio eversæ urbis vel minimum quid attrectare præsumeret: hoc præceptum prævaricatus est militum nonnemo, nomine Achan, qui de præda nonnihil sibi attribuit, & sub rerulis occulit: an seiverint, an cooperati sunt, an approbarint reliqui? nihil minus: cur ergo Deus hoc delictum omnibus imputat? cur omnes punit? Sanctus Augustinus (*q.* 8. *in Josue*) respondet: quia delictum sufficiens erat, ut averionem Numinis supra totum populum provocaret: *Ne omnes quidem reos possit judicare, aut ab ea istorti possint esse securi.* Ecce! unicus peccator toti exercitui nocuit, illique Divini auxilii assistentiam subtraxit. Vultis aliud Scripturæ testimonium?

5. Constat e sacris Paginis, quantis benedictionibus Dominus Deus Abrahamum repleri, quam frequenti alloquio, & apparitione cum beavit. Erat Isaacus Abrahami filius non minus sanctus, non minus fidelis, & tamen illum nec tanta gratiarum ubertate, nec tuo alloquio & apparitione felicitavit, nisi tum primum, cum calamitosa fames in illa regione ingruit: *Orta autem fame super terram, apparuit ei Dominus.* (*Gen.* 26.) Cur primum orta fame? ad nostram instructionem, Dilectissimi, quod calamitas hominem dignum, aptumque reddat ad recipienda Dei beneficia. Verum quæro: an non jam antea Isaacus in monte cari genitoris luctuosissima calamitate fuit conturbatus? cur ergo non jam ibi, cum Patrem Abrahamum terræ mandabat, apparuit illi Dominus? Nimirum sentio, quod res est; sacer texus satis indicat causam, de sepulturæ Abrahæ ita differens: *Sepelierunt eum Isaac, & Ismael filii sui.* Hoc satis est, verisimilitur tum temporis Ismaelus cum Ismele, justus cum peccatore, sanctus cum scelerato: quid mirum, quod Dominus Deus nullam cum Isaaco habere voluerit familiaritatem, rarissimam ei impertiverit benedictionem, utpote cum de impio illius consorte gravissimam gerebat averionem? Ita in hunc locum Doctissimus Oliva: (*apud Barradium ser.* 37. *n.* 24.) *Aderat cum justo impius, ipsique juntaxat obfuit, ne Deus appareret.* O quam consulte prudentissima Sara dudum antea persuasit marito suo Abrahamo, ut ejiceret ejusdem hunc Ismaelem e domo um cum ejus Matre pelleret! *Ejice ancillam, & filium ejus.* (*Gen.* 21.) sapienter judicans Divinam benedictionem in sua domo una cum hoc scelerato non posse consistere.

6. Christiani Patres-familias, quid frequentius a vobis auditur, quam illa nænia: ego nullam eben! sentio in rebus meis benedictionem: quidquid ago, infeliciter mihi succedit &c. Credite certo, non alia est felicitatis vestræ tinea, nisi peccatum, peccatum: quam parum enim in eodem instrumento concordant chorda lupina & ovina, cum una sonante, rumpatur altera, tam parum in eadem domo se compatiuntur invicem prosperitas, & peccatum! Atqui, dicitis, ego non vivo peccaminose, vitam ago pro viribus Christianam, frequento Sacramenta, quotidie interfum Sacris, facio eleemosynas &c. si ita est; ergo indaga in domo tua, an non ibi sit aliquis Achan, aliquis Ismael, qui totam felicitatem tuam evertit, Dei benedictionem propellit: inquire, an non filius familias sit furax, sit alector, sit scortator? inquire, an non filia sit impudens, & arcana cum procis commercia habeat? inquire, an non famulus sit blasphemus, lascivus, sceleratus? inquire, an non ancilla sit generis communis, & jam conjux, antequam nupta. Quod si ita esse comperieris, ejice ancillam, ejice famulum, castiga filium, corrige filiam, &c. quid valet, non profugam Dei benedictionem revocasti; Nihil enim usitatius est in ordine Divinæ Providentiæ, quam quod Deus cum suis gratiis propter reos etiam parcus sit in innocentes: Quid Sancto Chrysostomo evenit? Sanctus hic Antistes ordinarie inter Incruentum Missæ Sacrificium cælestibus deliciis pascebatur: aliquando defiere deliciæ, subito *despulsa est visa*, ait Surius (*Tom.* 1. *die* 21. *Jan.*) Triftabatur vehementer Dei famulus, & arcanæ noxæ se reum arbitrabatur. Verum Deus illi revelavit, hanc subtractionem gratiarum contigisse ex culpa sui Capellani assistentis, qui sub ipso ministerio oculos in mulierem curiose conjecisset. O tremenda Dei Judicia! ergone luere debuit sanctus Antistes, quod alter deliquit? Exhorrescite, Christiani, & peccatum e domibus vestris omni cum studio eliminate.

§. II. *Secundo per provocationem Divinorum supplicium.*

7. Pauca sunt, quæ hactenus deploravimus; neque enim detrimenta peccati his cancellis circumscribuntur, quod benedictionem Divinam ex integra familia propulset; verum in eo maxime abominatio est, quod etiam maledictionem Divinam invehat. Peccator unicus Dei punientis supplicia super integram domum provocat. Non observastis, Auditores, quomodo in æstate sudis diebus densus quidam vapor super unicam vallem, aut stagnosam paludem incumbat? iste vapor dein instar nebulæ ab orto sole attrahitur, in altera aeris regione in grandines condensatur, & cum ingenti detrimento inter tumultuosum tempestatem in terram recidit: quæro jam, an grandine iste solum illam vallem, aut paludem feriat, a qua ortum traxit? nihil minus: per campos, & segetes se late propagat, & frugum etiam innocentium terribilem stragem facit. Ita in re nostra fieri amat. Contingit quidem, ut fœtulentus, ac pestilens vapor peccati ab unico scelerato pectore versus cælum assurgat: verum illa fulmina, quæ Dei justitia exinde cudit, non in unum illud pectus, sed in integram familiam recidunt, eademque ruina tam reum, quam innocentem involvunt. Desideratis hanc veritatem e Scriptura exemplificari?

8. Jonam vobis ante oculos statuo; hic refractarius Propheta, jussus a Deo proficisci in Ninivem, contra Divinam voluntatem navigaturus erat in Tharsis: jam triremem conscenderat, jam in altum provecta erant, cum ecce nigrescere cælum, mugire tonitrua, micare fulmina, venti rebellare, mare funditus ebullire, & navigium inter horrendam tempestatem ita naufragium minitari cœpit, ut nautæ jam jam vectas merces in undas exonerarent; *Miserunt vasa in mare, ut navis alleviaretur abeis.* (*Jon.* 1.) Interrogabat hic nonnemo, an etiam nautæ jussi sint vela dare in Ninivem? Nequaquam: ergo eundo in Tharsis non illi, sed solus Jonas deliquit? ita est: cur ergo non solus ille punitur? cur etiam nautæ afflinguntur? Respondet Zelosissimus Josephus de Barzia; (*ser.* 28. *n.* 21.) eos satis fuisse punibiles; quia in eadem navi inobedientem Prophetam secum vehebant, eaque culpa satis prouerunisse suarum mercium, bonorumque jacturam. O abyssum judiciorum Dei! O mi Christiane, quid miraris, quod mille infortunia in domo experiaris, quod pecora lue emoriantur, quod agri grandine feriantur, quod campi æstu exurantur, quod bona domestica furto eripiantur, quod valetudo corporis variis infirmitatibus destruatur? forsan in adibus tuis aliquis Jonas est, qui hæc omnia Dei punientis supplicia in caput tuum convocat?

9. Recentius quidem, sed non minus luculentum est, quod Sophronius (*apud Bar. serm.* 38. *n.* 31.) & Palladius (*apud P. Mandel. Dom.* 3. *post Pent.*) commemorant: In civitate quadam maritima degebat juvenis vidua, quæ ex marito paullo ante defuncto geminam prolem suscepit. Ad alia vota transitum sactura se nuptui obtulit nobili cuidam militi, sed ille recusavit oblationem, geminam prolem, quas illa haberet, excusationi obtendens. Scelesta femina, cum filiolos sibi desideriorum suorum obstaculum esse conspexit, in crudelem Megeram migrans, alteram prolium veneno enecat, alteram mantica jugulatam suffocat, & tum militi nuntiari jubet, jam nullum amplius esse liberorum impedimentum,

tum, cum utrumque sibi nots eripuisset. Quid ille? Ille sceleratum facinus, ut erat, subodorans è retulit, nolle se immanem Medusam uxorem habere. Ita illa repudium ante nuptias pessa, metuensque, ne crudele piaculum proderetur, constituit, mari trajecto, sibi fuga consulere: stabant tum in portu navium aliquot in momenta itineri paratæ, quarum illa prætoriam conscendens, in infima se carina abscondit. Verum ecce navis, utut cetera expedito cursu velificarent, immobiliter hæsit, tanquam in rupem impegisset. Adhibita sunt omnia artis nauticæ molimina: frustra omnia: deriti illi; contra quam nec Archimedis machina quidquam esset valitura. Quid lecti in ægris diebus durarit infelix navigii tritissima cum cece amabilis, & præcipue navarcho in scena, & lacrimas profusis, tandem vere cælitus delapsa insonuit: Elice Mariam, & feliciter navigabis. Ingrediebatur igitur nauclerus, quæ femina rum illo nomine designaretur, & infelicem infanticidam e carina protrahit, quæ enormium criminum is ream, & infortunatam navigii remoram se esse fassi, ubi e triremi in scapham exponitur, eccesubito scapha, triplici cidono gyrata, inter undas subsidit, ac peccatricem feminam in maris, simulque inferni profundum demersit. En Christiana anima! unica peccatrix integrum navigium stirit; quid mirum, quod nihil tibi feliciter progrediatur, unicum peccatricem, unicum peccatorem in ædibus tuis habeas? &c. &c.

10. *Epilogus.* Jam tutidem intelligo mirabilem illam legem, quam Dominus Deus olim contra blasphemos tulit: *Educ blasphemum extra castra, & lapidet eum populus universus.* Quare populus universus? quia videlicet blasphemus, & omne aliud peccatum non solum peccanti, sed & universo populo nocet, & supra totam communitatem gravissima inducere potest Dei supplicia. Exhorreseitis, Christiani Auditores; hæc supplicia? ergo communi opera omnes satagite peccatum e domibus vestris eliminate. Tollantur peccata, & tollentur infortunia. Amen.

Dominica IV. post Epiphaniam.

CONCEPTUS III.

Securissimum contra quævis mundi mala præsidium est bona, & peccati expers conscientia.

Bene navat magnus, sattus est in Mari; ita ut navicula operiretur fluctibus; ipse vero dormiebat. Matth. 8.

EXORDIUM.

Sicut Christus in tempestate dormit; Ita inter Mundi afflictiones securus dormire potest bona conscientia. Quæ est in mundi felicitas maxima.

1. CRediderim utique, cogitabit nonnemo e credidetim, Incarnatum Dei Filium in mediis procellis mundi tempestatibus, dum discipuli fere meo comitu exercerent, secure dormisse: Deus erat Omnipotens, sclebatque ventos, fluctus, gurgites, omnesque Elementorum motus a suo nutu, ac voluntate dependere: certe S. Ambrosius (*l. 6. in Luc. c. 8.*) ubi interrogat: *Quomodo hic in tempestate dormit?* sibi ipsi expedite respondet: *Exprimitur fecunditas potestatis, quod omnibus timentibus, solus intrepidus existebat.* Econtra nobis miseris mortalibus, dum in hoc mundo, qui merito tempestuoso mari comparatur, millenis infelicitatibus jactamur, nobis quid aliud superest nisi timor, tremor, & afflictio? quocumque vertimur, minitantur impendentia mala: si oculos sursum attollimus, in cælo nos terrent maligni aspectus, in aere pendimus ferentatem, inter turbines quietem, inter fulmina securitatem: in mari molestant tempestates, in terra seminamas triticum, & metimus urticas: inter Angelos timemus dæmones, inter homines mille falsos fratres, versipelles amicos, fures, calumniatores. Inter tot perturbationes quis est adeo fæxeus, qui non fateatur animum mille curis, & anxietatibus, felle, & absynthio amariori? Hæc inquietu, nonnemo cogitabundus secum ipse. Verum edicite, Auditores, quid meriti apud vos habituras sum, si artem arcanam vos edoceam, qua cumque mundi adversantis tempestates cum risu & somno hilariter, ac secure excipiendi? Percipite, quem hominum Jesus, in navicula dormiens, præfiguret: ait Doctissimus Manilius: (*Æstron. hui Dom. v. 14. n. 20.*) *Jesus dormitus hominem præsignat justum. Dicit ne valuisse quod fortia conservatum, de qua sapiens, ait: Non contristabit justum, quidquid ei acciderit.* Sic est: Bona conscientia est ars illa arcana, qui cum homo justus intrepidus persistit, & quavis inimicæ fortunæ arumnas ridet, ac despicit.

2. *Propositio.* Christianæ animæ! patimini obsecro, ut vobis bona conscientiæ felicitatem pro viribus explicem: solent nonnunquam milites, ad bella iturî, sollicite sibi prospicere de talibus Reliquiariis, aut aribus, per quas invulnerabiles reddantur: tale reliquiarium, talis ars in quibuscumque afflictionibus plane est bona conscientia, de qua S. Chrysostomus: (*Hom. 61. in Gen.*) *Adamante fabricatur nec effringi, & omnino invictus.* Fayeus.

3. *Confirmatio.* Inter veteres Philosophos, qui supra naturæ principia nihil altius sapiebant, acris agitabatur disceptatio, in quo consisteret vera hominis felicitas? aliqui illam collocabant in divitiis, alii in terrenis honoribus, alii in voluptatibus corporis, alii demum in scientiis naturalibus. Verum omnes declinaverunt, omnes errarunt: si Ambrosio (*l. 2. de Offic. c. 1.*) suffragium est, absque hæsitatione illo dicit: *Vitam beatam efficiunt tranquillitas conscientiæ, & fecuritas innocentiæ.* Fallitur, qui quis veram vitæ beatitatem in rebus externis quærit; vera enim non est, nisi domestica sit; unde sapientissimus Seneca, (*Ad Lucil. Epist. 74.*) instruens suum Lucilium, quæ ratione perpetuam animi serenitatem conservare valeat, inquit: *Nolo unquam tibi fortè lætitiam, & ideo volo illam tibi domi nasci.* Lætitia, quæ aliunde obvenit, semper alienigena est; via venit, cum iterum recedit. Gaudia, quæ ab extra proveniunt, superficialia sunt, nec autem penetrant, dicente eodem Seneca: *Cetera hilaritates non implent pectus, & leves sunt, ideoque qualibet vento evanescunt.*

Omnia mundi bona sine bona conscientia nihil sunt.

4. Pingo te, mi homo, quantumvis fortunatum, & felicem; etsi dives sis, veluti Crœsus, etsi amatus sis, veluti Pompejus, etsi auctoritate verborum polleas, veluti Cicero, etsi tot amicos numeres, quot Metellus, etsi potentia adæques Xersem, & fanitate Herculem, si bona carcas conscientia, cetera nihil sunt. Edic, an putas aliquid defuisse Neroni, Caligulæ, Caracallæ ex iis, quæ cor humanum recreare possunt? Minime vero: toti orbi imperabant, palatia incolebant paradisi æmula, in foliis velut Dii adorabantur, quodlibet elementum erat illarum gulæ tribunarium, non prodibant in publicum, quin populorum acclamationibus usque ad sidera efferebantur; & tamen, quia bono conscientiæ carebant, illorum omnis felicitas erat fucata miseria; pectus eorum exæstuabat continuis angoribus; & quamvis excubitores ad januas augerent, non tamen angores ex animo pellere poterant: Cornelius, ut refert Xiphilinus (*in Caracc.*) diurno, nocturnoque horrore erat consternatus, eo quod fratrem, a se innocenter occisum, sibi semper a latere hærentem imaginabatur. Crudelis Nero, postquam propriam Matrem interfecerat, nullam amplius quietem invenit, unde intempesta nocte sæpe e strato prosilire solebat phrenetico similis, ejulans, & opem inclemans contra umbram Matris, semper oculis suis obversantem. De Caligula testatur Suetonius (*lib. 24. cap. 8.*) quod nunquam imperturbatum habuerit ne unum quidem horarum spatium: putabat, quod mare magnibus, nubes tumultu, & fulminibus non alteri, quam sibi loquerentur; hinc nunquam diu in uno loco immotus hæsit, sed continuo per porticus palatii circumambulabat, & carnificem, quem animo gerebat, fugiebat. En tragediam malæ conscientiæ: actum est, ubi non est conscientiæ securitas, ibi nulla sincera hilaritas; amaruleta sunt omnia.

Peccator nunquam vere lætatur.

5. Homines peccatores, quibus statutum est sceleste vivere, varia adinvenire laborant artificia, quibus internos animi latratus sopire, ac compescere queant, putantque, se invenisse multo remedium, si pravis affectibus plene condescendant; hinc effunduntur in joco, in risus, in nugas, in convivales lætitias, in cantus, in choreas, in comœdias, aliaque delectamenta. Sed quid his omnibus impetrant? internæ angustiæ teguntur, non curantur. Scitis, quomodo hi & similes mihi videantur? Mundus hic terraqueus, etsi verno tempore florum, pratorum, hortorum & nemorum amœnitate superbiat, intus tamen in medullis habet infernum: Ita miseri isti, etsi extra pexi, nitidi, pigmentati, unguentati, ac hilares apparent, intus tamen vivum infernum circumferunt: ita non ego, sed Bernardus (*ser. de Assumpt.*): *Infernus gaudens, & carcer animæ rea conscientia.* Etsi videantur joviales, & lætabundi, intus tamen accusantur, condemnantur, torquentur: etsi dissimulent tormenta, intus tamen fœvunt erubescentiæ, Zelotypiæ, invidiæ, rancores, choleræ, suspiciones, despectus, inimicitates, quæ miseros continuo flagellant; infestant, cruciant, incendunt, comburunt.

Semper est timidus etiamsi altus generosus.

6. Neque credatis velim, hæc conscientiæ flagella tantum iis pertimescenda, qui natura sua sunt pavidi, milles ac mulliebres; tanta enim est conscientiæ vis, ut etiam generosissimos quosque dejiciat, & vires animi, quantumcumque masculos, enervet. Quis erat Achab? Rex magnanimus, diademate & sceptro coruscans; & tamen, prætente Elia, nec oculos attollere præsumpsit, Quis erat Nabuchodonosor? Regum fastuosissimus; & tamen pedibus Danielis, eum adoraturus, adhæsit. Quis erat Theodosius? Imperatorum gloriosissimus; & tamen totus putrefactus, Ambrosio algenti culatur. Similiter Guilielmus Dux Aquitaniæ formidabilis, coram Divo Bernardo, Henricus IV. Imperator coram S. Gregorio VII. nudi, ac facies amicti humillime veniam flagitarunt. Nonne veritissimum est illud Menandri (*apud Antonium, & alios.*) effatum: *Virtus & quis fuerit audacissimus, conscientia facit timidissimum.*

7. Rata sore digni sint peccatorum timores: de Pilandro, nescio quo, fingitur, quod suum ipse animum examinaverit; sed mediocriter longe est mala conscientia. Vultis exempla? postquam Theodoricus Gothorum Rex Symmachum injuste capitis damnavit, & illi aliquando caput marini piscis optime præparatum ad mensam opponeretur, diriguit vitis, tanquam medullam consecutus esset, & congelato sanguine ex timore occubuit. Constantius Orientis Imperator in somnio conspexit fratrem suum Theodosium, quem occiderat, Diaconali velle indutum, & calicem sibi propinantem his verbis: *Bene frater.* Hoc viso, ita consternatus fuit, ut desperans, se animo pellere posse has immaginationes a sque laci mutatione, in Siciliam confugerit, ibi remoribus animi consumptus, vitam misere finivit. O infelicem carnificinam animæ conscientiæ! quis neget, alias quam verum esse illud Chrysostomi (*in Ps.*): *Mater formidinis est peccati conscientia*, etiam apud fortissimos, apud generosissimos.

E contra bona justus est felicissimus.

8. Nempe Dominus Deus de industria tantam infelicitatem peccato annexuit ut e contrario intelligamus, quanta sit hominis justi etiam in hac vita felicitas. Errant, qui putant virtuti suos tantum manere fructus in altera vita: errant, inquam; nam in hoc sæculo anticipato paradiso gaudet, dicente Chrysostomo: (*in Ps.62.*) *Qui Deum timet, beatum dicet*; sed quando? respondet: *Non solum propter futura, sed etiam propter præsentia.* Dicitur, illam regionem aeris, quæ est supra lunam nullis tempestatibus turbari, sed interrupta serenitate gaudere: *Talis est*, inquit Seneca, (*Epist. 59.*) *sapientis animus, qualis summi status supra lunam; semper illic serenum est.* Esto, quod bellis, pestibus, cruentis cædibus, fame, morbis, mortibus, & mille malis mundus turbetur; ridet ad hæc omnia justus, & perenni tranquillitate, ac imperturbata animi serenitate lætatur, immo, si cælum ruat, impavidum ferient ruinæ. Ite, venite mecum Romam sub Portam Sancti Clementis, & ibi in B. Servulo, de quo S. Gregorius scribit, paralytico hujus rei experientiam capite: an huic mundus, & fortuna infensiores esse potuissent? Mendicus erat, opibus destitutus, extrema prupertate pressus, membris omnibus captus, nesciebat, quid esset sanitas, in quadam traha cubabat imbecillis, nunquam sedere, stare, in latus se vertere, manibus prensare cibum potuit, & tamen bona conscientia nulli, nec minimæ molestiæ in ejus cor adirum permisit, integra die instar lusciniæ cantabat, stupente universa Roma cantando vixit, cantando mortuus est, plane in confusionem eorum, qui intelligere nolunt, quod sicut sola conscientia mala sufficiat, ut felicissimos quosque miseros reddat, ita vicissim bona quemcumque miserrimum felicem reddere queat.

Bona conscientia conducit ad longævitatem.

9. Nasutuli hujus mundi existimant vitam virtuosam esse nimis Melancholicam, esse corporis carnificem, quo vitæ dies brevi abrumpuntur: Verum adeste impii omnes, & dicite, ubi sit peccator libidinosus, qui ex suis voluptatibus; ubi gulosus, qui ex suis pragræcationibus; ubi avarus, qui ex nummis; ubi vindicativus, qui ex ultionibus; ubi ambitiosus, qui ex suis dignitatibus tantam capiat oblectationem, quantam capit bona conscientia ex vigiliis, jejuniis, & ciliciis? Adeste vos omnes, qui ex metu abbreviandi vitam, jejunia, & mortificationes omnes exhorreicitis: ostendam vobis, quod ex iis omnibus, qui voluptatibus frana laxarunt, vix quatuor vitam ad grande senium produxerint; dum e contra in Religionibus arctissimis millenos numerare possim, qui ad annosam canitiem perdurarunt. Numquid Paulus Eremitarum antefiguanus annos vixit centum, & tredecim? Numquid Antonius centum & octodecim? numquid Arsenius & Romualdus centum & viginti? tacco plures alios, quos allegat Cassianus, (*collat. 21. 24.*) &c. &c.

10. *Epilogus.* Christiani Auditores! finem dicendi non habierem, si bona omnia recensere vellem, quæ post se trahit bona conscientia. Vos interim discite condigne æstimare tantum thesaurum: secure cum Christo dormire potest inter quascumque mundi tribulationes, qui bona gaudet conscientia: hanc qui habet, felicissimus est in mediis infelicitatibus; hac qui caret, miserrimus in abundantia, & deliciis: veritima enim sunt verba Caryostomi, (*hom. 69. ad popul.*) cum quibus conclusionem facio: *Si Dei timorem habemus, nihil ejus est, si vero hunc non habemus, summi omnium pauperimus, etiamsi Reges. Amen.*

Dominica V. post Epiphaniam.

CONCEPTUS I.

Cur Dominus Deus homines impios in hoc mundo feliciter, & diu vivere permittat?

Sinite utraque crescere usque ad messem. Matth. 13.

EXORDIUM.

Homo non scrutetur Providentiam Dei.

1. Si aliquis cæcus insigne quoddam palatium, quod artificiose ædificari audit, palpando examinare, & fenestrarum, portarumque aperturas, *velut inconvenientes illi æqualitati*, cavillari præsumeret, profecto insanæ temeritatis notam esset incursurus, ait S. Augustinus; (*l. 22. contra Faust. c. 7.*) quia de re judicat sibi prorsus ignota. Ita eamdem temeritatem incurrunt nonnulli, qui opera Dei non solum curiose scrutantur, sed etiam Providentiæ Divinæ ordinem taxant, aut erroris inculant. Et tamen vix quilquam hominibus frequentius est, quam Dei Providentiam sub examen vocare: cum videat hominem probum in medio ætatis flore emori, e contra alium sceleratum in ferum canitiem annos producere; cum videat justos variis adversitatibus excruciari, e contra impios rerum omnium prosperitate frui; tunc attollunt supercilium, & admirabundi exclamant: quid est hoc? *quare via impiorum prosperatur!* (*Jerem. 12.*) quis universus ordo est in mundo? an Deus curam habet rerum humanarum? &c. Crescit hæc admirationis materies ex hodierna parabola; per agrum enim, ait Lyranus, (*hic.*) intelligitur seu Ecclesia, seu præsens mundus: per triticum intelliguntur homines justi, ita S. Ignatius Martyr de se ipso affirmabat: *Frumentum Christi sum.* per Zizania denique intelliguntur impii; ita enim Dei Filius ad instantiam Apostolorum hanc parabolam exponens ait: *Zizania filii sunt nequam*, (*Matth. 13.*) id est, prout adjungit Dionysius Carthusianus, (*in Matth. hic.*) *reprobi præsentim hæretici, & persecutores Ecclesiæ.* Hæc cum ita sint, cur Dominus agri, servis volentibus eradicare loliam, severe id interdixit? cur præcepit, *simite utraque crescere?* Domine! potius præcipe, ut eliminentur, ut extirpentur, ut exterminentur. Verum adquiescite, O Christiani, Divinis consiliis, & nolite Dei providentissimas ordinationes imprudenter allatrare: ait enim Lucas Burgensis, (*in Matth. 13.*) hanc parabolam specialiter in hunc finem propositam fuisse, ut fideles, dum vident in Ecclesia perversorum cum justis commixtionem, non scandalizentur.

2. *Propositio.* Et ut curiositati vestræ, quodammodo satisfaciam, quemadmodum antecedendum rationes attuli, cur Dominus Deus nonnunquam homines justos gravibus ærumnis affligi permittat, ita proponam hodie, cur Zizania crescere, id est, homines scelerates diu vivere, ac mundana prosperitate beari sinat, idque non alium in finem proponam, quam ut Dei Providentiam profundissima humilitate adorare, & suam simplis felicitatem nemiquam invidere discatis. Favete.

Exterminium impiorum non est optandum.

3. *Introductio.* Posset quidem nonnemo opinari, exoptatissimum fore, si hoc momento scelerati omnes e mundo eliminarentur; itaque sublatis impiis, hæreticis, Judæis, ac Machometanis, orbem non nisi fideles, ac sancti replerent. Verum si rem accuratius penetremus, indiceretus hic zelus est; ideo asserit S. Chrysostomus: (*hom. 47. in Matth.*) *Debent, qui zelo utuntur, & ipsi judicii Dei adquiescere.* Certissimum enim est, quod Dominus Deus impios, quos in ictu oculi omnes perdere posset, ex gravissimis arcanæ Providentiæ momentis sustineat. Audiamus unam vel alteram causam.

§. I. Impii florent, ut electi Dei longanimitas.

4. *Confirmatio.* Prima ratio, cur Dominus Deus homines impios divitiis, sanitate, omnique rerum prosperitate florere diu permittat, est ista, ut admiranda Dei longanimitas, ac patientia coram cælo, & coram mundo comendetur, uti docet Eminentissimus Cardinalis Hugo, (*in Matth. hic.*) Dicite, obsecro, scelerati Principum aut Regum unus, qui decem injurias a vilissimo suo mancipio toleraret? & non ferro, ac flamma, si posset, ulciscceretur? certe iam mansuetus Princeps in mundo non est. In cælo autem est: perpendite, quæso, Dominus Deus diebus singulis non tantum decem injurias, sed decem millia, immo decem millionnes tolerat: in toto orbe non est provincia, nulla in provincia urbs, aut pagus, nulla in urbe, aut pago domus ubi Dominus Deus non quotidianis insultis lacessitur: quid inter barbaras gentes usitatius, quam bella, rapinæ, homicidia, adulteria, latrocinia? quid inter Christianos frequentius, quam intemperantiæ, inimicitiæ, blasphemiæ, impudicitiæ? cur ergo non ultricibus flammis sævit Deus in impios? an potestas ei deficit? neutiquam Rationem assignat Deus ipsemet per Oseam Prophetam: *Non faciam furorem iræ meæ, non convertar, ut disperdam Ephraim, quoniam Deus ego, & non homo.* (*Ose 11.*) Si homo Deus esset, adhuc hodie periret orbis universus; quia non posset unius diei sustinere injurias. At Deus vindictam clementia temperat, illius misericordia superexaltat judicium, & quantum homine eminet, tantum illius clementia excedit sustitiam humanam. Hanc longanimitatem Dei cum inquirunt sancti Angeli, & Electi in cælo, immensis laudibus eam celebrant, & extollunt, clamantes: *Misericordia ejus super omnia opera ejus.* Hanc longanimitatem Dei, dum experiuntur miseri Peccatores in terra, humillima, ut par est, gratitudine eam deprædicant, confitentes: *Misericordia Domini, quia non sumus consumpti, &c.*

§. II. Impii vivunt, ut convertantur.

5. Altera ratio, cur impii in hac vita diu, ac feliciter vivant, ex hac ipsa fluit; videlicet, ut ad inentem redeant, & convertantur, ait S. Paschasius: si Dominus Deus homini post commissum peccatum statim vitæ filum præcinderet, ilque vulgaris, ac communis stylus esset justitiæ Divinæ, quomodo pœnitentia, quæ longanimitatis, ac misericordiæ Divinæ partus est, locum habere posset? *alioquin clementissimus Dominus*, verba sunt S. Paschasii; (*l. 7. in Matth.*) *videretur tollere pœnitentiam.* Mitius ergo agit, & homini peccatori post commissum nefas non tantum vitæ spatium largitur, sed insuper temporali felicitate allicit, eum fere in modum, quo ludimagister discipulum munusculis, & cupediis ad musas, & diligentiam allectat. In mentem hic mihi venit prolixum illud colloquium; quod Christus Dominus cum muliere Samaritana apud fontem Sichar miscuit. Peccatrix quidem erat impudens ac scelerata, nihilominus eam Christus Dominus (*Joann. 4.*) suavissimis verbis, vaticiniis, ac promissis ita demulsit, ut Apostoli ejus vehementer admirarentur: cur non aspere in eam invectus est? cur non impudentem adulteram nuncupavit? nimirum non alium in finem, sive ut animum ejus suavi allocutione ad virtutis amorem, & rerum cælestium desiderium, velut piscieulum hamo, attraheret. Neque caruit Divina intentio suo successu: quippe, ait Ambrosius (*serm. 30.*). *Novo admirationis genere mulier, quæ ad puteum Samariæ meretrix advenerat, a Christi fonte casta regreditur, & quæ aquam petere venerat, pudicitiam repor-*

reportavit, & c. qua peccatrix adoraverat, verertibus prædicentur. &c. Porro Franciscus Bivarius (*In Hermanni Chron. L. Decr. ad ann. Chr. 69.*) ex actis Martyrum Italicensium, quæ Jeremias Patriarcha Constantinopolitanus anno Christi 1580. e Græco in latinum transtulit; narrat hanc Photinam (id nominis erat Samaritanæ) apud Carthaginem in Africa prædicasse Evangelium Christi, ideoque una cum duobus filiis Victore & Josepho sub Neronis persecutione illustre Martyrium obiisse; Nam filii in tetrimum carcerem detrusi, tribus diebus in ardentem clibanum conjecti, ex eoque incolumes extracti semel, & iterum veneno potati sunt. Cum autem Divina virtute illæsi servarentur, postea liquato plumbo, bovinis nervis, pectinibus quoque ferreis a capite in sublime suspensi, excruciati, atque facibus ignitis ad martyrum latera applicatis, exusti, oculis demum eruti, iterum in carcerem, venenosis animalibus fœtentem reducti sunt. Non defuit Divina consolatio gloriosis heroibus: in carcere enim Christi luce, ac visione recreati, & in pristinam staturam restituti sunt, donec tandem, pelle detracta, fustratim cæsi, illustrissimam martyrii palmam percoperunt. Photina vero, in veterem cisternam immersa, sicuti genibus impollutum Deo spiritum reddidit, virginea Martirii, quatum a Græcis tum a Latinis ejus memoria anniversaria celebritate colitur. En quam nobilem effectum post se traxerit blandum Christi alloquium: ita hodiedum cum peccatoribus agit Deus; suaviter eos habet, ut ad sui sequelam, & mandatorum fenitum reducat. O quoties ita fit, ut cum Chrysologo (*Serm. 96.*) loquar, *ut quod hodie est Zizania, crras in triticum vertatur, & qui ad præsens putatur carnitur, in futuro justus affirbat!* &c.

§. III. *Impii vivunt, ut per eos justi exerceantur.*

6. Tertia ratio, cur Dominus Deus improbos in hac vita diu toleret, est, ut boni, ac electi per eos exerceantur. Hanc doctrinam expresse tradit S. Augustinus (*in Ps. 54.*), inquiens: *Quamis malus aut hinc vivit, ut corrigatur, aut ideo vivit, ut per illum bonus exerceatur.* Quemadmodum enim ad majestatem, & potentiam Regis pertinet, ut non tantum pretiosa munera, honores, ac dignitates, quibus bene meritos remunerari valeat, sed & arma, catastas, equuleos in promptu habeat, quibus subditorum libertatem coercere, & ad obedientiam reducere queat: ita omnino necesse est, ut & Dominus Deus flagella, virgas, ac baculos in expedito habeat, quibus quotidianos justorum defectus castiget, aut eorum virtutem exerceat. Quanam sunt ejusmodi flagella, ac virgæ? sunt homines improbi, quorum opera, tanquam cauffis instrumentalibus, utitur Deus ad exercitiam probarum patientiam, aut crudendos culparum nævos. *Assur Virga furoris mei, & baculus ipse est*, ait Dominus per Prophetam; (*Isa 10.*) quis videlicet Regnum Assyriorum, ejusque Monarchas, istar carnificum erant Deo ad castigandos Israelitarum Reges: quoties illi legem Dei prævaricati ad scelera, & improbam vitæ licentiam declinarunt, toties ex Assyria erupere armati exercitus, qui urbem Jerosolymitanam, omnemque circum circa regionem ferro, flamma, incendiis, ac depopulationibus devastarunt, prout in Sennacherib, in Nabuchodonosore, aliisque fuse posset exemplificari.

7. Ex his patet, quam inepte nonnulli, si ab hominibus adversa sustineat, in illos intemperante ira, ac convitiis invehantur: ajunt; hic, vel ille nebulo hanc mihi injuriam inflixit, ut reperatus morte pereat, ut mille fulmina illum conterant, ut malo morbo intereat, & quæ sunt similia. Erras, mi bone, & vehementer allucinaris; Deus est, qui te affligit: ille autem amicus, ille vicinus, ille fallax frater tuus non nisi flagellum, & instrumentum est, quo Deus suam voluntatem exequitur. *Bona, & mala, vita, & mors, paupertas, & honestas a Deo sunt.* (*Eccl. 11.*) Deus vehementer tibi complacet in tua patientia; quomodo autem obtinere potest tuam patientiam, nisi sit, qui te persequatur? Deus vehementer tibi complacet in tua humiliatione; quomodo autem obtinere potest humiliationem tuam, nisi sit, qui tibi contra dicat? Deus vehementer tibi complacet in victoriis martyrum; quomodo autem obtinere potest victorias Martyrum, nisi sint tyranni, qui eos opprimant? &c. O quam præclare hanc veritatem agnoverunt Sancti Dei! præ mille aliis Davidem intuemur (*2. Reg. 16.*), cum sanctissimus Rex a facie Absalonis profugus abiret, ecce Semei illi maledixit, lapidibus, & contumeliosissimis verbis lacessivit: indignabantur impudentiæ Regis famuli, istar quos Abisai promptus, paratusque erat maledicentem mille vulneribus obtruncare, inquiens: *quare maledicit canis hic mortuus Domino meo Regi?* sed cohibuit David ferientis manum, patienterque tulit salutaria: quare? quia non tam Semei tamquam instrumentum, sed Deum tamquam agens primarium respiciebat: *Dominus præcepit ei*, &c. Tu mi Christiane, quoties detractorem, quoties persecutorem experiris, toties repete illud: *Dominus præcepit ei*: & certe mira animi tranquillitate sustinebis adversa, &c.

8. *Epilogus*. Possem sine dubio plura hujusmodi rationum momenta in medium proferre, cur Dominus Deus impios florere permittat; videlicet, ut justi discant, divitias mundi non esse vera bona, utpote, quæ etiam sceleratis communia sint: deinde ut impii excusationem non habeant, se defectu temporalium rerum nihil boni præstitisse: item ut illis compensentur aliqua bona opera interdum facta, & quæ sunt similia. Sed dictum satis sit. Nostrum erit Dei Providentiam profundissima humilitate adorare, sufficiatque unicum, quod voluntas Dei sit, dicentis: *Sinite utraque crescere*

usque ad messem, id est, usque ad judicii diem, ubi cum admiratione hujus arcanæ ordinationis momenta plura nobis innotescent. Amen.

Dominica V. Post Epiphaniam.

CONCEPTUS II.

Demonstratur, quod nonnunquam unicus homo justus posit esse causa Divinæ propitiationis, & benedictionis supra totam communitatem.

Ne forte colligentes Zizania eradicetis simul triticum, sinite utraque crescere.
& Matth. 13.

EXORDIUM.

Zizania non eradicantur propter triticum.

1. Res plane admiratu dignissima, & mysteriis plenissima est, quod ille cæli, terræque Dominus, qui infructuosam ficulneam (*Luc. 13.*) absque misericordia abscindi præcepit, atque alteram non nisi foliorum feracem (*Matth. 21.*) maledictis arefecit, hodie Zizania, & inutile solium contra servorum eradicare voluptium manus defendat, illisque parcere jubeat: *Sinite utraque crescere*. Sancti Patres, & Scripturarum interpretes varias quidem hujus rei tradunt rationes. Venerabilis Beda (*in Matth. 13.*) autum at Benignissimum Salvatorem voluisse nobis tradere singulare manfuetudinis exemplum; patienter sufferebat inutiles & difcolas herbas, & ad auditam inimici hominis injuriam non statim in furias exarsit, *ut & nos lasa patienter feramus*. Cardinalis Hugo (*in Matth. 13.*) putat docere discretionem: sicut enim secundum exteriorem apparentiam multa videri possunt Zizania, quæ sunt triticum; ita in occultis delictis non statim faciendum judicium, aut sententia proferenda, nisi prius merita, & demerita discutientur: *Ecce discretio: prohibetur ibi festinata, damnosa, suspiciosa eradicatio, quia prius debet examinari*. Doctissimus Mansius (*in Accurio hic*) ruit exinde longanimitatem Dei, inquiens: sicut Chyrurgus aliquis expertus ad membrum aliquod a corpore detruncandum non præcipitanter se retolvit, sed tum primum, cum membrum irreparabile est; ita cælestis Medicus ad detruncandam impiis vitam non præceps est, sed ad tempus eosdem tolerat. Verum omitto plures ejusmodi expositorum annotationes, & ut præsentibus vobis hodiernæ disserationis conferam, cum S. Chrysostomo (*hom. 47. in Matth.*) teneo, quod Zizania non fuerint eradicata, fuisse ex beneficio tritici. Væ Zizaniis, si tritico non fuissent permista: loquamur de nucleo parabolæ, remoto cortice: *Semina sunt filii regni: Zizania autem filii sunt nequam*, prout ipse Salvator exponere dignatus est: (*Luc. 13. v. 38.*) Væ peccatoribus, væ filiis nequam, nisi justorum, nisi filiorum regni consortio fruerentur. O quoties iratum Numen justissimas pœnas desuper in impios fulminasset, nisi ab uno, alterove homine justo propitiatus vindictam cohibuisset, &c.

Ita impii non puniantur propter justos.

2. *Propositio*. Quapropter, sicut ante oculum audivimus, quod unicus peccator nonnunquam Divinam maledictionem supra totam communitatem provocare possit; ita hodie e contrario demonstrabo, quod nonnunquam unicus homo justus, ac sanctus Divinæ ultionis pœnas ab integra communitate avertere, eamque variis bonis felicitare queat. Id quod disertis verbis tradit Jeremias: *Circuite vias Jerusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis ejus, an inveniatis Virum facientem judicium, & quærentem fidem, & propitius ero ei, non Viro dumtaxat illi, sed universæ civitati, ait Virum illum unicum*. (*Jer. 5.*) Quem in finem hanc doctrinam proponam, in fine videbimus. Favete.

3. *Introductio*. De Rege Demetrio refert Plinius, (*L. 7. c. 38.*) eum contra urbem Rhodum bellica inimicitia exarsisse, jamque paratæ obsidionem, ac faces, quibus nobilem urbem in suis cineribus consepeliret. Abstinuit tamen, subitoque placatus pacem dedit, non alia ex ratione, nisi quod ea parte muri, qua hostium parabat, picturam Protogenis asservari audiisset: hanc ut servaret integram, urbem servavit. O quoties Dominus Deus jam fulmina cuderat ad punicndam aliquam communitatem! sed quia inter nocentes conspicit pretiosam sui immaginem, innocentem animam, gratia Divina insignitam, virtutibus ornatam, manum retrahit, parcitque, & consequenter unicus nonnunquam homo totius causa est Divinæ miserationis. Hanc veritatem facile est e Scriptura, e sanctis Patribus & Historiis dilucidare.

Sodoma fuisset servata propter decem justos.

Ad Confirmatio. Initium faciamus a Scriptura. Quondam Dominus Deus, contra sceleratas urbes Sodomam, & Gomorrhæ graviter indefcens, decrevit eas in vindictam flagitiorum funditus exscindere, dixitque ad Abram: *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggravatum est nimis, descendam*, &c. (*Gen. 18.*) Sensit illico Abraham, ad hanc iræ Divinæ vocem sibi intimum pectus commoveri, & linguam solvi, ut percontando diceret: *Numquid perdes justum cum impio? Si fuerint quinquaginta justi in civitate, perient simul? & non parces loco illi propter quinquaginta justos?* repoluit Deus, parcam: instabat Abraham, quod si quadraginta inveneris, an parces? atque iterum Deus, parcam: quod si triginta? parcam.

cam. Itaque demum liberatus est Abraham usque ad decem conclusitque Dominus: *Non delebo propter decem*. Admiramini, Auditores! si innumerabili illa hominum multitudine vel decem justi fuissent inventi, certe infelix illa Pentapolis cælesti incendio non conflagrasset: quin immo quod adhuc mirabilius est, narrat Beatus Clemens, (*l. 1. Itinerarii.*) se a D. Petro Apostolo audivisse perituram tunc fuisse ignibus universum mundum, nisi Abraham suis precibus Deum placasset. Vultis aliud hujus rei exemplum?

Populus Israel servatur propter Moysen.

7. Quando Patriarcha Moyses in monte in colloquio Dei versabatur, interim populus Israel in valle idololatrare, & pudendo scelere vitulum conflatilem Divinis honoribus colere cæpit: Dominus Deus vehementer indignatus constituit ingratissimum gentem fulmine, ac pestibus perdere. Quid contra Moyses? in genua procidens, in lacrimas effusus, deprecari Divinam clementiam cæpit: an impetravit? impetravit sine dubio: Non enim aliter, ac si manus Dei ferire volentis teneret, dixit Deus: (*Exod. 32.*) *Dimitte me, ut irascatur furor meus.* Quid hoc rei? an ergo omnipotens ab imbecilli, Dominus a servo, Creator a creatura teneri potuit? Ita videtur: retraxit enim manum, cohibuit fulmina, pepercit populo, *quasi virgo Dei jure excandescentis*, ait S. Franciscus Salesius (*Introduct. ad Montales.*) *a virgo legislatoris penderet*: actum fuisset de ingrato populo, nisi Deus intuitu Moysis illi veniam contulisset. Scitis, Auditores, quomodo hæc res mihi videatur: percipite in simili: si quando artifici ingens sordium farrago, cui nonnulla auri granula intermista sunt, offeratur, non dedignatur ille accepture sordes, & scotiam ob pauculas auri particulas imbi delitescentes: ita benignissimus Deus integram sæpe communitatem scelerum sordibus foedam patienter sustinet propter unum, vel alterum justum, quem reperit alli communitati intermixtum. Non mea hæc est similitudo, sed S. Chrysostomi, aut quisquis est Auctor operis imperfecti: (*hom. 49. in Matth.*) *ut artifex, si invenerit aurum sordibus mistum, non propter sordes etiam aurum contemnit, sed propter modicum aurum cunctus est, etiam sordes accipere.*

Probatur ex SS. Patribus.

6. Quodsi hanc veritatem ex oraculis Patrum edocere lubeat, manifesta sunt hanc in rem illorum asserta: Sanctus Ambrosius (*lib. de Abrah. c. 6.*) ait: *Murus Patriæ est vir justus*, quasi diceret, sicuti muri, turres, & propugnacula urbem contra hostium insultus tuentur; ita homines justi Divinam indignationem, & quoscunque infortuniorum incursus a communitate avertunt. Auctor operis Imperfecti asserit: (*in c. 1. Matth.*) *Medulla hujus mundi sunt hi minuti justi*: appositissima comparatio: quemadmodum enim arbores, ac plantæ, quamdiu medullam servant, ac incorruptam retinent, pulcherrime florescunt; ita respublica, quamdiu homines justos, ac sanctos in se habent, Divina benedictione, ac rerum omnium flore fruuntur. Sanctus Gregorius Nazianzenus (*Orat. 9.*) vocat homines justos *communes quosdam nodos, qui totum orbem terrarum complectuntur*, dudum alias ruiturum, nisi tam felicibus vinculis conglutinaretur. &c.

Et ex Historiis.

8. Placet fortasis transire ad Historias? & ecce, ante oculos vobis statuo urbem Segor, (*Gen. 19.*) quæ certo certius ultricibus flammis cælitus demissis conflagrasset, nisi per intercessionem ac preces Patriarchæ Loth fuisset conservata: *In hac suscepi preces tuas, ut non subvertam urbem, pro qua locutus es.* Ante oculos vobis statuo ducentos septuaginta sex naufragos, (*Act. 27.*) qui propter Paulum Apostolum, quocum navigabant, ab interitu sunt liberati, dicente Angelo ad eum: *Ne timeas, Paule, Cæsari te oportet assistere, & ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum.* Ante oculos vobis statuo regnum Israeliticum, (*3. Reg. 11.*) quod Deus propter scelera Salomonis scindere, perdere, & evertere quidem cogitabat, sed intuitu Davidis supplicium aut remisit, aut saltem distulit, inquiens: *Verumtamen in diebus tuis non faciam propter David Patrem tuum.* Ante oculos vobis statuo urbem Tolosam, de qua Sanctus Hieronymus: (*Ep. 17. ad Agerachiam.*) *Non possum absque lacrimis Tolosæ facere mentionem, quæ, ut hucusque non ruerit, sanctî Episcopi Exuperii merita præstitêrunt.* Ante oculos vobis statuo Inclitam Venetorum Rempublicam, quæ teste Corycyraeo Anachoreta dudum in suis aquis naufragium fuisset passura, (*In vita S. Laur. Just. c. 9.*) nisi Beati sui Patriarchæ Laurentii justiniani precibus fuisset sustentata. Ante oculos denique vobis statuo orbem universum, (*Vit. PP. l. 5.*) *opus Rufin.*) cujus columen, & sustentaculum sanctus Antonius ab Hilarione fuit nuncupatus. De sancto Gregorio Thaumaturgo Neocæsareæ Episcopo rem memorabilem perhibent annales Ecclesiastici: (*Baron. ad ann. 376. n. 9.*) grassabatur ibi terribilis lues, quæ urbem integram suis incolis privare, & ad vastitatem redigere videbatur: quotidie efferebantur funera, quibus capiendis vix tumuli sufficiebant. Ad cumulum mali circuibat urbis plateas spectrum visu horrendum, quod quacumque adium limina attigit, confestim contagiosa lue infecit. Non erat malo remedium aliud, nisi ut ædes illas ingrederetur Gregorius, & spectri incantationes suis precibus, ac benedictione submoveret. Unde factum est, ut incolarum quisquam sanctum Virum ad se invitare contenderet. En quantum prosit Viri justi præsentia: &c.

Infelix est communitas, ubi nullus justus.

8. Ex quo sequitur felicem esse domum, aut familiam, in qua justus habitat, quia tamquam scutum est contra Dei iracundiæ tela potentissimum; econtra sequitur, infelicem familiam, aut communitatem, de qua verificatur Davidicum illud: (*Psalm. 13.*) *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum*: quia talis communitas est instar urbis diruta muris hostium insultui patens: Sequitur denique, infelicissimam esse illam communitatem, quæ homines justos vel ultro a se ejicit, vel ubi mortis casu aliquo eripiuntur; quia numquam magis metuenda sunt Dei supplicia, quam cum homines justi, aut præmaturo obitu avocantur, aut ultro recedunt: Dicite quando, & quo tempore impius Rex Pharao luctuosissima plaga inter omnes decem plagas, videlicet morte primogenitorum, fuerit punitus? tum nimirum, cum Moysem abesse jussit, illique præcepit: *Recede a me.* (*Exod. 10.*) O infelix Rex! portum aperis omni calamitati, cum portum Moysi claudis: ita annotat Brixianus (*in hunc locum.*) inquiens: *Observatum est, impiet conservari supremum interitum, cum a se viret sanctus ejecerint.*) Non observastis, quid in familia evenire soleat? contingit nonnumquam, quod Dominus petulantibus famulis graviter subirascens eos severe castigare vellet, se lob præsentiam Viri honorati abstinet a flagris, & frontem serenans, iram dissimulat: quamprimum autem iste abierit, tunc in immorigeros crudeliter sævit. Ita Deus solet; sæpe peccatoribus parcit ob præsentiam viri justi; at cum hic decesserit, væ illis! quia tunc immisericorditer cædit, temporalibus malis portum aperit, & infernali etiam inimico liberam nocendi potestatem concedit. Sanctus Gennadius Episcopus Constantinopolitanus illud singulare prærogativæ genus habuit, ut unus plurium ruinam arceret: cum noctu ad altare Sacrificii oraret, spectrum quoddam demoniacum ei apparuit, quod ille sine mora signo crucis in fugam egit: cum recederet spectrum, humana voce locutum est: Abeo, & te vivente quiescо, reversurus post obitum tuum, & modis omnibus Ecclesiam eversurus. Minis respondit effectus, teste Nicephoro; (*l. 15. c. 23.*) post mortem enim sancti Antistitis iis tragœdiis fuit convulsa Ecclesia, quæ pessimus dæmon fuit comminatus. &c. &c.

9. *Epilogus.* Verum jam tandem interrogabitis, Auditores, quem in finem hanc dissertationem, hodie propoluerim? non alium in finem, nisi ut homines justos, pios, ac Deo devotos, tamquam muros, & fulcra patriæ, honorate discatis; quinam sunt hujusmodi homines justi? sunt præcipue tripliciis generis. Primo quidem Religiosi; hos honorate, Dilectissimi; quia sunt Dei amici, quorum intuitu Deus multa a mundo avertit infortunia. *Va mundo si non essent Religiosi*, exclamavit olim Sancta Theresia. (*apud Nicol. Lancel. Thom. 1. opusc. pag. 109.*) Monasteria in luteo mundi globo habent se per modum unionum pretiosissimorum, qui adamantur a Deo: pessime ergo agit, qui eos non æstimat, taxat, carpit, contemnit. Secundo, sunt sacerdotes, præsertim probi, continentes, exemplares; horum enim intuitu indicibile est, quanta Deus hominibus bona conferat; pessime igitur agunt, qui illis detrahunt, ob unius, vel alterius laxam vitam illis infensi sunt, suam sustentationem invident, aut irreverenter vilipendunt; hæc enim omnia instigante dæmone fiunt. Tertio denique sunt pauperes, præsertim patientes, & inter afflictiones sæculi Deo constanter fideles; pessime agunt, qui eos persequuntur, contemnunt, opprimunt, aut e domibus suis immisericorditer ejiciunt; quia sunt pupilla oculi Divini, imo, ut sermonem concludam ex comparatione, qua cæpi, sunt triticum inter Zizania, quæ dudum fuissent Deo vindice eradicata, nisi illis ex respectu, & amore tritici pepercisset, Amen.

Dominica V. post Epiphaniam.

CONCEPTUS III.

De maximis damnis, quæ ex somnolentia Patrum-familias in curandis famulis, ac ancillis, & parentum in educandis liberis enascuntur.

Cum dormirent homines, venit inimicus, & superseminavit Zizania. Matth. 13.

EXORDIUM.

Ex negligentia Episcoporum irrepserunt hæreses in Ecclesiam. Ex negligentia Patrum-familias irrepsunt scelera in domos privatas.

1. EX verum illum Evangelicum ad mentem Sanctorum Patrum intelligitur Ecclesia, quam Cælestis Seminator, e sinu Divini Patris exiens, tum sua, tum Apostolorum opera siluerrimis doctrinis, sanctissimisque legum institutis fecundavit. O quam pretiosos fructus sanctitatis protulit ab initio ager iste in sanctis Martyribus, Confessoribus, Virginibus, & pœnitentibus! Sed ecce in medio flore vix lapso uno vel altero sæculo turpissima hæresum Zizania fuere superseminata: quomodo, qui de caussa, quando contigit istud? *cum dormirent homines*, id est, inter prete Augustino, (*quæst. 11. in Matth.*) cum successu temporis post Christi, & Apostolorum ex hac vita obitum, Episcopi, ac animarum Rectores, quibus agri Dominici cura demandata est, munus suum somnolenter administrarent: tunc venit inimicus, & salubrium sementi damnabile lolium miscuit: *Hæc dormitio*, ait Lyranus, (*apud Mayr. hac Dom. v. 25. n. 1.*) *superiorum negligentia circa*

ficut circà cæteram pergit sui. Hæc negligentia primis illis sæculis viam aperuit Arrio, Nestorio, Eutichio, Donato, Manetis, & nostris temporibus Luthero, Calvino, Zwinglio, aliisque rebellibus cerebris, quæ agrum Evangelicum sceleratissimis sectarum sentibus, ac urticis turpissime corruperunt. &c. Carissimi Christiani! quod universali Ecclesiæ evenit, idipsum contigit privatis etiam domibus, ubi interalis inimicus, cum dormire viderit eos, qui vigilare deberent, damnosissima scelerum zizania seminat; nihil enim intensissimus hostis adeo in sua lucra convertere novit, quam somnolentiam superiorum. Quis non in lacrimas, ac suspiria erumpat, cum videt animas, in Sacramento Baptismi cælesti gratia, ac Spiritus sancti charismatis pulcherrime ornatas, cum vix annos intelligentiæ attigerint, jam fœdissima peccatorum zizania progerminare? juventus est vitiis plena, excussо majorum jugo, deperit dissolutam vitæ licentiam; vix bene formant gressus, & jam ad choreas, ad tripudia, ad gurgustia convolant: pueri, necdum lallare gnari orationem Dominicam, jam dextere loquuntur scholam Veneris: puellæ, prætexta vix posita, jam discunt amare, & amari, necdum cunarum fœtorem bene exuerunt, & jam de amasiis sibi circumspiciunt, contemptibiles se putant, nisi vitæ socium sibi mature adlegerint: ita compluribus annis prorogatur procandi assuetudo, crescit familiaritas, decrescit pudor, & fere numquam, aut raro contrahitur matrimonium, cui pudendis sceleribus non fuit ante prælusum. Unde tot flagitia? scio, *inimicum hæc facit*: sed quando? cum dormirent homines, cum superiores domuum in curandis famulis, ancillis, ac liberis sunt negligentes.

2. *Propositio.* Patimini, Christiani Patres ac Matres familias, ut aut oculos vobis fatuum gravissima damna, ac flagitia, quæ vobis dormientibus infernalis inimicus inter domesticos, ac liberos vestros fuscitat. Dicitis: cur hæc damna, & flagitia non exprobrantur ipsis domesticis, & liberis, quæ ex committunt? Non, non: vobis debent exprobrari; quia, cum ex focordia vestra oriantur, etiam in caput vestrum coram Deo judice redundabunt. Patres, de nulla re illibentius, quam de hac materia in cathedra differo; quia, facile offenduntur innocuæ aures; verum deprehendo hac ex parte corruptelas, quas non possum non improbare. &c. Favete.

Sicut ex negligentia Patris familiæ erumpunt damna temporalia; ita etiam spiritualia.

3. *Confirmatio.* Opulentus quidam civis, sensim ad incitas redactus, nec cassum retro fluentis fortunæ agnoscens, quondam consilii caussa amicum accersit, cique infelicitatem suam exponens: Mi bone Vir, ajebat, quæ Scylla, aut charybdis bona mea deglutiat, ignoro: non sum immoderatus in victu, in vestitu, in lusu, reditus possideo satis liberalis, & tamen indies magis, magisque depauperor. Quid consilii? Cape consilium, ait alter, confice tibi lucernam, & cum hic tam sero vespere, quam summo mane cellam, culinam, horreum, omniaque domus cubicula summa, & infima perscrutare, & experieris meliora. Risit civis hanc monitionem, ut opinabatur vanam, ac superstitiosam: nihilominus urgente amico, dictum facit: prima igitur nocte cum lucerna secta pergit in cellam, videtque ibi a puero urceum cerevisia impleri; ascendit in culinam, & videt coponem ad prunas torreri; intrat hypocaustum, & videt famulos, ac ancillas mensæ assidentes affis & lixis belluari; exit in horreum, & videt ibi filium aliquot modios frumenti parato ad hoc asino avehere: hæc videns omnia, omnia dissimulavit, tacitusque cum lucerna sua cubitum regrediturus. Obstupuerant domestici insuetam visitationem, ambiguique, num revera herum, aut spectrum vidissent, daneis pedibus diffugerunt. Altera die mane jam iterum aderat hesternus laternarius, & domesticos prolixo sopore in lucrum usque stertentes e plumis ad labores evocabat. &c. Atque hos circinos dum aliquanto tempore continuat, ad pristinam fortunam, opesque facile revertitur. Quod Patris vigilantia prodest, aut socordia nocet in re œconomica, aut temporali, idipsum prodest, aut nocet in re spirituali: si ille solerti indagine exploret, quid agant famuli & liberi, quos mores præferant, quas loquelas misceant, quibus cum versentur, an Verbo Dei, & instructionibus catechetices diligenter intersint, an statis temporibus Sacramenta frequentent, an vesperi mature domum redeant, & quæ sunt similia; non habebit animum inimicus, ut seminet zizania; ait enim Chrysologus: (*serm. 97.*) *Inhibetur vigilantes fugit, & appetit dormientes.*

4. Talis, tamque accuratus Parens erat Patriarcha Jacob, qui filiorum Joseph exploratum emisit, quid fratres illius, in gregum pascuis versantes, agerent: *Renuntia mihi, quid agatur.* (*Gen. 37.*) Talis, tamque accuratus parens erat Isai genitor Davidis, qui filium patiter ad fratres exploratorem amandavit: *Vade, & vide fratres tuos obsidibus, si recte agant, & cum quibus ordinati sint, disce.* (*1. Reg. 17.*) Sciebant, quanti patentibus interest filiorum actiones sollicita circumspectione contueri. &c.

Liberi non permittantur quaqua versum evagari.

5. Econtra si parentes filios, filiasque ire sinant, tamquam eorum vita nihil ad se attineret, heu! quis explicet, quantam malorum segetem exinde colligat inimicus? Nihil est potentius ad formandos juventutis mores, quam aliorum societas; sicut enim gravidæ matres fœtui suo eas formas facile imprimunt, quas in ectypis, & picturis constanter intuentur; ita juvenum animi plerumque eos mores, ac habitus sive laudabiles, sive vitiosos contrahunt, quos videnti in coætaneis, quibus cum versantur; hinc

ait

ait Psalmographus: (*Psalm. 17.*) *Cum bono bonus eris, & cum perverso perverteris.* Et ingeniosissimus Plato (*l. 5. de Leg.*) testatur: *Eum, qui se improbis miscuerit, necesse est eadem agere, & pati, quæ tales agere, & loqui inter se consueverunt.* Exempla hujus rei dantur tam innumera, quam palpabilia, quorum tantum gemina expedit memorasse; primum quidem affirmat S. Hieronymus (*Ep. ad Lat.*) de Alexandro Macedone, cum videlicet Leonidis pædagogi sui vitiis, quibus in juventute fuerat infectus, numquam amplius carere potuisse. Alterum de scipio testatur Augustinus (*l. 2. Confess. c. 3. & 9.*) se videlicet in multa scelera prorupisse pravorum consodalium instinctu; quippe erubescebam, addit, non esse impudens inter impudentes. &c. Hæc cum ita sint, tamque potens juvenilis animi scalprum est conversatio, proh! quanta est parentum incuria, qui nulla ratione indagant, cujus famæ sit illa anus, apud quam frequenter se detinet filia? quomodo morati sint illi adolescentes, quibuscum versatur filius? quid agatur in illa domo, ubi convenitur? qui sermones habeantur? Nonne dolendum est, per totam vicinitam propalari scandalum, antequam parentes resciant, aut rescire cupiant, id quod deplorans Hieronymus (*apud Bart. serm. 35. n. 23.*) ait: *Solemus mala domus ultra scire novissimi, & liberorum, ac conjugum vitia vicinis cunctibus ignorare.*

6. Quid dicam de illis parentibus, qui etiam moniti de suspecta familiaritate filii, aut famuli bene monentibus non credunt, & malo repugnum ponere dissimulant? quid dicam de illis, qui filios utriusque sexus jam satis adultos in uno lecto collocant, prout diu contigisse cum filio quindecim, & cum filia octodecim annorum novissime expertus sum? Bone Deus! quia explicet pericula exinde consurgentia? Quid dicam de illis parentibus, qui filiarum, & ancillarum lectulas in loco aperto, & non concluso ponunt, ubi famulis & procantibus facilis potest esse accessus? Res, quæ inter Christianos forte frequentius, quam inter ipsos barbaros contigit. Quid dicam de illis, qui scientes volentesque filiam ad familiaritatem hujusmodi contrahendam, aut prorogandam auxilio, & consilio instigant? Fuit impia parens, quæ filiam, prout per bene mihi innotuit, adhortata est, ut amasio nihil eorum, quæcunque ab illa petiturus esset, denegaret, quo certius eum ad futura sponsalia vinculatum haberet: Sacerdos fide dignus in loco haud procul dissito mihi enarravit, quod & plures alii dein confirmarunt, venisse nocturno tempore procum ad ædes amasiæ, & per fenestras ascensum parasse: Mater adhuc vigilans, audito strepitu, ad fores prorumpit, quæritque, quis adest? ego ajebat juvenis: quid vis? ad filiam tuam volui. Lurco, dicebat, ista; cur ergo per fenestras aditum moliris? nonne potuisses pulsare ostium? ecce, hic in camera filia, ito ad illam, sed væ vobis, si aliquid mali inceperitis. O maledicta Mater! immo væ tibi, si aliquid mali inceperint: illud *ite ad illam*, caussabit tibi aliquando terribile illud: *ite in ignem æternum.*

Occasio etiam bonos depravat. Filii depravati vindictam clamant contra parentes.

7. Ohe! Ohe! dicant concionatores, quidquid velint, non est possibile satis custodire juvenales animos, nisi sibi ipsis optima sint custodia: &c. Mi bone, sentio tecum hac ex parte. Nisi timor Domini, & honestatis amor custodierit filium, aut filiam, frustra vigilat, qui custodit eum. Verum dic, quinam ex liberis sint omnium negligentissimi sui custodes? illi, qui maxime inobservatos se reciunt, & quo volunt, libere evagari sinuntur. Esto, filium, filiam ceteroquin esse ingenuum, optime moratum, & candidam, si tamen cum sexu altero libere conversari permittitur, velut inter ollas, & cacabos denigrabitur. Illa ingredientia, ex quibus conficitur atramentum, scorsum nigra non sunt, uti gallæ, chalcantum, & aqua; verum si conjungantur, ultra picem nigrescunt. Calybs & silex scorsum frigescunt: verum si collidantur, scintillas, & flammam parturiunt. Tuum igitur est, mi parens, removere chalcantum ab aqua, ne nigrescant: tuum est impedire collisionem chalybis & silicis, ne in flammas erumpant. Hoc si facere neglexeris, peccata omnia exinde emergentia, a Deo Judice in te punientur, dicente Ambrosio: (*ap. Bart. serm. 35. n. 22.*) *ad negligentiam Patris refertur dissolutio filiorum.* Tu rationem reddere debebis de cogitationibus, verbis & operibus obscenis, de judiciis temerariis, de scandalo, aliisque malis inde exortis. Si omnis custodia est penes filium, penes filiam, cur ergo, cum ista, perdito Virginitatis flore, publicam incurrit infamiam, cur, inquam, lamentaris, cur crines tibi vellicas, cur tum demum dameas tuum socordiam, dicisque: utinam hic, & ibi melius observassem! cur te in sacro tribunali negligentiæ accusas? cur in ipso mortis articulo incondite ejulas, metuisque peccata liberorum tibi a Deo imputatum iri? hæc certe sunt indicia satis manifesta, penes te culpam esse fere maximam in hujusmodi delictis: &c.

8. Quid quod ipsi filii, si scelerum barathro fuerint absorpti, & cum tempore infelicitatem suum tam temporalem, quam æternam agnoscere incipiant, plerunque culpam omnem in parentum socordiam retundant, dicantque se numquam in tantam malitiæ abyssum fuisse progressuros, si a majoribus accuratiore oculo fuissent observati. Hoc fatentur filii in sacris tribunalibus, hoc fatentur in scalis patibularii, hoc clamant in inferno. &c. Terribile est, quod Nicius Erythræus (*in Exempl. Virt. & Vit. exempl. 166.*) commemorat. Erat Romæ adolescens, non quidem genere, sed artibus liberalibus, præsertim musicali peritia illustris: crescebat in magnam spem familiæ, quam tamen parentum indulgentia pessime interdicit. E Regione, ubi habitabat adolescens, erat pul-

larius:

lariæ, qui habebat duas filias nubiles, & satis venustas, quarum una juvenum, dum ille frequentius visis, & fidum iisdem ad fenestras exercet, cepit perdite amare, & primo nutibus, dein litteris suum illi amorem significare. Crevit inter utrumque familiaritas non sine offendiculo vicinæ, quin immo ad utriusque parentes delata, non defuit patre adolescentis, ut pallarium de periculo moneret, attegeret filiæ; illam objurgaret, castigaret, cunctaque ad tenestram, unde esse prospectus conservimus, illi prohiberet. Quid ille contra? ritu novitio rem, nec esse periculum sedulitate curandum putavit. Risa Mater filiæ, ac feminea dicacitate (prout inclinatum est) obtrectare, non posse juventutem carceribus & custodiæ captivam teneri; indulgendum quid ille spiritibus, & tumultui; filium, haud parvum animi conjugium, si omni cura liberi i, & etiam fenestra interligatur; nullus meretrices adquirere emptorem, quæ non dentur anales, & quæ sunt similia, &c. Ita ex hac conniventia amor sumpsit incrementa, nec difficile fuit filiæ juventum in eam palæstram attrahere, ubi pugnatur dedecore, & damno, in qua etiam ille adeo impigrum se prabuit, ut Virginis in amando sedulitatem anteiret. Aliquando per litteras fusit illa proco, ut cum alia occasio conveniendi haud esset, proxima nocte scalas pararet: se ad fenestram ascendenti præsto futuram. Hæc cum ille exequitur, & per fenestras in domum admittitur, contigit, ut alius quidam juvenis in platea transiret, qui adolescenti illi ex Zelotypia erat infensissimus, & in omnes cum opprimendi occasiones intentus: ille scalas parietibus admotas invenit, & quodnam esse suspicans, consestim eas removit, & secum abstulit. Adolescens, cum præcisam sibi reverendi occasionem cerneret, ingenuit, & quonam vitæ fine metuebat, appetente jam die ab amata in armarium fuit inclusus, ubi integra luce sine cibo & potu delituit. Vesperi, cum spes esset evadendi, ex latibulo prosepit, sed recta in manus rivalis, in infolis cellocati, delabitur, qui in eum fuscito pugione involutus viginti sex plagis confossum, barbare trucidavit. &c. Tum enimvero lamentabantur utriusque parentes, oculos præ luctu sibi erucre contendebant lugubre spectaculum damnabant. Duo tii patres si rite munus suum obire voluissent, delebat unus oppessulare fores domesticas, eisque pro custode fultum apponere, ne nimis nocta pedem efferret: altee debebat clathratis fenestris nervum babulum adhibere, eumque pro cujusvis atis emplastro filiæ procaci applicare; sed cum iis consulto facere omiserunt, ipsi sibi tua infelicitatis, & temporanea, & aterna fuerunt architecti. Dico, & æterna: quantis enim furiis hic adolescens in inferno vindictam exposcet contra parentes, clamabitque illud apud S. Cyprianum: (*Serm. de lapsis.*) *Perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus parricidas*: &c.

9. *Epilogus*. Christiani Parentes! discite etsecro alieno damno sapere, & filiorum actionibus, præsertim cum ad ætatem periculosam paullatim matureseent, sedulo invigilare. Nolite nimis credili esse, putantes nihil, aut filiam esse innocentes, non habere carnem, & sanguinem, non esse periculum, & quæ alia sunt hujusmodi lepidorum parentum persuasiones: Vos quidem, cum mala, nescio quia, evenerint, dicitis, ego nihil scivi, non putavi, non adverti; sed est impossibile, non posse advertere parentes si velint, quod filius noctu e domo abiit: est impossibile non posse advertere parentes, quod filia noctu surgat, cum nocti ego loquatur, ostium aperiat &c. Certe coram Deo Judice hæ excusationes nihil valebunt, sed omne Zizaniorum damnum, quæ seminaverit inimicus, in vos redundabit. &c. &c.

Dominica IV. post Epiphaniam.

CONCEPTUS I.

De damnis & fuga peccati Venialis, quia disponit ad mortale.

Quod minimum quidem est omnibus seminibus; cum autem creverit, majus est omnibus oleribus, & fit arbor. Matth. 13.

EXORDIUM.

Quid parvum est, non idco vile est. Quia sæpe magnos effectus producit.

1. NOn omne quod parvum est, eo ipso contemptibile est: quid minus esse queat unica scintillula? & tamen, cum fomitem nitrati pulveris deprehenderit, turres, ac propugnacula æternit, domumn, ac palatiorum incendia propagat. *Asscintilla una augetur ignis.* (*Eccl.* 11.) Quid exilius est medica terra evaporatione? & tamen, cum in alteram aeris regionem ascenderit, fulmine, ac grandine non sine ingenti ruina mundum flagellat. Quid levius aere? & tamen cum intra terræ viscera violenter concludilur, ita imperuose erumpit, ut montes, ac urbes terribili motu concutiat. Quid subtilius unico capillo? quid imbecillius unica acu? quid minutius unica spina; & tamen fuere, qui capillo inter cibos deglutito suffocati fuere: qui unica acus punctione lethaliter fanciati fuere: qui unius spinæ lasiocæ extincti sunt. Elephas bellicosum animal est, viso sanguine prælia exardescit, in mestos armatorum cuneos intrepide penetrat, & tamen muscularum imbelle animalculum expavescit. Repeto ego: non omne, quod parvum est, contemptibile est; quia, quantumvis parvum sit, magnos nonnunquam effectus producit, aut saltem ad eosdem disponit. Granum sinapis, teste Evangelica veritate, minimum est ex omnibus seminibus; & tamen successu temporis tantis augetur incrementis, ut proceras arbores magnitudine excæquet, & volucribus cæli

habitaculum præbet. Advertitis, Auditores, de quo mihi hodie sermo futurus sit? nempe de peccato illo, quod non nisi nomine tenus leve est. Quid? obstarat nonnemo, quid ego curo venialia, dummodo lethalia evitemus? non Ipero evadere purgatorium, modo ab Inferno non devocer: &c. Modeste, mihi bone, modeste: quamvis enim non perluadeam, quod intendo, certe non hac solum vice infelix orator sum.

2. *Propositio*. Ex hoc tamen capite fas non est profiteri veritatem, & dissimulare falsa mundi principia, qui sibi perperam persuadet, peccata venialia nec posse, nec debere vitari. Et ut argumento ad hominem utatur, demonstrabo, illi, qui venialia non curat, non modo purgatorium, sed ipsum adeo Infernum pertimescendum esse; quia peccatum veniale disponit ad mortale, & consequenter promovet ad Infernum. Favete.

Peccatum leve perducit ad grave. Quia homo sit animus similis.

3. *Divisio*. Quid interest rimam navigii esse modicam, si tamen, dormitante Nauclero, successive aquam admittat usque ad naufragium? (*S. Aug. Ep.* 108. *ad Seleucum.*) & quid interest peccatis venialibus non occidi animam, si tamen successive magis magisque multiplicata, animam ad Inferni præcipitium adducant? certe æternæ Veritatis oracutum est, *qui spernit modica, paullatim declinat*, (*Eccl.* 19.) hoc est, ad majora devenit: qui hodie furatur assem, cras furabitur duos, perendie tres, & denique aureum. Qui hodie loquax est, cras erit detractorius; qui hodie tumultuaris est, cras erit libidinosus; qui hodie ambitiuncutam admittit, cras erit fastuosus. (*Corn. a Lap. hic.*) Verbo: nemo unquam in mundo flagitiosus extitit, qui non a levibus incepit. Ratio autem, cur levia perducant ad graviora, triplex est, quarum prima se tenet ex parte hominis, altera ex parte dæmonis, tertia ex parte Numinis. Explicemus singula.

§. I.

4. *Confirmatio*. Prima quidem ratio, cur peccata levia perducant ad gravia, se tenet ex parte hominis; quia vitiositas homo per peccata levia sensim, atque paullatim exuit pudorem, & in malo attendendo, a quo parum nocumenti sibi asseri putat, paullatim fit audacior, donec tandem in noxas mortiferas prolabatur: unde Gregorius: (*Dial. mor. c.* 9.) *Si contemnere parva negligimus, insensibiliter subjacti, audenter etiam magna perpetramus.* Nota *insensibiliter*: quia nimirum timor peccati & teneritudo conscientiæ magis, magisque evanescit, econtra audacia, & impudentia crescit. Sicut venenum omnes averlatur, quia aperte nocet; econtra fruges crudas, & insalubres minus timide stomacho ingerunt, & sic mortem, quam venenum sustinantes cassat, lente sui accersunt: ita, quamvis multi peccatum grave tanquam mortem animæ fugiant, venialia tamen minus reformidant, & sic mortem animæ, quam nec saltu incurrere trepidant, lente, & quasi per gradus incurrunt. Quæso, qua ratione nefarius ille proditor Judas eo impietatis devenire potuit, ut Divinum Redemptoris sanguinem manus inimicorum traderet? sanctus Chrysostomus (*hom. 88. in Matth.*) ait: ab initio ausus est unum vel alterum obolum e peculio pauperum, quod ille, tanquam Apostolici Collegii Procurator, concrediturn sibi habebat, furripere, tum plures, ac plures successive clepere, tum cum Judæis negotiationes facere, tandem ita crevit lucri cupiditas, ut nihil tam scelestum esset, quod amore pecuniæ non auderet. Esce! flagitiosissimum proditionis crimen a furto unius, aut alterius obuli ortum traxit. Quæso, qui fieri potuit, ut Judaicus populus, gens electa, populus fidelis gravissimum sceleus, quod unquam sub sole perpetratum est, nempe Deicidium, seu crucifixionem Redemptoris attentare sit ausus? Sanctus Chrysostomus rem iterum enucleat: ab initio præsides Synagogæ non hæsitant ambitiosi se dedere, ex hac ambitione successit fastus & elationimi, supra quoscumque alios, ex hoc fastu oriebatur invidentia alienæ gloriæ, & quoniam per gloriam Christi Redemptoris, quam sibi prædicitione, ac miraculis comparabat, suam extingui putabant, iden illum primo persequi, ac verbis captiose inducere, dein calumniis, ac detractionibus proscindere, denique tanquam maleficum in crucem agere non formidabant: Ecce, scelerati mum Deicidii crimen ab ambitione scripturum, & Pharisæorum omnium traxit. Expedit hic aurea Chrysostomi verba annotare: *Sic in Juda malorum proditoris malum exortum est; nisi enim putasset parvum esse peccatum humorem sueripere, in tantam protervitatem non devenisset. Judas quæsur, nisi putassent humili gloriæ delictum minimum esse, usque ad eadem Christi ligna non fuissent. Hæc via omnia scelera fuere: nemo enim repente ad extremam improbitatem insilit.* Peccata sunt instar fluminum, quæ in scaturigine quidem modica sunt; sed quo diutius fluunt, eo spatiosius dilatantur: peccata sunt instar nivis, quæ, a summis montium apicibus decurrens, semper in majorem, ac majorem molem se congiobat. Reperat, quisquis in profundum malitiæ baraturum demersus est, repetat, inquam, vitæ suæ historiam, & certe deprehendet omnem perversitatem suam a levibus auspicium duxisse: *Horret quippe insitum quendam animo pudorem, atque innatum, quem qui excutere, atque perfricare non [illegible] paullatim ex negligentia perit.* (*S. Chrysost. ubi supra.*)

§. II. *Quia damon sit potentior.*

5. Altera ratio, cur ad peccata levia facile subsequantur gravia, se tenet ex parte dæmo-

nis; quia videlicet, si aliquando persuasit levia, jam obtinuit totum id, quod vult: quis enim nescit, hanc esse indolem itygii tentatoris, quærere malum maximum, sed gradatim quærere? si prima statim vice postularet adulteria, furta, latrocinia, certe a nemine non repulsam ferret, tanquam hostis manifestus. Unde subdole agit, & a levibus orditur suas machinationes: quos ad impudicitiam perducere cogitat, illis initio persuadet amicitiam plus æquo familiarem. Quos ad injustitias detrudere vult, illis suggerit solicitationem ad opes nonnihil immoderatam. Quos ad vindictas, & cruentas injuriarum ultiones concitare desiderat, illos ad tuendi honoris studium magis sollicitum invitat. Et sic de ceteris vitiis differendo. Qua in arte celebre illud Pompeii stratagema æmulatur; Pompejus, teste Pachino, (*ap. Barr. ferm. 79. n. 11.*) urbem absque multo sanguinis, & sumptuum impendio expugnaturus, primo petiit a civibus transitum: Negantibus id civibus, rogavit salutem, ut infirmos, fasciatosque milites, quos secum in exercitu circumduceret, reciperent, usque dum sanitati restituerentur: annuerunt cives perito: & ecce! hi debiles, pallidi, ac infirmi milites, dum inobservati in urbe morantur, resumpta sanitate, resumpserunt etiam arma; opportuno, ac condicto tempore stationes præsidiarias ante portam obtinent, & commilitones suos, latenter ante urbem signum præstolantes, una secum in urbem admittunt. *Portæ urbis, ac mœnibus occupatis, urbe tota potiti sunt.* Hunc eumdem in morem agit dæmon. Non petit prima fronte deditionem animæ; sed contentus est, si leves quadam tentationes, & apparenter prorsus inbelles admittantur: contentus est, si homo initio joculares quasdam levitates, munuscula & mnemosyna, risus & aspectus incautiores persuaderi sibi sinat. O anima! noli fidere: hæc, & similia infirmi milites sunt Pompeji: ni provide resistas, brevi expugnatum erit integrum cordis propugnaculum. Audite, obtestor, itygii Veteratoris astutiam in exemplo. Florentius in Monasterio S. Marci Ordinis Prædicatorum (*Manr. V. pect. Ven. Dis. 1. n. 3.*) erant duo Religiosi Sacerdotes, quorum unus Zenobii, alter Servantii nomen gerebat: hi conveneant inter se, ut singulis quibusque noctibus ante Matutinum sibi mutuo peccata confiterentur. At humani generis hostis tanti boni invidus, nocte quadam duas circiter horas, antequam consuetum daretur signum, Zenobii cubiculum pulsat, inclamatque: Heus tu, tempus est, surge: ille excusso somno, statim se lectulo proripit, ad Ecclesiam festinat, ibique personatum Servantium invenit prope sacrum tribunal obambulantem. Zenobius, ratus, verum esse servantium, in genua procumbit, Confessionem de more facturus. Assidet dæmon; & confitentem audit; ad singulas tamen culpas, de quibus pœnitens se accusabat, nihil istud, nihil culpæ, ajebat: immo cum culpam Zenobius sua opinione graviorem subjungeret, repellit istidem, fatiliz sunt ista. Hæc audiens Zenobius, & Sathanæ laqueos veritus, signo crucis se muniens, mendaciorum parentem ita compellat: Num tu dæmon infernalis? ad hæc ementitus confessarius, spe lucri frustratus, & ignominia plenus evanuit. Omissis ceteris, hic solum quæro, cur diabolus pio huic Religioso persuasum voluerit, ut peccata levia tanquam rem futilem, & rem nihil haberet? profecto non ex alia ratione, quam quia indubitanter spem sibi formaverat, fore, ut ille neglectis levibus paullo post in gravia sit consensurus. &c.

§. III. *Quia Deus speciales gratias subtrahit.*

6. Tertia demum ratio, cur leves culpæ post se trahant graves, se tenet ex parte Dei: omnes quippe sacri Doctores uniformiter docent, quod Dominus Deus minora peccata punire soleat permissione majorum: quæris, qua ratione id contingere soleat? hac ratione, uti explicat Cornelius a Lapide, (*in Eccl. c. 9. v. 1.*) quia Deus a frigida ejusmodi anima, quæ peccata venialia nullatenus curat, auferat protectionem suam, ac benevolentiam, privando illam specialibus auxiliis, & superabundantibus gratiis: quamdiu fax aliqua bene instructa pice, & cera abundanter nutritur, non facile ventus contra eam prævalet: at cum ejusmodi nutrimentum illi subducitur, facile a vento extinguitur: ita quamdiu homo a Dei gratia munitur, nulla tentatione superatur: cum autem specialia Dei auxilia recedunt, quid mirum, si tentatori succumbat? hæc autem gratiarum auxilia imminuuntur propter peccata venialia; Deus enim non immittit toties, ac tantus illuminationes intellectui, nec tot, ac tantas pias affectiones voluntati: quo fit, ut homo, a gratia destitutus, pronus sequatur suas passiones, ac concupiscentias, ac tandem in gravia peccata corruat. Finge filiumfamilias immorigerum, & perniciosæ libertatis plus æquo amantem; non machinatur quidem parenti mortem, non matronæ stringit in paternum jugulum, non ædibus ignes subdit, & quæ alia ejusmodi enormia sunt: interim tamen verbis contumeliosis, ac alapis patrem inhonorat, monita spernit, ac pro genio suo effrenate vivit: quid contra Patrem? cum videt se oleum, & operam perdere, finit illum agere, prout vult: unde fit, ut miser filius vorando, porando, & dissolute vivendo, brevi sanitatem destruat, & moriatur. Ita Deus agit cum anima, quæ non nisi delicta gravia cavet, quia sunt mortifera; de cetero autem leves Dei offensas nihil pensi habet: præmittit quidem Deus multas salutares admonitiones; verum cum videt, se non audiri, permittit denique, ut homo cunctis suis quantumvis inordinatis cupiditatibus obsecundet. Hæc poena illa est, qua graviori non potuit Deus punire populum suum immorigerum: *Non audivit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi.* (*Psalm. 80.*) Quid

sequitur? *& dimisi eos secundum desideria cordis eorum, atque ita miseri ipsos in adinventionibus suis*, & indubitanter peribunt. &c.

7. Nunc tandem intelligo, cur homines Sancti de noxis levissimis rigorosissimam egerint pœnitentiam: De Paula Romana, narrat S. Hieronymus, (*ep. 27.*) quod levia peccata ita planxerit, ut etiam gravissimorum criminum ream se diceret. De B. Maria Oignacensi refert Surius, (*23. Jan.*) quod siquod veniale admisisse videretur, cum tanto cordis dolore, cum tanta contritione id confiteri solita sit, ut pro nimio angore instar parturientis ejulaverit. De S. Eusebio testatur Theodoretus, (*Hist. 4.*) quod quia sub lectione sacra oculos in campum curiosè conjecerat, prægrande saxum e collo sibi suspenderit, ut hoc modo inclinatus, coerceretur semper terram aspicere, & hanc terribilem sarcinam per quadraginta integros annos circumportarit. Taceo alias Sanctorum austeritates, ob delicta levissima susceptas. Quæ causa autem est, quod leves noxas gravi castigatione expiarint? nimirum metuebant, singulari Dei protectione, ac benevolentia excidere, quod excidere idem, ac perire est. &c.

8. *Epilogus.* Tu igitur, mi Christiane, discere expavescere peccata etiam levia: Discere expavescere ex parte tui; quia pudorem, timoremque peccati auferunt, & sic sensim ad gravia perducunt. Discere expavescere ex parte dæmonis; quia si aliquando partem cordis occupaverit, brevi expugnabit totum. Discere expavescere ex parte Dei; quia specialis favor auferetur, & gratiarum auxilia imminuentur. &c. Quin semper ante oculos habe illam Chrysostomi (*in c. 7. ad Rom.*) gnomen, quam pro coronide tibi inculcatam volo: *Fugiamus modica mala, magna siquidem ab illis nascuntur.* Fugiamus: Amen.

Dominica VI. Post Epiphaniam.

CONCEPTUS II.

Qua ratione per curam minimorum successive ad magnam Vitæ Christianæ perfectionem crescere oporteat.

Quod minimum quidem est ex omnibus seminibus, cum autem creverit, majus est omnibus oleribus, & fit arbor. Matth. 13.

EXORDIUM.

Sinapis successive fit arbor. Ita homo successive potest fieri sanctus.

1. ITA est: minutissimum semen sinapis, quod vix granum papaveris magnitudine æquat, cum terræ fructiferæ mandatur, cum roris cælesti fecundatur, cum solari calore fovetur, & demum cultoris industria accedit, in olus maximum, ac præterum arborem excrescit, quæ volucribus aeris nidos ac habitaculum præstat. Intuetur quis tantam arboris molem, & ex altera parte unicam sinapis palmæ manus exiguæ admirabundus interrogat, qua ratione tenuissimum granulum in eam proceritatem potuerit augmentari, atque ego respondebo illi: Hoc factum esse successu temporis; lente semen nutrimum est, per successiva incrementa pars parti addita est, radices in terra magis consolidatæ, ac rami de tempore in tempus magis protesi sunt, donec tandem ad eam valitudinem perveneruntt. Christiani Auditores: forsan jam subodoratis, quod hoc præludio vobis insinuatum velim: nimirum id, quod S. Bernardus: (*serm. 1. de S. Andrea.*) *Roma repente fit pessima:* potest quidem modicissima & vix virtutis nomine digna virtus, immo etiam peccator inveteratus ad sublimem perfectionis apicem ascendere, sed successive, & per gradus: lente festinandum est, & præprimis curare debet minima, quisquis aspirat ad maxima. Scitis, quænam hac ex parte sit differentia inter Angelos, & homines? nempe ista: quod Angelus in momento, & quasi unico actu ultimam felicitatem, ac beatitudinem sit consecutus; econtra homo per multiplicatos actus, & continua virtutum exercitia perfectionem suam connitti debet. In quo consistit hæc Christiana perfectio? nempe in vulgatis illis duabus partibus: *Declina a malo, & fac bonum*, quarum prima ad generosam vitiorum victoriam, altera ad virtutis exercitium pertinet. (*p. Anton. Sucquet de grad. perfect.*)

2. *Propositio.* Quare in gratiam eorum, qui vel in superandis vitiosis habitibus, vel in adquirenda insigni virtute desperant, ac identidem objiciunt crudum illud: *Non possum*: oblendam hodie, qua via facillime homo pravas vincere assuetudines, & per minima ad maxima, id est, ad sublimem perfectionem eluctari possit, ita ut de eo verificari idem queat, quod de grano sinapis: (*Matth. 13.*) *quod minimum est ex omnibus seminibus, cum autem creverit, majus est omnibus oleribus, & fit arbor.* Favete.

Quilibet homo obligatus ad perfectionem.

3. *Introductio.* Decipiuntur vehementer, qui perfectionem Christianam solum ad Monachorum claustras, & Anachoretarum eremos ablegant; cum enim nihil coinquinatum introiturum sit in regna cœlorum (*Apoc. 21.*) sequitur utique perfectum esse debere, quisquis salvari cupit, perfectione non quidem absoluta, sed respectiva, id est, cujusvis status consona. Eheu! inquit nonnemo: qua ratione valebo ascendere ad tanta virtutis incrementa? percipe igitur, qua ratione valeas.

Deus successive perficit mundum.

4. *Confirmatio.* Quando omnipotens rerum Omnium Creator Deus hanc mundi machinam e nihilo

nihilo produxisse in libro Geneſis deſcribitur, mirabilem loquendi methodum uſurpat facer creationis Hiſtoriographus, inquiens: (*Gen.*) *Terra autem erat inanis, & vacua.* Quid eſt hoc, eſſe inanem, & vacuam? hoc eſt, erat vacua plantis, animalibus, ſeminibus, gramine, luce, decore, floribus, fontibus, montibus, vallibus, campis, collibus, metallis, & mineralibus; verbo, erat limi maſſa informis & inornata, incompoſita. An ergo non potuit Omnipotens Deus hunc globum terraqueum ſimul & ſemel una cum ſuo ornatu, ac perfectione producere? potuit utique, verum noluit: quare? omiſſis aliarum partium rationibus, reſpondet S. Ambroſius, (*l. 2. Hex. c. 7.*) *ut nec ad Imitationem Divini operis cunctam in operando, & profectuum ordinem ſervaremus.* Quemadmodum enim Deus, & natura in ſuis operibus ab imperfectis ad perfectiora progrediuntur, ita & hominem in progreſſu virtutum a minimis ad majora aſſurgere oportet. Conſiderate, quam lente homo nutriatur, donec pedetentim ab infantia ad adoleſcentiam, ab adoleſcentia ad virilem ætatem excreſcat: conſiderate, quam tarde incrementa ſumat arbuſcula, donec e ſemine in virgam, a virga in arborem migret: conſiderate, quam operoſis ambagibus flumina fluant, donec ab exili ſcaturigine in rivos, & demum e rivis in flumina convertantur. Quod in natura, id ipſum in artibus obſervare licet: quis architectus unquam palatii ſtructuram a tecto auſus eſt? a fundamento incipiendum, lapis lapidi ſuper imponendus eſt, donec tandem ſucceſſivo labore ſtructura perficiatur. Quis unquam ſcientificus in addiſcendis ſcientiis a Theologia, aut Juris prudentia principium fecit? a primis alphabeti elementis inchoandum, & gradatim in litteris progrediendum eſt. Quis unquam pictorum prima ſtatim vice inſigne penicilli artefactum edidit? a dacendis lineis a formandis figuris initium faciendum, nunc auris, nunc oculus, nunc membrum a toti corporis delineandum eſt, donec artificioſa pictura ſucceſſu temporis efformari dicatur. Eadem ſe prorſus ratio habet in ſpirituali incremento hominis ad inſignem virtutis profectum aſſurgere deſiderantis: nullum eſt tam radicatum vitium, quod per iteratas victorias non extirpari; nullus tam ſublimis ſanctitatis apex, qui per continuata virtutum exercitia obtineri non poſſit. Qua ratione obtineri poteſt? S. Bernardus *ſerm. 1. de S. Andrea.*) ait: *Aſcendendo, non volando apprehenditur ſummitas ſcalæ.*

Artefactum non una die perficiuntur.

3. Ingrediamur officinam ſtatuarii: videbimus ibi rudem, incultum, nodoſum, & deformem truncum, qui recente ex ſylva extractus eſt. Quis credat, hoc fruſtum ligni in pulcherrimam ſtatuam migraturum? redeamus cras, & jam ornamenta decorticatum eſſe, ac reſciſſis extremis partibus a longe, aliquam hominis figuram ſpirare. Redeamus perlubde, & jam deprehendemus proportionatam membrorum ſymmetriam. Redeamus poſt quatuor dies, & jam facies venuſtiſſime elaborata apparebit: redeamus poſt ſeptimanam, & ante oculos ſtabit imago omnibus numeris abſolutiſſima. Quæſo, qua ratione inculta ligni moles in nobiliſſimum artificium commigrare potuit? nempe quotidie relecta, reciſa, dedolata, exſculpta ſunt ſarmenta innumera, de die in diem magis, magiſque revulſæ ſunt partes ſuperfluæ, donec tandem hanc figuram induerit. En, mi Chriſtiane, quid ſucceſſu temporis effici valeat: eſto, quod deformis, & plenus vitiis ſis: ſi tamen quotidie aliquid reſeces, & quantus modico tempore effici poſſes! atque ut practice tibi hanc veritatem proponam, permittas, quod in ſimiliſſima inveterate luxuriæ lucuna demerſus hæreas; ſi prima ſeptimana diſcretes a periculoſis aſpectibus oculos cohibere, altera, illecebroſa conſortia declinare, tertia linguam ab impuris verbis coercere, quarta tentationem initiis reſiſtere; O quam modicum intra tempus ab Aſmodæi vinculis liber fores! Ponamus alium, qui intemperantiæ, & obſcœnitatibus deditus, diebus ſingulis ultra decem menſuras deglutit; ſi iſte prima die amore Dei unicum hauſtum tibi ſubtraheret, altera dies duos, tertia die menſuram, & ſic deinceps; O quam pauco tempore iſte popinarum Neptunus diſceret juſta mediocritate contentus vivere! Parem in modum diſcurrendum eſt de aliis vitioſis habitibus, de quibus nimis quam vere devotiſſimus Thomas Kempenſis: (*de Imit. Chriſt. l. c. 11.*) *Si omni anno unum vitium extirparemus, cito Viri perfecti efficeremur.*

Ita vitia ſucceſſive extirpantur.

6. Memini me legiſſe de quodam Viro ſancto, quod poſt ſuam converſionem graviſſimam difficultatem expertus ſit in moderando potu, cui antea in ſæculo intemperanter aſſueverat; & ecce, prima die ſuo ſcypho ſatis amplo unicum lapillum vix ciceri æqualem injecit, altera die alterum, tertia tertium, & ſic deinceps aſcendendo, donec hac ſcheli, & vix advertibili carentia ſe ad juſtas moderationis leges reduxit. Ad ſanctum Bernardum (*in vita*) venit aliquando impuriſſimus ſcortator, cui impoſſibile videbatur, ut ajebat, vel unica die ab illicitis voluptatibus ſibi temperare: ſanctus Vir admotis, quos poſcerat arietibus, cum lacrimis precabatur hominem, ut in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis tribus diebus ab impuritate abſtineret; obtemperavit ille, poſt tres dies reus ajebat; haud difficilem ſibi viſam fuiſſe abſtinentiam. Inſtabat Bernardus, & iterum tres dies amore Divinæ Matris rogabat: præſtitit & hoc. Necdum contentus Sanctus Abbas, tres itidem dies ſancto Angelo Cuſtodi conſecrari petit. Obſecundans peccator eandem tam facilem cohibitis habitum contrahit, ut jam lubricæ vitium tantundem naufearet, quantum antea deperibat. En quid ſucceſſiva abſtractio poſſit.

O! loquantur hic mel in vitem ſacri confeſſariorum arbitri, qui ab Eccleſia ad excipienda pœnitentium peccata ordinati ſunt: Hi, *qui deſcendunt, in mare navigant*, videntque operationes Dei *in aquis multis*: (*Pſ.* 106.) Hi inquam, poterunt narrare converſiones admiranda dignitoſas; nihil enim in Eccleſia ita ſtupore dignum, quam videre opera Divinæ gratiæ, qua auxiliante, homo peccaminoſus transformatur, elevatur, conſortatur, mores veteris hominis exuit, novos affectus induit, incipitque odiſſe, quod prius amabat, & amare, quod oderat. Quæritis, qua arte, quo exercitio peccator hanc mutationem impetret? non alio, quam quotidianis victoriis, ac ſucceſſivis virtutum incrementis. &c.

7. Ex dictis facile patet, quam imprudenter, & impudenter nonnulli inveterati peccatores contineo organniant inſultum illud: *Non poſſum! non poſſum!* Non poſſum deſerere voluptates, non poſſum compeſcere iram, non poſſum reſtituere, & quæ ſunt ſimilia; ſingulariter enim a malo dæmone in hoc decipiuntur, quod ſimul & ſemel ſibi ante oculos ſtatuant difficultatem in ſuperando toto vitio, cum ſolum intueri deberent difficultatem in ſuperanda illius parte. Videantur mihi ſimiles illi ruſtici filio, qui a patre miſſus, ut agrum a ſolliis purgaret, cum agrum ſupra modum ſilveſcere cerneret, de labore deſperare, ac dormire cœpit: poſtliminio redux parens increpavit pigrum, eique exprobravit: Ecce, fili mi, ſi haud plus ſpatii interim eradicaſſes, quam quale prono corpore dormiens obtexiſti, tandem opus omne ſucceſſive abſolviſſes. Nota tibi hoc, mi pecator.

Continua luſta contra vitia tandem dulceſcit.

8. Verum eheu! inquis, arduum eſt ſemper in luctu verſari, ſemper abſtinere ab iis, quibus hactenus tanta cum delectatione affuevi: non potero hamus ſtare in glacie; ſcio me multoties victum iri a cupiditate, a pravis deſideriis. &c. O Sancte Auguſtine, magne Eccleſiæ Doctor, patere, ut jam te in ſubſidium vocem; tua enim hac ſuit objectio, cum in converſionis principio medius inter mundum, & Deum luctareris: ſcribit de ſeipſo Auguſtinus, (*l. 1. Conf. c. 11.*) quod, cum jam propoſuiſſet mundum deſerere, repræſentarit ſe maximas difficultas in ea mutatione. Retinebant me, ait, inquæ nugarum, & vanitates vanitatum antiquæ amicæ meæ; & ſuccutiebant veſtem meam carnem, & ſubmurmurabant: Dimittine nos? ab hoc momento non tibi licebit iſtud, & illud in æternum? Ab alia parte, dicit, ſibi apparuiſſe virtutem: aperiebatur ab ea parte, qua irrideram ſuciem, alta dignitas, honeſte blandiens, ut venirem, & extendens ad me ſuſcipiendam pias manus, plenas gregibus bonorum exemplorum: ibi tot pueri, & puellæ, ibi juventus multa, & omnis ætas: & irridebant me irriſione exhortatoria, quaſi dicerent: Tu non poteris, quod iſti, & iſtæ? &c. In media hac contentione, dicit ſanctus ille, quod ceperit vehementer flere. Ego, inquit, ſub arbore ſici me ſtravi, neſcio quomodo, & dimiſi habenas lacrimis, & prorumperunt flumina oculorum meorum, &c. His, aliiſque peractis, qua ille commemorat, ſtatim quaſi lux ſecuritatis, conſi ejus infuſa, diſſipit dubitationis tenebras. Dominus ſic ejus animum mutavit, ut in futurum nec vitia ulla timuiſſe, nec quidquam in hoc mundo appetierit; denique in eum Dei famulum migravit, quem Eccleſia inter ſanctos Doctiſſimum, & inter doctos ſanctiſſimum veneratur. &c.

9. Epilogus. En, mi Chriſtiane, quid cum Dei gratia valeas. Auguſtinus ex inveterato peccatore in Magnum Dei Sanctum evaſit: ergo & tu poteris pervenire ad magnam vitæ emendationem, modo ſerio velis. Eſto, quod in hac lucta iterum una, aut altera vice cadas: quid tum? ait Devotiſſimus Lieremberg ius! (*in Aphoriſ. c. 6.*) *Fructus ex vitiis tuis colligendus eſt, ut te humiliet, non, ut deſperet; animum emendet, non deijciat: Fide Deo, qui millies labenti, ibi millies manum porrigit; ſemper ejus miſericordia tuam miſeriam, & fragilitatem excedet.* Recondare, quomodo in profundum ſceleratum veneris, nempe lente, & gradatim: quia nemo repente fit peſſimus! ergo lente & gradatim iterum reſurge; petit enim a te Deus: *Converſimini, ſicut in profundum receſſeritis:* (*Iſa.* 31.) curam habe, ut per quotidianas tui victorias, per continuum virtutis exercitium, per pias aſpirationes, & obſervantiam actionum etiam minimarum tandem frangas contrariæ conſuetudinis pertinaciam. Ita demum fiet, ut minutiſſima ſimilis in arborem, hoc eſt, animus tuus vitioſus ad magnum ſanitatem aſcendat. Amen.

Dominica VI. poſt Epiphaniam.

CONCEPTUS III.

De periculis, ac peſſimis effectibus peccaminoſæ conſuetudinis.

Cum autem creverit, major eſt omnibus oleribus, & fit arbor. Matth. 13.

EXORDIUM.

Ficus ſimplex in proceram arborem creſcit; Ita peccatum dimittens conſuetudine inveterarum invaleſcit.

1. QUamvis Sancti Patres per granum ſinapis, & per fermentum, de quibus hodiernum agit Evangelium, variarum ſtimulationum, uti Eccleſiæ, Prædicatorum, Verbi Divini, aliarumque intelligant, nihil tamen vetat, breviter loquendo videre Chriſtum Dominum utraque parabola inſinuare vitioſæ vitæ, quæ a modica, & exili origine per ſucceſſiva incrementa velut in immenſum excreſcit. Quid exilius grano ſinapis? & tamen ipſius temporis tam ſpatioſe per aerem ramos diffundit, tam profunde radices

dixit in terra demergit, ut nulla virtute amplius eradicari queat. Quid exilius modico fermento? & tamen tribus satis farinæ immistum (latum est certa mensura ad morem Palæstinorum, tria sata ad nostram mensuram reducta fere exæquant sesqui modios) ita totam farinæ massam fermentatione pervadit, ut nulla amplius arte ad pristinum dulcorem valeat revocari. Hæc dum considerabundus cogito, in mentem mihi venit, quid peccatum possit, si iteratis augmentis in consuetudinem invaluerit: agit altissimas radices in corde peccatoris, ita ut nullo conatu fere extirpari queat: corrumpit totam, ut ita loquar, massam hominis; obtundit memoriam, obfuscat intellectum, depravat voluntatem, animumque, quam inficit, in eam redigit infelicitatem, ut putem, neminem peccatorum esse proximum inferno, quam consuetudinarium. Quamquam autem hoc verum sit indiscriminatim de quovis peccatorum genere, uti de blasphemia, de juramentis, ebrietatibus, injustitiis, avaritia, aliisque; nihilominus id specialiter intellectum volo de consuetudine in peccatis luxuriæ, seu cogitatione solum, seu etiam opere illa complectantur. Consuetudinarius in peccatis libidinis difficulter emendatur, & siquidem emendari eum contingat, difficulter tamen salvatur. Ne me indiscreti rigoris incuseris, Auditores.

2. *Propositio.* Paratus adsum hanc veritatem in præsentiarum claritissimis rationibus consolidare, rogans unumquemque præsentium per salutem animæ suæ, præsertim juvenes, ac puellas, qui damnabilem procandi pruritum sæpe compluribus annis prorogantes, turpissimorum scelerum assuetudinem contrahunt, rogans, inquam, ut, cum alia motiva, hactenus sæpe allata, contueri non velint, saltem discant fugere peccata ex eo, quia periculum est, ne in consuetudinem excrescant; consuetudo enim est atrium inferni. Favete,

Consuetudinarius difficulter convertitur.

3. *Introductio.* Divinus mundi Redemptor, uti in Evangelio legimus, tres mortuos resuscitavit, videlicet filiolam Archisynagogi, filium Viduæ in Naim, & Lazarum fratrem Magdalenæ, ac Marthæ; non æquali tamen ut videtur, facilitate. Dum filiolam Jairi ad vitam revocavit, non alio labore opus erat, quam ut manu mortuæ apprehensa, duobus verbulis illi præciperet, *Puella surge*: & ecce confestim defuncta, tanquam e leni somno excitata, revixit. Majori molimine videtur constituisse resuscitatio juvenis in Naim; ibi enim stare jussit portitores, retigit feretrum, & demortuo clamosa voce præcepit, *Adolescens, tibi dico, surge*. Verum cum ad Lazarum ventum est, jam quatriduo integro in mortuali scrobe tetentem, proh! quam operosi conatus argumenta edidit Dei Filius in ejus excitatione! Infremit spiritu, preces ad lacrimas fudit, clamavit. Hæc differentia actionum oppido est mirabilis: an enim non æquali facilitate potuit Omnipotentia Dei omnibus his demortuis vitam, ac spiritum unico nutu restituere? de hoc non est dubium: cur ergo majorem difficultatem ostendit in uno, quam in altero? Dilectissimi, latet ingens mysterium, quod nobis insinuat S. Augustinus: (*tract. 44. de Verb. Dom.*) per tres illos mortuos triplex genus peccatorum symbolizatur: *Peccati tres sunt differentiæ, in corde, in facto, in consuetudine, tanquam tres mortui.* Per puellam Archisynagogi denotantur illi, qui ex fragilitate, & solum cogitatione delinguunt, atque hi facile ad frugem revocantur. Per juvenem Viduæ intelliguntur, qui ex malitia, & jam in opere cadunt, atque horum conversio jam difficilior. Per Lazarum denique figurantur consuetudinarii, atque horum emendatio non solum humana remedia eludit, sed & ipsi Omnipotentiæ Dei grande negotium facessere videtur. *Venit Dominus* inquit Augustinus, *cui utique facilia erant omnia, & difficultatem quamdam ostendit.* Quare difficultatem? respondet Glossa: (*ad c. 11. Joann.*) *Quia difficile surgit, quem moles mala consuetudinis premit.* Ratio hujus difficultatis præcipue gemina est, quarum una se tenet ex parte hominis, altera ex parte dæmonis. Et prima.

§. I. *Quia consuetudo ipsi altera natura.*

4. Ratio quidem, quæ ex parte hominis consuetudinarii conversionem difficillimam reddit, fundatur in eo, quia consuetudo est quasi altera natura, prout loquitur commune proverbium. Scimus autem, egerrime, & fere nunquam mutari illas actiones, aut qualitates, quæ ab ipsa natura sunt congenitæ. Non est possibile desueferi felem, ut a capiendis muribus desistat: non est possibile ita cicurari lupum, ut a rapacitate, & ventris ingluvie remittat: non est possibile cohiberi corvum, ut non crocitet, aut cadaverum sœtore non pascatur: quare? quia hæc vitia sunt ingenita per naturam: parem in modum fere impossibile est emendari vitia, quæ sunt contracta per consuetudinem: id quod Dominus Deus peccatoribus per Prophetam insinuat inquiens: *Si mutare potest Æthiops pellem suam, & Pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum.* (*Jerem. 13.*) Quasi diceret: O peccatores! eruditi, & considerate pessimum statum, in quem vos redigit mala consuetudo: nunquid nulla arte fieri potest, ut nigredo Æthiopis quantumcumque loti dealbetur? Nunquid nulla arte fieri potest, ut Leopardi maculæ extinguantur? respondebitis ita esse. Verum scitote, quod & vos tunc primum post contractam mali assuetudinem poteritis bene facere, cum Æthiops fuligineum exuet, & Pardus maculas amittet. Supra hanc comparationem commendans S. Hieronymus (*ep. Bart. ferm. 11. n. 6.*) ait: *Verba ista dicuntur ad-*

adversus eos, qui nimia consuetudine, & amore peccandi quodammodo peccatum in naturam convertunt. O mei Christiani! fateor quidem, Misericordiæ Dei, & Divinæ gratiæ virtuti nihil esse impossibile: verum conversio consuetudinarii tam ardua, tam rara est, ut Deus ipse eamdem soleat cum rebus impossibilibus comparare. Quid opus est Scripturæ, ac Patrum testimoniis, cum ipsa quotidiana experientia hanc in re satis suffragium ferat? quorumnam peccatorum proposita sunt, maxime inania? consuetudinariorum: quoties inveteratus lusor damnavit aleas, & chartifolia, tanquam spiritualis, & corporalis ruinæ causas? quoties ebriosus, ferme sub juramento se obstrinxit declinare cauponas, aegurgustia, tanquam viam lutæ damnationis? quoties promisit libidinosus in sacro tribunali vitare illam personam, aut domum, quæ sibi fuit impudicitiæ incentivum? & tamen primus ad aleas, alter ad cantharos, tertius ad voluptuarum mox iterum reversi sunt. Quæ de causa? propter vim consuetudinis, quæ quodammodo parit necessitatem, & fere dixerim etiam nolentes ad malum trahit. Ita sibi contigisse fatetur pœnitens Augustinus, (*ep. Bart. serm. 11. n. 30.*) inquiens: *quoniam volens, quæ nollem, perveneram.*

5. Atque hæc conversionis difficultas tanto magis crescit, quo magis invaluerit ipsa consuetudo, quod intellectu perspicuum est. Proinde capere non possum hujusmodi hominum fatuitatem, qui si in sacro tribunali paternæ hujus pericula admoneantur, dicaturque illis, mi bone, quid tandem ex iteratis his lapsibus fiet? non habes animum salvandi, & serio aliquando te convertendi? respondent imprudenter, & impudenter: utique habeo animum, volo salvari, volo converti: interim in eodem luto, in eadem occasione, in eadem familiaritate multis annis perseverant. Similes mihi videntur Israelitis: isti in durissima Ægypti captivitate detenti, quotidie cum lacrimis, & suspiriis anhelabant libertatem, & patriam: & tamen a Pharaone compulsi, exstruxerunt muros, civitates urbes meenibus. *Præposuit eis Magistros operum, ut affligerent eos oneribus ædificaverunt-que urbes tabernaculorum.* (*Exod. 2.*) O miseri Israelitæ, quid agitis? hæc non est via, & methodus exeundi in libertatem, si carceres vestros quotidie magis magisque meenibus firmatis: quilibet latet, quos muros altius evehitis, est novus pessulus, quo vos arctius includitis. Ita similiter agunt consuetudinarii: dicunt, se velle converti, & tamen hanc ipsam conversionem per iterata peccata quotidie sibi difficiliorem reddunt. *Later*, ait supra hunc Scripturæ locum Hugo Victorinus, (*l. 3. allegor. c. 1.*) *Later, qui de mulli terra conficitur per detestationem ignis durescit, humani cordis duritiam, per longam consuetudinem detestabilem, significat.* O miser peccator! quando, quomodo serio ad frugem redibis? Nunquid verum est, quod hodiedum magnam difficultatem sentias peccata deserendi? quis igitur te adeo excæcat, ut tibi persuadeas, te in posterum cum facilitate facturum, quod nunc tibi factu difficile est? nunc non potes extinguere ignem, & putas te facile extincturum, cum plura ac plura ligna congesseris? nunc non potes extrahere clavum inordinati appetitus, & putas te facile extracturum, cum eumdem repetitis ictibus profundius infixeris? nunc non potes permeare vadum fluminis, & putas te facile permeaturum, cum flumen affluxu aquarum in immensum excreverit? O imprudentiam!

§. II. *Quia diabolus difficulter dimittit, quos diu possedit.*

6. Altera ratio, quæ consuetudinarii pœnitentiam, ipsamque salutem valde arduam ac ambiguam reddit, se tenet, uti dixi, ex parte diaboli, utpote qui, quanto prolixior est peccatoris in peccata relabentis consuetudo, tanto firmius jus in ejus animam adquirit. Ponamus, mi Christiane, quod agrum, justo titulo adquisitum, per decem integros annos quiete possideas, nunc autem veniat alius, qui litem tibi movere, & agri proprietatem extorquere præsumat: nonne viribus omnibus huic prætensioni obluctaris, integri decennii possessionem allegas, & testes etiam de super produces? omnino ita est. Parem in modum agit diabolus, ait Venerabilis Beda: (*apud Paulin. ferm. 3. quadrag.*) *Difficilius dimittis, quos diutius possedit; allegat enim contra eos præscriptionem.* Si peccator inveteratus, pœnitentiam acturus, ajat ad Deum: *Tuus sum ego* (*Psal. 118.*) protestatur contra diabolus, & producit suos testes quinquennii, ac diuturnæ possessionis, prout insinuat S. Ambrosius: (*ibi ferm. 12.*) *Venit libido, & dicit meus es: Venit avaritia, & dicit meus es: Venit ambitio, & dicit plane mihi es.*

7. Sanctus Apostolus Petrus a Rege Herode captivatus validissimo carcere fuit inclusus, utpote qui tribus munitissimis otiis erat obseratus: id desumere licet ex verbis Sancti Lucæ; cum enim Angelus Apostolum in libertatem asseret, *transeuntes primam, & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream.* (*Act. 12.*) Non initiori carcere dæmon captivum tenet peccatorem: prima ejus custodia, seu porta est, quo os illi obstruit, ne Confessionem peragat: altera custodia cor obvallat, ne serium compunctionem concipiat. Has duas quasi ligneas portas facile reserantur a Divina gratia: Verbum tertia Diaboli porta, qua peccatorem incarcerat, est ferrea, nimirum consuetudo, quæ raro, & non nisi arcte plus quam angelico aperitur; dicente Paludano: (*Dominicus Lateran.*) *Consuetudo designatur in porta ferrea, fortiter detinens, ne peccatum divittatur.*

Ten-

Tentationes in morte nemini periculosiores quam consuetudinarie.

8. Sed enim ut liberaliter tecum agam, mi peccator, ponamus te, a miniculo Divinæ gratiæ triumphata consuetudine, serio resipuisse. Quid sequitur? ajo; necdum tamen ab inferno securus es: qua de causa? propter tentationes diabolicas in ipso mortis articulo metuendas: O Bone Deus! in illa terribili luctæ metuunt succumbere cedri, & ego credam, tentationibus resistituram arundinem, quæ luctenus ut plurimum assuevit illis consentire? cereus recenter extinctus, fumigante lychno facile flammam resumit: spongia, ab undis jam primum expressis madescens, facile aquam resorbet: Parem in modum scit diabolus animam, diuturna libidinis assuetudine depravatam, esse infirmam, & in lapsum pronam; proinde gravissimas tentationes hujus materiæ reservat in illud tempus, ubi erit pugna decretoria de æternitate. Ah! qui, speret consuetudinarium, toties victum, eo tempore victurum? Adolescens quidam, (Historiam hanc verbatim enarro ex P. Henrico Engelgrave *Lux. Evang. Tom. 2. Dom. 3. Advent. §. 2.*) qui ad studia liberalia non illiberali nec sumptu, nec mœcenate utebatur, longa consuetudine ab ultima pueritia ad flagitium secum occulte consciscendum trahebatur: & quamvis per status exomologeses identidem lustraretur, tamen continuo in morem naturamque regrediebatur. Sæpe data consilia, sæpe adhibita remedia, quæ minus minimo profecere. Novissime gravi morbo conflictatus, & ope medica destitutus, ubi vita migrandum sibi sensit, cæpit serio omnem juventæ lasciviam mutare, atque tum demum recte velle vivere, cum vivere porro non liceret. Vocatur Sacerdos, expiatur ægrotus, mortemque sui securus operitur: adolescens decedit spei plenus, quam de salute, beatoque æternitate, & ipse reliquerat, & alii conceperant. Mane cum primum vulgata mors, paratur exequiale sacrum: quod cum Sacerdos incipit, ecce subito vestis ei talaris ad infima pedum vellitur. Id ille fortuito fieri ratus, inluper habet, inque re inceptа pergit. Non diu factum, atque ad populum, demurque idem monitor obturbat. Mirari tum quidem Sacerdos, sed quod neminem videret, negligendum & illud putabat. Brevi dein impatientior umbra circum latera instat, vallicatque. Denique ecce ab æræ angulo sinistro deformem, fumantemque nebulam atque e nebula vocem audit: Cessaret, cessaret facere, operamque impensam perdere. Hic perturbatus Sacerdos, ecquid illud umbræ sit, percunctatur. Audit eum adolescentem esse, qui pridie lustratus piacularibus remediis decessisset. Inflat tamen, & quid de eo factum fuerit, perquirit. Ille rauco murmure suppliciis æternis addictum se confitetur. Meliora Deus! inquit: an ego te non rite expiavi? tu vero recte, inquit, integreque omnia, nec mihi, tuis aliquid reliquum culpæ fuit. Inter ipsum luctantis animæ egressum veteris consuetudinis illecebra percussus, si triumphassem, æternum felix degerem; sed heu! victus sum, & ex more delectatus, simul e corpore excessi, simul ad inferos eructatus irrevocabili Judicis sententia condemnatus sui &c. &c.

3. *Epilogus.* Christiana anima! quid dicis ad ista? quis miserum juvenem æternalibus flammis addixit? mala consuetudo, quæ etsi per seriam exomologesin fuerit extincta, tamen in ipso mortualis luctæ articulo infeliciter recrudit. Nemo ergo sit, qui peccatum non extreme horreat vel ex eo solum timore, ne in assuetudinem excrescat; assuetudinem enim contrahere fere idem, ac perire est. Si quis autem sit, qui in hoc infelicitatis barathrum jam nunc se demersum sentiat, illum obtestor per salutis amorem, ut propediem in via perditionis gradum sistat, & ad ea remedia convolet, quæ sacri confessariorum arbitri ad vincendam consuetudinem illi præscribent, qualia remedia sunt, voluntariæ pœnalitates pro statis lapsibus singulariter assumptæ, aliaque, de quibus alias. &c. &c. &c.

Dominica Septuagesimæ.

CONCEPTUS I.

De Damnis, ac periculis otii.

Quid statis hic tota die otiosi? Matth. 20.

EXORDIUM.

Homo ad laborem natus est.

1. PLasmator rerum omnium Deus produxit hominem ex nihilo, sed non ad nihilum; Creatos enim protoparentes collocavit in paradiso, velut in officina ad laborem: *ut operaretur*, (*Gen. 2.*) Hunc in finem nudos, ac trepidos post peccatum vestivit tunicis pelliceis. Ex ipso hoc vestimentorum, quæ mancipiis conveniunt, intuitu, agnoscere poterant, se ad laborem destinari: ita advertit Tertullianus: (*lib. de velle.*) *Homo pellitus arbà, quasi metallo, datur.* O posteri Adæ! scitote, quamprimum orbem hunc ingredimini, lex hæc lata vobis inculcatur; *In sudore vultus tui vesceris pane tuo* (*Gen. 3.*) Quemadmodum enim sol ad lucendum, ignis ad calefaciendum, flumina ad fluitandum, volucres ad volandum &c. ita homo ad laborandum factus, natusque est. Sol sine luce, ignis sine calore, flumen sine motu, volucris sine volatu monstra sunt; homo sine labore non homo est, sed monstrum hominis, quia a naturæ suæ ordinatione recedit. Quod plus est, non tantum naturæ, sed etiam auctori naturæ contrariatur, qui, dum hominem ad sublimissimum æternæ beatitudinis finem creavit, nolult hunc finem aliter, nisi per labores, & impensos conatus obtineri. Hinc in Evangelio regnum cælorum comparatur thesauro absondito, margaritæ, aliisque rebus, quarum inventio, & adquisitio laborem exigit. Quin immo hodie comparat Deum Patri-familias, conducenti in vineam suam operarios, idque diversis horis, mane, hora tertia, sexta, & undecima: per vineam intelligitur Ecclesia, per operarios omnes homines, per denarium gloria cælestis, per horam matutinam infantia per tertiam pueritia, per sextam adolescentia, per nonam ætas virilis, per undecimam senectus. Otiosi quoque a Patre-familias increpantur: *quid statis hic tota die otiosi?* quo insinuatur otiosos, qui renuunt in vinea Ecclesiæ operari, denarium æternæ salutis non reportaturos.

Otium corpori & animæ nocet.

2. *Propositio.* Liceat igitur mihi cum hodierno Patre-familias alloqui nonnullos: *Quid statis hic tota die otiosi?* inutilia terræ pondera: quid otio, & desidia torpetis? Nolite respondere, quod nemo vos conduxerit; Deus vos conduxit ad laborem: hæc est destinatio creationis vestræ, & ne nesciatis miseram fortem veltram, detegam ingentia detrimenta, quæ tam corpore, quam anima tenus ex otio, & desidia in vos redundant. &c.

§. I. *Non semper orandum, sed etiam laborandum est. Sancti laborarunt.*

3. *Confirmatio. Omnia tempus habent*, enuntiat sapientissimus Salomon: (*Eccl. 3.*) tempus suum sibi vendicat corpus suum, anima; neutri omne, utrique aliquod tributendum est. Male erat, quilquis ita in sanctis exercitationibus totus est, ut corporalis sustentationis indigentia nihil temporis relinquat: erat pejus, quilquis temporalibus adeo insudat, ut animam negligat: Exemplum capiamus in Sanctis: quis sanctior Apostolo Paulo? erigintа quinque annis Arabiam, Siriam, Ciliciam, Pamphiliam, Lycaoniam, Phaniciam, Samariam, Mysiam, Phrygiam, Galatiam, Bithiniam, Samotraciam, Macedoniam, Cafaream, Antiochiam, Thessalonicam, Galliam, Italiam, Hispaniam peragravit, & tamen inter tot gentium conversiones fatetur, de seipso: (*Act. 20.*) *quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, ministraverunt manus istæ.* Quis sanctior Apostolis Joanne, Jacobo, Petro, Andrea? & tamen a Christo Domino nonnunquam ad naviculas, & retia sua sublegati, jussique sunt Apostolico Collegio de vitæ necessariis piscatu providere. (*Jo. 21.*) Quis sanctior Evangelista Luca? Paulo Apostolo in suis peregrinationibus comes ivit, & tamen, cum tempus vacabat, pictoriam exercuit: Imago Christi Domini, & sacra effigies Mariæ Majoris Romæ, Imago Beatissimæ Virginis Ratisbonæ, quam Imperator Henricus illuc detulit, artificis sunt sancti Lucæ in hodiernam diem multis prodigiis coruscantia. Quis sanctior antiquis illis Anachoretis, qui olim Ægyptum, ac Thebaidem illustrarunt? & tamen Antonius sportis texendis, Serapion agri culturæ, Stephanus funibus ducendis, Ulmarus lignis findendis, Pachomius horto colendo, aliisque laboribus vacabant.

Cur Christus manum aridam sanaverit.

4. Nunc satis perspicuum esse videtur, cur mundi Redemptor homini illi, quem in auditu Synagogæ invenit, confestim manum aridam sanaverit: alia prodigia rogatus fecit, uti notissimum est in cæco secus viam, in muliere Samaritana, in centurione, aliisque. Huic autem absque præviis precibus præcepit: *Extende manum tuam* (*Marc. 3.*) cur ita? Sanctus Athanasius (*hom. de semente.*) rationem assignat, in persona Christi hunc in modum locutus: *Surge, neque per accessionem manus aridæ mendica: sed illam recuperans sanam, jam dein cepe operare.* O utinam hodie dum Divinus Medicus circuiret per vicos, urbes, & provincias, inveniret quotidie manus aridas ejusmodi innumeras: Inveniret in foris publicis garrulos blateronos, qui pluribus horis una confabulantes, superiores, æquales, & inferiores detractoria dicacitate proscindunt. Inveniret in cubiculis, qui dudum lucis orto sidere diebus festivis inter plumas ibernunt, & neglecto sacro Præcone sero primum meridie lenti, tardique ad Sacrum repunt. Inveniret in tabernis cerevisiariis compotatores, qui decumanis ingurgitationibus totam diem consumunt, ac fanitatem destruunt: Inveniret in mensis lusoriis aleatores, qui patrimonia uxorum, filiorumque lusu decoquunt. Inveniret in viis mendicos robustos, & vegetos, qui fodere valentes, mendicare non erubescunt, aliisque vere indigentibus stipem suffurantur. Inveniret enthusiastas tam viros, quam mulieres, qui toto anni tempore peregrinantur, a templis ad templa circumcursitant, & ut a mundo pro devotulis habeantur, rosaria, cingula, marinas cochleas pileo, & palliolo adnectunt; de cetero autem pessimi otiatores laborem cane pejus & angue nauseant. Inveniret in domibus Patresfamilias, qui alendæ familiæ curam non gerunt, liberos ad opificium, & laborem assuefacere a teneris negligunt, adeoque in culpa sunt, quod hi suo tempore ex honestæ sustentationis defectu per furta, & illicitas artes victum quærere cogantur: Hos, inquam, aliosque hujus farinæ homines plurimos inveniret, nonne & merito objurgaret: *quid statis hic tota die, otiosi*, desidioli, mundo, cæloque exoli?

5. His non obstantibus, inertes ejusmodi, & desides homunculi, cum rerum penuria premuntur, conqueri audent de aliorum immisericordia: ferrei sunt hominum animi, inquiunt: nemo sublevat pauperes: &c. Quid ais, *pauperes*? debuisses dicere: *desides*. Commiseratione di-

dignus non est, quem non infortunium, aut debilitas corporis, sed sua inertia inopem faciat; & quamvis certum sit, quod misericordia, si indigno exhibeatur, mercedem non careat apud Deum: tamen e contrario arbitror, si indigno denegetur, culpa vacare damnatus est Epulo, quia Lazaro non subvenit: quod si non ulceratus, sed desidiosus fuisset Lazarus, puto, non ideo damnandum fuisse Epulonem. Tibi igitur, mi piger, tibi imputa, si inopia affligeris; efatum enim est sancti Pauli: (2. *Thessal.* 3.) *qui non vult operari, nec manducet.*

§. II. Damna maxima anima sent otium.

6. At enim nolica haec sunt detrimenta, quae corpus concernunt, graviora sunt, quae ex otio redundant in animam; vix enim scelus est cujus otium fomentum esse non possit. Sicut enim ex materie putri nascuntur vermes, aliaque insecta; ita ex animo desidioso mille vitia propullulant. Id quod vel ipsi Gentiles ex lumine naturae agnoscentes extreme detestati sunt. Etiam ac otiosus Themistocles dicere solebat, utilem se desiderium esse vivi hominis sepulturam; vix enim eadem vere melior est otiosus, cujus potentia, ac sensus omnes sunt inutiles. Romanus Cato, dum censoris munere fungebatur, neminem in civium numerum recepit, nisi prius eius manus palpasset; quas si lenes, ac molles deprehendit, rejiciebat hominem tanquam otiosum, & Reipublicae perniciosum; si vero manus duras sentiebat, velut laboribus assuetum, civitate dignum judicabat. De Philippo Athenienium Tyranno fertur, cum in regni sui auspicio omnes pauperes convocasse, huic boyes ad colendum terram, alteri triticum ad seminandum, isti pecuniam ad negotiandum tradidisse, ne otium, quod omnium malorum otiosiam nosebat, in regno suo locum obtineret. Verum quid otii damna alienis ethnicorum exemplis deferibo? dicimus venenosam radicem demonstrare ex Scriptura, & hac super re Davidem (1. *Reg.* 22.) consultamus: quondam fortissimus Rex, *tempore, quo solent Reges ad bella procedere*, domi otiosus sterebat: quid evenit? otium illi plus hostilibus langoris noculit: cadit enim, concupivit, & turpissime deperiit Bersabaam. Audi, quid sanctus Bonaventura: (*in Opusc.*) *Quia eo tempore, quo solent Reges ad bella procedere, David otiosus remansit, ideo octulorum habuit gratiae adulterium committendi.* Vah pessimos effectus desidiae! Edic, mi homo otiose, cur spureus luxuriae ignes in animo exardescere sentes, cur ad lasciviem, ad gulam, ad vindictam, ad furta, ad rapinas, ad rerum Divinarum fastidium plus solito animum impelli advertis? otium, & desidia tua in causa est. Cetera enim vitia, tetia, & cades sunt diaboli; laborare saltem debet diabolus, ut his animam capiat: sed otium *patrimonium est diaboli*, eo molliter requiescere, & tamen hominem in quovis scelera praecipitare agere potest.

Otium aperit damnis portas animae.

7. Immundus spiritus e domicilio suo expulsus, non admodum aegre tulit expulsionem, sed magna cum confidentia dictabunde dixit: (*Matth.* 12.) *Revertar in domum meam.* Tranc redire cogitat? omnino; quis vecturo aperiet portas domus? Respondet Doctissimus Palatius: (*in Matth.* 12.) *otium enim aperit portas hosti intrare cupienti.* Audisti incas homuncule? quid prodest, si per sacram exomologesin infernalem incolam e cordis adibus ejicias, & delineas vetere otio torpescas? recubis ille: otium aperiet illi portam visus; quia homo otiosus in compitis, in theatris, in tabernis vitiatis, & in ipsis adeo Ecclesiis, quid se videt, quae non licet concupiscere? otium aperiet illi portam auditus; quia homo otiosus ad fallendum tempus lascivas, detractorias confabulationes avide auscultat: otium aperiet illi portam gustus; quia domi homo otiosus interi cyathos, & pocula esse ingurgitat, contra Deum, contra proximum nostros quoque sermones effundit, &c. Hinc infiam adagii notissimum est, quod hominem laboriosissimum decem daemones, otiosum autem centum superare possit. Accedit, quod homo otiosus non solum sibi ipsi, sed etiam aliis nocentissimus sit; neminem non molestat, & cum honestae occupationis fastidio teneatur, aliorum actiones, orationes, ac labores interturbat. Hinc sanctus Franciscus Seraphicus (*Rithalentra in Vit. S. Franc. 4. Oct.*) fratrem otiosum foetidus est compellare *muscam*, insinuans, quod sicut musca non solum negligit pro se utiliter laborare, sed etiam aliorum labores sobet sedare, ita similiter otiosus & sibi inutilis, & aliis molestus sit.

8. Verum demus etiam, hac anima pericula, hac vitia abesse omnia: certe, si desint cetera, vel ipsum otium sit vitio est: qui enim ardes panem tuum in desidia inundare, quo alii in sudore vultus sui vescuntur? qua conscientia alienos tu labores abimis? quo fiducia Deo judici inertem tuam vitae rationem? Fures, raptores, alieni laboris decoctores: Percipe, quid hujus in rem Gotthelius (*serm. 7. part. estival.*) commemorat: Mendicus quidam vegetus, & robustus contra repetita piorum monita otio vacabat: contigit olim, ut pre languore obdormiscret: & ecce, huic quidam Vir depromptum ex sacco mendici panis fiustum supra pectus dormientis collocavit. Ille in somno sibi desse, ululare, ingemiscere excitatus: quaesitumque est, quid in tormiorum passus sit: Videbar mihi, ajebat, magnum montem pectori meo incumbere, & me ad infernum usque deprimi. Rem, ut erat, edoctus: agnovit panem suum hunc montem fuisse, sibique usque ad damnationis periculum nocivam esse tam otiosam mendicitatem. O quis cum aliquando in hora ultima mortis somnus te invadet, heu! quantum conscientiam tuam premet, & opprimet panis, quem otiose comedisti, & aliis abstulisti! &c. &c.

9. *Epi-*

9. *Epilogus.* Ergo *quid stamus hic tota die otiosi?* agite, laborandum est, sudandum est, haec est destinatio nostra. Proinde miles gladium, scriba calamum, studiosus librum, fartor acum, sutor subulam, scriniarius dolabrum, rusticus aratrum solerter exerceat, praecipue autem Pater-familias ceteris exemplo praeeat, liberos a teneris ad honestam opificii, aut laboris exercitationem assuefaciat, & videbitis a corporibus inopiam, ab animis vitia abesse, mores corrigi, virtutes implantari, & scelera eliminari. &c. &c.

Dominica Septuagesimae.

CONCEPTUS II.

Quomodo horae, ac dies, in otio, & salutis incuria transacti, per sancta opera compensari debeant.

Cum venissent, qui hora undecima venerant, acceperunt singulos denarios. Matth. 20.

EXORDIUM.

Merces aequalis non fuit contra justitiam.

1. PLenus sum admiratione: & si fas mihi foret, enysterioriora arcana curiose scrutari, vellem utique scitari, an hodiernus Pater-familias postulari non posiit alicujus injustitiae: quare? quia operarios labore dissimiles mercede habuit pares: illi miseri, qui summo mane advenerant, tulerunt pondus, & aestum diei, in sudore, & lassitudine vires exhauserant; hi ultimi autem in foro, & compitis dimidia die otiosi stertebant, & demum ob horarium laborem tantundem mercedis receperunt, quantum illi ob diurnum. An hoc aequitati consonum? Crescit admirationis materies, cum remoto cortice nucleum parabolae exenteto: Nonne enim per denarium intelligitur aeternae beatitudinis praemium? Ita est, respondet Augustinus (*serm. 59. de Verb. Dom.*) *Denarius diurnus vita aeterna est.* Nonne per diversas diei horas denotantur diversae hominis aetates? Ita est, respondet Doctor Angelicus: (*cap. Matth. 20.*) *Mane in rerum puritia est: hora tertia adolescentia intelligi potest: nona autem senectus intelligitur: undecima ora aetas, quae decrepita vocatur.* Bone Deus! cur ergo multoties contingit, quod miseri peccatores, qui pleraque vitae suae dies in otio, & desidia, in vanitatibus, & nugis saeculi transegerunt, nonnunquam hora primum undecima converti, ob unicam generosam sui victoriam, ob unicam eleemosynam, aliamve meritoriam actionem palmam aequalem sortiantur, aut omnino praripiant iis, qui primo mane, & sub ipso pueritiae primordio in claustris, in eremis, in vitae austeritate se Dei obsequio manciparunt &c. Christiani Auditores! aniquiescite, & humili silentio digitum ori imponite. Iste paterfamilias Deus est: Dominus est, & plenitudine potestatis agit. Ait ipse: *An non licet mihi, quod volo facere?* (*Matth.* 20.) Praeterea omnis suspicio injustitiae absit, quia operarii in labore neutiquam fuere inaequales. Vultis, ut id explicem?

Qua sit via compendiosa ad sanctitatem.

2. *Propositio.* Explicabo: Interim concionis praegustum his paucis habete: Mei Christiani, qui horam matutinam, tertiam, & nonam, id est, pueritiam, adolescentiam, & virilem aetatem in desidia, in salutis incuria, in vanitatibus vanitatum, in nugis nugarum otiose perdidistis, summopere necessarium est, ut tanto nunc majore fervore, vitaeque sanctimonia miserabilem jacturam compensetis. Auscultate, docebo vos viam compendiosam sanctitatis: utut hora undecima vobis sit, denarium tamen gloriae non minus, ac alii mereri potestis. Pavete.

Labor extensive & intensive potest considerari.

3. *Explicatio.* Dupliciter considerari potest labor, secundum diuturnitatem, & secundum sedulitatem, seu, ut quasi cum scholis loquar, secundum *extensionem*, & secundum *intensionem*. Quamvis ergo primi vacarint labori diutius, novissimi tamen vacarunt intensius: ita Cornelius a Lapide (*in Matth.* 20.) cujus verba sunt: *Licet hi, qui hora prima venerunt, diutius laborarint, illi tamen, quindecima venerant, majori gratia, diligentia, fervoreque laborarunt*, & consequenter horum brevissimus labor non minus erat aestimabilis, utpote intensior, quam illorum diuturnus, utpote remissior; pares igitur fuerunt in labore, pares merito esse debuerunt in mercede. Quid exinde ad rem nostram cruo? idipsum, quod S. Chrysostomus (*hom. 65. op. S. Thom. loc. cit.*) his verbis innuit: *Compositio est haec parabola, ut eos avidiores faceret, qui in ultima senectute convertuntur, ne existimarent se minus aliquid habituros.* Quid autem ad hoc factis opus est, ut hanc eamdem mercedem consequantur? nimirum, ut jacturam, quam per extensionem laboris non adquisiverunt, per intensionem compensent.

Tempus male perditum redimi potest: Duplicanda sunt opera bona.

4. *Confirmatio.* Sanctus gentium Apostolus, scribens ad Ephesios, non tantum rem difficilem, sed ut prima fronte apparet, omnino impossibilem eis persuadere conatur, dum ait: (*Ephes.* 5.) *Videte fratres, quomodo cauta ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.* Ubi phrasis illa *redimentes tempus*, plane exotica, & de re impossibili esse videtur: quid enim? an non *fugit irreparabile tempus?* (*Virg. 1. Georg.*) profecto facilius fugittam in medio lapsu, facilius torrentem in medio cursu retardaveris; quam unicum

mentum temporis revocaris. Verum est vestis scissa refarciri, domus collapsa readificari, exercitus fusus novis copiis restaurari, civitas perdita recuperari, lis abjudicata per appellationem evinci potest: at tempus perditum revocari non potest. Quia ratione ergo Apostolus hortatur Ephesios, ut tempus redimerent? &c. Angelicus Doctor (*S. Th. in Ep. ad Ephes. c. 5.*) explicat difficultatem: *Contingit quandoque, quod aliquis per magnum tempus vitæ vixit in peccato, & hoc est tempus perditum. Sed quomodo redimet? respondeo: dicendum est, quod tanto magis debent vacare operibus bonis, quanto prius inhiavit malis.* Audis, mi Christiane? ut damnum temporis otiose perditi refarcias, geminanda sunt sancta virtutum opera: itaque si antea Sacrum diebus præceptis neglexisti, nunc diebus etiam non præceptis cumduplicato audienda sunt. Si antea jejunii legem non observasti, nunc voluntariæ abstinentiæ frequentandæ sunt. Si antea pauperes immisericorditer renuisti esse subsidio abire jussisti, nunc liberiori manu nummi in egenos erogandi sunt. Si antea horas potando, fcortando, lasciviendo perdidisti, nunc pœnitendo, flendo, gemendo, error compensandus est. Si antea mundanis vanitatibus, lusu, choreis, impudicis amoribus terivisti, nunc tanto modestius, tanto generosius, tanto continentius Deo serviendum est.

Ex magna cum sedulitate præagenda: unum opus bonum bene paratum plus placet Deo quam plura alia luride peracta.

5. Quamquam non vellem hic, ut in sola frequentatione horum, quos dico, actuum rem omnem compositam esse arbitreris; illud contendo, ut hac, aliaque virtutum exercitia magna cum sedulitate, & animi conatu obeas: indubitatum enim est, quod unica virtuosa actio, rite diligenter, devote, zelose, generoseque peracta, in conspectu Dei æquivaleat plurimis luride, ac perfunctorie deproperatis. Da geminos homines, quorum primus unico mense tribus vicibus Sacramentum Confessionis, alter autem unica vice peragit. Primus, vix e sacro tribunali elapsus, toties quoties ad pristina divortia, ad familiaritates periculosas convocat, in conversatione immodestus, in risu immoderatus, in moribus incompositus apparet: Econtra alter post Sacramentum miram mutationem spirat, oculos ab objectis antea familiaribus cohibet, in loquela cautus, in incessu gravis, in conversatione pudicus, verbo totus alius e sepulo est: cordate asservero, quod hujus ultimi Confessio unica plus placeat Deo, quam trinæ illius; quia ex fructu, & effectu satis elaruerit, quod illam præ altero majore animi conatu, intensiore contritione, ac firmiore cum proposito obierit, &c. Consulamus Scripturam.

6. E sacris litteris notum est, quod Jonas Prophera a Domino Deo in urbem Ninivitarum ablegatus, Divino præcepto refractarius navi abierit in Tharis: sed ecce, coorta tempestate, a nautis ejectus, a grandi cete deglutitus, & denuo in litus evomitur, agnovit Dei ferientis manum, & in Ninivem festinabundus abiit, Divina mandata executurus. Hanc historiam dum sacer Textus recenset, inter alia addit: *Ninive erat civitas magna itinere trium dierum, & cœpit Jonas introire civitatem itinere diei unius.* (*Jonæ 3.*) Hæc verba haud modicam in me excitant admirationem: quasi enim, quid opus erit tam magnitudinem urbis Ninivæ, tam dies, quos in ea percurrendo Jonas insumpserat, indicare? respondet S. Hieronymus: Opus erat ad describendam Jonæ pœnitentiam: quid ita? tali modo nobis innotescit, quod moram illam, qua præceptum Domini prævaricatus fuerat, incredibili celeritate compensarit, dum nempe urbem triduani itineris una quasi die pervolavit. Audiamus verba S. Doctoris: (*in Jonæ c. 3.*) *Ille præcepti, & superioris naufragii memor, viam trium dierum unius diei festinatione complevit.* Videtis Auditores? Jonas obsequii tarditatem promptitudine compensat. Quod Jonas fecit, hoc & nobis faciendum est: si fugimus a facie Domini, si mandatis ejus non obtemperavimus, si per peccatum animæ naufragium fecimus, nunc insigni animi contentione, nisuque tantum una die virtutis, & meriti colligamus, quantum alias tribus diebus vix fuissemus collecturi. Ita redimemus tempus deperditum, ita una hora tandundem præmii merebimur, quantum alii tota die; ita novissimi fieri possunt primi.

Ex una plo actione sæpe dependet sanctitas & salus.

7. Plus dico: hæc ipsa antecactæ vitæ compensatio, & futuræ sanctitas, immo & ipsa salus nonnunquam dependere potest ab unica generosa actione: contingere enim potest, ut unicus actus, exempli caussa una magnanima sui ipsius victoria plus Deo placeat, quam mille alia virtutum opera. Nunquam advertistis differentiam inter sculptorem, & arrisorem? in objecto non differunt; uterque enim pro scopo habet artificiosam statuam: differunt autem in modo illam efformandi: Statuarius scalpro, & mille malleorum ictibus innumerabilia fragmenta refecat, & sic lente artificium perficit: arrisor autem velut in momento, infuso in modulum metallo, illud coudat. Eodem fere modo se res habet in præsenti: nonnulli hominum salutem suam a teneris per mille actus, per patientias, per injuriarum condonationes, per orationes, per contemplationes, per carnis macerationes aliaque virtutum exercitia lente elaborant; econtra alius nonnunquam unius heroicus actus quasi in momento ad eamdem sanctitatem extollit. &c.

8. O Utinam tempus mihi suppeteret, hanc veritatem exemplificandi e Scripturis: Exemplo possem adducere Magdalenam: illa impudens peccatrix, totiusque civitatis scandalum, unde meruit audire felicissimum illud (*Luc. 7.*) *Remittuntur tibi peccata?* ex eo, quod spreto hominum respectu, elusis Judæorum ludibriis, & non obstante, qua vigebat nobilitate, in domum Simonis irrupit, ac flens, ingemiscens ad pedes Christi se abjecit. Exemplo possem adducere Zachæum: ille Princeps publicanorum, unde audire meruit: *Salus huic domui?* (*Luc. 19.*) ex eo, quod amore Christi Domini corrulas opes, quibus inordinate adhærerat, in pauperes, & defraudatos profudit. Exemplo possem adducere latronem in cruce; ille perversis humani sanguinis helluo, unde audire meruit illud (*Luc. 23.*) *Hodie mecum eris in paradiso?* ex eo, quod Domini Divinitatem inter extremam derelictionem, inter populi illudentis blasphemias, inter Scribarum, ac Pharisæorum contemptus generose fuerit confessus. Exemplo possem adducere Paulum persecutorem (*Act. 9.*). Sed abrumpo: His omnes & plures alii anteriorem vitæ delictis quasi in momento compensarunt, & salutem, pro qua momento sibi stabilierunt.

9. Unice mihi fas sit in medium proferre id, quod Florimundus Ramundus (*de orig. hær. l. 4. c. 13.*) de Lutheranæ factionis ministro recenset: hic anno post reparatum salutem 1575. non devotionis, sed curiositatis instinctu Romam profectus est, Romanam illam Babylonem, & annum confusionis (ita sanctam urbem, & Jubilæum appellizabat) visurus: ubi populi ad sacra Apostolorum limina confluentis Religionem, sanctasque Basilicas lustravit, & in summa aede Principis Apostolorum ritus, ac cæremonias, quas Pontifex medius inter Cardinales, Prælatos, ac Legatos suavum cum magnificentia obibat, contemplatus est, subito cælesti radio illustratus, veritati agnitæ victas manus dedit, & ad Summi Antistitis pedes inter confertissimum populi turbam cum millenis lacrimis, ac singultibus se abjecit, fassusque est publice, se a multis annis Sathanæ ministrum ad meliora aspirare. Pontifex bono animo esse jussit, Cardinalibus fastiendum dedit. Quid evenit? postquam principis fidei imbutus, ab hæresi absolutus, & cumardentissimo animi æstu Sacra Eucharistia refectus fuit, in morbum incidit, & in Xenodochium S. Spiritus delatus, post triduum animam Deo reddidit, unice se gaudere dictitans, quod post diuturnas hæresis tenebras in luce veræ fidei obire mereretur. Ejus audita morte, Pontifex oculis in cælum sublatus, in hac verba Apostoli prorupit: *O altitudo divitiarum! quam multi miseri peccatores vel in desertum, vel in Monasterium se conferunt, ut peccata sua diuturna vitæ austeritate eluant, & sic tantus peccator tribus dumtaxat diebus tuos animi contritione paradisum, & misericordiam consecutus est.*

10. *Epilogus.* Christiane homo! his auditis, quis tibi sensus? en miser hic peccator intra triduum compensavit, quod tota vita neglexit: & quando tu compensare incipies delicta tua? transiit mane, transiit hora tertia, & nona, instat undecima, & necdum serio incipies? Methodus tibi deesse non potest, modo voluntas tibi non desit. Nonne extremo odio averseris hunc inimicum tuum? vince teipsum, in gratiam cum illo redi, forsan hæc una tui victoria plus mille aliis operibus Deo placet. Nonne prurit tibi animus ad hanc, vel illam recreationem? vince teipsum, & tempus illud orationi impende. &c. Hæ & similes tui ipsius victoriæ aliis operibus sicut aurum plumbo prævalent, & sæpe faciunt, ut novissimi primi fiant. Amen.

Dominica Septuagesimæ.

CONCEPTUS III.

Gravitas peccati Mortalis demonstratur ex eo, quia repugnat fini creationis humanæ.

Quid statis hic tota die otiosi? Matth. 20.

EXORDIUM.

Finis hominis est Deo servire, & salvari: huic fini contravenit peccator.

1. Gentiles Philosophi, quorum intellectus non sublimiori, quam mere naturali scientia erat imbutus, diversimodis erroribus circa finem hominis alluchabantur. Fuere, qui cum Aristotele sentiebant (*Beierlink in Theatr. V. Beatitudo.*) ideo hominem in hoc mundo degere, ut rerum amabilissimarum, & nobilissimarum contemplatione se detineret: Antisthenes constituebat finem hominis in alacritate animi: Hecathius in divitiis, & rerum visibilium affluxu: Timon in tranquillitate: Simonides in sanitate: Epicurus denique omnium absurdissime in voluptatibus corporis. Adroque siquis ex gentilibus his sciolis interrogasset, ad quid vivis in mundo? Respondissent unus, ut variis scientiis intellectum excolam; alius dixisset, ium in mundo, ut divitias congeram; alius, ut tranquilla animi pace, & corporis valetudine fruar; alius, ut edem, bibam, ludam, & carnis commodis amplectar. Avertat Deus, ut quisquam sit ex Christianis, qui cum his nugivendulis nim erasse delirer! docet enim sancta Fides, longe altiorem esse finem, ad quem conditus est homo; quis est ille finis? Dilectissimi, imaginamini vobis, hodiernam Vineam esse salvificam Dei Ecclesiam, in hanc vocat cælestis Pater-familias mane, meridie, & circa horam undecimam, id est, vocat ad suum servitium omnis ætatis, ac conditionis homines, & pro labore præstito appromittit illis æternæ beatitudinis denarium. Scitis autem, quisnam ex Christianis longe turpius, quam memorati Gentiles ab hoc fine nobilissimo recedat? Nemo alius, quam miseri peccatores: his plane in faciem exprobrari potest illud (*Matth. 20.*): *quid statis hic tota die otiosi?* sicut enim quælibet res, quæ ad finem suum non conducit, inutilis est, uti culter ineptus ad scindendum, ager ineptus ad fructificandum, equus ineptus ad equitandum; ita

homo in peccatis vicitans, ad servitium Dei nihil conducens, & æternalibus bonis non inhians, otiosum ens, & inutile terræ pondus est, &c.

2. *Propositio.* Christianæ animæ! consilium cepi his antecineralibus, & etiam quadragesimalibus Dominicis describendi gravitatem peccati, ut discamus exitiale hoc malum extremo odio fugere, & aversari. Proinde initium hodie facturus, explicabo indignitatem peccati ex eo, quia directe repugnat fini, ac ordinationi, ad quam creatus est homo. Alloquar peccatores: *Quid statis hic tota die otiosi?* quia non est otiosius pecus sub sole, quam peccator. Favete.

3. *Divisio.* Duo sunt, si recte notabis, quæ sublimissimus creationis nostræ finis in se complectitur; primum est, ut homo in hac vita Domino Deo serviat; alterum, ut in altera vita æternam mercedem recipiat: Utrumque hunc scopum clarissimis verbis indicat S. Ignatius Loyola in aureo suo exercitiorum spiritualium libello, inquiens: Creatus est homo, ut Domino Deo serviat, & denique salvus fiat. Utrique huic ordinationi turpissime contrariatur peccator; quia in hac vita servituti Dei, in altera vita æternæ gloriæ præmio frivole renuntiat. Dilucidemus unum post alterum.

§. I. *Quia in hac vita nec servit Deo.*

4. *Confirmatio.* Ex lumine naturæ notissima res est, quod ex creatis omnibus, quotquot in orbe existunt; nulla sit creata propter seipsam: omnes, nulla excepta, ad alium finem pulcherrima subordinatione referuntur: consideremus e vilissimis unam: vidimus his diebus frequentes nebulas, ac vapores: ad quid hæc nebula? ut solis adminiculo in altum evecta, in salutares pluvias resolvatur: ad quid pluvia? ut terram irriget, & fecundet. Ad quid irrigatio, & fecunditatio? ut generentur herbæ, ac gramina. Ad quid herbæ, ac gramina? ut nutriantur oves, boves, & omnis generis pecora. Ad quid pecora? ut homini ad laborem, ad vestimentum, ad nutrimentum serviant. Parem in modum discurrendum est de quibuslibet aliis creaturis, de quibus universim notandum est, quod productæ sint in utilitatem, & obsequium hominis: sol, ut illi luceat ad opera diurna: luna, ut nocturnas tenebras foleat: stellæ, ut suis influxibus terræ fertilitatem promoveant: aqua ut siti restinguendæ, fruges, ut fami depellendæ conducant. Atque ideo videmus quod ex creatis omnibus nullum adquiescat, nisi fine suo obtento: saxum in æternum non hærebit suspensum in aere; quia in centro terræ quietem suam, ac scopum invenit: avicula caveæ inclusa, quantumcumque deliciose nutriatur, exire desiderat; quia ad libertatem nata est: fluvius, in suo cursu sustinaminatus, ut sibi viam sternit, quia ad mare tendit. Supersedeo plura hujusmodi exempla in medium proferre, & jam interrogo, ad quid homo natus, factusque est? Nempe ad hoc, ut Domino Deo serviat, id quod fit per fugam peccati, per actus Religionis, fidei, spei, & utriusque caritatis: hanc in finem omnes creaturæ illi serviunt, ut ille Deo serviat.

5. Hanc autem pulcherrimam ordinationem temerario ausu evertit peccator, & cum alia omnia ad finem suum tendant, ille sibi ipsi suus finis, ac scopus esse desiderat. Vultis, ut explicem? Habet hoc Dominus Deus singulariter sibi proprium, ut ab omnibus independens, nemini subjectus: & sibi ipsi in operando sua lex sit: Ideoque ipse solus id, quod vult, voluntate propria velle potest; quia voluntas ejus est omnium voluntatum Regina, & sicut est celsissima, ac suprema, ita pariter quarumvis aliarum est norma. Quid autem facit temerarius peccator? audet e Divinæ voluntatis vertice tam pulcrum diadema dirripere, ut eodem propriam coronet frontem, dicendo cum superbo Pharaone: *Nescio Dominum, & Israel non dimittam,* (*Exod.* 5.) quasi diceret, quod est illud dominium, quod imperium? non alium præter me agnosco Dominum, non aliam, quam voluntatem meam agnosco legem; ita mihi placet: *Nescio Dominum.* Et hoc dicendo omnem excutit regulam, seque Divino Legislatori anteponit: an hoc aliud est, quam sibi ipsi se Deum constituere?

6. Creator Divinus in formatione hominis edixit: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram,* quibus verbis non solum modus creationis, nec sola forma animæ rationalis exprimitur, sed & finis creationis quodammodo indicatur: per imaginem intelligunt Doctores intellectum, seu cognitionem, per similitudinem amorem, ut significetur, scopum creationis humanæ esse, ut primarias Dei operationes imitetur, quæ sunt cognoscere, & amare, sicque conditum esse hominem, ut Deum cognoscat, & cognoscendo amet. Jam fingamus Deum, postquam Adamum a nihilo extraxit, dilectis verbis ille edixisse: Ecce, mi Adam, e limo te eduxi, ut mihi servias: respondisse vero Adamum: Non serviam tibi, sed volo a jurisdictione tua prorsus esse independens, & mihi ipsi sufficiens: an posset impudentius, & inferno dignius flagitium excogitari? quod autem de primo homine fingere libet, hoc de homine peccatore tanquam veritatem asserere licet: quamprimum enim in peccatum consentit, ipso facto quasi Dei jugum excutit, scriptum sibi finem suum, ac legislatorem constituit, id quod patheticis verbis declarans Prophetа ait: (*Jerem.* 2. v. 20.) *Confregisti jugum, rupisti vincula mea, dixisti: non serviam.* Quæso, mei Christiani, si famulus stabularius tam inurbane obloqueretur suo rustico, a quo solarium recipit, nonne merito vapularet? & hoc ausit creatura ad Creatorem, a quo omne esse suum, & sui esse conservationem recipit?

§. II. *Nec*

§. II. *Nec in altera salvari desiderat.*

7. Alterum punctum, quod in se complectitur finis creationis humanæ, explicatur his verbis: *Et denique salvus fiat.* Hic est noster terminus, ad quem post miseram hanc vitam tendimus: hæc vita mortalis vera est peregrinatio, *dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino,* ait Apostolus (2. *Cor.* 5.), terminus autem hujus peregrinationis est æterna beatitudo, dicente S. Cypriano: (*Ser. de Mortal.*) *Patriam vestram quando cupimus computamus.* O felix Patria; tu post hunc cursum fluvium es, tu post diurnum laborem es denarius: quid facit autem infelix peccator? Pompilius, dum exercitium contra Dotitium in Africam ducebat, haud procul a Carthagine thesaurum auri, & argenti invenit (*Beterlinck in Theatr. V. Thesaur.*). Milites majorem latere putantes, frustra Pompilio professionem urgente, fariis, lanceis, ac bipennibus certatim terram eruere coeperunt. Verum post dies aliquot lassi, ac fatigati, dum se vana ipse illusos viderunt, ultro ad castra redierunt. Hæc eadem peccatoris dementia est, qui totus quantus in terrena demersus, facile cæli oblivisciture. Videt fortasse Alexandrum magnum e bello retulisse pugnum vanæ gloriæ, videt alium ex negotiatione retulisse lucellum, alium ex quiete vitam longiorem, & mox eadem se perare, ac æternæ felicitatis scopo valediceresse audet. Verum sua spe miserе deceptus, & præsentia perdit, & futura non adquirit: hinc miserabundus exclamat Aug. (*l. 1. Conf. c. 1.*) *Va animæ audaci, quæ speravit se a te recessisse, & aliquid melius habituram.* Sed ulter.

8. At illam interminabilem cælestis patriæ gloriam, quæ finis noster est, homo adquirit jus per gratiam, & ideo dicit Apostolus (2. *Tim.* 4.): *Deposita est mihi corona justitiæ, quam reddit mihi Dominus.* Notate: vocat coronam justitiæ; quamquam enim promissio gloriæ sit gratuita, suppositis tamen promissionis est debita, ut loquitur Bernardus (*tr. de grat. & lib. arbitr.*): *Promissum ex misericordia, sed ex justitia persolvendum.* Atque hoc jure peccator se abdicat eo momento, quo in peccatum consentit, nec alia de causa abdicat, quam ut modico lucello, aut bestiali voluptatula frueretur: pro quanta hæc est imprudentia! quanta indigniras! Imaginare tibi, O peccator! ex una parte visibilem adstare Jesum Dei Filium, una cum sanctissima sua Matre, totaque cælesti curia, quæ te ad æternæ beatitudinis consortium amice invitat. Ex altera parte apparere infernalem inimicum, qui tibi offert injustum lucrum, vanum honorem, aut purcan, quam affectas, voluptatulam. Præcipit tibi Christus Dominus, ut ab his omnibus abstineas, & in præmium abstinentiæ promittit opes æternas. Quid agis, O anima? si dæmoni illicienti consentis, si contra Dei præceptum delinquis, revera id agis, ac si Deo Creatori tuo, totique cælesti curiæ hanc exprobrationem in faciem oggereres, dicendo: Audi, Divine rerum omnium Conditor, scio quidem, accredo, quod sis infinitum bonum finisque meus ultimus sis,

nihilominus jam tibi vale denuntio, ut mea voluntate, ac voluntate fruar. Abrenuntio cælestis patriæ hereditati, nec desidero amplius filiorum tuorum numero accenseri. Scio quidem, quod pro me natus, passus, ac in cruce mortuus sis, hoc tamen non obstante, relinquo vexillum, subquo olim Sacramentum dixi: non affecto tuum sanguinem, tuam passionem, tuam mortem; quia moderatam voluptatulam his omnibus præhibeo: tu O Divine Spiritus! recede e corde meo, habe tibi tuas gratias, ac virtutum habitus, quos omnes pro momentanea hac delectatiuncula habens, volentique amitto. Tu, O Celorum Regina! scito, te posthac non amplius meam Matrem, nec me tuum esse filium, & quamquam probe calleam, me tuo consortio æternum cariturum, parum tamen curo hanc jacturam, si modo meæ voluntatis mihi esse liceat. Vos Angeli date alteri vestrum præsidium, vos Electi scribite alium in vestro catalogo, ego jam ad partes diaboli transiens malo damnatorum, quam vester esse consortalis. Et licet certus sim, quod electionem æterna permutudine sim defleturus, rideo tamen ad ista, modo nunc meo appetitui satisfacere queam, &c. O Christiana anima! quæ portenta audis? potestne tam decuana exprobratio locum habere in ipso damone, ne dicam in homine? Ita, ita est; mi peccator, hæc insultatio, hic abominabilis contemptus apud te locum habet: tu tam probrose abrenuntias Deo, quamprimum in lethale delictum consentis, & quamvis non quidem ore hæc profiras, tamen ipso opere ista omnia profiteris. En quam imprudenter agat anima, *quæ non est recordata finis sui.* (*Thren.* 1.)

9. *Epilogus.* Agnoscis igitur imprudentiam, & peccatum, quod usque adeo fini nostro ultimo contrariatur, ut reconciliabili odio execrare. Die cum Augustino ad Deum, scopum, ac terminum tuum: *Spes mea ubi es, & quo recessisti?* quæso te, ne fugias, mi Deus, dum te quæro: Permutationem instituere cogito, totum me do tibi ut tu totum te des mihi: conclusum est semel pro semper cum Aug. (*lib. 1. Conf. c. 1.*): *Deduc me hodie ad te, inquietum est cor meum, donec requiescat in te.* Amen.

Dominica Sexagesimæ.

CONCEPTUS I.

De efficacia Verbi Divini, & cur illud apud multos nullum fructum ferat.

Aliud cecidit secus viam, aliud cecidit supra petram, aliud cecidit inter spinas, aliud cecidit in terram bonam. &c. Luc. 8.

EXORDIUM.

Verbum Dei est medicina animarum: semen fructificat juxta diversitatem terræ.

1. QUemadmodum Divina rerum omnium creatrix Providentia ad persanandas corpora

pora varia morborum antidota conſtruxit in lapidibus, & herbis: ita ad ſanandas animarum infirmitates ut plurimum virtutum poſuit in verbis: loquor de Verbo Divino, quod Origenes (*hom. 1. in Pſ. 37.*) vocat animarum medicinam: de Verbo Divino, quod S. Hieronym. (*in Prov. 31.*) nuncupat ſcutum contra hoſtes Chriſtianæ fidei fortiſſimum. De Verbo Divino, quod S. Chryſoſt. (*hom. 20. op. imp.*): dicit eſſe fecundas pluvias, quibus humana corda ad uberes virtutem fructus ſerendos irrorantur. De Verbo Divino, quod S. Auguſt. (*in Pſ. 7.*) nuncupat cibum fortium, & lac puſillorum. De Verbo denique Divino, quod merito comparari poteſt herbæ illi Borith, quæ teſte Jeremia contra omnia morborum genera præſentiſſimum eſt alexipharmacum &c. At enim hic anceps hæreo: ſi Verbum Dei tantam in ſe complectitur virtutem, & efficaciam, cur vix ad cœleſtem Solymam vacui, & inanes, econtra orci ſemita refertæ adeo, ac populoſæ ſunt? cur plenis furiis bacchantur in orbe ſcelera? unde tot ſcandala, tot laſciviæ, tot invidiæ, & vindictæ ſtudia? cur deficit inter conjuges fidelitas, inter Virgines pudor, inter juvenes timor, inter pueros reverentia? cur nulla apud pauperes humilitas, nulla apud divites caritas, nulla in ſenibus prudentia, nulla apud opifices fidelitas, nulla apud mercatores veritas? cur vitium triumphat, virtus opprimitur? &c. an Verbum Dei deficit? nequaquam: rationem hujus defectus hodie aſſignat Incarnata Veritas, dum Verbum Dei ſub ſymbolo ſementis proponit: ſicut enim ſemen pro diverſitate terræ, cui inſeritur, diverſimode fructificat, ita Verbum Dei pro diverſitate cordis, cui ingeritur, aut modicum, aut nullum fructum facit.

2. *Propoſito.* Sit ergo: inſiſtamus parabolæ, & indagemus impedimenta, quæ Verbum Divinum infructuoſum reddunt. Faveto.

Verbum Dei e corde auferitur a diabolo.

3. *Confirmatio.* Quis fructum ſperet a ſemente *ſecus viam?* duplici enim periculo expoſitum eſt, & a pedibus itinerantium conculcatur, & a volucribus aeris devoratur. Et quis fructum virtutis exſpectet a Verbo Dei, quod in aure ſolum, non corde recipitur? ſicut ergo ſemen, ut a volucribus ſecurum ſit, terra cooperiri debet; ita Verbum Dei alte cordi immergi neceſſe eſt, ut infernali accipitri non pateat. &c. Infauſta erat ſors illius piſtoris, cui Joſeph condemnationem ad veſtim prædixerat, eo quod ſomniarat, panes e caniſtro, quem capiti impoſitum gerebat, a volucribus cæli ſui fuiſſe ablatos (*Gen. 40.*): & quæ alia, niſi infauſta ſors exſpectet illos, quibus diabolus Verbum Dei confeſtim e memoria eripit? quinam ſunt illi? ſunt profecto, qui ſaluberrimas voces non ea via, aut fine, quo dicuntur, aut a Deo ordinantur, excipiunt: ſunt Chriſtiani, qui ſub ipſa ſacra oratione aut ſomno, aut confabulationibus indulgent non ſine moleſtia ſacri oratoris: deceptio hæc eſt diaboli: ſunt Chriſtiani, qui canes ſuos domeſticos, aut infantes tacere necdum gnaros ſecum in templa ducunt, illi dein latratu, iſti ploratu auditorium turbant: deceptio hæc eſt diaboli. Sunt Chriſtiani, qui ſub ſacra exhortatione aut preces fundunt, aut curas domeſticas animo volvunt: deceptio hæc eſt diaboli. Sunt Chriſtiani, qui prædicatorem variis cenſuris taxant, vel nimiæ prolixitatis, vel affectatæ ſubtilitatis, vel obſcuritatis conceptuum, aut demum ex auditis vix aliud quidquam ſibi reſervant, quam crudum illud: *Fuit bona tonaclo.* Deceptio hæc eſt diaboli. Sunt Chriſtiani, qui dum pedem e templo efferunt, mox a diſcolis, & perverſis ſociis ad luſus, ad choreas, ad convivia pertrahuntur, ibi editur, luditur, bibitur, joci, & nugæ frequentantur, adeoque facile, quod ſalubriter auditum eſt, evaneſcit, ſicut preciſum balſamum effumatur, dum os ampullæ non clauditur: deceptio hæc eſt diaboli, qui ſementem Verbi Divini e corde eruit, ne raditus agat; unde differte ait Salvator: *Tollit Verbum de corde eorum, non de auribus*; novit enim optime ſtygius vertator, Verbum, quod in corde collocatur, non perinde illud, quod in auribus, animabus proficuum eſſe. &c.

§. II. *Verbum Dei apud inveteratos nihil effecit.*

4. Quis fructum exſpectet a ſemine in petram projecto? dum enim radicibus deſtituitur, brevi perit. Et quis fructum emendationis ſperet in corde ſaxeo, quod diuturna mali inveterati aſſuetudine induratum eſt? ſit nonnunquam, ut ſemen etiam e petra prodeat; ſed quoniam humor, & terra deficit, paullo poſt exarefcit: ſit nonnunquam, ut obſtinatus aliquis peccator ſub ſacra concione ingemiſcere, veritatem agnoſcere, peccatum deteſtari incipiat; ſed quoniam ex una parte vim inveteratæ conſuetudinis ſentit, ex altera difficultatem victoriæ exhoreſcit, ideo *tempore tentationis* facile *recedit*. De hujuſmodi intelligi poteſt illud: *poſuerunt cor ſuum ut adamantem*: Adamas, ait S. Hieronymus (*apud Sper. P. 98.*) adeo durus eſt, ut omnia metalla confringat, & ipſe non confringatur ab ullo. Sed illud mirandum, quod cum tantæ ſit duritiæ, perfuſus tamen ſanguine hirci confeſtim molleſcat. O quam verum de quibuſdam, qui cum indomabilis ſint cordis erga Deum, molliſſimi tamen ſunt ad voces mundi, adamantes cum Deo, molles ad quodvis ſirenum alloquium &c. Sed dubium hic ſe mihi offert: cur ergo Divina ſapientia ſemen ſuum in ſevram ſterilem conjicit, in qua perdendum illum certo præviderit? Dubium hoc reſolvit S. Chryſoſtomus (*op. Manſi hic.*): quia videlicet Deus, quantum eſt ex ſe, omnes ad æternæ ſalutis ſtatum perducere intendit: omnem terram ſeminat; *quia omnes*

omnes ex mala terra, boni per ſeminis Verbi Dei virtutem effici poſſunt. Agnoſce Dei Bonitatem, O peccator obſtinate! vult Dominus Deus per Verbum ſuum te ad frugem reducere: quodſi ſucceſſus intentioni non reſpondeat; ex te culpa eſt; quia petra es, ſaxum es. &c.

§. III. *Verbum Dei nihil effecit apud avaros.*

5. Quis fructum ſperet a ſemine projecto inter ſpinas? & quis fructum virtutis exſpectet a Verbo Dei laplo in cor divitis, ac avari? Spinas divitias dico; ſicut etiam ſpinæ pungunt; ita divitiæ conſcientiam lancinant; ſicut ſpinæ tanto atrocius vulnerant, quo magis manu conſtringuntur; ita divitiæ tanto vehementius alligant, quo tenacius conſervantur: ſicut ſpinæ non niſi ad ignem valent; ita divitiæ ignem cupiditatis magis, magisque inflammant: ita expreſſe S. Hieronymus (*apud Mich. a Calce ſerm. 24. §. 2. n. 10.*): *Divitiæ vocantur ſpinæ, quia ſunt materia ignis, ſcilicet cupiditatis; ſi aut enim ſpinæ aurem ſcarn, ita divitiæ cupiditatem.* Notandum autem hic ſingulariter, divitias ex ſe malas non eſſe, ſed ſolum ex uſu: dum Dominus Deus Ægyptum punit terribili illo ſupplicio, quo aquæ omnes fluminum verſæ ſunt in ſanguinem, ecce, una ad flumen ibant Ægyptius & filius Iſrael; ille ſanguinem, iſte aquam hauriebat (*Exod. 7.*): ita in uſu divitiarum multum refert, a manu Ægypti, aut Iſraelitæ tractentur: quæ juſto titulo, & cum pauperum ſubſidio poſſidentur, a Deo nullatenus improbantur; illæ vero ſpinæ vocantur, Verbi Divini ſuffocativæ, quæ vel ſoluque ſunt partæ, vel inordinato affectu in detrimentum egenorum concervantur. O quoties injuſtus id genus Euclio de ſacro ſuggeſtu audit obligationes reſtitutionis, ad quas tenetur, ſulminea, quibus iniquæ fortunæ feriuntur, promiſſa, quibus invitatur, ut periculoſas merces e navi exoneret, antequam naufragio pereat. &c. quid agit? trifiatur, ſuſpiria trahit, de cetero res alienas non reſtituit domino, obundit mille pretextus, videlicet propriam inopiam, curam familiæ, incertitudinem damnationis debiti, ut citius e pumice aquam, e lana vepres excutias, quam a tenace id genus polypo obolum. O ſacri prædicatores, miſereri me veſtri: ſi enim unquam alias, certe in hac arena oleum, & operam perditis, id quod diſerte monuit vos Jeremias *24. v. 3. Novate vobis novale, & nolite ſerere ſuper ſpinas*; ſupervacaneus enim labor eſt ſerere in corda divitum iniquorum plena ſpinis divitiarum. &c.

§. IV. *Quæ ſint bona terra, ubi fructificat Verbum Dei.*

6. Econtra ſemen in terram bonam, ac bene præparatam projectum, fructum affert uberrimum: ita Verbum Dei, cordi pio, ac devoto infertum, multiplices gratiarum, virtutumque fruges producit: cujus generis ſit cor ſit, quod cum terra bona comparari meretur, deſcribit Albertus Magnus (*apud Manſi. Æremita.*): *Hoc eſt in ſe bonum, devotione pingue, lacrimis humidum, doctrina Sanctorum compoſitum, gratia irrorantum, ſarculo diſciplinæ foſſum, pro Confeſſione, & pœnitentiam a malis ſtirpibus expurgatum.* &c. In quo autem fructus, ex Verbo Dei relatus, conſiſtat, explicat idem S. Ibi. dicendo: *Auditores interdum audita, retinent memoria, affella & operis impletrices.* Memoria quidem retinent Verbum Dei, qui identidem illud recogitant, qui aliis etiam pro opportunitate enarrant: Doctis. Salmeron ſimilitudinem addacit murdorum animalium, quæ cibum deglutitum iterum, iterumque ruminant: ita illi mente revolvunt, & recogitant rim; & efficaciam Verbi Divini. &c. Affectu retinent Verbum Divinum, qui magni illud æſtimant, habentque pro remedio in ſalutem animarum ſuarum ſingulariter a Deo ordinatum, nec attendunt perſonam, a qua fit, ſed illum, cujus nomine fit, dicente Chriſto Domino ad ſacros præcones: *Non vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui ſanctus in vobis.* (*Matth. 10.*) Denique operis impletione retinent Verbum Dei, qui auditi moribus exprimunt; non enim auditores legis juſti ſunt, ſed factores: Bernardus (*ſerm. 5. de Advent.*) monet: ita ſerva ſermones Dei, quomodo cibum corporis tui ſervare ſoles; ſicut enim cibus corporalis in ſubſtantiam aliti convertitur, ita & audita in ſacris exhortationibus in mores, ac actiones tuas tranſeant, neceſſe eſt. &c.

7. In vita S. Antonii Paduani refert Surius (*in vita c. 29.*) quod, cum hic Servus Dei magno ſpiritus fervore quondam e cathedra diceret, nobilis quædam matrona, intimo corde compuncta, uberes lacrimas, & ſuſpiria pœnitens profuderit. Indigne id ferens malus ſtamen, poſtquam hunc Verbi Divini effectum variis artibus, ac ſuggeſtionibus nequiquam turbare allaboravit, ſpeciem cuſtodis inducit, illique matronæ filium ſuum a barbaris captum, occiſumque nuntiavit. Sanctus autem Vir Dei, fraude dæmonis conſpecta, in conſpectu totius populi matronam bono animo eſſe juſſit: Ne timeas, Domina, vivit filius tuus, & bene vivit; curſor autem iſte malignus ſpiritus eſt; ad quas voces iſte inſtar fumi evanuit. &c.

8. *Epilogus.* Ea, Chriſtiana anima! ſi tantopere dæmon laborat, ut fructum Verbi Divini impediat, quantum econtra tibi incumbit, ut illud permagni facias? tuum ergo eſt, volucres infernales abigere, ne præclam tam nobilem, nimirum ſemen Verbi Divini tibi prædentur: tuum eſt duritiem cordis emollire, ut radices agere poſſit: tuum eſt, inordinatos divitiarum aculeos eradicare, ut illud non ſuffocetur: tuum eſt, ita præparare animam, ut ſit terra bona, & ſemen Divinum fructum afferat æternæ ſalutis. Amen.

Dominica Sexagesimæ.

CONCEPTUS II.

Fructus, & emolumenta Verbi Divini demonstrantur vel ex eo, quod diabolus omni modo se illi opponat.

Deinde venit diabolus, & tollit Verbum de corde illorum. Luc. 8.

EXORDIUM.

Sicut locustæ in Ægypto femina depastæ sunt, ita damon semen Verbi Divini destruere conatur.

1. INter decem plagas Ægypti fere diterim terribilissima fuit illa locustarum, quarum stante vento immensi exercitus ab oriente advolantes, ut fere solem obnuberent, campis, pratisque incubuerunt, ac semina terræ, fructusque omnes, qui ex grandine remanserant, penitus depasti sunt. (*Exod.* 10.) Incredibile dictu est, quantum terrorem & longe magis damnum causarint hi volatiles cunei; sine dubio enim, exesis seminibus, per totam Ægyptum, quæ orbis horreum olim habita fuit, terræ sterilitas, annonæ caritas, egestas, fames, morbi, pestilentia, ac innumera alia mala consecuta sunt. Recte Doctissimus Cornelius a Lapide (*in Apocal. 9. v. 2.*) per locustas intelligit dæmones, qui, ut egestatem virtutum, & animarum miseriam causent, seminibus ut maxime infesti sunt, hæc destruunt, hæc depascuntur, hæc auferunt. Quæritis, Auditores, de quo semine mihi sermo sit? recogitate verba Evangelii: (*Luc. 8.*) *Semen est Verbum Dei.* O! nihil aliud sese est, quod infernalis locusta adeo ardenter desideras arrodere, destruere, annihilare, nisi semen Verbi Divini: *Deinde venit Diabolus, & tollit Verbum de corde illorum.* Hæc illius opera, hæc industria, ut ita dicam, a primis incunabulis fuit. Quem non lapidem movit, ut Verbum illud, quod Dominus Deus in corde primorum parentum plantavit, erueret? *In quocumque die comederitis, morte moriemini* (*Gen.* 2.) tandiu garrit, tandiu blandimenta, & mendacia miscuit, donec illis contrarium persuasit: *Nequaquam moriemini.* Quod in Paradiso fecit, adhuc hodie facit: homini utcumque suadet, ut Verbum Divinum vilipendat, ut non curet, ut cito obliviscatur, ut parum æstimet, & certe magnam victoriæ partem obtinuit, si persuadet.

2. *Propositio.* Christianæ animæ! Date obsecro aures Verbo Dei, in quo loquar de Verbo Dei, ostendamque quantum vobis illo interfit vel ex eo, quod indefesso studio, ac vigilantia Ordinus hostis illud evertere, destruere, & e cordibus vestris eradicare satagat. Attendite; vestra enim salus, si unquam alias, certe hodie agitur.

§. I. Amalecitæ desinunt agros seminatos Israelitarum: damon impeditur conatus sacros concionet.

3. *Confirmatio.* Amalecita, & Madianitæ erant infensissimi Israelitarum hostes, a quibus adeo oppressi fuerunt, ut in antris, & specubus montium se pavidi occultarint: cumque ad vitam sustentandam in valle Jezrael agros coluissent, ecce, enascentibus jamjam seminibus, adfuit immensa Madianitarum, & Amalecitarum multitudo, quæ in campis fructiferis castra explicans, *instar locustarum universa complebat.* (*Jud. 8.*) & tenella semina depascebat. Vallis Jezrael juxta Doctissimum Sperlingium idem sonat, ac *vallis seminis Dei*: per Madianitas autem, & Amalecitas intelligit antiquissimus Origenes (*apud Spec. scriptor. sel. punct. 16.*) infernales spiritus, quorum quumquam commune omnium studium sit destruere, evellere, extirpare semina Verbi Dei, quibus electus fidelium populus nutritur; nihilominus sunt ex destinato damonum aliqui, qui *præcursores* vocantur, quorum officium est semina bonarum cogitationum dissipare, & eradicare, prout affirmat Climacus: (*grad. 21.*) Vix alii sunt in suo munere solertiores, quam illi; indicibile enim est, quibus artibus, & studiis conati sint, & adhuc nunc conentur fructum sacræ prædicationis e cordibus auditorum extorquere: Evolvite sacras historias, & admirabimini: Verba Iniente S. Antonio Paduano, qui fama celebritate tantam auditorum multitudinem ad se traxit, ut necesse fuerit Ecclesias capiendo populo impares cum camporum planitie commutare, ecce dæmon nunc tignorum tabulata rupit, quæ sancto Oratori suggestum præbebant, nunc curiorum, & veredariorum habitu comparebat, nobilibus seminis litterarum fasciculos apportans, ut animos ab attentione avocaret, nunc aerem pluviis, & tempestatibus turbabat, ut auditores dilaparet. Perorante S. Dominico, Dæmones in monstrosa specie lacertularum, viperarumque comparuerunt. Dicente S. Vincentio initiat rapidorum sonipedum discursibus. Docente S. Cutberto in proximi pari domo incendium excitarunt, omnibus ad restinguendum ignem dilapsis, donec facer Orator ignem dumtaxat fatuum esse demonstraret, & formatto crucis signo illusionem manifestaret. &c.

4. Taceo alios hujusmodi conatus, & solum de nostra ætate dicere: an enim putatis, Auditores, jam minus laborantes esse stygios inservientes ad impediendos Verbi Divini fructus? minime vero: quamvis enim tam palpabiles, ac manifestos arietes non admoveant, nequaquam tamen sub concione otiosi adstant: Dicite, unde fit, quod Auditores frequenter tædio, aut fastidio dictorum afficiantur? unde fit, quod sacrum Oratorem jam de affectata subtilitate, jam de mimili dictione taxent? unde fit, quod in conventiculis de novis, de magis, de

de anilibus fabulis, nunquam autem de auditis e sacro suggestu mentionem ingerant? unde fit, quod Parochiani, uti, proh dolor! multoties contingit, Pastori suo infensi fiant, fuam illi fustentationem invideant, & ab ipsius dictis, & factis mentem prorsus alienam habeant? unde fit, quod sub ipsa sacra oratione somno obruantur? unde fit, quod aliqui prolixe fabulentur, aut animum habeant ad curas domesticas intentum, aut oculos circumquaque vagabundos in tis figant, qui ingrediuntur, vel exeunt? quid sibi volunt tot in unius horulæ spatio distractiones? Certe hæc omnia in astutiam dæmonum refundo, illi *infernales Harpyæ sunt*, teste S. Ambrosio (*in Psal. 118.*), *ut auferant Verbum de incuriâ, aut dissimulantis oblivione.* Illi vultures sunt, qui in cauistrum involant, quem penuarius Pharaonis serebat. Illi aquilæ sunt, quæ sacrificium, & victimas Abrahami infestarunt. (*Gen. 40.*) &c.

5. His necdum contentus infernalis inimicus, quod per seipsum efficere nequit, per suos satellites, ac fautores efficere, & allaboravit hactenus, & hodiedum allaborat: proh! quanta industria in id semper intentus fuit, ut vel ipsos sacros Codices, tamquam armamentarium sacrorum Oratorum, per suos Ministros e mundo extirparet? Rex Nabuchodonosor, (*4. Reg. 25.*) expugnata urbe Jerosolymitana, confestim sacros Codices igne consumpsit. Antiochus (*1. Mach. 1.*) totam Judæam depopulatus, conquisitos undique per suos milites sacros libros combussit. Diocletianus (*Eusseb. l. 4. hist. Eccl. c. 14.*) terribili persecutione in Christianos sæviens, jussit omnes eorum Scripturas flammis mandari. Julianus Apostata (*S. Aug. l. 3. de Civ. Dei c. 18.*) edicto cavit, ne Christiani ad scholas, & sacram Doctrinam admittentur. Eosdemmet conatus semper adhibuerunt hæreseharchæ, jurati dæmonis assecla, inter quos novissime Martinus Lutherus, infernalibus furiis agitatus, Vittenbergæ publice sacrorum Canonum volumina igne deperdidit. Taceo alios iniquitatis operarios, qui in unum, eumdemque ecpum semper cum dæmone conspiraverunt, ut Dei Verbum, & Dei scientia e mundo eliminaretur.

Diabolus quod per se non potest, facit per suos emissarios.

6. Dicite, Auditores, ad etiamnum diabolus habet suos ministros, & operarios, qui illi operam jungant, ad destruendum in cordibus Verbi Divini semen? Ehen! quod dolenter dico, habet utique. Quinam sunt illi? Mi Christiane, sicut volucrem e cantu, campanam e sono potes discernere, ita hos dæmonis emissarios facile ex loquela deprehendes: Forsan ex concione, aut sacra lectione optimas concepisti cogitationes de æternis veritatibus, eas expectoras ergo amicum: ait ille contra: quam tu es homo phantasticus es! sine popus loqui: infernus non adeo calidus est, ut illi blaterant; nunc sunt Saturnalia, indulgendum est genio? Alius supervenit, qui te ad lusus, ad jocos, ad cantharos, ad choreas, quæ propriè auditorium dæmonis sunt, invitant. Alii ludificant, cugillant te, si cum impudentibus nolis esse impudens: O Christiana anima, cavè, hæ vocs sunt infernales emissarii diaboli, quæ semen bonum e corde tuo rapere, & salutis tuæ principia, in ipso ortu suo, extinguere student. Væ tibi, si aures illis præbeas! &c.

§. II. Cur dæmon adeo intentus sit ad impediendum Verbi Divini fructum?

7. Verum hic taudem quærere oportet, cur juratus humani generis hostis indefessa adeo fertia Verbum Divinum oppugnet? percipite paucis responsionem: nimirum ex ea solum ratione id facit, quia perbene scit, non esse potentias sentum, quo vires illius retundantur, nec per quidquam aliud regno suo gravius detrimentum irrogari, quam per Verbum Dei. Ea enim est Divinæ providentiæ ordinatio, ut quamvis hominem mille aliis modis dirigere potuerit in via salutis, uti per inspirationes, per illuminationes, per Angelos; facere tamen id noluerit, quoniam constituit hominem per hominem regere, ita quidem, ut per eumdem januam ingrederetur vita, per quam mors intravit; mors intravit per aures in paradiso perpenti apertas; igitur eadem via ingredi debet vita, dum aures sacro Oratori ponduntur, uti observat mellifluus Bernardus (*Serm. 28. in Cant.*) *Auris prima mortis janua, prima aperiatur & vitæ.* O quot animæ peccatrices ex ungulibus infernalis vulturis ereptæ sunt adminiculo Verbi Divini! certe inter centum illustriores animorum conversiones nonaginta novem efficacia Verbi Divini adscribendis esse arbitror. Cur, putatis Auditores, Verbum Dei in sacris Scripturis vocatur (*Psalmus 118.*): *Igniturn eloquium tuum vehementer?* non alia de causa, nisi ut indicetur, quamvis cor peccatoris instar metalli obduruerit, posse tamen per ignem Verbi Divini colliquefieri, & sæpenumero fuisse colliquefactum. Cur, putatis, vocatur (*Jerem. 23.*) *malleus conterens petras?* ut indicetur, quamvis cor peccatoris in petram obriguerit, posse tamen per malleum Verbi Divini contundi, & sæpenumero fuisse contusum. Cur, putatis, vocatur (*Hebr. 4.*) *penetrabilior omni gladio ancipiti?* ut indicetur, quamvis cor peccatoris obstirmatum, munitum, & inexpugnabile sit, posse tamen gladio Verbi Divini salubriter lanciari, & sæpenumero fuisse lanciatum, &c.

Saullus Augustinus convertitur per S. Ambrosii sermonem.

8. Omitto millenas conversionum historias in medium proferre: solum sufficiat exemplum S. Au-

5. Augustini, Illustrissimi Ecclesiæ Doctoris: Ille in hæresim pravitate demersus, nec per vastam ingenii capacitatem, nec per scientiarum naturalium studia, nec per infinitum librorum lectionem ad veritatis agnitionem adduci poterat. At ubi Ambrosium sacra eloquentia perorantem audiit: tandem abstersa falsitatis caligine, vocanti Deo victus manus dedit, factus ex hæretico Christianus, ex peccatore pœnitentium exemplar, ex Philosopho Ecclesiæ Doctor, ex mancipio dæmonis animarum Præsul, & Episcopus. Ejusmodi salutiferos effectus perbene scit infernalis inimicus; ideo omnem movet lapidem, ut Verbum Divinum impediat, & illius vix natum semen cordibus evellat, &c.

Ex defectu Verbi Divini peccata nebulantur.

9. Quodsi intentum consequatur, quid putatis, Auditores, malorum consequi? heu! deficiunt me verba, quibus explicem, quantis malis, quantis periculis, quantis diaboli insidiis pateant illæ animæ, quæ Verbum Dei haud curant, aut vilipendunt: quemadmodum enim raro mali sunt, qui Verbi Divini oreain habent, ita raro non scelerati sunt, qui illud parum æstimant. Audite pro coronide testimonium solius Prophetæ Oseæ: *Maledictus, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt, & sanguis sanguinem tetigit*, alii legunt, *& peccatum peccato nullum*, (*Oseæ* 4. v. 2.) Unde autem, O Propheta! unde tanta malorum lues, unde tanta flagitiorum lerna? nimirum ex illo antecedente, *non est scientia Dei in terra*. Certe in illo loco, in illa domo, ubi Verbi Divini amor exsulat, in patribus-familias, in liberis, in ancillis, & famulis non nisi impudentiæ, & morum dissolutiones cernuntur, sibi habet messem suam diabolus. &c. &c.

10. *Epilogus.* Quid igitur factu opus est? Veram quid quæritis? Christiani Auditores! quid factu opus foret, si cerneretis agrorum vestrorum semina a volucribus depasci, & spem uberis messis extingui? certe omnem operam adhibituri essetis, ut ea contra rapacitatem volucrum tedulo defenderetis: Obsecro vos, idipsum facite contra flygium vulturem, semen Verbi Divini in corde vestro loleriter custodite, non tantum ex curiositate, non ex consuetudine, sed studio spiritualis emolumenti; concionibus interesse satagite, & spero hoc salutiferum semen in uberrimos virtutum fructus cum æterna animæ vestræ salute enasciturum. Amen.

Dominica Sexagesimæ.

CONCEPTUS III.

Demonstratur gravitas peccati ex terribili odio Dei, quo illud adversatur tamquam malorum omnium maximum.

Illud excidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederunt illud. Luc. 8.

EXORDIUM.

Terribile res est, Deum habere infensum, Peccator autem habet Deum sibi infensum, ita ut Deus eum non reputet pro sua creatura.

1. Nervosæ sunt descriptiones, ac metaphoræ, quibus æterna Veritas in Evangelio depingit monstruositatem peccati; aliquando enim vocat illud muscipulum, & laqueum dæmonis, quo animas capit: alia vice stimulum, & stipendium, quo mors accelleratur: Alibi describit illud tamquam latronem, ac carnificem omnis bonitatis; iterum alibi tamquam fontem, aut elementum omnis infelicitatis, &c. Nihilominus supra mille alia fulmina mihi cor tangit hodiernum illud: *Cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederunt illud* (*Luc.* 8.). Infelix semen! ergone nemo tui curam habet? ergone sine omni commiseratione in via jacere, pedibus conculcari, & a volucribus pabulari permitteris? quæ causa tui infortunii? nempe quia a seminante pro abjecto, pro defelicto haberis. Verum, ut mentem meam explicem, non tam ingemisco semini, quam quod sub isto intelligo, peccatorem: iste deseritur, pro neglecto habetur, Dei protectione excluditur, Harpiis infernalibus in pabulum relinquitur, & sine omni commiseratione extremæ felicitati configuratur: quare? quia a Deo non habetur pro creatura sua, quin immo infensissimo odio habetur: ah! an posset major excogitari infelicitas, quam Deum sibi habere contrarium, ac infensum? capitis, Auditores, quid sit, contrarium, & infensum habere Deum? Ah! quis satis capiat? fuere hominum nonnulli, prout perfrequens in historiis mentio fit, qui dum terrenum Principem sibi infensum habuere, de una regione in aliam profugi, ac exsules, demum metu, ac ærumnis confecti, miserabilem vitam miserabili morte clauserunt: & quomodo, Deum immortalem! quomodo possibile sit hominem peccatorem non momentis singulis exanimari, dum scit, & cogitat, se summum cæli, terræque Monarcham habere inimicum? Illum Monarcham, qui tribus digitis suspendit mundi molem? illum Monarcham, e cujus nutu syderum, & firmamenti machinæ dependent? illum Monarcham, cujus imperio obsequiosa elementa famulantur? Illum Monarcham, qui orbem

bem universum, turpi vitiorum cœno jamante immersum, mersit diluvii fluctibus? Illum Monarcham, qui Sodomorum civitatem, jam ante obsceno veneris igne ardentem, ultricibus flammis in cineres redegit? Illum Monarcham, qui Nadab, & Abiu fulmineo igne, Dathan & Abiron terræ hiatu, Ananiam & Saphiram morte repentina confecit? Illum denique Monarcham, qui potest omni temporis puncto & animam & corpus perdere in gehennam? &c.

2. *Propositio.* Christiani Auditores, quoniam constitutum nobis est, hoc sacro tempore monstruositatem peccati declarare, hodie ex verbis illis, quæ pro themate adduxi: *cecidit secus viam & conculcatum est*, ex his, inquam, verbis explicemus immensum Dei odium, & aversionem erga peccatorem. O utinam maximi momenti doctrinam pro rei dignitate penetraremus! certe omnis peccati umbra ex animis nostris procul esset abstitura. Favete.

3. *Confirmatio.* Quemadmodum homo opulentus in suis rationum libris accurate describitur habet res omnes pretiosas, quas in thesauris possidet; ita Dominus Deus rerum omnium, quas e nihilo produxit, veluti catalogum, librumque contexuit: Titulus hujus libri sunt verba illa Psalmistæ: *Mare est & ipse fecit eum, & siccitudo ejus* (*Psal.* 49.): intus describitur tota creaturæ omnes, præsertim humanæ animæ, quæ pretiosissimus sunt Dei thesaurus, deinde regna terræ, provinciæ, civitates, domus, dein arbores, plantæ, animalia, pisces, volucres usque ad abjectissimum passerculum: hæc omnia amat, nutrit, protegit, atque conservat Providentia Dei tamquam res suas, ac suo dominio proprias. Nihilominus es hoc amabili catalogo exclusus est infelix peccator: ita enim expresse minatur Deus: *Qui peccaverit, delebo eum ex libro meo.* (*Exod.* 32.) Exclusus est, inquam, non amplius est res Dei, deque illo tam parum Deus curæ habet, quam nos de illis rerum quisquiliis, quas ultro abjecimus. Audimus verbo S. Chrysost. (*hom.* 23. *in Matth.*): *Peccatores non numerantur, ut sequis ex ipsis pereat, pertre Deus non sentiat: sic cares Deus, quasi de non numeratis.* Exemplum hujus rei clarissimum habemus in peccato Sirnæitarum.

4. Cum Patriarcha Moyses in apice montis Sinai cum Deo conversatus Decalogi tabulas reciperet, interim rebellis populus, cælestium beneficiorum immemor, vitulum conflatilem Divinis honoribus coluit: Indignatus Deus, & austeris verbis in Moysen invectus, *Descende*, ajebat, *peccavit populus tuus*: (*Exod.* 32.) Mira loquitio: cur dicit *Tuus*? quia exprimere voluit, inquit Cornelius a Lapide, (*in Exod. hic.*) *non jam meus* est amplius; nolo enim ingratam facem populi, *qui tam graviter in me peccavit*, pro meo reputare.

5. O infelicem statum hominis peccatoris! ergone huc redigi potest optimus Deus cujus essentia Bonitas, cujus natura Misericordia est, ut peccatoris adeo nullam curam habeat, ac si omnino non esset? Ah! nimis quam verum hoc est. In tam misero, abjecto, derelicto statu, & quasi in nihilo collocatur homo per peccatum. Atque in hunc sensum forsan locutus est Psalmographus (*Psal.* 57.): *Ad nihilum devenient, tamquam aqua decurrent*: quemadmodum enim, dum aqua effunditur, facile a terra absorbetur, exsiccatur, destruitur, & nemo est, qui effusum colligere satagat; ita Deus erga peccatorem quidquid malorum illi obveniat, nullo prorsus sensu, aut commiseratione tangitur. Intereat peccator, inquit Deus, quid curo illius interitum? suviant in illum elementa, opprimatur mille ærumnis, occupetur a dæmonibus, non illi ullatenus condoleo, nihil ille ad me attinet. O Christiana anima! an putas, modicum esse infelicitatem, ita a Deo pro abjecto, & quasi pro nihilo haberi? plane infelicitas est maxima. Nos miseri in nostris judiciis misere decipimur, peccatores secundum apparentiam extrinsecam sæpe felices arbitramur, & sunt miserrimum nihilum: videmus Pharaonem in solio residentem, videtur nobis Rex, quia solam superficiem intuemur, quæ nos respicit, non quæ Deum; interim est mancipium vilissimum, inquit Chrysost. (*l. 3. hom. 5. de Verb. Isa.*), *quia qui facit peccatum, servus est peccati, etiamsi decem millia talentorum in capite habeat.* Quin immo sæpe statua affabre facta, vivus homo judicari potest, quod si statuam vertas, non invenies tergum, cujus faciem vidisti, sed rude lignum, sordidum, & araneis obductum. Age, juxta monitum Sapientis parumper verte peccatores: *Verte impios, & non erunt.* (*Prov.* 12.) Respice partem versus Deum, & videbis eum non esse, qui esse videbatur; nam, ut ait Tertullianus (*lib.* 1. *c.* 5.): *Infamat superficie vocabuli veritatem.* Sane potest illi dici, quod Episcopo Sardicensi dictum fuit: *Nomen habes, quod vivas, & mortuus es.* (*Apoc.* 3.)

Deus peccatorem plus abominatur, quam animalia quævis venenosa.

6. Pauca hæc sunt, quæ de odio Dei adversus peccatum hactenus dixi: graviora dicenda restant, quæ ut competenter explicem, finge, O homo! te in uno quasi amphitheatro collectum cernere, quidquid ferocissimorum animalium Libiæ, aut Getuli montis caverna enutriunt, aut quidquid sordidissimorum animalium in stabulis, & sordibus educatur; atque scias velim, hæc bruta, quantumcumque immania, quantumcumque obscena, non esse Deo objectum adeo detestabile, quam unicum peccatorem, qui, ut ait S. Laurentius Justinianus (*in Psal.* 72.): *Ferocitate facti est lex, lenitate aevi, sub libidinis sorde, torpore ævum.* Familiare est Deo in sacris litteris peccatorem nomine brutorum notare; ita enim apud Isaiam *c.* 46.

vo-

vocat cum canem ob suam impudentiam, apud Psalmistam (*Ps.* 48.) jumentum ob stultitiam apud Jeremiam c. 5. equum ob lasciviam, apud Oseam c. 15. leopardum ob rapacitatem. Praeterea in aliis locis viperam vocat ob ingratitudinem, lupum ob ferocitatem, scorpionem ob venenum, corvum ob voracitatem; nihilominus cuncta haec animalia, quam peccator, minus nocent, nisi irritantem; sed peccator offendit Deum etiam blandientem, lupus non rapit, nisi vita necessitas; sed peccator defraudat etiam superfluis. Leo ignoscit hosti prostrato; sed peccator etiam mortuum insectat. Una bestia unum vitium; hoc illud, illa aliud habet; sed peccator omnia.

7. Revera una formica Deo gratior est, quae utiliter semper occupatur, quam ille adolescens, qui ut dictum semper odio, luxu, & re amatoria turpiter perdit. Revera una rana Deo gratior est, quae Psalterium tuum, prout potest, coaxando laudat, quam ille perversus, qui vix duo verba tua impudicitiis, aut blasphemiis effudit. Revera Deo gratior est una musca, quae neminem molestat, nisi quem Deus permittit, quam ille dissolutus, qui omnia tam sacra, quam profana turbat. Coronatus Psaltes in illo cantico, ubi singulariter Divinam Bonitatem laudatam cupit, singulariter ad laudem Dei invitat omnes creaturas, etiam venenosas, etiam exitiosas, ut serpentes, draconem, ignem, grandinem, nivem, glaciem, & Spiritus procellarum (*Ps.* 148.). Verum lege, relege, perlege, non videbis invitatum etiam fuisse peccatorem; quid? an ergo peccator exclusus sit ab ille laudantium choro, ad quem etiam serpentes, & dracones admittuntur? Imo est: rationem assignat Chrysost. (*hom. quando perrhyt. est ac despond.*): quia videlicet peccator Deo magis, quam serpentes, dracones, ac omnes bestiae, quantumcumque virulentae, exosus, ac detestabilis est: *Multo pejora peccator est; idcirco peccatorem tamquam a sacra patula abrepit Propheta.* O abominabilem peccati foeditatem!

Peccator damon est.

8. Puntis Auditores me limitem vertigisse colli Divini adversus peccatum? nihilominus superest dicere, quod nec ego dicere sine horrore, nec vos audire potestis; videlicet peccatorem coram Deo non solum bestiis deteriorem, sed & daemone immundum fuisse: ignoscite, quem offendam hoc asserto; id enim jam dudum humanata Dei Veritas exprobravit Judaeis (*Jo.* 8.) *Vos ex patre diabolo estis.* & alibi (*ibid.* 6.): *Unus vestrum diabolus est.* O Bone Jesu! si animae peccatoris deformitas oculis nostris aeque pateret ac vitia, ne non corte cum S. Catharina Senensi exclamaturi essemus, male nos ipsum daemonem, quam hujusmodi animam intueri? Nobilis quidam in nostra Germania, prout refert Cantipratanus (*lib. 2. Apum. c. 3.*), enormi, nefario quod peccatum committebat: dum domum rediret, vidit omnes ad sui aspectum fugientes, uxor & proles repetitis crucibus se signabant, sanctissimum Nomina Jesu & Mariae invocabant, aqua lustrali se aspergebant, sanctorum reliquias arripiebant: unde suspicatus, quod res erat, nempe turpitudinem animae in corpus redundasse, confestim ad Ecclesiam festinabat, decumanam turpitudinem salutifero Confessionis latice ablaturus. Vocatus Parochus, viso monstro, coborruit, fores occlusit, stola, & amuleto se armavit, exorcismos adhibuit; & quamvis inser bonos lacrimis, ac gemitibus contestaretur se non esse daemonem; tamen non nisi post multum temporis admissus est. En Christiana anima! si tanta fuit peccati foeditas in oculis hominum, qui aeque peccatores sunt, quanto horribilior erit in oculis sanctissimi, & impeccabilis Dei? O quam multi sunt, qui vestibus aureis, argenteis, fericis, nexi, pexi, unctI, & calamistrati in cedentes representant Angelos, coram Deo tamen sunt daemones! immo si Oratori aureo (*hom. 13. ad pop.*) credimus, ipso etiam daemone deteriores!

9. O! Nemo ista mihi virio vertat, si inter lacrimas, & suspiria in illa Jeremiae verba erumpam: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrimarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiae populi mei!* (*Jer.* 4.) quare? quia, ut verbis loquar S. Chrysost. (*ubi supra.*) quia *tam male dispositi animae nostrae deformitatem non lugemus.* O Bone Jesu! ergone possibile sit, ut ille adolescens, eximiis naturae dotibus inspem ingentem familiae instructus, ille Vir, judicii perspicacis, & rerum experientia clarissimus, ille opifex artificiosissimus, ille civis gener, & conversatione honestissimus, coram oculis tuis deformissimam daemonis larvam repraesentet? ah! Christianae animae, verissimum hoc est, itaque verum, ut & Deus, & Angeli talem peccatorem magis abominentur, quam oblectissimum cadaver: non fingo ista, sed jam dudum id monstravit Angelus, qui nares obstruxit, dum transiret juvenem libidinosum, quod non fecerat, dum transiret cadaver, quod suo foetore ferme occiderat Anachoretam. Audite, & obstupescite, quid finaliter de odio Dei adversus peccatum enuntiem. Scitis utique, Christiani mei, quam immenso amore, ac reverentia Infinitus Deus complectatur amantissimam suam Matrem, hanc super omnes creaturas diligit, in hujus gratiam, procul dubio probati auctores, fuisse naturam humanam assumpturus, etiamsi humanum genus nulla redemptione indiguisset, hanc super omnes Angelos evexit, hanc caeli, terraeque Dominam constituit, hanc denique ineffabilibus gratiarum praerogativis exornavit. Nihilominus, audite, & obstupescite! si per impossibile fieri posset, ut Maria hoc momento peccati macula contaminaretur, quis credat! eheu! eodem etiam momento Deum e caelo fugaret, & omnes Hierarchias caelestes, &c.

10. *Ejecitur.* His consideratis, quae tamquam Veritates Ecclesiae, non tamquam exaggerationem oratoriam proposui, his, inquam, consideratis, quis non intimo cordis horrore percellatur, si peccatum cogitat? Dic, Dilectissime, si scites per peccatum primum manum tuam infernali nigredine imbutam iri, per alterum genas, per tertium frontem, & ita pergendo per totum corpus; nonne cane pejus, & angue exhorresceres omne peccatum? de hoc nullus dubito: qua ratione igitur peccatum committere praesumis, cum ex fide scias, per illud animam tuam orcina fuligine supra daemonem denigrari? cum scias, per illud te abominabiliorem fieri coram Deo, quam dracones, & quavis animalia venenosa? cum scias, per illud te adeo in nihilum redigi, ut penitus ab omni cura, & providentiae benignitate excludaris, & nihil jam sis, nisi detestabile objectum odii Divini? ah! perpende serio has veritates: perpende, quid sit illud: (*Luc.* 8.) *Occidit secum vitam, & concubentum est, & calcatus caeli comederunt illud.* &c. Amen.

Dominica Quinquagesimae.

CONCEPTUS I.

Animantur homines justi, ut generose contemnant respectus humanos, & irrisiones impiorum.

Qui praibant, increpabant eum, ut taceret, ipse vero multo magis clamabat. Luc. 18.

EXORDIUM.

Sicut caecus tacere jussus tamen clamare pergit; ita homo Christianus non debet curare humanum dilectum.

1. REcte facis, mi caece, tantum egregie clama; quamquam mille increpationibus & minis nonnulli ex sequaci populo tacere te jubebant, tu perge vociferari, quid curas hominum dicteria? illi in potestate tua non habent, ut e misero statu, quem juxta vias sedendo, ac mendicando plurimis annis tolerasti, te eruant; illi visum tibi restituere, & horribiles oculorum tenebras abstergere non possunt. Clama: *Fili David miserere mei*: in hujus solius manu sita est tua felicitas: hujus auxilium implorare pro totius mundi dicteriis ne cessa: &c. Auditor! obsecundat caecus meis monitis, & quamvis e populi turba nunc petulans puer, nunc obstrepens femina, nunc e majoribus quispiam importunum *Tace* in faciem illi oggerat, nihilominus altius altiusque elevans vocem *multo magis clamabat.* (*Luc.* 18.) Placuit Dei Filio haec constantia ad quasvis hominum minas imperterrita, miseroque illi oculorum usum, quem humiliter flagitabat, prodigiose restituit. Ego optarem, dilectissimi Auditores, ut hujus caeci exemplo animati discretis vanos hominum metus ac respectus generose vincere; qui nonnunquam vos cohibent, ut ad sancta opera, & Christi obsequium plena libertate convolare non audeatis. Contingit fortasse, praesertim hoc Saturnalium tempore, ut fidelis animula cum lupis ululare deneretur, & quoniam vel in facto libello legit, vel e cathedra audiit Christo Domino nunquam magis placere sancta opera, quam his diebus, quibus ab omnibus vel maxime est derelictus, ideo subrubit se choreis, dicteriis, compotationes, frequentat Ecclesias, prolongat orationes, sumit sacram Synaxin, aliasque pietatis opera exercet: & ecce! statim se erigunt mundani blateriones, daemonis emissarii, qui pungenti dicacitate mille annos, ac opprobria in miseram exonerant: dicunt: Ecce iterum novus illuxerit Sanctus, qui pro vacatura in Litaniis Sanctorum, si qua se aperuerit, candidatus est: debemus conducere pictores ac statuarios, qui pro novo hoc Seraphino radios inaurent: credo, quod ille vel illa deinceps victura sit velut asinus Palmaris, qui semper retro altare delitescens tantum semel in anno apparet in publico, & quae sunt plures ejusmodi insaniae. &c. Quid nocumenti Deo & sibimet ipsis inferant hi tartari molossi suo illo latratu, alibi satis explicatum est. (*Vide Pest. SS. Innocent. conc.* 3.)

1. *Propositio.* Vobis vero, o Devotae animae hodie in aures clamare constitui, ut perversa hac mundi insanientis loquacitate nullatenus moveamini. Quid quaeso vobis curae est mordax aliorum lingua? oblatrent, ac garriant alii; quidquid velint, non ideo oportet a proposito laudabilis vitae tenore vel latum unguem discedere. Felices vos! si hunc veritatem alte cordibus imprimatis! ita enim multi perversi non convolabunt ad opera iniquitatis, & probi in virtutum exercitiis firmabuntur. Fayete.

Respectus humanus non potest esse prudens vitae regula.

2. *Confirmatio.* Quemadmodum nulla est ara, quae non certis quibusdam regalis formetur: ita nemo sit e Christianis, qui non in tenenda vitae norma sanctioribus fidei Principiis inconcussa firmitate innitatur: aliqui in assequenda virtute certis pii libelli institutionibus se conformant: alii alicujus Sancti vitam aemulari contendunt: alii virum prudentem sibi deligunt, quo in ordinandis actionibus suis tamquam perpetuo directore utuntur. Videamus, num in terenda caeli semita respectui humano tamquam fido consiario secure confidere possimus! O quanta mala in orbem invexit hic virtutis inimicus! vultis percipere, quae & qualia? reflectamus oculos ad Passionem Dominicam.

Quia dedit elapsum Christo.

3. Pontifices, & Synagogae Antistites pluribus vicibus emiserunt famulos, ut Christum in vincula raperent: illi non una vice re infecta redeuntes, & Christi eloquentia victi retulerunt Dominis: *Nunquam sic locutus est homo.* Quo audito Domini fere subscriptionem capiebant de famulis, ne & ipsi cum Christo sentirent; hinc in ea verba gravissime illos objurgabant: *Etiamne & vos decepti estis?* Novissime cum his satellites in montem Oliveti ductore Juda allegebantur, ibat cum ipsis Malchus, cui benignissimus Redemptor excussam a Petro auriculam prodigiose sanavit. Non latuit Caiphan Pontificem tanta benignitas: proinde de novo suspicari poterat Malchum tam admirabilis be-

neli-

neficentiæ vinculo obstrictum jam totum in partes Christi iturum: crevit suspicio, cum Virginis Filium interrogaret, quis, unde esset, & quam doctrinam præferret, atque ille in circumstantes famulos intendens respondereret: *Este hi sciunt, quid dixerim ego.* Quid evenit? Malchus, uti ingeniose observat Cyrillus (*lib. 11. in Joan.*), notare potuit suspicionem, atque ut se Domino purgaret, suæque fidei argumentum proderet, tam decumana ala pannuciti illum Redemptorem in faciem percussit, ut nulla alia ex mille ictibus per totam passionem fuerit dolorosior. Si hunc historiam a primo ad ultimum perpendere liber, perspicuum est, crudelissimum hunc colaphum non alia habuisse cunabula, quam respectum humanum: immanissimus Cirelles percussit innocentem, ut Domino placeret, & suam illi fidem probaret. O miserum Christianum, quisquis hoc motivo trahitur!

Immo crucifixit Christum.

5. Pauca hæc sunt, quæ queror: longe adhuc crudelius respectus humanus in patientem Christum sæviit. Pilatus Romanorum Prætor sole meridiano clarius agnovit innocentiam Christi Domini, quem Judæi captivum ad se adduxerant: profunde omnem movit lapidem, ut innocentem liberaret: atque ut palam se justitiæ tenacem ostenderet, irrevocabili decreto constituit Christum dimittere. Quid agit rabiosa fex Judæorum? clamare incipit: *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris.* (*Joh.* 19.) Hac voce Romanus Judex ex columna in arundinem, ex leone in lepidum, ex justitiæ assertore in justitiæ proditorem mutatus pronuntiavit ferale sententiam, & Christum ad crucem condemnavit. Res mira! erat alias Pilatus in suis decretis inflexibilis, inexorabilis; cum enim post mortem Christi apud illum instaret Pharisæi, ut delecta crucis epigraphe, *Jesus Nazarenus Rex Judæorum*, (*Joh.* 19.) aliam sibi minus præjudiciosam substituereat; restitit immobilis, & millies urgentibus, millies repoluit illud: *Quod scripsi, scripsi.* Subintrat hic S. Bernardinus Senensis, inquiens (*serm. 51. de Pass.*) *Admiratione magna suspicimus, quod Pilatus non denegavit Judæis Christi mortem, & tamen nunc tituli denegat abolitionem.* Quæso, quæ causa subest, quod facile consenserit in necem Christi, quam sine summa injustitiæ labe decernere non poterat, nunc autem nolit consentire in tituli deletionem, quam forte sine justitiæ dispendio poterat concedere? Nempe ratio in promptu est; terruit Pilatum illa vox: *Non es amicus Cæsaris*: ex metu, & respectu humano tulit iniquissimam mortis sententiam, & e contrario, dum de mutando crucis titulo agebatur, tantum adeo firmus in sua mente perstitit; quia eadem minæ non intentabantur.

Igitur non cedendum est respectui humano.

6. Jam ad te conversus, mi Christiane, interrogo, si respectus humanus Christum Dominum immani colapho faciavit, & in ipsam etiam crucis mortem dedit, tunc in ordinanda vitæ norma ausis tam crudelem consiliarium adhibere? tunc ab actionibus meritoriis abstinere, aut ad iniquas convolare præsumes ob cryses & taxationes maledicorum? Si ita est, si mundi placita attendere vis, deserendi est omnis virtutum semita, prorumpendum est ad spectosam viam interitus, quia quidquid sancte agis, nihil intactum, nihil non sigillatum relinquet impiorum dicacitas. Si Ecclesiæ Sacramenta crebrius suscipis, dicent esse hypocrisin: si amore sollicitudinis in cubiculo domestico te concludis, dicent esse desperationem: si motivo temperantiæ a conventiculis, & commessationibus abis, dicent esse avaritiam: si inimico condones injuriam, dicent esse ignavum & ignobilem animum. An ideo hæc & alia id genus pietatis exercitia omittenda sunt, quia fatuitas deridibus sceleratorum arrodantur? Nequaquam: alapam das Christo, in crucem agis illum, si ex respectu hominum in peccatum concedis. Luna in suo cursu non mutatur, etsi a rabiosis canibus allatretur. Fuere tempora, quibus pictorum & chalcographorum ars valde fuit adhuc rudis & imperfecta: ibi igitur cum principium aliquis suum ectypon effigiari voluit, infeliciter succedente artificio picti formatique sunt deformes, distorti, & a vero absurde dissimiles vultus: nec tamen ideo depicti principes defierunt esse principes. Tu bonus Christianus, utut ab hominibus imperfectis mille notis, ac nigris coloribus depingatur, non tamen ideo desinas esse bonus Christianus. *Tu ne cede malis, sed contra audentior ito* ait Poeta.

Omnes Sancti a perverso mundo fuerunt judicati.

7. At enim arduum est, ingemiscet nonnemo, arduum est, continuis vexationibus pungi & morderi: &c. Non abnuo, mi Christiane: arduum est, atque animo honesto perquam doloriferum: sed quis inveniet malo remedium? hic semper mos fuit petulantis mundi, hodiedum est, & deinceps erit, virtutes persequi. Israelitæ, quamprimum ex Ægypto, qui tantillis Patribus & spiritus Magistris semper petulantis mundi symbolum fuit, exire parabant, non tantum in ipso egressu Ægyptios, Amorrhæos, Amalecitas, aliosque contra se insurgere viderunt, & per omnem peregrinationem hostiles exercitus sibi contra venientes habuerunt, & intra ipsa Jerosolymæ consilia Jebuæos pati debuerunt, qui ad mentem Origenis aliud lingua nostra haud denotant, quam *calcatores*. Parem in modum hodiedum contingit. Sit quisquis velit e quocumque hominum statu, aut sexu, qui vitæ melioris tenam orditur, & statim experietur se linguarum aculeis configi: interroga omnes spiritus Magistros, & uno ore dicent, non posse te odisse vitia, quin te oderint vitiosi: *Abominantur impii eos, qui in recta sunt via.* (*Prov.* 29.) Causam dat Salvianus; quia ubi tanta est studiorum inæqualitas, ingens sit contrarietas affectuum necesse est: vita proborum est perpetua confutatio impiorum; quid ergo mirum, si eos oderint? Homines justi sua pietate confundunt eorum in templis petulantiam, sua caritate eorum duritiem, sua verecundia eorum mores dissolutos, sua frugalitate eorum ingluviem. Si ergo impii sui iplorum amantes sunt, oriosi sint proborum necesse est, *Maxima enim causa dissentionum*, ait Sanctissimus Præsul (*apud P. Segneri in Quadr. fer. 8. n. 2.*) *est diversitas voluntatum; quia fieri aut omnino non potest, aut vix potest, ut eam rem in alio quisquam diligat, a qua ipse dissentit.* Camelos imitantur impii, qui cum pellucidæ aquæ appropinquant, pedum ungulis eam turbant, ne suum in ea deformitatem intueri cogantur. Quid ergo pertimescis, mi Christiane, impiorum illusiones, quæ sanctis omnibus hactenus fuere communes? noone dissertis verbis præmonuit Divinus mundi Magister, quod *omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur?* (*2. Tim.* 3.).

Sed cum tempore vicissim illudentur.

8. Et quamdiu tandem, obsecro, quamdiu, mi bone, hanc linguarum mordacitatem passurum te arbitraris? quamdiu? Nonne veniet dies, & forsan brevi veniet, quo *gaudent pessimi in magna exultatione adversus eos, qui se angustiaverunt?* (*Sap.* 5.) quanta nunc erit tua coram orbe universo gloria, quanta animi lætitia, cum poteris insultantibus insultare? scisne, cum hanc lætitiam cogito, quam ejus ideam ac imaginem mihi proponam? Noemum in arca sua inclusum mihi repræsento. Siquis unquam mortalium dudibria passus fuit, certe Noemus fuit, dicente Chrysost. (*hom. 3. in Gen.*) *Verisimile est eum subsannatum, & irrisum ab omnibus.* Habitabat Noemus in medio populi gentilis, incredduli, scelerati, cum Dominus Deus humani generis pertæsus decrevit orbem universum aquarum inundationibus submergere, præcepitque Noemo, ut domum sibi navitilem contrueret, qua communi omnium exitio se subduceret. Sanctus Vir admovit operi manum, populisque impendentem Numinis iracundiam denuntians, ab initio quidem animos timore percellit; verum cum post tres, quatuor, & amplius annos diluvii vaticinium successu careret, indicibile est, quas sanctas ac furcalinos effatus linguæ in optimum fanem exonerarint: Hem, Prophetam egregium, aiebant, qui jam per integrum fere sæculum orbi mendacia illudit: hem, fatuum fanaticum, qui in carinenda portentosæ navis machina fortunas omnes exhausit, immensas pluvias somniat & interim cum navigio semper hæret in sicco, &c. Hæc & similia ludibria in faciem exprobrabantur Noemo. At cum tandem reseratis cæli cataractis effusi imbres deplebant; maris exundabant, & sensim crescentibus aquis palatia, turres, ac montes mergebantur, tunc enim vero mutata est rerum facies, tunc ludibriis successerunt gemitus, ac lamenta. Fluctuabat gloriosa Noemi navis, & mortem, quam, mille alii inter aquas opperebant, triumphabat. Condoluit quidem sanctus Patriarcha miseris percuntibus, sed si voluisset jure retorsionis uti, nonne de puppi navis improperare potuisset miseris: ubi estis jam vos illusores, quibus paullo ante volupe fuit jocularibus sibilis simplicitatem meam explodere? En ridete nunc, repetite sannas, dicite me senem fatuum, atra bile agitatum, exuta mente laborantem! Ecce infelicibus vobis nihil jam superest, nisi mergi ac suffocari, dum solo Noemo sas est vestros interitus innoxiis oculis intueri: &c. Hæc & similia exprobrare potuisset Noemus percuntibus in diluvio. Jam, ut ad orbitam nostri propositi redeamus, hæc & similia tu mi Christiane, in illa die exprobrare poteris tuis irrisoribus: rident jam illi tuam solitudinem, tuam pietatem, dicunt te bardum, absurdum, stupidum, scrupulosum, ac mundi genio inutilem, eo quod malis intra Ecclesiæ aut oratorii parietes hærere, quam cum libertinis edere, ludere, tripudiare, commessari: at veniet dies, qua mutabitur scena, dum miseri illi ob insanam vitæ licentiam in abyssum præcipitabuntur, & caduin ac terram horrendis ejulatibus complebunt: tunc de ealorum culmine tu poteris irrisiones ac ludibria in auctores retorquere, & illudentibus illudere. O Christiana anima! an non hæc consideratio mentem tuam excitat ad contemnendos impiorum latratus? latrent, latrent hi cerberi; venit tempus, cum ex inferni barathro furum in cæli atria suspicientes, videntesque eos, quos olim petulanter exsibilarunt, publice fatebuntur: *Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est...* &c. (*Sap.* 5.)

9. *Epilogus.* Age igitur, mi Christiane! confortare, & esto robustus, & quoniam sors tibi obtingit cum in modum patiendi, quo Sancti omnes passi sunt, etiam cum Sanctis scuto patientiæ te obarmans, nec latum unguem cede dicteriis hominum. S. Brigitta Sueca (*Lect. 8. Offic.*) post mortem Ulphonis mariti contemptis nobilissimæ prolapiæ titulis fortunas omnes in egenos distribuit, vilibus vestimentis tecta, pauperibus ac morbidis in Xenodochiis serviebat, monasteria ædificabat, orationi & sanctis operibus diu noctuque invigilabat. Verum hac vitæ mutatione totius nobilitatis linguas in se armabat: fuit fabula, & peripetma omnis populi. Quid egit Sancta? contra maledicorum sibila familiare habuit hoc proverbium: *Propter vos non cupi, propter vos non desinam.* Hanc gnomen tibi etiam commendatam habe, mi

Chri-

Christiane! si mordaci loquacitate discolorum sugillaris, si dicant te devotulum aut devotulam, extaticum, aut extaticam, & quæ sunt similia, sine insanientes ridere: tu æque in finum ride, & dic: *Propter vos non capi, propter vos non desinam.*

Dominico Quinquagesimæ.

CONCEPTUS II.

Ostenditur in his insaniis Bacchanalitiis plane stultorum omnium maximum esse, qui animam peccato lethali commaculat.

Domine ut videam. Luc. 18.

EXORDIUM.

Hac tempore Bacchanaliorum stultorum plena sunt omnia.

1. CErte hoc, & non alio magis tempore videtur Sacer Ecclesiastes enuntiasse illud: (*Eccl.* 1. v. 15.): *Stultorum infinitus est numerus.* His enim diebus tanto quis habetur generosior, quanto apparet stultior: passim regnat immodestia, intemperantia, morum dissolutio, ut credere quis possit, superesse in media Christianitate Gentiles illos Ægyptios, qui pudenda Bacchi orgia inter mille insanias celebrabant. (*Fabr. tom. 4. in Quinquag.*) Sunt nobiles, qui trivialium vestimentis personati incedunt, & sic statu se excidisse simulant. Sunt alii, qui lepido habitu, & ridiculis gesticulationibus nugantur, & sic rationem se perdidisse videntur. Sunt, qui saunos, & fathyros induunt, & ita vel ipsam humanitatem abjecisse creduntur. Sunt denique, qui prolixis compotationibus, immoderatisque convivis ingluviem farciunt, saltationes & tripudia instituunt, risui & cachinnis vacant, risas, contumelias, aut insciunnosos sales desumant, aut, quod pessimum est, libidini, & impudentiæ plenas laxant habenas, &c. Verum sistite, Christi mi peccatores, sistite in modo scelerum cursu: dicite, quis animos vobis addit ad infrunitam vitæ licentiam, ad effrontem peccandi audaciam? quis oculos vestros fascinat, ne iactuentur imminentis damnationis periculum, in quo versamini? an obmutescistis? an mihi respondetis? ergo ego respondebo: nimirum excæcat vos fatua securitatis persuasio; putatis, vitam hanc voluptuosam sine dissimilae, sine mortis insidiis in diuturnæ ætatis tempora provectam iri: putatis, hanc lanitatem corporis fulcris innixi firmissimis; putatis, hunc faciei ruborem infallibilem Prophetam esse longævæ senectutis. O cæcitatem! O dementiam! rogate obsecro cum hodierno cæco Divino Illuminatorem, ut veritatem agnoscere valeatis: *Domine, ut videam.*

Qui peccat est stultorum omnium maximus.

2. *Propositio.* Ego vero, quantum potero, glaucoma vobis ex oculis removebo, Quæstionem agitabo, quis hoc tempore Bacchanaliorum sit stultorum omnium maximus, & resolvam, esse plane eum, qui in peccatum lethale consentit; idque maxime propter fragilitatem & incertitudinem vitæ humanæ, quæ momento citius extingui potest. Adjuvet me Dei gratia, ut fructum, quem quæro, consequar. Favete.

Diabolus fingit mortem esse remotissimam.

3. *Confirmatio.* In artefactis pictoriis, ait Cicero (*Acad. 6.*), nihil artificiosius esse, quam umbram, quæ ita potest inter colores attemperari, ut picturæ instantiam perspectivam, ut ajunt, repræsentet, non sine deceptione oculorum. (*Nieremb. hon. 18. §. 2.*) Videntur nonnunquam depictæ regiones, ubi urbes, castella, amœni horti, longe lateque excurrentes campi, immensi fluviorum tractus, & demum in distito mari procul cernitur navis, quæ ob distantiam vix amplius est discernibilis: quæro jam, quam remotum a te esse putas hoc navigium? multis inquis, milliaribus. Verum deceptio hæc est oculorum: accede, tange picturam & videbis vix una, alterave spithama abesse, quod autumabas immensa viarum intercapedine abjacere. Quæ causa est hujus deceptionis? nimirum umbra picturæ. Jam attende, mi Christiane! certum est, hanc mundum fallacem esse picturam: figuræ sunt hæc omnia, quæ cernimus, non solidæ res: ita Apostolus (*1. Cor. 7.*): *Præterit figura hujus mundi.* Quid est hæc vita temporalis? figura: *Præterit.* Quid pulchritudo corporis? figura: *præterit.* Quid mundanus honor, quid divitiarum abundantia? figura: *præterit.* Transitoria sunt omnia, & plena periculis æternæ damnationis. Certum est, quod nec unica hora a morte secura sit: certum est, quod in peccato lethali decedens, absque remedio æternum interiturus sit. Qui fieri ergo potest, ut peccator perseveret in tam manifesto damnationis periculo? nimirum infernalis deceptor oculos illius fallaci umbra demutat. Pingit ac fingit mortem adhuc remotissimam, superesse longævum vitæ tempus, & spatium pœnitendi. Hæc semper fuit dæmonis industria: jam protoparentibus in paradiso persuasum volait. *Nequaquam morieris.* (*Gen. 1.*) sed quoniam hodie idipsum persuadere homini neutiquam valet, utpote qui experientia quotidiana convincitur, statutam esse inevitabilem omnibus moriendi legem, ideo saltem umbram facit, & deceptionem, conaturque persuadere mortem quam remotissime abesse: fingit umbram bonæ valetudinis, umbram optimi temperamenti, umbram juvenilium annorum. Verum, O Christiane! accede, tange picturam, videbis e vicino esse, quod longissime distare credebas: in memoriam revoca eos, quos bene nosti, qui eadem ætate florebant, qua tu, eodem corporis robore vigebant, quo tu, & nunc in sepulcro jacent. Ne fide deceptioni: mors tua, damnatio tua ita propinqua est, ut hodie adhuc mori, & damnari queas. Et audes peccare? O stultum!

In juvenili ætate non est confidendum.

4. Atque ut confidentiam tibi adimam, quam in florentissima corporis, ac juvenili ætate collocas, intuere illud Ezechielis navigium, per quod urbs Tyrus Phœnicia metropolis repræsentabatur: Præcepit Dominus Deus Prophetæ: *Tu fili hominis assume super Tyrum lamentum.* (*Ezech. 27.*) Vaticinare illi interitum. Itane navigium illud interibit? navigium tam ad splendorem, quam ad firmitatem quam optime extructum? tabulata navigii erant ex robustissimo ligno de monte Sanir, malus erat ex cedris Libani, transtra ex ebore Indico, remi ex ilicibus e regione Basan, vela ex carbaso Ægypti, remiges, & gubernator erant providissimi, peritissimi. Et navigium istud interibit? interibit: inquit Doctissimus Lanuza; (*tr. 1. p. 2. n. 183.*) quia defuit illi, quod præ ceteris necesse habuit, videlicet anchora: *Anchoras non secum ferebat.* Ubi anchora deest, ibi nulla est navi firmitas, nulla stabilitas, nulla securitas. I modo mi homo Christiane, & in vigore corporis, in valetudine, in juvenili ætate præsumptuose confide: eheu! fieri potest, ut momento citius intereas, quia vitæ tuæ anchora deest, hoc est firmitas, stabilitas, securitas: forsan jam præcipit Dominus Deus tuo Angelo Tutelari, quod Ezechieli: *Assume super Tyrum lamentum*, quia intra unius horæ spatium moriturus es: intuere repentina tantum funera eorum, quos quotidie ad tumulum efferri cernis, quibus robusta valetudo Nestorios annos promittebat. Hac hora, qui tibi loquor, passim per orbem emoriuntur plurimi, qui heri nil minus, quam mortem cogitabant; immo hac hora damnantur plurimi, qui ante horam nihil minus, quam damnationem metuebant. Fieri potest, ut post horam eadem sors & te tangat. Et tu in tanto periculo peccare præsumis? O stultitiam deplorandam!

Cura valetudinis nihil prodest contra mortem.

5. Forsan respondis, te in vita methodo, in cibo, & potu cautissimum esse, ne sanitati noceas, & insuper in promptu habere pretiosa balsama, præservativa, pharmaca ad conservandam valetudinem. Gratulor tibi, & ex animo precor quam optimos tuæ sollicitudinis effectus: Verum quantumcunque abundes id genus remediis, facere tamen neutiquam potes, ut caro tua non sit fragilis instar fœni: *Omnis caro fœnum est:* (*Isa. 40.*) consideri obsecro, quam fragilis res sit fœnum, seu gramen: a sole exuritur, a frigore arefit, ab aqua computrescit, ab hominibus conculcatur, a jumentis devoratur, a vento profligitur, a tempore consumitur: ita eadem est miseria vitæ humanæ: unica maligna aura, unicus hausus frigidæ, unicus solis ardor, unicus insalubris cibus, carnifex notter esse potest; (*S. Aug. soliloq. c. 2.*) Nemo interroget, unde mors veniat; potius interrogandum est, unde non veniat? an enim unicus est hominis sensus, an unicus corporis porus, per quem mors irrumpere nequeat? tempore Plinii aguoverunt Medici trecenta morborum genera, sapientes Hebræorum agnoverunt nongenta, quæ hominem improviso adoriri, & enecare possunt. Quis scit, an non jam hujusmodi morbus in visceribus tuis delitescat, brevi in subitaneam mortem erupturus? & in tanto periculo deliciari, commesari, procari, jocari, peccare audes? O te stultum miserrimum!

Sæpe vita destruitur per vitæ adjumenta.

6. Cura sanitatem quantum vales, verum scito; hanc ipsam curam, & vitæ conservandæ remedia sæpe cedere in illius destructionem: non ne sopor levit sectillandæ membrorum lassitudini? & tamen haud pauci fuerunt, quos sopor extinxit. Nonne cibus, & potus fuerunt confortandis viribus? & tamen plurimi cibo, & potu interierunt. Nonne pharmaca serviunt recuperandæ valetudini? & tamen, prout observat S. Augustin. (*l. 22. de Civ. Dei.*) fuerunt innumeri, quibus pharmaca instar venini fuerunt. Nonne recreatio, lætitia, risus serviunt ad restaurandas fracti corporis, & animi vires; & tamen ipsa lætitia nonnullos interfecit: Narrat Valerius Maximus (*l. 9. c. 12. de duabus matribus*, quod cum filios, quos mortuos credebant, vivos receperint, præ exultantis animi gaudio repente mortuæ conciderint. Narrat Aulus Gellius, (*l. 9. noct. c. 15.*) Sophoclem, Chilonem, Philippidem, Diagoram, alisque præ mera animi lætitia extinctos fuisse. Quodsi lætitia hominem interimit, & ex ea parte mors ingruit, qua vitæ conservationem operabatur, quid tandem non poterit illam perimere? quam fragilis hæc est vita, quæ a suismet subsidiis destruitur! veritime enuntiavit Augustinus, (*in quodam serm.*) *Fragiliores sumus, quam ipsi vitrei effamus; vitrum ista fragile est, tamen servatum diu durat.* Et in his periculis, O peccator securus vivis? nescis, an non jam corrupta sit interna humorum harmonia, nescis, an non occultum apostema in visceribus gliscat, quo rupto subito funus fiat, & rides, nugavis, in peccata, & spurcas voluptates proruis? O dementiam sanguinis lacrimis dignissimam!

Peccatum causa est accelerata mortis.

7. Verum concedam, mi homo, te valere quam optime, & inveniam valetudinem firmissime sibi constare, an ideo securum te putas? nulla ratione; ipsum enim peccatum, quod committis, ipsa vitæ licentia, qua vivis, in causa esse potest, quod Divina ultio repentinam mortem super te decernat. *Quoties lucerna impiorum extinguetur?* interrogat S. Job. (*c. 21.*) per lucernam intelligit S. Gregorius (*l. 15. Mor. c. 21.*) vitam mortalem: O quoties lucerna, qua oleo, lychno alisque necessariis quam optime instructa est, repente vento extinguitur: quare? quia in liberum aerem effertur. Ita multoties contigit vitam scelerato-

rum ex improviso casu extingui : quare ? propter hanc ipsam peccati libertatem. An desunt putas, hujusmodi exempla ? nonne quotidie audimus, illum ab equo excussum cervicem fregisse, alium a fistula ænea, quam portabat, globo confossum, illum a regula & recto decidua contritum, alium a profluente haustem, illum inter rixas gladio jugulatum, alium in lecto catarrho suffocatum fuisse ? quid frequentius, quam hæc nova ? hæc sunt nonnumquam spectacula justitiæ Divinæ. Credis. O peccator! illa tibi quoque evenire posse ? & in tanto periculo audes vel ad momentum in peccato perseverare? O insaniam inauditam! O præsumptionem stultissimam! agnosce, obtecro, discrimen æternæ damnationis in quo versaris ; fuge peccatum, adquiesce meis monitis, eheu! monitis, quæ forsan sunt ultima : audi, & contremisce.

8. Zelosissimus quidam concionator (*Jos. de Barc. ser. 15. §. 6.*) his diebus antecineralibus detonabat contra vitia, quæ hoc tempore licentiosius invalescunt. De sacro suggestu agitabat, hanc ipsam materiam de fragilitate vitæ humanæ, ajebatque, fieri posse, ut nonnemo ex præsentibus morti succumberet, aut requum crastina die sacros cineres reciperet : non fidendum proinde esse tam fragili vitæ, & nec momento unico in peccatis perseverandum. Erat inter auditores libidinosus quidam peccator, cui finita sacra oratione alius ejusdem farinæ socius ajebat : Amice! graphice nobis hodie facer Orator veritatem exprobravit : quid facimus ? quasso tamdem peccandi finem faciamus : ejice domo tua prostibulum ; quod hactenus turpiter deperiisti ; forsan hæc fuerunt ultima Dei vocantis monita : subrisit alter, & carnali voluptate totus ebrius amici horrationes contempsit : Misericors est Deus, reponit, non statim ictum vibrat : erit adhuc tempus pœnitendi, lentius incedit mors, quam ut primo impetu trucidet : sacri oratores ita fulminant, ut nobis terrorem incutiant : scio quidem me peccatorem esse, sed venturo tempore Paschali tandem serio emendari incipiam. Non desistit alter iterum, iterumque arietem admovere, id quod sine dubio insuirante Deo factum est, sed tandem se infecta tibi invicem valedixerunt. Misset hic peccator domum ad voluptates suas redit. Ecce! Media nocte turbato somno totus inquietus, & fudore madidus expergefacit turpem suam lecti sociam, rogatque, ut lumen excitare vellet, se haud admodum bene habere. Festinat illa, lumen excutit, dumque cum ardente candela cubili appropinquat, audit fractam, & morienti simillimam hanc vocem : *Vale amasia* : obstupefecit, accedit, & miserrimum hominem inter sanguinis ructus humi mortuum procumbere conspicit. O terribilis judicii Dei! O mortem miserandam!

9. *Epilogus*. O care peccator ! En ! infelicissimus hic homo sprevit Dei monita, confidit præsumptuose vitæ fragili, & perit : tu quidem non metuis, ne simile quid tibi eveniat ? sed nec metuebat iste : tu puras fieri non posse, ut damneris ? sed nec putavit iste. Ah ! objecto te igitur per animæ tuæ salutem, disce ex alieno damno sapere : forsan & hæc tua ultima sunt Dei misereutis monita. Quodsi non audior, cesso quidem rogare, abi, peri, non te moror : interim hoc saltem inficias ire neutiquam potes, quod hactenus probare contendi, videlicet illum stultorum omnium esse stultissimum, qui non obstante tam manifesto mortis, ac damnationis periculo, vel ad momentum unicum in peccato perseverat. &c. &c.

Dominica Quinquagesimæ.

CONCEPTUS III.

Gravitas peccati mortalis demonstratur ex Passione Domini Nostri Jesu Christi.

Tradetur gentibus & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur. &c. Luc. 18.

EXORDIUM.

Cur Ecclesia hodie Evangelium de Passione Domini legat?

1. NOn vacat mysterio, quod sancta Mater Ecclesia hodierno die prælegat Evangelium, quo amara memoria Passionis Dominicæ recolitur. Vis nosse, quid mysterii subsit ? audi, quod Regum lasti inirum recenseant : Tres Reges arcta obsidione cinxerunt civitatem : angustiæ erant undique obsessis, jam jamque deditionem cogitabant : eum ecce Rex Moab (*4. Reg. 3.*) filium suum arripuit : & super mœnibus civitatis sub conspectu hostium sacrificavit. Hoc spectaculo ita cohorruit inimicus exercitus, ut obsidione tergum vertertit. His diebus antecineralibus tres potentes inimici oppugnant fidelem populum, videlicet mundus, caro, & dæmon : arma illorum sunt delicæ, galæ, choreæ, periculosi conventus : invalescit morum corruptela, & hoc tempore plus, quam alio fieree putatur. Quid agit provida Mater Ecclesia ? ut præveriat animarum pericula, Dei Filium in cruce pro peccatorum, ac voluptatum nostrarum expiatione crudeliter suspensum sub conspectu nostro collocat, quia, ut annotat Origenes : (*in c. 6. ad Rom.*) *Certum est, quod ubi mors Christi animo circumfertur, non potest regnare peccatum. . . . sed continuo ad ejus præsentiam terus ille peccati & carnis fugatur exercitus.*

2. *Propositio*. Quapropter, ut salubri ordinationi Ecclesiæ obtemperem & etiam coeptum materiam de gravitate peccati prosequar, ite culcabo vobis hodie verba illa Evangelica : *Tradetur, illudetur, flagellabitur, conspuetur. &c.* Id est, ostendam, quanta sit peccati gravitas & enormitas, quæ amarissimam Christi Domini Passionem causavit.

3. *Con-*

3. *Confirmatio*. Sanctus Vincentius Ferrerius (*ap. Barc. serm. 5. §. 5.*) parabolam recenset notatu dignissimam. Tres olim fures, inquit, in urbem festinabant, ex arte sua, si fors ferret, lucrum quæsituri : vix, qua transeundum erat, patibulo erat contigua, ubi pendere quempiam conspicabantur, qui tum e vultu, tum e vestium ornatu magis quidquam supra vulgus credi poterat : Mirabantur primo, tum ex obviis quibusque indagabant, quis ille esset, e furca pendulus ? respondebatur, esse judicis urbici filium : cum enim unus ex servis illius furtum attentasset, filius, ut captivum redimeret, mutatis vestibus se in carcerem, servum in libertatem dedit. Parens nihil exinde mitior, cum in furem non posset, in filium sævit, & satis sane dignum judicavit, quod elapsi furis unicta subiret indutus. His auditis subsistere tres illi, & mutua admiratione alter in alterius ora defixi ita concludere : si judex iste tam immiti pœna in filium animadvertit ; quid nobis exteris speranduin ? *Si tantus hic justitiæ vigor servatur pro tam modico, quid fieret de nobis ?* abiit, non attendendum est furtum : abstineamus manus.

Dei Filius passus est propter peccata.

4. O Peccator! qui toties repetitis furtis Deo honorem ademisti, viam instrue ad montem Calvariæ : hue vade, hic vide pendentem e patibulo crucis : scire cupis, quis iste ? e vultu, & habitu constare potest, quod Deus Homo sit, unigenita Divini Patris Soboles : cujus criminis reus tam infami morte perit ? respondet tantus gentium Apostolus ; (*Rom. 5.*) *Quem proposuit ad ostensionem justitiæ*. Nil delinquit, nec delinquere potuit impeccabilis Deus ; sed quodam servus illius, videlicet homo, atroci crimini sese obstrinxit, ut hunc a supplicio redderet immunem, illius se vestibus amicit : Cœlestis autem Pater cœlitali odio in peccatum flagrans, tota ultionis furias in Filium exoneravit, vel ex eo nocentem, quod in peccatoris habitu comparuisset : *Proprio Filio suo non pepercit*. (*Ad Philipp. 2.*) Dic mi Christiane ; nonne si principem aliquem videres, qui vas quoddam ex adamante pretiosissimum, quia novit in eo venenum condi, projicit in terram, comminuat, & in frusta dilcerpat, certe diceres : O quantum oportet esse odium veneni ! quodsi videres idem alteri contingere vasi innocenti, ideo damnasti, quia quamdam habet similitudinem cum priore, quanto magis attonitus stupores ? Ecce autem : Christus nihil in se habuit peccati, quia *Sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus erat*. Solam habuit speciem, *missus in similitudinem carnis peccati*. Et vides tamen, ut illum Deus tractaverit : Proprio Filio non pepercit, omnium pedibus conculcandum dedit, lacerari, discerpi, laniari permisit, nec aliam ob causam, quam ut eliminaretur peccatum. O anima ! credis hoc, & nondum horrore obrigescis ex solo peccati nomine ? quid te fiet servo inutili, si tam atrociter sævitur in filium ? fuge, abstine manus, elude damnabiles mundi, carnis, dæmonis invitationes : &c. Verum, ut ulterius gravitatem peccati agnoscamus.

Pro peccatis nullo pura creatura potuit satisfacere?

5. Finge hominem, qui tanto, tamque immenso ære alieno reperiatur gravatus, ut nec omne aurum, quod hactenus ab orbe conditor fodinis eruitum est, nec omnes matris Erithræ gemmæ, nec omnium Regum thesauri essent solutioni sufficturi, & scito, tantum, tamque immensum esse debitum peccati : ego enim coacervo in unum cumulum omnium Sanctorum merita, cilicia, jejunia, flagella, ac sufferitates, nec tamen hæc omnia unius lethalis peccati veniam condigne mereutur. Ponamus, quod innumerabili Angelorum millia assumpto humano corpore crudelissima subirent martyria : ponamus, quod simul omnes Angelici ordines, & hominum myriades per millenos & amplius annos inferorum tormenta sustinerent : plus dico : ponamus, quod ipsa Dei Mater in lacrimas difflueret : nihilominus hæc omnia adeo immensa merita non essent sufficitura ad extinctionem unius peccati : rationem assignat Angelicus Doctor (*q. 87. a. 4. & q. 1. p. 3. a. 3. ad 2.*) quia videlicet peccatum in quantum injuria Dei est, malum infinitum est ; infinitum autem malum per merita mere finita, ultra quæ pura creatura nequit assurgere, compensari de condigno non potest. Necesse igitur erat Deum incarnari, ac pati, ut infiniti demeriti malum, per infiniti pretii remedium compensaret. *Agnoscе, O homo*, exclamat hic Bernardus, (*serm. 3. de Nat. Dom.*) *quam grata sint vulnera, pro quibus necesse est Dominum Christum vulnerari* ! Et ut rides, jocaris, choreas ducis, pericula peccati non reformidas ? &c.

Christus mortuus est ex odio peccati.

6. Verum hic se mihi dubium offert : quamvis enim peccatum infinitæ injuriæ malitiam in se complectatur, numquid mitiori supplicii genere a Filio Dei poterat expiari ? omnino ; quævis enim actio Theandrica, unicum suspirium, unica lacrimula, unica sanguinis gutticula, cum propter unionem Verbi infiniti sit pretii, de se fuisset sufficitura ad expiandas mille mundorum delicta, ita expresse testatur Bernardus : (*Tom. 4. serm. 40. p. 1.*) *Una gutta sanguinis Christi sufficiens erat pro redemptione decem millium mundorum*. Cur ergo mille injurias, sputa, alapas, flagella, spinas, & infames crucis supplicium voluit subire ? Respondeo ex ad propositum mihi suggerit sanctus Cyprianus inquiens : (*de Pass.*) Hæc omnia sustinuisse Dei Filium, ut tanto majus odium adversus peccatum in humanis mentibus excitaret. *Si enim*

amarissima Passio tam crudelis, tam enormis modo vix sufficit ad effrenos animos urendos ab illicita voluptate, quanto minus ad ingurgitandum, prout pareti, peccatiodium, una cruoris guttula esse sufficiebat? Nunc primum intelligo, cur sanctus Apostolus Paulus (*Rom.* 6.) de cruento Calvariæ Sacrificio differens, ajat, Christum mortuum fuisse *propter remissionem præcedentium peccatorum*. Quid ais sancte Apostole? an ergo per mortem Christi remissa tantum sunt peccata mortem Christi *præcedentia*? an non sufficit Passio ejus ad expungenda peccata etiam consequentia? Omnino sufficit: verum obstupescite Auditores? Paulus tantum mentionem fecit de præcedentibus peccatis, quia putavit, pulcrius futurum spectaculum Passionis Dominicæ nullum amplius peccatum in toto mundo perpetratum iri. O sancte Apostole: utinam! utinam! Verum heu! quid modo dicetes, si his temporibus præsertim bacchanalitiis cameres petulantiam, impudentiam, ac impietatem Christianorum? Abstineo a lamentis, & denuo quæro, cur Christus non saltem per crudelissimam flagellationem, aliosque dolores satisfactum esse judicarit? cur mortem ipsam sustinere voluerit? percipite iterum Scripturam.

7. Samson illud Instinctus prodigium extremo odio persecutus est Philistæos, combussit illorum segetem, millenos asini maxilla trucidavit, aliaque eis mala frequenter irrogavit. Dimum caput ab inimicis, & in templo delusus rogavit Deum, ut pristinam fortitudinem recuperaret; recuperavit: & ecce! collisis, quæ templi fornicem sustentabant, columnis, Philistæos omnes una secum obruit: subintrat hic Doctissimus Barbosinus: (*Lauræa tract. in 2 Cor.*) *Non poterat Samson magis exprimere odium, quo Philistæos prosequebatur, quam occidendo se ipsum, ut illos e vita exterminaret.* Eo, o peccator! erige oculos, & animum in hunc Crucifixum, & ex hoc spectaculo gravitatem peccati mente: Deus mortuus est. O prodigium! o portentum! edic quæso? respondet Isaias: *ut auferatur peccatum.* (*Isa.* 27.) An potest esse gravius odium Dei adversus peccatum? ut hoc destrueret, se ipsum una interfecit. &c. Si quæras, mi homo Christiane: quanam ergo peccata in Dei Filium tam crudeliter sævierint? percipe pauca: Indignatus est olim David virolli, a quo unicam pauperis ovicullam ottium putabat: verum a Propheta Nathan audiit: *Tu es ille vir.* Audi o peccator hæc ipsa tibi verba in faciem exprobro: Noli indignari Judicibus, Judæis, crucifixoribus, *Tu es Ille Vir*, qui Dei Filium interfecisti, tua vivendi libertas ligavit lanistas, tua superbia coronavit spinis, tua avaritia vendidit pro re nihili, tua luxuria lanivit flagellis, tua intemperantia potavit felle Divinum Redemptorem, &c. & nondum peccare desinis? necdum bacchanaliis valedicis? necdum periculosa consortia fugis? &c.

2. Si hæc de veritate dubitas, interroga sanctam Gertrudem. (*Vita S. Gertrud. l. 4. c. 15.*) Dum innocetus Virgo hæc ipsa quinquagesimæ Dominica Divinum Misericordiam pro peccatis Christianorum, quæ his saturnalibus solito frequentiora sunt, deprecaretur; ecce! apparuit illis Christus Dominus ea specie, qua fuit flagellatus, & inter duos carnifices ligatus, quorum unus illum spinis, alter flagellis percutiebat. Cohorruit sancta anima, & Divinum Sponsum interrogavit, qua ratione hic dolor illi mitigari posset? respondit Salvator: si quispiam devoto corde meam Passionem recoluerit, rogaveritque pro peccatoribus, a quibus crudeliter offendor, ille utique vulneribus meis gratissimum emplastrum, ac linimentum est allaturus. &c.

9. *Epilogus.* Audis ista, O peccator? memoria amaræ passionis emplastrum est Christi vulnerati. Ah! per ego te igitur hæc ipsa vulnera obtestor, memento truculentæ Passionis, & his diebus identidem cogita: quid? peccata hominum trucidaverunt Filium Dei, & ego adhuc peccatum amare, ego, cooperari, ut optimus Redemptor denno *vulnerator, illudatur, flagelletur, & conspuatur?* absit a me: valete bacchanalia, quæ sine offensa Dei mei celebrari non possunt. &c.

Feria VI. Cinerum.

CONCEPTUS I.

De obligatione jejunii Quadragesimalis, ejusque apud multos Christianos laxa observatione.

Exterminant enim faciem suam, ut appareant hominibus jejunantes. Matth. 6.

EXORDIUM.

Jejunium hoc tempore parum affligit. Quia Christiani fuit valde lani.

1. Gentilis Rex Nabuchodonosor urbe Jerosolymitana potitus e populo Israel puerorum aliquos delegit, quos regiis dapibus enutriri jussit, ut adipati, nitidi, & obesi deinde fierent, qui ad servitium Regis destinarentur. Inter hos erat Daniel; qui cum ethnicorum cibis salva lege vesci non posset, rogavit præpositum Eunuchorum, ut se cum sociis suis loco Regiarum dapum leguminibus, & aqua pasceret: (*Dan.* 1.) Reluctit Malasar (ita nominis erat præposito) metuens, ne Regis indignationem, si vultus eorum solito macilentiores cernerent, in caput suum contraheret: Ne metue, ajebat Daniel, probationem decendialis jejunii nobilium hæc, & videbis vultus nostros nitidiores, quam puerorum, qui regalibus obsoniis pascuntur: quod & factum est. Hic siltere, & admirari debeo rem aliquam: quam illam? nempe supervacuneam solicitudinem Malasar Præpositi: Posito enim, quod Daniel non sigillius jejunium servasset, quam Christiani nostri temporis, plane de facie illius macie non habebat, quod anxiaretur. Christiani enim nostri temporis quadraginta dierum jejunium in insonsso abdomine ad finem deducunt, ut non minus adipati appareant in Pascate, quam in Bacchanaliis. Quidni an forsan idem miraculum cum illis, quod cum Daniele contigit? Non puto: sed feiunt per artem & ingeniosas inventiones ita attemperare rigorem jejunii, ut cuticulæ nemininum quidem noceat. Sunt, qui imbecillitatem stomachi obtendunt: sunt, qui laboribus suis se excusant; sunt, qui pluisculum sibi licere per negotia putant; sunt, qui per generosos haustus suppleut defectum esus; sunt, qui dispensationes extorquent; & fere demum nullus est, qui non favorabile dictamen prose invenire calleat, ita ut non tam jejunent, quam, ut cum hodierno Evangelio loquar, *appareant hominibus jejunantes.*

2. *Propositio.* Dilectissimi Auditores: loquamur parum de obligatione jejunii; quia hac ex parte plane apud multos Christianos invenio errores, qui forsan coram Domino Deo non perinde leves sunt, quam ipsis appareat. Favete.

§. 1. *Quadragesimale jejunium est antiquissima & sancta observatio. Magnas habet utilitates.*

3. *Confirmatio.* Observatio Quadragesimalis jejunii antiquissima est in Ecclesia, & ab ipsis probabiliter Apostolorum temporibus derivata: instituta est tum in honorem quadraginta dierum, quos Mundi redemptor inedia, ac jejunio in deserto consecravit, tum ob singulares utilitates, quæ in humanum genus exinde redundant. Quæritis Auditores, quænam sint ejusmodi utilitates? Taceo emolumenta corporalia, cum ad sanitatem, longævitatemque proficium sit, uti fuse demonstrant sancti Patres, (*S. Bonav. in Dict. c. 15.*) & solum id memoro, quod jejunio non sint potentiora arma, quibus oppugnetur diabolus: Quæritis quomodo? imaginamini vobis castrum arte & situ munitissimum, dux præsidiarius validissimus est, ita, ut illius expugnatio impossibilis videatur. Quod remedium superest, ut superetur? respondeo, inedia: si modus superit victualia illi subtrahendi, actum est, expugnatum est, victoria parta est. Infernalis tenebrarum dux, qui corda peccatorum tenet, sollicite custodit atrium suum: fortis armatus est, cujus potentia viribus mere naturalibus vinci haud potest. Quid agendum? inedia superatur; cujuscumque enim peccati genus vincitur, si peccati fomenta, & pabula subtrahantur. O mi homo, luxuria diffluis? jejuna: iracundiæ deditus es? jejuna: superbia tumes? jejuna: Invidia lives? jejuna: & certe animi morbo remedium invenisti. Unde dicit S. Ambrosius: (*Serm. 25.*) *castra nobis sunt nostra jejunia, quæ nos a diabolica impugnatione defendunt.*

Obligat omnes, qui rationabili causa non excusantur.

4. Hæc obligatione jejunii stringuntur omnes, quos rationabilis causa non excipit, aut excusat. Has rationabiles causas autem Cardinalis Cajetanus (*in summa V. jejun.*) ad tria capita reducit, videlicet, ad impotentiam, necessitatem, aut pietatem melioris boni. Ex impotentia excusantur pueri, infirmi, prægnantes, & senes, qui ob virium imbecillitatem egent confortamento: Ex necessitate excusantur operarii, fossores, famuli, aliique, qui vel muneris, vel alendæ familiæ causa tenentur ad ejusmodi labores, cum quibus stare non valet jejunium. Ex pietate majoris boni excusantur, qui miseriordiæ seu corporalis, seu spiritualis operibus vacant; jejunium enim præcipitur, ut promotivum, non ut impeditivum majoris boni. Monendum hic tamen est, quod nemo in casibus particularibus sui ipsius judex esse debeat, utrum hic, & nunc hæ causæ sufficienter excusent, nec ne? sed, quoniam amor proprius plus nimis excæcat, omnino suadeo consulendos esse conscientiæ arbitros, Parochos, & animarum curatores.

In primitiva Ecclesia erat ingens rigor jejunii.

5. O quanto cum rigore primis Ecclesiæ temporibus jejunium hoc observatum fuit! audite, & obstupescite. In quodam concilio Constantipolitano (*Menech. cent. 3. c. 11.*) constitutum fuit, ut tempore jejunii quadragesimalis Christiani omnes universim *ab omni mollabili*, consequenter non solum a carnibus, sed & a pisibus abstinerent; præterea caseus, ova, aliique fructus, qui a viventibus derivantur, vetiti erant, & quidem tam rigorose, ut transfressores, si fuerint Clerici, degradati, si laici, excommunicati fuerint. Ægrotantibus non concedebantur carnes, *etiamsi extremum agerent spiritum*, sed ad summum illis indulgebatur usus olei, & vini, quo utroque bene valentes interdicti erant. Quo ergo ciborum genere vescebantur in quadragesima? pane, & aqua, ac nonnullis arborum frugibus, quæ siccari, & per hyemem asservari poterant. Ecce! sic agere solebant Christiani, etiam laici, quando primævus fervor adhuc in Ecclesia vigebat, & quidem æpenumero inter saevissimas persecutiones, & quotidiana mortis pericula. Quid dicam de hominibus sanctis, & Religiosis, quorum jejunium non tam abstinentia, quam cluries erat. Narrat Palladius (*in hist. Laus. c. 27.*) de Tabennensibus Monachis, quod per integram quadragesimam ne calidum quidem bolum gustaverint. Lucianus (*in Dial. Philopseud.* commemorat, fuisse Christianorum haud paucos, qui *decem soles sine cibo transigerent*. S. Auguſt. (*Ep. 86.* perhibet, fuisse suo tempore, qui hebdomade non nisi semel reficiebantur. S. Hieronymus (*Ep. 22. ad Eustoch.*) de sancta Virgine Ascella refert, quod integris septimanis sine cibo fuerit. Taceo asuteritates plurium aliorum, qui inter continuos labores, aut cælestium rerum contemplationem mirabili prosus inedia corpusculum extenuarunt. &c.

§. II. *Nunc autem est ingens teper.*

6. Quid ad hæc mei Christiani? nondum erubescitis, dum nostra tempora cum illis, nostramque tepiditatem cum primorum Christianorum fervore confertis? dicite obsecro, an de quadragesimali jejunio præter inane nomen quidquam superfuit? quis est adeo conscientiosus, ut hinc sanctæ legitimæ lubens, volensque submittat? immo ut a contrario loquar, quis est tam rudis, & bardus, ut non per excusationes frivole excogitatas huic oneri se subducere satagat, ita, ut ubi antea fere fuit nullus, qui se non obligatum putabat, jam fere sit nullus, qui se non exemptum putet? percurramus nonnullos hominum status, videamusque an non ferme singuli se eximant: pauperes inquiunt, ego non teneor; quia tandem devorare debeo quidquid ex aliorum beneficentia mihi in manus venit. Famuli & ancillæ dicunt, ego non teneor; quia vires conservare debeo diurnis laboribus integras. Operarii dicunt, ego non teneor; quia per quotidiana stipendia familiam alere debeo. Rustici dicunt, ego non teneor; quia ad imminens tempus agriculturæ, & seminationis me robustum, ac validum esse oportet. Opifices dicunt, ego non teneor; quia cum jejuno stomacho incapax sum tractando opificio. Scribæ, Prætores, Officiales dicunt, ego non teneor: quia labor capitis in formandis ratiociniis, epistolis, & conceptibus magis refectione indiget, quam labor manualis. Nec minus mulieres se eximunt, quia ob imbecillitatem ventriculi statim ægritudines, ac febriculas ex jejunio metuunt. Divites, cum nullam invenire possunt rationabilem excusationem, supplent defectum ciborum per generosa vina, per delicatas cupedias, per pretiosa bellaria, & condimenta, per inconditos haustus, aut opiparum prandium per aliquot horas producunt, ita ut sub speciosо titulo unius refectionis tota fere die vorent, & ingerant. Scitis, Auditores, quomodo modernum jejunium mihi videatur? percipite in simili. Dominorum aliquis ædificabat domum, fabrisque lignariis licentiam dedit ea lignorum fecamenta, quæ de trabibus, tignisque dedolaverint vesperi secum domum asportandi. Quilibet ergo faber lignarius, antequam vesperi domum remearet, de trabibus frustrum ligni decussit, quo factum est, ut denique trabes ferme ad similitudinem festucarum fuerint extenuatæ. Ita jejunium mihi apparet: quilibet de eo aliquid decutit, dedolat, surripit, ut demum præter inane nomen nihil remaneat. &c. Incidenter hic monere debeo de crassissimo quodam errore, quem in plebe præsertim rustica satis universalem adverto: putant permulti per quadragesimum tantum tribus diebus in septimana esse diem jejunalem, videlicet die Mercurii, Veneris & Sabbathi, econtra in diebus Lunæ, Martis, & Jovis, excepta sola abstinentia carnium opinantur idipsum esse licitum, quod extra quadragesimam. Devent in varias domos diebus Lunæ, Martis, & Jovis, & ubique vidi in quadragesima ad libitum vorari; monui non una vice, ut meminissent jejunii, & semper mihi responsum fuit: hodie non est dies carnalis: Mei Christiani erratis, erratis: tantum diebus Dominicis licita est duplex refectio; ceteris diebus omnibus per hebdomadem licita est unica: jejunandum est: audistis, percepistis? Adhuc crassus delirabat ille, quem aliquando in hodierna die Cinerum egregie tota die vorantem deprehendi: monui illum de jejunio, & respondit mihi, hodierna dies utique adhuc pertinet ad saturnalia. O stupiditatem! O teporem! de quo merito dixerim: *Noluit intelligere, ut bene ageret. &c.*

Dispensationes non semper excusant coram Deo.

7. Quid dicam de nobilibus? hæc abdominaria idola, & carnis tineæ, quamvis stomachos habeant decumanis haustibus, & compotationibus pares, nihilominus quam primum feria quarta cinerum appropinquat, statim amore cuticulæ ad impetrandas dispensationes convolant, a medicis male conscientiosis attestatum infirmæ valetudinis aureo coemunt, & sic ab Episcopis exemptiones a jejunio excuniculantur. Rusticus in inferno quæstus a nobili, qua de causa damnatus esset, respondit: ob fractionem jejunii. Vicissim quærebat rusticus nobilem, & qua de causa tu in hunc locum venisti? repositus, ob fractionem jejunii; at nunquid, inibat rusticus, tu habuisti dispensationem? habui quidem, subintulit ille, verum hæc fuit summa mei infortunii, quod in articulo mortis ad me venerit diabolus illiteratus, qui characteres legere, & consequenter diploma dispensationis intelligere non potuit, atque hoc non obstante me immisericorditer huc rapuit. Christiani Auditores! per hanc fabulam nullatenus tenere volo, quod Ecclesiastici Superiores non habeant potestatem legitime dispensandi, sed id solum significo, ejusmodi dispensationes sæpe non peræque coram Deo, ac coram hominibus valere; quia sunt nonnunquam subreptitiæ, & falsis precibus fraudulenter impetratæ: Ecclesia multoties dicit, dispenso, sed non benedico, dispensamus, sed conscientias vestras oneramus: quodsi deinde ad articulum mortis deventum fuerit, tunc primum conscientiam lancinant, & pungunt ejusmodi privilegia subdole, & mendaciter adquisita.

8. Ludovicus cognomento Pius, Romanorum Imperator, (*Bertius in Vit. Lud. Pii.*) non obstante sua pietate, erat in Regimine infelicissimus; quippe a tribus filiis Lothario, Pipino, & Ludovico, qui novi Absolones subditos contra Parentem ad rebellionem concitarant, prope urbem Basilensem, quo stabiliendæ pacis causa convenerant, contra fidem datam nefarie occupatum, & Suessiam in captivitatem abductus est, ubi regni insignia deponere, & monachalem habitum induere coactus fuit. Quæso, quibus placuliis meruit optimus Imperator tam severe a Deo plecti? Nescio quidem, verum hoc nimis quam certum est, quod quisquis erga Deum tenax, & illiberalis est, etiam vicissim Deum erga se tenacem, ac illiberalem sit experturus. Qua de causa a Deo castigari nequiverit, ipsemet fateri cæpit ad ultimum senectutem, & extremos vitæ dies deductus: ibi aliquando quadragesimale jejunium tanto cum rigore tenuit, ut præter SS. Eucharistiam nihil obsonii gustasse videretur, idque in pœnitentiam, quia videlicet per vitæ decursum observationem quadragesimalem parum curaverat. Ecce mei Christiani! quam longe diversum judicium de rebus nostris concipimus, cum fatalis hora appropinquaverit. &c.

9. *Epilogus.* Ite, ite dicite nunc, non possum jejunare, non teneor, non volo: cum aliquando ad mortis confinia deventum fuerit, tunc videbis, quod potuissetis: tunc inter lacrimas & suspiria deplorabitis, quod amore abdominis vestri exacerbati adeo illiberales fueritis erga Deum; quia periculum erit, ne & vicissim Deus erga vos cum illis gratiis donisque, quæ in illo terribili articulo ad salutem apprime sunt necessaria, sit futurus illiberalis. &c. Amen.

Feria IV. cinerum.

CONCEPTUS II.

De usu & utilitate sacrorum Cinerum.

Memento homo quia pulvis es, & in pulverem reverteris. Gen. 3.

EXORDIUM.

Sicut sanguisuga appetitus; Ita hominis concupiscentiæ compescuntur per cinerem.

1. Sacer Proverbialistes inter alia ænigmata, quorum intricata est sensus obscuritas, hoc etiam de sanguisuga proponit, inquiens: *Sanguisugæ duæ sunt filiæ dicentes; affer, affer:* (*Prov. 30.*) quid hoc essati? omnia multiplici SS. Patrum interpretatione statim Mellitiaci Doctoris sensum amplector, in hæc verba animadvertentis, per sanguisugam intelligi propriam voluntatem, & per duas filias, duas propriæ voluntatis concupiscentias, nimirum concupiscentiam vani honoris, & concupiscentiam voluptatis. Audiamus verba Bernardi: (*in Ecce nos.*) *Propriæ voluntatis duæ sunt filiæ insatiabiles, clamantes affer, affer; siquidem nec anima vacuitate, nec corpus voluptate satiatur.* Quemadmodum enim sanguisuga insaturabili aviditate sanguinem sugit; ita plane mundanus homo, ubi voluntas propria dominium gerit, ita terrenis vanitatibus inhiat, ut necessus animus ambitione, nec corpus voluptate exsagitetur. O quantum hæc utraque concupiscentia exarsit, præsertim his diebus Saturnalibus, ubi liberiori fræno in vitia cursum est? quid vidimus his diebus nisi solutis honestatis repagulis passim in symposita, in choreas, in plausus, in crapulas, in immodestos sales, verbo in vitæ licentiam gentilitatis æmulam itum esse? quæso, quod malo est remedium? qua arte reducendi in honestatis orbitam sunt animi? De sanguisuga insinuat Vicentius Belluacensis (*l. 30. spec. c. 155.*) insigne remedium, quomodo a sanguinis appetitu cohiberi queat: *Parum cineris assume, & pulveriza super ejus, statim se continebit, & apprendo cessat. &c.* Hoc idem est remedium, Christiani Auditores! quod hodierna die Ecclesia usurpat, ut effrænem humani animi libidinem compescat. Modico cinere conspergit fidelium capita, simulque voce Sacerdotis admonet: *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris.* (*Gen. 3.*) Et ecce, hoc cinere expugnatur hominis ambitio, cum cogitat, ex qua vili pulveris, & luti origine descendat: hoc cinere expugnatur hominis voluptas, cum cogitat, in quam vilem pulveris, & luti coronidem sit migraturus. Dubitatis de hac veritate?

1. *Propositio.* Ergo demonstrabo, dum de usu, ac salutari utilitate sacrorum Cinerum paucis differam. Dicite Auditores, remittere animi tumorem, atque in cinere & cilicio veniam deprecari eorum vitiorum, quæ forsan ex saturnalium lixitate contraxistis: Favete.

§. I. *Concupiscentia ambitionis expugnatur, cum cogitat homo sua originis vilitatem.*

2. *Confirmatio.* Initium faciamus de prima sanguisugæ filia, volo dicere de propriæ voluntatis prima passione, videlicet superbia, & ambitione: Est hæc passio homini quasi congenita; quemadmodum enim Protoparens Adam mox primævæ suæ originis oblitus ex instinctu diaboli Divinitatem affectavit; ita nonnunquam homo supra sespitum elatus caput attollere, & contra Deum Creatorem suum seditiose peccare præsumit; contemnit Dei legem, vanitates sæculi prahabet æternis bonis, timorem Domini excutit, ab omnibus adorari cupit, seque putat sui solius Dominum esse sine ulla Numinis reverentia. O homo! obsecro quid agis? huc cineres, huc cineres: *Memento quia pulvis es, & in pulverem reverteris.* Non sine ratione in veteri lege præcepit Deus, ut plumæ de oblatis volucribus in eumdem locum abjicerentur, in quem cineres holocausti; ut videlicet significaretur, prout annotat Origenes, (*hic.*) numquam hominem promptius, quam intuitu cinerum excutere plumas superbiæ, & elationis.

4. Nunquam vidistis, Dilectissimi, si forte Dominorum nonnullus a famulo suo, quem e vili mendicabulo in non mediocrem fortunam evexit, offendatur, statim ad compescendam illius ingratitudinem ei humilem originem,

priorem que statum exprobrat, dicendo: impie, ingrate recordare, qualis fueris; nempe miserabilis, ac centonibus vix bene contectus stipes, & ego te quasi e limo & luto extractum honorifico in munere collocavi: talis exprobratio nonnumquam famulum morigerum facit. Ita Deus egit cum peccante Adamo in paradiso: confestim post prævaricationem præcepti, objecit illi suæ originis vilitatem: *In sudore vultus tui vescêris pane, donec revertaris in terram, de qua sumptus es.* (*Gen.* 3.) Ita hodierna die nobiscum agit, dum sacro nos cinere conspergit, quasi diceret: O miser & fragilis homo! recordare, quod e pulvere terræ te extraxerim; recordare, quod ad dignitatem imaginis Dei te elevaverim; recordare, quod potestatem habeam te iterum reducendi in ignobilem terræ glebam. *Quid ergo superbis terra & cinis?* (*Eccl.* 17. v. 2.) an unquam auditum est a sæculo, (*Bern. to.* 10. *v.* 9.) quod opus manuum contra fictorem suum consurgat? nonne penes figulum est, (*Rom.* 9.) ut e limo conficere possit, vel vasa honoris, vel vasa ignominiæ? Nonne quod lutum est in manu figuli, idipsum vos estis in manu mea, ita ut penes arbitrium meum sit, hæc vasa confringere, iterumque reficere? (*Jerem.* 18.) audi, audi, O homo! hanc exprobrationem; ante oculos habe tuæ originis vilitatem, & certe dedisces contra Deum superbam cervicem erigere. Percipiamus porro e Scriptura hanc veritatem.

5. Ex amicis Job quidam nomine Eliphaz hoc ei consilium dedit: *Visitans speciem tuam non peccabis,* (*Job* 5.) volebat dicere, ut in speculo se consideransspeciem suam visitaret. Jam notate, Auditores! speculum inquit Raulinus ita conficitur: vitrum, quod ex natura sua est tralucidum, retro cinere & argento vivo illinitur, alias certe radii vultus introspicientis non reflecterentur, sed oculi transpicerent, & ad alia objecta extravagarentur. O quam extravagantes sunt oculi superborum; unus intuetur progenitorum nobilitatem, alius munetis sui dignitatem, tertius suas divitias, iste corporis robur, ille suam scientiam; unde fit, quod alios, qui ejusmodi dotibus carent, superciliose despiciant. Quid consilii contra hanc tumorem? *Visitans speciem tuam non peccabis*; ex tuis cineribus, O homo! conflce tibi speculum, inque his considera, quam transitoria sint omnia, quæ usque adeo magni facis: cinis es, pulvis es, in pulverem paullo post desines, hic suus fastus omnis brevi tempore palpebrali vespilionis pedibus conculcabitur. Verum amplius quid est, quod Eliphaz amico suo subinsinuatum voluit, dum ei suasit, ut speciem suam visitaret? Quid illud? Potest homo, si cum Logicis loqui placet, duplici modo considerari, secundum speciem, & secundum individuum, seu ut clarius loquar, secundum naturam, & secundum accidentia: Natura hominis est, esse fragilem, luteum, mortalem; accidentia sunt esse nobilem, divitem, pulcrum, prudentem; hæc enim omnia homo vel habere vel perdere potest, utpote quæ non natura, sed ex casu possidet: Jam si vis a peccatis liber & immunis esse, dicere vult Eliphaz: visita speciem tuam, id est naturam, non accidentia: noli ad ea attendere, in quibus homines ab invicem differunt, sed in quibus omnes conveniunt: non consideta, qualis homo sis, sed quod homo sis, nec tibi sub oculos veniant, quæ accidentaliter possides, sed quæ a natura & origine creationis tuæ habes, videlicet lutum, & cinerem. O Christiani Auditores! quam salubris est hæc doctrina ad retundendam ambitionem, & fastum! an enim fieri potest, ut homo Deum offendat, ejus legem contemnat ob res mere accidentales, quas paullo post mortis spolio reliquere debebit? &c.

§. II. *Concupiscentia voluptatis compescitur, si homo cogitet suam corruptionem.*

6. Altera sanguisugæ filia, volo dicere, altera propriæ voluntatis passio est concupiscentia voluptatis: hoc est illud fascinum, quod millenos hominum animos infatuat: quærunntur deliciæ hujus sæculi, diliguntur immundæ mundi illecebræ, hinc in finem instituuntur chorea, frequentantur sympoſia, fiunt conventicula: hanc in finem delicate nutritur caro, effæminatur capillitium, facies inungitur, formositas desideratur, nihilque est frequentius, quam amare, & amari, ita ut ab hic sordibus, ab oculorum levitate, a desideriorum libertate nec ipsa adeo templa sint immunia. O homo, obsecro, quid agis? hæc cineres, hæc cineres: *Memento, quia pulvis es, & in pulverem reverteris.* (*Gen.* 3.) Memorat Lactantius Firmianus, (*in lib. de ira Dei.*) contra morsum viperæ non esse præsentius remedium, quam cineres ex combusta vipera. Caro, & concupiscentia carnis est vipera venenosissima. O mi homo Christiane! si ab hac fatales tentationum morbos patiaris, age, adhibe cineres, considera pulverem, in quem voluptuosa caro tumulo cum omnibus suis deliciis revertitur, & habebis theriacam contra illius insidias efficacissimam. Ita Petrus Damiani: (*l. epist. c.* 19.) *Non est libidini divertirum, in quo verſatur, nunc sequentem.* Evolvamus iterum Scripturam.

7. Babylonicus Monarcha Cyrus summo in pretio habet idolum Bel, illudque Deo Danielis longe præferebat: quia regias dapes illi apponebantur, ut autumabat, consederet. Deceptio autem erat in eo, quod sacrificuli, & famuli de nocte furtive in templum illabi, & idoli fercula absumere solerent: Daniel, ut fraudem hanc regi detegeret, aliquando dapes in templum deferri jussit, simulque cinere pavimentum circa mensam conspersit. (*Dan* 14.) Altera die cum reseratis foribus Rex in templum ingressus absumptos cibos cerneret, jamjamque divinitatem sui idoli jactabunde deprædicare inciperet, iste gradum, iste plantam, O Rex, ajebat Daniel, intuere hos pavimenti cineres. En *vides vestigia virorum, mulierum, & infantum,* non tuum idolum, sed isti devorarunt regales epulas. Rex ira exardescens sacrificulos omnes trucidari præcepit. Recte factum: verum quæro, quis prodidit Regi fallaciam? quis? visa in cinere vestigia. Adeste nos immundæ Veneris sacrificuli, qui in sordidis voluptatum dapibus regales delicias vobis imaginamini, adeste, & in sepulcrorum cinerabus relicta vestigia intuimini. *Cujus sunt hæc vestigia?* sunt virorum, mulierum, & infantum, qui ante nos vixerant, qui iisdem deliciis pasci anhelabant, quibus vos inhiatis: quid nunc de illis supereſt? audite Bernardum: (*apud Raul. to.* 1. *de morte c.* 5.) *Ubi sunt*, inquit, *ubi sunt amatores hujus sæculi, qui ante paucos dies nobiscum fuerunt? nihil eis ex omnibus remansit, nisi cinerei & vermes.* Veni, veni, O impudens juvenis; aperi si lubet, aperi hanc tumulum, in quo adolescens tui similis lascivus, effrons, impudicus requiescit, en in exesis oculorum scrobibus nidulantur duo sordidissimi bubones; en ex ore delicatissime pasto scaturiunt vermes; en aures olim musica, & cantilenis assuetæ perforantur a viperis, quare cum S. Augustino, (*serm.* 48. *ad Fratr. in Eremo.*) hinc est ille formosissimus Ganimedis æmulus? itane in hunc finem desierunt ejus illecebræ, ut nunc *subter eum sternatur tinea, & operimentum ejus sint vermes?* (*Isa.* 14.) Veni, veni, O evanida puella: aperi si lubet hunc tumulum, in quo tui similis inverecunda vanitatis æmatrix reconditur: en crispatum illud capillitium, nunc sanie, ac tabo sede conglutinatur, en illa lamina quondam siderum æmula, nunc pabulum sunt tinearum, ac vermium, en illa facies olim usque adeo dilaudata, nunc fœtorem exhalat intolerabilem. Interroga modo cum illis præterecuntibus: *Hæccine est illa Jezabel,* (4. *Reg.* 9.) tot animorum, oculorumque magnes? perpende egregiam voluptatum coronidem, & ex aliorum cineribus confice tibi medicinam contra carnis irritamenta efficacem.

8. O quam salutariter hanc medicinam sibi applicare noverat ille Monachus, de quo Raulinus, (*tract. 1. de morte. Et Sorval. Exempl. V. inuenta exemp.* 7.) quod a malo demone formosæ cujusdam feminæ imaginatione vehementissime fuerit tentatus. Quid egit Dei famulus? contigit, ut paullo post illa Helena, tentationis suæ objectum e vivis excederet; ivit ergo ad ejus tumulum, frustumque mortualis lintei plenum sanie, & fœtulento odore secum domum apportavit; eumque recrudescerent impuri pruritus, illud nalo admovere, sibique ipsi acerbe exprobrare solitus fuit: hæne tandem essent illæ delicia, quas tam famelice anhelaret? ita in fugam egit importunum tentatorem. Alius, qui fere integro triennio molestissimis tentationibus ad amorem cujusdam feminæ invitabatur, emortua, illa referavit tumulum, sequè penes putrescentem cadaver projiciens, eumdem in morem insultabunde sibi illusit: (*Cantipra. l.* 1. *apum. c.* 30.) En petulans caro, habes jam quod avide concupisti, age, fruere deliciis usque adeo amatis. Non erat quidem natura par perferendæ hulc violentiæ, & fœtori, sed gravi deliquo animus defecit, nihilominus hac victoria Dei famulus ab omni Asmodæ insultu se deinceps præstitit immunem. &c. &c.

9. *Epilogus.* En Christiana pectora! quantam utilitatem nobis ferant hodierni cineres, quam salutares doctrinas nobis inculcent, quam victoriose rebelles concupiscentias expugnent. Agite Dilectissimi: hanc spiritualem utilitatem hodie ex sacris cineribus capite; veniet tempus, cum de unoquoque vestrum haud plus supererit, quam tantundem cineris, quantum hodie in capite recipitis: cogitate, quid tunc fecisse optabitis? Eheu! non effugitis, sed tantum mutatis cineres; cumque hodiernos in emolumentum animæ salutariter uturpare nolueritis, incurretis alios in lamentabile animæ detrimentum, nempe in eo loco, ubi damnati æternum incinerati sunt. O infelices illi! quid daretur, si possent ex inutili illa incineratione hodie ad utilem admitti? quod illis denegatum, hoc vobis concessum est, hetque spero, si in omnibus actionibus & originem, & coronidem vestram ante oculos habeatis, semperque cogitetis verba hodie vobis insinuata: *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris.* Amen.

Feria IV. Cinerum.

CONCEPTUS III.

Invitantur peccatores ad pœnitentiam.

Hæc dicit Dominus: convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, in fletu, & in planctu. Joel. 2.

EXORDIUM.

Peccata in Bacchanalibi commissa deflenda sunt.

1. AN tandem transiit Bacchanalitia phrenesis? an finita sunt sympoſia in feram noctem protracta? an inconditi risus, fescennini joci, chorææ, comporationes, immodestiæ, & histrionica deliramenta ad finem perducta sunt? sunt etenim perducta: Et quid tibi, mi Bone (te singulariter alloqui libet, O peccator, qui forsan his diebus animum lethali macula conspurcasti) quid tibi, inquam, ex his nugis augarum jam remanet super? Non respondes? ergo ego dicam: Remanet tibi vertiginosum crapulis caput, stomachus debilitatus, sanitas destructa, Dei offensa, cælum perditum, infausti reatus, animi sordes, & conscientiæ lancinantis tumultus. Eheu! fuerunt hi amarulenti fructus peccati? ita est, hi sunt: non erubescite pie moventi, nisi triste experimentum capiatur. Nunc autem quid agis? *Cogita quid facias, cogita quid feceris.* Ingemo cum S. Gregorio, (*hom.* 34. *in Evang.*) quam quæris medicinam malo? utique non eris insipientior ipsis

ipsis brutis animantibus, quæ vel ex ipso naturæ instinctu norunt suis infelicitatibus mederi: cervus fugitra sanctius dictumno sanitatem recuperat, hirundo, si pullos excæcaverit, novit illos herba chelidonia oculare, ut testatur Tertulianus (*lib. de pœnit.*) utique tu, O miser! non eris segnior ad medicamentum. Quæris quale tibi superfit? Audi Propheram, aut potius Deum ipsum invitantem: *Hæc dicit Dominus: Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, in fletu, & in planctu* (*Joel. 2.*) Verba sunt, quibus hodie Ecclesia in Sacrificio utitur, & peccatores vocat ad pœnitentiam. Scio quidem peccatoribus nihil esse auditu adeo injucundum, quam dissertationes de pœnitentia: Ecclesias convertit in desertum, qui hoc tractat argumentum: Conciones Sancti Vincentii Ferrerii, (*De vita S. Vincent. Ferr.*) quarum commune erat hoc thema, *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum Dei*, hodie non referrent plausum: omnes agrotamus, & quod dolendum est, de medicina nolumus audire.

2. *Propositio.* Verum his non obstantibus, ego vos hodie, O miseri peccatores! ad pœnitentiam invito, ad ravim, usque clamitans: *Convertimini ad me in toto corde vestro; convertimini!* An forsan de impetranda venia difficilis? Nolite diffidere, Sanctus Eremita Abraham, uti refert S. Ephrem, (*in vita S. Abrah. erem.*) ut ad frugem reduceret suam consanguineam, impudicitiæ crimine turpiter prostratam, militaribus vestibus indutus eam audivit, & desperabundam animavit: *Supra me sit iniquitas tua, Filia mea, ex meis manibus Deus hoc peccatum requiret: tantummodo veni mecum.* Ita ego ad vos, Dilectissimi. Deus in me refundat hoc peccatum, nisi veniam per hoc remedium, quod vobis præparo, impetraveritis. Favete.

Lacrimæ sunt legati ad propitiandum Deum missi.

3. *Introductio.* Æterna Veritas Christus hanc apud S. Lucam parabolam proponit: Regum terrenorum aliquis, dum adversus alium regem bellum forsan committere cogitans, videt se viribus imparem, & militia animis imbecillem, quid agit? *Legationem mittens rogat ea, quæ pacis sunt*: (*Luc. 14.*) si Reges hoc faciunt, quid servis faciendum? Mi Christiane: nos bellum adornavimus contra supremum Monarcharum omnium Monarcham; peccatum enim quid est aliud, quam temeraria contra Deum rebellio? plane impares sumus, qui huic Domino resistamus; habet ille ad obsequium myriades Angelorum, habet ad nutum elementa omnia, potest in momento destruere mundum universum, & iterum reparare destructum: heu! impares sumus, & nimis imbecilles: quid agimus? percipe consilium S. Gregorii; (*hic in Luc. 14.*) *Mitte ad eum legationem lacrimæ tuæ, rogant ea, quæ pacis sunt.* Non aliud nobis superest remedium, quam lacrimabunda supplicatio pacis. Eligo: non datur medium inter gehennam, & pœnitentiam, promulgata lex est a S. Thoma de Villanova: (*Dom. 1. Adv.*) *Pœnitendum, aut ardendum.*

Lacrimæ pro nullo re melius funduntur quam pro peccato.

4. *Confirmatio.* O quantum desipimus, qui planctus, & suspiria quibuscumque aliis rebus liberaliter tribuimus, præterquam peccato! Moritur alicujus uxor, & fere sibi oculos præ dolore eruit: periclitatur sanitas corporis, & domus integra lamentis completur: surripiuntur pecuniæ, aut abjudicatur lis, & vix non ad desperationem redigimur: O præposterum lamentandi morem, quo deploramus ea bona, quorum nec amissio miseros, nec possessio beatos reddit! frustra hic impenduntur lacrimæ; quantumcunque enim ingemiscas, per hoc non resuscitatur uxor mortua, non recuperatur sanitas, non restauruntur bona perdita. Verum si de amissa gratia doleas, si commissa crimina defleas, eo momento recuperas ius ad gloriam. O quam convenienter novit prudentissimus David pro æquitate rei lacrimas suas aut fundere, aut reservare! ad inimicitias Saulis, ad insidias, ad vitæ pericula nunquam legitur tristatum enormiter fuisse, verum post admissam Dei offensionem in gemitus effusus exclamavit: *Secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam*, (*Ps. 50.*) Subintrans hic S. Ambrosius in Davide pœnitendi promptitudinem, in nobis autem magnam tarditatem admiratur, inquiens: (*Apolog. de David.*) *Pro una peccato misericordiam multitudinem deprecatur, & nos pro pluribus peccatis vix semel ipsi misericordiam credimur obsecrandam*? quæ causa hujus tarditatis, quæ ut melius dicam hujus duritiei cordis? Nimirum non agnoscimus, quantæ utilitatis sint lacrimæ, quæ peccatis impenduntur.

Probatur testimonio Patrum.

5. Agite consulamus sanctas pœnitentium animas, quæ experientia didicerunt valorem, & utilitatem lacrimarum: Die Sancte Climace quid sentis de lacrimis? Ego, inquit, (*gradu 7.*) affirmo, quod *lacteus est præcursor serenissimæ tranquillitatis*. Die S. Basili Seleuciensis, quid sentis de lacrimis? Ego, inquit, (*orat. 17.*) teneo, quod sint *peccatorum valetudinarium*. Die Cardinalis Hugo, quid sentis de lacrimis? Ego, inquit (*hic in Matth. 3.*) affirmo, quod sint *meritis humanæ Baptisterium*. Die Petre Cellensis, quid sentis de lacrimis? Ego, inquit, (*lib. de pœn.*) defendo, quod sint *Naufragium virtutum, & portus naufragorum*.

Et Efficacia lacrimarum.

6. Vis, mi Christiane, quam longissime a te abigere, & confundere dæmonem, tibi cum tentationibus suis adeo molestum? Hoc afferre possunt lacrimæ pœnitentiales: *contristatus enim draconum in aquis*: ait (*Ps. 73.*) Psalmographus; quæ verba interpretatus Urbanus quartus dicebat: *In diluvio lacrimarum*. Viperæ est diabolus; quemadmodum *vipera avida & inquieta festinatur*, ait Tertullianus, (*l. de Bapt. c. 1.*) ita dæmon humore fletuum in fugam agitur. Vis mi Christiane, ad primam Baptismi innocentiam reverti? Hoc efficere possunt lacrimæ pœnitentiales, Anabaptistæ esse possumus, & tamen boni Catholici: ita docet S. Laurentius Episcopus Navarrensis, (*serm. de Pœnit.*) inquiens: *Nolite jam quærere neque Jor neque Jordanem, ipse tibi ecce Baptista*. Vis mi Christiane, laureolam Martyrum adipisci absque tormentis & equuleis? Hoc efficere possunt lacrimæ pœnitentiales, uti expresse docet S. Chrysostomus: (*in Ps. 40.*) *Quid facient lacrimæ? attende diligentius, Martyres effundunt sanguinem, pœnitentes effundunt lacrimas*. Vis mi Christiane! ad manus habere spongiam, quæ in libro Divinæ Justitiæ culpas omnes expungat? Hoc efficere possunt lacrimæ pœnitentiales: interroga Cælatium, (*l. 2. c. 10.*) & dicet tibi Parisiis fuisse studiosum, qui gravissimis sceleribus supra modum oneratus, tandem consilium cepit illa Confessario pandere; cum autem præ doloris magnitudine verba articulata proferre non posset, & noxarum catalogum sacro judici scriptum traderet, unum peccatum post alterum, quod lectum fuit, in schedæ extinctum, & deletum est. Vis denique mi Christiane! recta ad cælum ne tacto quidem purgatorio evolare? Hoc efficere possunt lacrimæ: interroga Jacobum de Vitriaco, (*ep. Magarin. in Ps. 50.*) & dicet tibi, infame illud scortum, & pudendam pellicem, dum sub concione præ animo peccatorum dolore exspiraverat, sine ulla pœnarum remora fuisse salvatam; dum enim populus pro ejus anima Deo supplex fieri vellet, audita est cœlica vox dicens: *Non opus est, ut oretis pro ipsa, ipsa magis orabit pro vobis*. O admirandam lacrimarum virtutem! quam crasse deliramus, mei Christiani, si lacrimas alteri cuivis rei mundi, quam peccatis impendimus!

Lacrimæ non sunt amaræ sed dulces.

7. Scio quidem, scio, cur adeo dura, & pumice ficciora sint corda nostra, nempe ratio est; quia perfrusum nobis habemus, lacrimas, quibus peccata plangimus, esse æque amaras, ac alias, quibus alias deploramus, adeoque ut effugiamus brevem molestiam, æternæ renuntiamus felicitati. O nos insensatos! In primis enim esto, amaræ essent hæ lacrimæ; nonne hanc amaritudinem satis compensaret inexplicabile emolumentum? Quale emolumentum? nimirum illud, quo amicitiam Dei recuperantes, in eodem, aut etiam majori gratiæ gradu apud eum denuo collocamur, quam fuimus ante peccatum. Percipite admirabile effatum Cardinalis Ostiensis! (*S. Petr. Dam. serm. 36.*) *Consuevit Deus honorare pœnitentiæ magis, quam innocentiæ*. Deinde erras, mi Christiane, si lacrimas pœnitentium amaritudines esse arbitreris, huic errori contradicit Augustinus docens: *Dulciores sunt lacrimæ pœnitentium, quam gaudia theatrorum*. Utinam experiri quam cavillari malles, invenires certe nimis quam verum esse illud Chrysostomi: (*hom. 12. in Epist. ad Coloss.*) *Silunt, qui ingemunt, quantam hæc res habeat consolationem*: &c.

8. Non mihi est animus in figuris scripturarum, & testimoniis Patrum porro detineri exemplum pœnitentiæ illustrissimum vobis ante oculos ponere vellem; quod nostram desidiam, & duritiem potentissime confutat. Quodnam est illud exemplum pœnitentiæ? Margarita de Cortona. Hæc puella turpi libidinis æstu in transversum acta, domui paternæ numquam misit, & corpus suum cuidam Domino venale fecit. Accidit, ut quadam die canis sine domino domum reversus, illico vestes Margaritæ importune vellicare, easque quasi nutibus, ut sequeretur, invitare inciperet. Sequitur illa irrequietum animal, ignara quam ex rei novitate suspicionem concipere deberet. Venit ad struem quamdam ramorum, ubi latrabunda bestia nutibus, ac agitatione caudæ ac capitis satis indicavit latere aliquid sub hac strue, quod amotione ramorum detectum vellet. Paret illa, removet ligna, & ecce rem stupendam! videt cadaver infelicis sui Amasii ab inimicis occisi, recenti sanguine deformatum; videt, inquam, & visu simul visum ac animum perdit. Ubi se ex deliquio collegit, in infelici corpore, & adhuc infeliciore anima proci vanitatem, ac periculum rerum mundanarum contemplata, in vestigio sanctam mentem concipit, per seriam pœnitudinem cum filio prodigo ad Patrem misericordiarum redeundi; quare confestim Christum contendit, & a Fratribus Minoribus Tertio instituto, quod de pœnitentia vocatur, adscribi rogavit. Voti compos facta, Nova Magdalena, id est, pœnitentium speculum fuit, poterat dicere cum Davide: *Factus mihi lacrimæ meæ panes die, ac nocte*: & quasi propriæ non sufficerent, alienas etiam imploravit, quemcunque obvium interrogabat, num crederet Deum sibi tam magnæ peccatrici propitiari posse? inter diurnos labores in culina, aut multo tam heroicos actus elicichat contritionis, ut aliæ Matronæ ejus aspectu in ubera fletus solverentur. Aliquando vanæ gloriæ tentatiuncula pulsata, foris prorupit, clamitans: O cives Cortonienses, ejicite me ex vestra urbe, quia suam indignæ vestro consortio; itaque clamitando peccata sua omnia publice, tanquam confiteretur, percensuit. O nos delicatulos, quid dicimus ad ista? Margarita fundit flumina lacrimarum, nos nec guttulam damus. Porro admiramini, quid illa lacrimis suis promeruerit: per viginti annos, quibus ejus pœnitentia duravit, frequentibus visitationibus Christum & Deiparam sibi præsentes habuit: in dubiis Christus eam instruxit, in duellis contra dæmonem ei succurrit, in morbis mirabiliter sanavit. Divinorum attributorum eam Dominam fecit, potentiæ, ut decem mortuos suscitarit, Sapientiæ, ut futura prædixerit,

Boni-

bonitas, ut cœlestium charismatum abundantia sæpissime in extasi rapta fuerit. Cum aliquando conquereretur, quod hæ consolationes illi non darentur in secreto, responsum Christus: *Tu es rete meum, quo peccatores piscari volo, qui in mari mundi alias essent litteraturi &c.*

9. *Epilogus.* O Dilecta anima! sitiam & vos efficis ex eo piscium numero, qui hoc reti capiuntur? peccatis cum Margarita, ah! cum Margarita etiam pœnitentiam agite. Non effugitis pœnitendi legem; nisi enim in hac vita peccata defleatis temporaliter, defletibis in æterno æternum. O quantum deplorabitis tunc, quod æternas lacrimas non redemeritis aliquot guttulis nunc fusis? Agite, agite, pœnitendum, aut ardendum: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hoc quadragesimale jejunium Ecclesia pœnitentiæ destinavit: *Pœnitendum, aut ardendum*: Eligite; &c. &c.

Dominica I. Quadragesimæ.

CONCEPTUS I.

De misericordia Dei desiderantis pœnitentiam peccatoris.

Dabitur est Jesus in desertum. Matth. 4.

EXORDIUM.

Christus agit pœnitentiam de malo pœnæ.

1. REm mirum commemorat hodiernum Evangelium: Christum abiisse. Quo abiit? mundum deseruit, desertum petiit: quid ibi acturus? acturus pœnitentiam. Quid? innocentissimus Dei Filius pœnitentiam? ita est: audite Prophetæ: *Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo; agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem ei.* (*Jerem.* 18.) Auditis Christianæ animæ? Deus vult agere pœnitentiam *super malo quod cogitavit facere*; quamdiu peccator in statu peccati lethalis perseverat, Deus mala omnia cogitat illi infligere: cogitat illum e paradiso cœlesti eliminare, velut eliminavit Adamum post prævaricationem. Cogitat illum aquis suffocare, velut suffocavit genus humanum tempore Noemi. Cogitat illum in terræ hiatibus demergere, velut demersit Dathan & Abiron. Cogitat illum flammis fulminantibus excindere, velut exscidit Nadab & Abiu. Cogitat illum pestibus perfundere, veluti intra triduum perfudedit septuaginta hominum millia, &c. At quamprimum peccator serio pœnitere incipit, incipit & Deus mansuescere; Tanta nimirum est Dei misericordia, ut si peccator agat pœnitentiam de malo culpæ, agat & Deus pœnitentiam de malo pœnæ: David exemplo sit: denuntiata illi erat Divina ultio; utprimum autem gemebundus exclamavit: *Peccavi*, etiam Propheta misereri cœpit; *Dominus transtulit peccatum tuum.* (2. *Reg.* 12.) Ninivitæ exemplo sint; (*Jonæ* 3.) decretum erat urbis ruina; cum autem cognarent peccare, Deus quoque cessabat punire; Servus infidelis exemplo sit, (*Matth.* 18. *Typicè*) supplicitur dilationem debiti, & impetravit plenam remissionem.

2. *Propositio.* Quare cum præsens quadragesimæ tempus, tempus sit pœnitentiæ, agam hodie de pœnitentia Dei, id est, offendam, quam prona sit Divina Misericordia veniam largiri peccatori, modo ille pronus sit veniam implorare. &c. Favete.

Misericordia Dei quomodo major aliis perfectionibus.

3. *Divisio.* Magnus est Deus, & magnitudinis ejus non est finis; Magna est Sapientia, Justitia, Providentia, Omnipotentia: nihilominus maxima præ ceteris est Misericordia, non eo sensu, quod misericordia perfectiones ceteras secundum se excedat, sed quod opera misericordiæ præ ceterarum perfectionum operibus eluceſcant. *Misericordiæ ejus super omnia opera ejus*, ait Psalmographus, (*Psal.* 144.) Quænam sunt ergo hæc opera misericordiæ? explico: Romana superstitio, teste Carthagena, olim præ ceteris Diis extulit Deum Clementiæ, cui tanquam amœno juveni hæc tria verba adscripsit: *Promitte, exspectes, Remitte.* Verum facesse superstitiosa gentilitas: Deus noster e cruce pendulus tria verba hæc in corde suo inscripta habet; hæc enim verba sunt, in quibus pœnitentia Dei, & opera misericordiæ Divinæ consistunt. Percurramus singula; Et primo quidem clamat Deus, ac universim peccatoribus fidem facit, dicendo:

§. I. *Deus promittit veniam.*

4. *Promitte.* Hæc vox Misericordiæ est, quæ maximum peccatrici animæ solatium afferre debet. Quid ergo promittit? En anima: attolle oculos in hanc crucem, & audi promissa Redemptoris tui: videtur de crucis trabe ita te alloqui: Anima peccatrix, tu quidem sudorem sanguineum mihi in horto elicuisti; tu in cruenta flagellatione sexies millena, sexcenta, & sexaginta sex vulnera mihi infligisti; tu in dolorosa coronatione ultra septuaginta spinas capiti immersisti; tu non tam crucis, quam scelerum tuorum mole me terræ illisisti; tu quaternis clavis me huic trunco affixisti. &c. Verum confide, *promitto*, per unicum suspirium, per unam lacrimulam redibo tecum in gratiam, nec inimici, sed amici loco te habebo. &c. An unquam audistis, Dilectissimi, de tali Principe, cui subditum lasæ Majestatis, aut perduellionis reum in amicum intimum recipiat? plane, evolvite omnes omnium sæculorum historias, & nihil simile invenietis. Terreni Principis mansuetudo habetur prodigio similima, mille facinorofo hujusmodi malefico vitæ gratiam facias; & loco crudelissimæ mortis supplicii ad æternos carceres damnet. Verum attollite ad cœlum oculos, ibi qui regnat: æternus Princeps non solum jocularis tibi illaras misericordissime remittit, sed etiam injurias, si serio delicta detestentur, in intimos ac singularissimos amicos recipit. Intuimini Dei Filium in hoc mundo ambulantem: quinam erant amici illius intimi & singularissimi? certe peccatores; cum his, fere dixerim, familiarius conversatus est, quam cum innocentibus. Quis non obstupescat? Magdaleanam illud urbis scandalum, & juventutis offendiculum blandius habuit, quam Martham innocentissimam ejus sororem. Quis non obstupescat? cum Samaritanam meretricem prolixiorem termocinationem instituit, quam unquam legatur cum ulla Virgine instituisse. Quis non obstupescat? Petrum, a quo trina negatione injuriatus fuerat, in Ecclesiæ primatu præfert sanctissimo, & dilectissimo Joanni. Quis non obstupescat? Matthæum latronum latronem & fœnore Apostolorum collegio non excludit. Nimirum quemadmodum magnes ferrum sympatheticum habet amicitiam, illudque quando est durius & deformius, tanto intensius affectat; ita Christus lustrat ergo peccatores, ait Concilium Ephesinum, (*c.* 4.) cujus verba sunt: *Incarnatus Christus misericordiâ & sympathia pellet eos peccatores.* &c. Erat olim in Hispaniarum regno immanis latro, nomine Crocotta, qui cum audisset, decies millenos aureos in caput suum fuisse constitutos, ipse se Magistratui prodidit, pecuniam, & vitæ gratiam recepit. Mi peccator, negare non potes, latro es, quia Dei Filium occidisti; verum scito longe majus pretium in caput tuum constituit Pater cœlestis, si te ipsum prodas, si pœniteas, si crimen in sacro tribunali fatearis; nimirum thesaurum infinitum in cœlo. Expertus est latro in cruce, Confessionem fecit Christo supremo Sacerdoti, dominæ promissæ mercedis commonefacit: *Memento mei Domine.* Et statim audiit; *hodie mecum eris.* Expertite & tu, O peccator; capæ manibus crucifixum, illiusque delicias tui, & certus esto, Deum promptiorem esse ad dandam, quam te ad petendam veniam. &c. Jam pergamus ad alterum punctum.

§. II. *Deus exspectat pœnitentiam.*

5. *Exspectet.* O vos misericordia plena! exspectat Dominus servum, Pater filium, Rex Vasallum, Creator creaturam, Deus hominem, offensus offendentem. Ut Divinæ hujus longanimitatis prodigium penitius perspiciamus, sciendum est, quod, quamprimam homo Divinæ Majestati Rebellis in peccatum consentit, elementa omnia se offerant Dei Justitiæ ad vindictam. Ignis paratus est ad comburendum peccatorem: Ita periere Nadab & Abiu, (*Num.* 3. v. 4.) Aqua ad suffocandum: ita periit Pharao cum sequace exercitu. (*Exod.* 14.) Aer ad intoxicandum: ita punitus est populus Davidis. (2. *Reg.* 24.) Terra ad absorbendum: ita interierunt Core Dathan, & Abiron. (*Num.* 16.) &c. Sed Deus clementiorum vim continet, exspectat, longanimiter sustinet. In proximo est festum fallemur, ait Deus, *exspectet*. Appropinquat tempus Jubilæi: *Exspectet*. Invadit peccatorem infortunium, morbus: *Exspectet*. Forsan durum cor lis quescere, & in pœnitentiæ lacrimas diffluere incipiet. &c. O ingrate peccator! ne frustrare, obsecro, benignissimi Domini exspectationem: tua salus versatur in periculo, si monita, & oblatam occasionem misericordissime exspectantis eludas. Geminus in vertice arboreus Scriptura, supra quas lata est excidii sententia: prima est illa Nabuchodonosoris, altera est infructuosa ficus. Quamquam autem de utraque indiscriminatim præceptum fuerit, *Succidite arborem*, nihilominus ultima ista aliquot annorum inducias impetravit: *Dimitte illam & hoc anno*. Quis jam caussam assignare poterit, cur arbor Nabuchodonosoris extirpetur & in ignem conjiciatur: econtra ficus Evangelica post latum jam fatale decretum diuturnum veniæ spatium obtineat: ah! Christiane anima loquamur non de figura, sed de figurato. Elle mi peccator, quando, quo tempore tu coramisisti juvenum lethale peccatum? *nonne ante dies, tres, decem & viginti annos?* cur ergo adhuc dum vivis? cur non jam dudum es viventium numero exclusa, atque eliminatus es, cum tamen interim pauciora longe & leviorum peccatorum rei inopinata morte occupati æternum perierunt? Age, introspice in infernalem carcerem, ardent ibi Angeli, ardent millenî homines unius, duorum, aut trium solum peccatorum rei: die, cur tu, centenorum, aut millenorum scelerum reus, vitæ, & pœnitendi gratia adhuc dum fruaris? cur non jam in inferno ardes? ah! non alia subest ratio, nisi *quia non defecerunt misericordiæ ejus*. (*Thren.* 3.) Cur illi creduntur? quia abusi sunt Dei longanimitate, pereunt, ac & tu, si misericordiæ non respondeas, incidis in Justitiam. &c. Verum jam gradum faciamus ad tertium Misericordiæ Divinæ effectum.

§. III. *Deus remittit culpam.*

6. *Remitte.* Hic exclamo cum Salvimo: (*l. de Prov.*) *Vellem mihi in hac sede parem se gratiæ exhibere Deus.* Miratus est olim orbis habitatrix illius Principis, qui populi Romani typographus, & dealbatorum chirographus, in publico foro congestos, post combustum latus, ubi millenum millionum debita jam in fumum abierat. Verum infinitio major est Misericordiæ Divinæ liberalitas; quotidie millies millena committuntur scelera, non (quæ vitanda infidelis) sed & inter Christianos, si bonitas Dei foret, bodie adhuc illacessaret, extrema dies; quis non posset homo tolerare unius diei injurias. At vero clementis-

tissimus Deus noster ad unicum pœnitentis animi suspirium promptissime respondet : *Remitto* : audi, & mirare, peccator ? si totius mundi scelera solus commisisses, si propriis manibus Dei Filium crucifixisses, immo si tot Deicidia patrasses, quot sunt folia arborum, & arenæ in litore maris, inconcussam tamen manet illud Arnoldi effatum : (*tr. de 7. Verb. Dom.*) *Non æstimatur numero, non clauditur fine, nullas omnino habet metas Divina clementia : sit, qui invocet, erit, qui exaudiat : sit, qui ignoscat, non deerit, qui indulgeat.* Interrogabat quondam Apostolorum Princeps Petrus ex Christo Domino, quoties remitti portet peccata ? an forsan septies ? respondit Salvator : *Non dico tibi septies, sed septuagies septies*, id est, posuit Christus numerum finitum pro infinito ; quia si infinities peccet homo, Deus paratus est infinities remittere. Tunc accesserunt Discipuli rogantes : *Domine adauge nobis fidem*, quasi dicerent fidem ordinariam non sufficere ad capiendam tantam, tamque mirabilem misericordiam : audiamus historiam.

Misericordia Dei tripliciter invitat ad pœnitentiam.

7. Juvenis erat tam generis, quam morum splendore præclarus, (*Alphonsus de Andrad. tract. gen. 7. §. 14.*) successu temporis adeo a malis sociis depravatus, ut excusso omni timore Dei in impudicitias, & turpissima quæque scelera præceps rueret. Hoc unum laudabile retinuit, quod amaret litteras, ideo ad Philosophiæ, ac Theologiæ laureas, postremo etiam ad Sacerdotium promotus fuit : quamvis autem mutaverit vitæ statum, non tamen mutavit vitæ morem : insignis orator erat ; quod tamen verbo ædificavit, destruxit exemplo : monuit conscientia, monuit Deus, monuere cognati ; ille tamen salutis consilia elusit omnia, & ita demum in sceleribus obduruit, ut spem omnem salutis abjiceret. Percipite modo Divinæ misericordiæ artificium : quondam cum versus urbem equo festinaret, horridus in via aper adeo equum conterruit, ut ille in cœnum excussus parum abfuerit, quin cervicem fregerit. Agnovit, hoc luculentum Divinæ Bonitatis monitum esse, quæ misero juveni in aures clamasse videbatur : *Pœnitet* &c. ad tempus aliquod resipuit, sed brevi in pristinas sordes relapsus est. Quondam de Misericordia Dei insigniter ad populum dixit : finita sacra oratione, e vestigio sequebatur illum ex auditoribus nonnemo, qui illi exprobrabat : Infelix ! dur alios doctrina imbuis quam ipse fide non tenes ? si vera sunt de Divina Misericordia, quæ modo de cathedra dixisti, cur non satagis implorare Misericordiam ? Væ tibi, nisi resipiscas. His dictis evanuit ; Angelus enim erat. En Christiana pectora : quam longanimiter Deus hunc peccatorem exspectaverit : nonne Angelus ipsi alterum verbum misericordiæ plenum intimavit : *Exspecta*. &c. Verum, cum, his non obstantibus infelix pergeret in pejus ruere, & scelera sceleribus accumulare, tandem ultimum arietem admovit Dei Bonitas. Quodam vice ignotus quidam juvenis in domum scelerati Sacerdotis irrupit, qui subito, amoto pallio, sacram Hostiam cum calice prodicens, similibus verbis in eum invectus est : Impie ! agnoscis hunc Dominum, ignoscis beneficentiam, & longanimem illius patientiam ? quoties elusisti vocantis monita ? iciro ergo, nunc madem & viveandi, & peccandi tibi finem illassile. Simul cum his dictis evaginavit gladium. Quid ille ? sine mora in lacrimas, & preces effusus, adgeniculans invocato Beatissimæ Virginis Præsidio, inducias rogare cœpit, & (O immensam Bonitatem Dei !) impetravit. Romam abiens, ex consilio Sancti Francisci Borgiæ sacrum ordinem ingressus, austeram pœnitentiam usque ad beatam mortem feliciter consummavit, & tertium Misericordiæ præmium retulit : *Remitte*. &c. &c.

8. *Epilogus.* En Christiana anima ! hic triumphat tibi Divinæ Miserationis ; en pœnitentia Dei cessantis irasci, quamprimum cessas offendere. Utere ergo occasione salutifera nunc, dum tempus acceptabile, dum dies salutis illucescunt : non tibi deerit Divina Misericordia, modo tu Divinæ Miserationi non desis. Amen.

Dominica I. Quadragesimæ.

CONCEPTUS II.

Refutatur communissima peccatorum objectio, qua plerumque peccata sua tentationibus dæmonis imputant.

℣. *Filius Dei es, mitte te deorsum.* Matth. 4.

EXORDIUM.

Dæmon non potuit præcipitare, sed tantum suadere. Mala in dæmonem refunditur culpa peccatorum.

1. SAcrosanctum Incarnationis Mysterium ex altissimis finibus dæmoni fuit occultatum : nihilominus, quia, visis Christi prodigiis, dubitare, suspicarique cœpit, eum esse promissum mundi Messiam, ideo hodie experimentum percipere per triplicem tentationem voluit : Et quoniam e Scripturis noverat Redemptori ab alto Deo factum esse hunc promissionem : *Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum*, (*Psal.* 90.) ideo secum ita argumentabatur. Si Christus se præcipitet e pinnaculo templi, facile possum in agnitionem devenire, an sit, vel non sit mundi Salvator ? vel enim venturi sunt Angeli, ut eum a tapsu incolumem servent, vel non ? si venturi sunt, Filius est Dei ; quia de eo verificabitur hæc Scriptura : si non sunt venturi, non erit Filius Dei, & ego liber ero a formidine. Jam hactenus habui. Atque hæc erat diaboli argumentatio, quam ob rem susfusit Christo : *Mitte te deorsum*. Verum subsisto hic dubius, & quæro : cur tantummodo suasit ? cur non vi præcipitavit ? cur non facto impetu Christum e tholo templi dejecit ? nimirum rationem assignat S. Hieronymus, (*in Matth. 4.*) ita imbecillis est diabolus, ut nocere non possit, nisi volenti : vim facere non queat, nisi hominis voluntas consentiat : *Suadere potest, præcipitare non potest.* Diabolus canis est, latrare potest, non mordere ; fur est, scalas applicare potest, non furari ; hostis est, ictum minitari potest, non sauciare ; volucris est, allicere potest, non capere. &c. Scitis, Christianæ animæ, quid per hoc præludium vobis insinuare velim ? nimirum nihil ita usitatum est homini, quam suos errores excusare : etiam sceleratissimus quisque putat se satis esse innocentem, si delicti culpam in vehementiam tentationis rejiciat : verum si adeo imbecillis est dæmon, ut suadere quidem, non autem vi præcipitare possit, sequitur certe communissimam illam excusationem, qua peccatores plerumque suæ impietatis culpam in dæmonem refundunt, nullius prorsus esse valoris : quid additur frequentius, quam frigidum illud : *dæmon me decepit ?* cum alluitur, in flagranti deprehensus, aut tribunal rapitur, non habet, quod obtendat, nisi illud : *dæmon me decepit*. Cum sceleratus nebulo in confessionali increpatur, iterum occinit illud : *dæmon me decepit*. Cum fur ad patibulum trahitur, rursus recoquit illud : *dæmon me decepit*. &c. sed plane inepte, frivole, & absurde.

2. *Propositio.* Christiani Auditores ! non hunc in finem quidem cathedram conscendi, ut pro innocentia diaboli advocatum agam (quamvis id forte agere possem) certo enim persuasus sum cum S. Thoma, (*f. p. q. 114. a. 3.*) multa scelera non tam a dæmonis infligatione, quam a destituta hominum malitia oriri. *Non omnia peccata committuntur diabolo instigante, sed quædam ex libertate arbitrii, & carnis corruptione.* Verum abstrahendo ab hoc, id solum contendam, hanc excusationem, quantumvis frequentem, coram Divino tribunali nullius prorsus ponderis futuram. Tantæ sunt vires hominis, ut facili conatu vincere dæmonem queat, modo id nefas contentire nolit. Favete.

Dæmon alligatus est.

3. *Confirmatio.* Inter alias visiones, quæ Apocalyptico Vati apparuerunt, plane mirabilis est illa, de qua agit : (*Apocal.* 20.) *Vidi Angelum descendentem de cœlo, habentem clavem abyssi, & catenam magnam in manu sua. & apprehendit draconem serpentem antiquum, & ligavit eum per annos mille, & misit in abyssum, & concluxit, & consignavit super eum.* Itane, ut audio, diabulus confixus, & catenæ alligatus est ? Ita est : *alligatus est fortis, alligatus est diabolus*, inquit S. Augustinus. (*serm. 197. de temp.*) Ille superbus inferorum tyrannus, qui sub callidi serpentis specie proto parentes decipiens, totum humanum genus sibi subjugavit : ille, qui terram, ac maria terrore complevit ; ille, qui jactabunde gloriatus est, quod Principes populorum depradatus sit ; Ille, ille, inquam, insolens inimicus, instar rapidi canis, catenis astrictus est : *quomodo confractus est, contritus malleus universæ terræ ?* ait Propheta (*Jerem. 50.*) Quid ultra egemus testimoniis ? conclusio clara est, quam deducit S. Augustinus : (*ubi supra.*) nimirum, quemadmodum stultus est ille homo, quem canis in catena positus mordet ; ita nemo prudenter vim dæmonis incusare potest, quia alligatus est : *Neminem potest mordere, nisi cum, qui se sibi mortifera securitate conjunxerit : latrare potest, sollicitare potest, mordere omnino non potest, nisi volentem.*

Dæmon per fraudes agit.

4. Verum audire hic mihi videor nonnemi-nem ita ingeniscentem : si vinculatus est Sathanas, cur ergo tot fraudes, tot illusiones, tot fallacias miscet, cur tot figuras induit, ut decipiat ? Nonne Sancto Romualdo instar vulpis, Dunstano instar canis, Margaritæ instar draconis, Gallo instar ursi, Antonio instar Venatoris, Ammonio instar pastoris, Dominico instar Simiæ, Ignatio instar serpentis apparuit ? quid ? quod frequenter Angelum lucis induat, uti inter alios Juliana Virgo experta est, ut incautis animabus tanto certius ruinam, & exitium machinetur. Mi Christiane ! non inficias eo diabolum Protheum esse, induere mille figuras, concinnare mille fraudes, & astutias : Verum tantum abest, ut eainde fortem, ac violentum esse dicam, ut potius ex hoc ipso capite illius imbecillitatem, fractasque vires luculenter desumam : Edic, quo maxime tempore, & quibus in circumstantiis armati belliduces varias artes, & stratagemata excogitant ? certe tunc, cum numero, & viribus impares aperto marte cum hostibus congredi non audent. Fortissimus Josue, urbem Hai expugnaturus, parte exercitus in insidiis collocata, una cum altera parte intuentibus incolis effuse fugam arripuit : (*Josue 8.*) his visis, eruperunt ex urbe cives, timidos, & palantes, ut opinabantur, Israelitas obtruncaturi : verum, dum urbem præsidio vacuam relinquunt, illa interim a milite, ex insidiis collocato, capitur, & exuritur, Graci olim (*Virgil. Æneid. l. 2.*) per integrum decennium nequidquam obsidentes Trojam, attritis jam viribus, immensæ molis equum ex ligno fabricati sunt, inclusisque in uterum equi lectissimis militibus, fugam simularunt : post ubi Trojani hanc machinam intra mœnia receperunt, erumpentes de nocte milites, sociis in urbem viam aperuerunt, omniaque igne & ferro devastarunt. Ladislaus Hungariæ Rex (*Forest. p. 3. l. 11. in Vit. Ladis.*) integro trimestri urbem Cracoviensem oppugnans, cum ob commeatus penuriam quotidie obsidionem solvturus crederetur, justit integrum montem e terræ gleba ante portam civitatis erigi, illumque pabilis, ac latina

ina obergi, incolæ, viso tanto victus apparatu, occiderunt animis, unbemque obstrudentibus tradiderunt. Taceo alia id genus stratagemata, quibus satis liquet, tunc maxime bellidueces vulpina pelle indui, cum vires leoninæ deficiunt. Quis igitur tot fraudium machinatorem, dæmonem potentem, ac violentum dicat? ubi? infirmus est, ideo per fraudes, & technas agit: audite tantum, qua ratione S. Athanasius (*in Vita S. Anton.*) attritas dæmonis vires irridet: *contrate*, inquit, *nihil securum erat tangere; quia infirmatus es o Domine: tuit confunderis facultas. Quia minutissimum tuum non sequitur effectus. Si voluntatem sequitur, possibilitas; tantum sibi velle sufficiet, si enim est potentia mea, non extrema fallacia adimenta cancellentur, sed sua virtute impleve, quod cupiat. At unus, & unus, & mentali mutatione firmatum quod videtis infantium senecta viderit simultatione deludere, exhaustus virtus manifestius probat.*

Sed fraudes illius facile possumus agnosci.

7. Sed hoc ipsum est, inquis, quod maxime deiendumus: per fraudes longe potentius nocetur, quam aperta vi: facilius est evitare gladium, quam ficam, & pericalosiores sunt insidiæ blandientis, quam impetus perseguentis. At vero, ne metuas, mi Christiane; tanta nihil est imbecillitas diaboli, ut neque has ipsas fraudes tam artificiose texere queat, quin insidiæ deprehendi possint. Dicitur malignum Spiritum non posse mentem Angelum lucis, quin signum aliquod, verbi gratia, cornua, aut caprinos pedes retineat: ita insidias dolose struere nequit, quin facile agnosci possit vel ex ipso fermone, ait S. Bernardus. (*Serm. de 7. Spirit.*) Attende tantum, cujus tenoris sit suggestio: si inanis vanitatem, si carnis mollitiem, si animi superbiam, si cibi, & potus intemperantiam, si otium temporalium inordinatum desiderium, si illecebras sæculi, si ambitionem, & jactantiam, si iram, & inspectantiam tibi suggerat, aut ad ea inclinet, crede, cornutus est suggestor, irride, despice, fuge ejus suationes, & victus, experierisque, quam debilis, & facile vincibilis sit tentator. Vis hujus rei exempla?

Sanctis fusibrios habuit dæmonem.

8. Inspicianus Vitas Sanctorum: (*S. Bern. Super: apud Joseph. part. 2.*) O quam facili marte illi superarunt, inimo despicatui habuerunt diabolicos insultus! dicitur, ipsum Luciferum una cum sexaginta millibus dæmonum contra unicum, parvulum, semi-nudum Franciscum insurrexisse; & tamen plena confusione, in fugam acti, effecerunt nihil. Sancto Hilarioni quondam apparuit Suthanas, instar immanis Cameli, ardentibus oculis, & hiante rictu in eum involavit: sed risu explosit Sanctus has minas imprudens, siebat, seu gigantem, seu pumilum, sive draconem, sive vermiculum repræsentes, *non me Terret*, quia idem semper ex animus diabolus. Sancto Dominico quondam in monasterio Monialium concionanti, dæmon apparuit in forma passeris, circumvolando, ac pipiendo attentiorem auditorum turbavit. (*Theodan. de Apolog. l. 3. c. 17.*) Sanctus Vir fraudem infernalis belluæ subodorans, præcepit Monialium cuidam, Maximillæ nomine, ut passerem capiam sibi ad manus afferret: factum, ut præceptum; & ecce Sanctus vivum passerem deplumavit, & ita nudum avolare fussit, id quod adeo ad iracundiam concivit malignum spiritum, ut avolando lampadem everteret. Altera die, in jurium ultorius, apparuit S. Dominico noctu studenti, instar simiæ, ac ridiculis gesticulationibus turgebat turbare Sancti Viri labores: sed ecce! Sanctus Patriarcha præcepit ei ut sibi candelam ardentem teneret, quod tamdiu præstare debuit, donec consumpta candela ille pedem loculenter adulit, non sine indignatione illius, ac risu sancti Prædicatoris. Sanctus Dunstanus, (*Surius 19. Maii.*) cum in Monasterio fabrilem artem exerceret, apparentem sibi dæmonem habuit in specie mendicabuli, qui ab ipso subsidium postulabat: & contulit illi Dunstanus peritum auxilium: sed quoniam personatus dæmon nunc puerum, nunc Virum, nunc feminam repræsentabat, ac mille jocos, nugasque fingebat, ecce Dunstanus, candentem forcipem e foco extrahens, dæmonem naso arripuit, ac tamdiu tenuit, donec clamore excitii monachi convolarint, ridenter illusum tentatorem, & laudantes Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

Dæmon hominibus sanctis varia debuit præstare obsequia.

9. Quid dicam, quod dæmon varia hominibus sanctis præstare debuit obsequia? S. Bernardo Romam itineranti confractæ rotæ vices in curru subiit; S. Wolfgango lapides, & cementa ad Ecclesiæ structuram conferre, S. Francisco Olympio reculas portare, S. Patritio focum excitare, in quodam Monasterio, teste Majolo, officium calonis diu administrare debuit. O miserum diabolum! voluit quondam similis esse Altissimo, & nunc tunditur, truditur, ejicitur, illuditur, instar stulti irridetur.

8. Vultis intueri dæmonem etiam a fragili sexu devictum? Julianam vobis repræsento, (*Surius 16. Febr.*) quæ innocens Virgunculla diabolum alligatum, & ejulantem per plateas traxit. Vere ait S. Athanasius, (*in Vit. S. Anton.*) *Infernalis draco abunctus ab a Domino, capistro ligatus ut jumentum, vinctus ab circulis, & annulis labia perforatus, nullum omnino fidelium devorare permittitur.* Quod plus est: Vultis intueri dæmonem etiam a jumento irrationali delusum? S. Regulus dæmonem ex energumeno ejecit, qui in ejectionis vindictam voluit asinum sancti Viri obsidere: sed ecce! Jumentum (quod meritis S. Reguli sine dubio tribuendum est) conscitum pede in fabulo formavit cru-

crucem, & ista flyglum insidiatorem in fugam egit. O imbecillem fungum!

Arma contra dæmonem sunt obvia & facilia.

9. Adverto iterum, quid ad ista reponas, mi Christiane! Hi omnes, forte ais, fuere homines sancti, mihi non tot, ac tanta sunt merita, ut adeo potenter contra tentatorem prævalere præsumam. O te meticulosum! esto enim te non adeo sanctum esse, nihilominus eadem arma contra dæmonem tibi suppetunt, quæ hominibus sanctis: quæris, quæ sint ejusmodi arma? levissima, & ab omni manu tractabilia: videlicet unica oratio, unica invocatio sanctissimi Nominis, unicum sacrum scapulare, aut cera benedicta: hæc omnia flyglum lavermionem in ruborem, & fugam agunt, uti millenis exemplis posset demonstrari. &c. &c.

10. *Epilogus*. Hæc cum ita sint, prout sunt verissima, edic, mi Christiane, quam inanis, ac futilis est receptissima illa peccatorum excusatio: *Dæmon me decepit*. Est falsissimum; multorum enim verificatur de nobis proverbium illud, quod canem dormientem excitemus. Quæris, quid hoc sit, canem dormientem excitare? nimirum cum peccandi occasionibus ipsimet inhiamus: certe, mi Christiane, cum incautis oculis circumvagans, periculosis aspectibus delectaris, cum conscius tuæ fragilitatis ad choreas, & tripudia festinas, cum gnarus periculi ebriosis compotationibus prolixe assides, ubi non una vice hactenus occidisti, tunc consequuntur nonnunquam, peccata talia, quæ nec somniasset quidem diabolus, nisi ea ultro igni somitem excitasses. O quotics diabolus objicienti *Dæmon me decepit* posset idipsum exprobrare; quod rustica cuidam puellæ quondam exprobravit (*Dist. pal. serm. 37. Dom. 22. post Pent.*): Hæc rustica puella in arcem tendebat fervitium quæsturam: in via obvium habuit diabolum in specie alicujus Viatoris: quærebat illam quo? & unde? respondit puella, quod res esset. Dissuasit omnino dæmon, monuitque, ut arcem illam declinaret, nisi seduci, & deprædari mallet. Quid evenit? puella paullo post reducta ob impudicitiæ notam e familitio expulsa est. Cum autem ferens domum rediret, denuo in via adfuit dæmon. Quorsum & unde, ait illa? de castro hoc, siebat illa: nullam ad nunquam vidisse; quia ab impudente proco turpiter decepta fuit; diabolus me in hoc casum introduxit. Hoc dicto, larvatus dæmon terribilem illi alapam inflixit, inquiens: mentaris impudens puella, nonne hoc ipsa in via ante annum tibi ingressum hujus castri dissuasi? tua pessima voluntas te, non ego, decepit. Mi Christiane! cave, ne idem tibi quondam Divino tribunali exprobret diabolus: secretissimum est, peccatum omne plus suum, quam dæmonis opus esse. Facillime potes prævalere tentationi, modo serio velis. Amen.

Dominica I. Quadragesimæ.

CONCEPTUS III.

Indignitas peccati mortalis declaratur ex eo, quod sit servitus diaboli, & injuriosissimus recessus a Deo.

Tunc accessit ad eum tentator, & dixit: Si Filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant. Matth. 4.

EXORDIUM.

Diabolus est rivalis Christi pro animabus adquirendis.

1. Infelicissimus ille Lucifer, ex Angelo in monstrum infernale mutatus, o cælo proscriptus, & ad æternas gehennæ tenebras relegatus, ut sitæ proscriptionis supplicium vendicet, implacabili odio flagrat adversus Christum Dominum, ejusque in lucrandis animabus rivalis, & æmulus est. Hunc in finem nulli labori, nulli industriæ, nulli astutiæ parcit, ut animas in cassas suas pertrahat. Scitis, Auditores, cur hodierna die ausus sit Incarnatum Dei Sobolem suis tentationibus adoriri? nempe, ut exploraret, num Christus vere sit Dei Filius, in Redemptionem mundi cælitus submissus, hoc explorato, ut opus Redemptionis impediret, hoc impedito, ut animas, per peccatum sibi subditas, sub suo dominio conservaret. Immensa est ejus invidia, qua invidet nobis cælestis gloriæ sedes, e quibus ille cum rebellibus Angelis excedit; ita ut aliquando fatus sit ex energumeno, (*Jo: Mori Venetus. in Mund. edit 56.*) se malle, si optio ei daretur, cum una anima in inferni abyssum descendere, quam in pendistum cæli gloriam redire. Insatiabilis est ejus sitis rapiendi animas: ita, ut aliquando S. Dominico enarrarit (*S. Antonin. Per. 2. Chron.*), sibi a Deo oblatam fuisse electionem unius, quam vellet, ex omnibus creatis, potuisse se eligere, sive terram, sive aerem, sive aquam: se tamen hæc omnia recusasse. *Quid ergo vis, mala bestia*, quærebat Deus: *nihil aliud, nisi animas*, repositit dæmon. Jam vero, per quid infernalis latro animas sui juris facit? Respondeo, per peccatum. Per peccatum augetur regnum diaboli, per peccatum tamquam chyrographum oppignerat se homo servituti dæmonis, per peccatum recedit a Deo, ejusque servituti ignominiosissimo transfugio renuntiat. Quemadmodum igitur super uno peccatore pœnitentiam agente in cælo inter Angelos Dei oritur lætitia, & exultatio; ita econtra, quotics homo diabolicæ tentationi consentit, intra infernales spiritus fit plausus, & jubilatio, juxta illud Psalmistæ (*Ps. 12.*): *Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero*. Quare plausus? quare jubilatio? quia iterum una anima desertis Christi partibus ad dæmonis vexillum, servitutemque accedit.

2. *Propositio*. Quam indigna autem res sit, Christum deserere, Sathanæ servire, in præsenti discursu illucidemus, Imaginare tibi, o

peccator, te hodie in deserto coram Christo, & diabolo præsentem adstare, & abutroque ad suum servitium invitari: ego utriusque merita, ac mercedem explicatum eo. Favete.

Anima humana est Dei propria tituli creationis.

3. *Confirmatio.* Recte coronatus Psaltes peccatum sub nomine injustitiæ describit (*Ps.* 118.) *Non dominetur mei omnis injustitia*: nihil enim jus, & dominium Dei injuriosius invadit, quam peccatum. Scire vultis, quomodo? Omnes humanæ sunt adeo res propriæ Dei, ut chirotheca, quam manibus gesto, agrum, e quo fructus colligo, canem, quem enutrio, non ita possim dicere meum, quam Deus omnes animas possit dicere suas. Quare? quia Creator illarum est; ille hominem ex nihilo extraxit, in quo alias per omnem æternitatem abstrusus jacuisset. Non est autem justior titulus possessionis, quam effectio: quis plus juris habet in statuam, quam sculptor? quis plus juris in scripturam, quam Scriptor? quis plus juris in vas luteum, quam figulus? isti omnes enim pro libitu, ac arbitrio suum artefactum vel conservare possunt, vel destruere, abolere, perfundere, nec hujus facti rationem tenetur dare aliam, quam dicendo: Feci hoc, quia meum fuit. Parem in modum, quanti quanti simus, toti & omnes Dei proprii sumus: non est intolerabilior error, qui peccantium mentes excæcat, quam ille, qui a S. Job his verbis describitur: *Vir nanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat.* (*Job* 11.) Falsissima est ista persuasio, exclamat Augustinus (*tr. 29. in Joann.*): *Quid autem tam non tuum est, quam tu?* Dei es, qui Factor tuus, qui Creator tuus est: consequenter nec potes pro voluntate tua manum movere, nec oculum elevare, nec unam syllabam proferre; hæc omnes tuæ actiones ita supremo Numinis Dominio subjectæ sunt, ut totus sine exceptione secundum illius voluntatem vivere teneatis. Atque hoc excellentissimum Dei dominium, quod ex creatione resultat, pulcherrime exprimitur verbis illis Esther: *Domine Deus omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita*: quare? *tu enim fecisti omnia.* (*Esther* 13.)

Et titulo conservationis.

4. Præterea bene notandum hoc ipsum Dei dominium, quia vitam nobis dedit, omni momento augeri, cum omni momento ab illo conservemur. Non est, Dilectissimi, non est Deus velut architectus alicujus domus, qui hac extructa abire potest; absque illo enim domus jam erecta consistit. Non est ita Deus, ait S. Thomas (*1. p. q. 9. art. 2. in C.*): creaturæ in seipsis non perseverant; necesse est, ut continuo ab omnipotenti brachio sustententur; alias sine mora in antiquum suum nihilum essent relapsuræ. *Si suum influxum ei subtraheret, omnia in nihilum redigerentur.* Videtis illam lampadem ante altare suspensam? Si funem quis præscinderet, quamprimum fuisset casura. Sic res se habet nobiscum, & cum omnibus creaturis; tam omni momento indigent conservari, quam primo nativitatis suæ instanti indigebant. Quapropter si pro primo illo momento, quo Deus nos creavit, infinitam illi debemus subjectionem, qualem illi debebimus pro omni eo tempore, quo nos conservat? Quovis instanti conservando nos non minus facit, quam si semper de novo nos crearet; & consequenter, sicut creationis gratia semper continuatur; ita quoque jus illud, quod in nos habet Deus, continuo augetur. Quid multis? creaturæ sumus: ergo Creatori, ac Conservatori jure ac titulo proprietatis subjecti sumus.

Quantia agitur injuria se subtrahere Deo.

5. Jam vero huic Juri, ac Dominio Dei se subtrahit peccator; per peccatum enim renuntiat subjectioni debitæ, vult vivere pro libidine sua, voluptatulam, quam deperit, mandatis præhabet, & perinde ac si plenus sui ipsius dominus esset, Deo in faciem exprobrat, quod ibi legitur apud Prophetam: *Contrivisti jugum meum, rupisti vincula mea, dixisti: Non serviam.* (*Jerem. 2. v. 20.*) Quanta autem hæc est, quam enormis injuria? Cogitate, mei Christiani, si quandoque a fure nocturno unicum pomum ex arbore horti vestri auferatur, tantopere vos indignamini, ut non vereamini, fieri etiam coram Judice litem movere. Dicite autem, in quo tanta, quam passi estis, fundatur injustitia? nempe in hoc, quod arbor in horto vestro sit plantata: de reliquo vos neque terram creastis, nec pluvia fecundastis, nec solis radiis calefecistis, nec rore recreastis, neque unicum solium arboris formastis. Quantus cumulus propter jus proprietatis adeo imperfectæ in pomum! quid facturi effetis, si supra illud dominium haberetis integrum, ita ut quidquid pulcrum, ac utile in illo continetur, a vobis factum fuisset? Et hoc ipsum est, quod vobiscum fecit Deus: quomodo ergo, mi peccator, nullam a te committi injustitiam credis, cum peccas? certe non est in terra fur similis peccatori, qui Deo aufert jus infinitum, quod habet in animam, & voluntatem creatam.

Et adhærere diabolo.

6. Atque hæc ipsa injuria crescit ex eo, quod peccator animam, sic supremo Numini subtractam, consignet inimico & suo, & Dei infensissimo. Si peccatum forte committeretur in gratiam, ac beneplacitum alterius cujuslibet Dei æque potentis, æque sapientis, atque misericordis, tolerabilis utcumque esset injuria: verum quod fiat in obsequium dæmonis, tyranni crudelissimi, monstri abominandi, quis explicet rei indignitatem? Scis, mi Christiane, quam bene tibi velit, quo affectu in te feratur Stygius hic latro? dicam ego, si nescis: diabolus est fallacissimus deceptor; proto-parentibus in paradiso promisit immortalitatem, &

ita fraudulenter induxit eos ad transgressionem præcepti, cujus deplorandos effectus hodiedum luit humanum genus. Diabolus est mendacissimus impostor; hodie promittit Christo omnia regna mundi, quorum nec potestatem, nec possessionem habet, dicente Chrysologo (*ser. 13.*): *Hæc dicit, non quod possit dare, sed fallere; nec promissa conferre, sed ipsa auferre promittitur, quæ habetur.* Diabolus habet irreconciliabile odium adversus humanum genus, ita ut si ex potestate sua staret, vellet, sicut Nabuchodonosor tres pueros in fornacem, sic animas omnes in infernum præcipitare; vellet, sicut Angelus ille vastator Sennacheribi exercitum, sic mortales omnes internecina strage interficere; vellet, sicut Titus, & Vespasianus urbem Solymeam, sic mundum universum funditus destruere; vellet, sicut canes Jezabelem, sic homines dentibus laniare; vellet, sicut Datan & Abiron, sic omne mortalium genus terræ abysso absorbere. Et hanc dæmoni servitis, Deus derelinquitur? vah! rei indignitatem!

Qui est mendacissimus & crudelissimus.

7. Quæ merita ergo allegare potest dæmon, propter quæ prætendit hominum servitutem? quæ beneficia contulit humano generi? Ah nulla: illius beneficia sunt crudelitates, sunt tyrannides. Placet lustrare Scripturam? Septem mariti piissimæ Saræ Filiæ Raguelis horrendam in modum jugulati sunt: a quo? a malo dæmone. Populus Israeliticus venenata lue destructus fuit: a quo? a malo dæmone. Patientissimus Job post deperditas facultates dolorosissimis infirmitatibus, ac ulceribus afflictus fuit: a quo? a malo dæmone. Rex Saul adjaciam redactus fuit: a quo? a malo dæmone. Ille homo lunaticus in Evangelio modo in ignem, modo in aquam crudeliter raptus fuit: a quo? a malo dæmone. Ager ille Evangelicus Zizaniis corruptus fuit: a quo? a malo dæmone. Filia mulieris Cananitidis miserandum in modum tormentata fuit: a quo? a malo dæmone. Placet a Scriptura transire ad historias? Enarrat Philo (*in Apoll.*), quod dæmon in figura mendicabuli urbem Ephesum immanissima lue intoxicarit, ibat ostiarium de domo in domum stipem colligens, & loco gratitudinis pestem reliquit. Enarrat Sigebertus (*in annal. an. 465.*) quod dæmon sub specie Venetæ urbem Constantinopolitanam tam horribili incendio complerit, quod integro quatriduo perduraus, partem urbis maximam in cineres redegit. Enarrat Chronista, (*Chronic. Hirsaug. ann. 538.*) quod dæmon tempore Ludovici II. urbem Moguntinam integro triennio intolerabilibus plagis, uti fame, peste, sterilitate, aliisque vexarit. Hæc & alia innumera mala adornavit dæmon, & hodiedum adornaret, nisi ab Omnipotente cohiberetur: diu noctuque indefesso labore invigilat, sudat, lapidem omnem movet, ut hominem temporaliter, ac æternum infelicem reddat: proindè credi posset, non esse hominum quemquam in mundo, qui vel minimum illi obsequium esset exhibiturus.

Et tamen plures sequuntur dæmonem, quam Christum.

8. Et tamen eheu! & tamen, quis non obstupescat? plures sunt, & innumerabiliter plures, qui diaboli, quam qui Christi partes sequuntur. Nathan Propheta, ut adulterum Davidem ad pœnitentiam commoveret, parabolam illi proposuit hominis divitis, qui cum amicum suum laute excipere, noluit e numerosissimis gregibus suis unam ovem perdere, sed potius oviculam cujusdam pauperis raptam, occisamque in prandium paravit. (*2. Reg. 12.*) Nihil hic circa hunc locum inquirendum restat, quam quisnam per illum hominem divitem tot ovibus abundantem, quid per pauperem, qui unicum oviculam possidebat, intelligatur: & ecce S. Bonaventura (*serm. 1. Dom. 1. Quadr.*) declarat utrumque: *Pauper est Christus, qui paucas oves habet, dives est diabolus, qui habet haves, & oves, insuper & pecora camporum.* Diabolus semper gregem integrum numerat, donec Christus unicam oviculam. Eheu! quanam est hæc dementia? quanta ingratitudo! Edic, mi peccator, quodnam alicium tribuere te potuerit ad partes dæmonis? quid boni tibi fecit? quid præmiorum promisit? Die, an ille te ex nihilo extraxit? an vitam tibi contulit? an ille te hactenus pavit, nutrivit, conservavit? an ille fortunas tuas auxit? an ille temporali, & spirituali felicitate te beavit? ah! nihil minus: quin immo si potuisset, temporaliter, & æternaliter te misevum fecisset. Et tamen illi servitur? in gratiam illius peccatum committitur, Deus deseritur? ubi ratio? ubi lumen naturæ? ubi debita gratitudo? O quantum aliquando gloriabitur infernalis plagiarius de numerosa sui sequela! illa die, ubi totum humanum genus in duo agmina dividetur, & pars una Deo, altera diabolo, una cælo, altera inferno cedet, in illa, inquam, die stabit hic superbiæ spiritus coram orbe universo, & de majori animarum numero, qui in lucrum illi cesserit, gloriabundus, insultabit factabunde Redemptori: En Christe! tu infinites labores, sudores, dolores, angores pro animabus tuis exantlasti, & pauciissima tamen tuam sequelam sunt amplexatæ. Ego nec guttulam sanguinis sudavi, nec spinæ punctaram sensi, nec flagelli ictum pertuli, nec mortem crucis sustinui; & tamen innumeras myriades sub mea signa traxi: præplacuit illis modica voluptas, quam tuum calum, præplacuit illis mea allectatio, quam tuus sanguis. Si ita fieri debuit, ut pauculas has animas cælo lucrareris, potuisses hoc leviori dolorum impendio impetrare: &c.

9. *Exhortatur.* Christiana anima! quid ad hæc? poteris has fanas? hanc fugitantiam dæmonis? Ah! agnosce Dominum tuum; agnosce Creato-

rem, cujus jure supremi Dominii propria es: dic cum Christo hodie: *Vade Sathana!* tu meus Dominus non es: ex hoc momento tibi abrenuntio, Christum amplector. Amen.

Dominica II. Quadragesimæ.

CONCEPTUS I.

Ostenditur, quod in medio ambulandum sit inter Misericordiam, & Justitiam Dei.

Duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Matth. 17.

EXORDIUM.

Thabor, & Calcaria representans misericordiam, & justitiam Dei.

1. O Thabor! O Golgotha! miramini, Auditores, quod cum exclamatione ordiar; nempe disparem prorsus affectum in animo meo causant mons transfigurationis, & mons crucifixionis, quoad locum quidem haud procul ab invicem dissiti, sed quoad spectaculum dissimillimi. Thabor cæli atrium est, Calvaria officina tormentorum; ibi Filius Dei inter Moysen & Eliam; hic inter latrones; ibi glorioso Christo applaudunt Apostoli; hic emorienti Christo compatitur natura: ibi Christum gloria cælestis clarificat; hic Christum sol obscuratus obumbrat: ibi auditur a Patre cælesti: *Hic est Filius meus dilectus* (*Matth.* 17.); hic auditur a Filio cælesti: *Pater, ut quid dereliquisti me* (*Matth.* 27.)? Ibi personant laudes Angelorum; hic perstrepunt blasphemiæ Judæorum; & ut paucis complectar omnia: Ibi aperitur spectaculum Misericordiæ exaltantis; hic aperitur spectaculum Justitiæ punientis, &c. Non sine mysterio Christus Dominus eosdem tres Discipulos secum sumpsit in montem Thabor, videlicet Petrum, Joannem, & Jacobum, quos secum sumpturus erat in montem Oliveti. Quæritis, qua de caussa? nimirum, ut eosdem participes faceret gloriæ, quos participes facturus erat ignominiæ, & ut illis ipsis ostenderet benignitatem Misericordiæ præmiantis, quibus ostensurus erat rigorem Justitiæ punientis. Atque ob hanc ipsam caussam prohibuit illis, ne visam gloriam mundo manifestarent, nisi primum post exantlatam passionem, ut nimirum illi recordari numquam possint montis Thabor, nisi simul recordarentur Montis Calvariæ. Edic, Christiane, quem tu montem scandere præoptas? montem clarificationis, aut passionis? quem Christum sequi mavis, luce fulgentem, aut cruce pendentem? Imum reponis, quem tu mihi persuades: respondeo, si ex me pendet optio.

Inter utrumque ambulandum est.

2. *Propositio.* Neutrum tibi persuadeo, sed utrumque: vellem quippe inter utrumque ita medius ingrediaris, ut nec ad solum montem Thabor, nec ad solum montem Calvariæ animum affigas: intueri solum theatrum Misericordiæ periculosum est; quia præsumptuosum facit: intueri solum theatrum Justitiæ periculosum est; quia reddit desperabundum. Tu medius incede, medio tutissimus ibis. Atque hic hodierni sermonis scopus erit. Favete.

§. I.

3. *Confirmatio.* Populus Israel in ingressu terræ promissæ mirabilem Dei legem observare debebat. Præceptum fuit: *cum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, ad quam pergis inhabitandam, pones benedictionem super montem Garizim, maledictionem super montem Hebal.* (*Deut.* 11.) Cæremonia hujus legis hunc in modum observabatur; cum superato Jordane, populus ad radicem gemini montis pervenit, Moyses duodecim tribus divisit, & sex primas in hujus, sex alteras in alterius montis apice collocatas fuisse, ut illæ benedictionem, illæ maledictionem clamarent. Quanam pars populi clamorem exorsa est, an illa, quæ benedixit, an altera, quæ maledixit? neutra, respondet Iischius, (*in c. 17. Deut.*) sed utraque *eodem temporis momento* ita voces confundebat, ut nec maledictio sine benedictione, nec benedictio sine maledictione discernibiliter posset audiri. Quare hoc? respondet idem interpres: *Ne misericordiæ Domini audirent sine justitia, nec justitiam sine misericordia.* Tu, O Christiane Viator, quo vadis? ad terram promissam æternæ beatitudinis, inquis: scias velim, non esse viam aliam, nisi mediam inter montem utrumque: en! ex dextra parte benedicuntur salvandi: *Venite Benedicti*: ex sinistra parte maledicuntur damnandi: *Ite maledicti*: tu ad neutram declina; sed utramque commixto clamore audi: proderit id tibi, ne intuitu unius in præsumptionem, aut intuitu alterius incidas in desperationem. Postquam peccatrix Magdalena superno gratiæ lumine illustrata sterio commissa crimina detestari cæpit, in domum Simonis leprosi, ubi prandebat Divinus mundi Salvator, continuo convolans se ad illius sanctissimos pedes projecit. Quærit fortasse nonnemo ex curiositate, quem pedem illa lacrimis & osculis venerata sit? an dextrum? an sinistrum? Respondeo, utrumque: atque id consultissime fecit. Quare? quia dexter pes est symbolum Misericordiæ, sinister est symbolum Justitiæ Divinæ: pœnitens animi utrumque osculis, ac amplexibus stringar, ne, dum dextrum solum amplectitur, in præsumptionem, & dum sinistrum solum eligit, in pusillanimitatem delabatur: ita præscribit Bernardus: (*serm. 1. in Festo S. Magdal.*) *utrumque pedem invogat animæ pœnitentis affectus, & nunc misericordiam amplectens, nunc judicium detestans contribulati spiritus offerat holocaustum.* Videamus quæ

quæ mala incurrant, qui solam misericordiam intuentur.

§. II. *Quæ pericula incurrant, qui solam misericordiam intuentur.*

4. Frequenter contingit, ut, licet medicamentum secundum optimæ artis præcepta & Galeni documenta præparatum sit, nihilominus ægro sanitatem non conferat, sed mortem acceleret, non quidem defectu se tenente ex parte medicamenti, sed ex parte ægri; quia stipatum pessimis humoribus, putridoque sanguine, aliisque gravissimis accidentibus plus nimis oppressum habet ventriculum. Quæso, quod præstantius est animarum medicamentum, quam Dei Misericordia? si ultra viatorem Jerichuntinum vulneratus sit, si miserior ægro apud piscinam triginta octo annis infirmato, mederi potest, & vult Misericordia Dei. &c. & tamen tam nobile pharmacum, miser peccator ex sua malitia convertit in venenum, ansam capit temerariæ præsumptionis, unde capere debuisset remedium emendationis. Sunt obstinati, sceleribus immersi, voluptatibus affixi, qui si de periculo animæ suæ moneantur, audacter respondeant: Deus misericors est; necdum supra Magdalenam, & latronem deliqui, quorum utercque salvatus est, &c. O periculosa sermocinatio! O proxima exitio temeritas! Edic, quæquis ita sentis, cur Regius Princeps Ammon, necdum expleto regiminis biennio, a propriis subditis arcidiatus miserrime perit? dicis fortasse, punitus est, quia idololatra fuit. At numquid Pater ejus Manasses quinquaginta omnino annis inter rapinas, blasphemias, idolorum cultus, cædes, & populorum scandala solum tenuit, & tamen in fine pœnituit, salvatus est? O obstupescenda Dei judicia! duo Reges ejusdem sanguinis, paris vivendi rationis, tam disparem sortiuntur exitum: ille post scelera, ultra dimidium sæculum prorogata, salvatur; iste post eadem crimina, non ultra biennium producta, damnatur: quæ caussa miserandi inæqualitatis? audiamus Glossam (*in 4. Reg. 21.*): *Ammon cogitationem pravam apud animum instituit. Pater meus a puero multa scelerate fecit, ac in senectute pœnitentiam fecit: Ego quoque hac in ætate pro animi libitine vae gerans, & delicate ad Dominum me convertam. Hac igitur de caussa Deus pœnitentiam illius non exspectavit.* Audis ista, O præsumptuose peccator? periit Ammon, quia a misericordia Patri exhibita ad scipsum consequentiam fecit. Quid tibi evenit, si ex eodem flore instar viperæ venenum fugas, & misericordiæ Divinæ prodigia Magdalenæ, latroni, aliisque exhibita fastuose & tibi arrogare præsumas? plane Deus gratiarum Dominus est, non debitor, nec ulla lege stringitur, ut & tibi eadem scelera indulgeat, quæ aliis longanimiter indulsit. Immo per hoc ipsum irritas justitiam; quia misericordiam quasi ad obsequium, & famulatum tuum usurpare

præsumis. &c. Rem omnem in compendio explicat Hildebertus inquiens (*Epist. 15.*): *In misericordia Dei sperare salubérrimum est consilium, de ea tamen pendere, periculosum est refugium.*

§. III. *Quæ pericula incurrant, qui solam justitiam respiciunt.*

5. Neque minus periculum incurrunt, qui solam Justitiam intuentur, seclusa Misericordia: ex eo genere nonnunquam sunt moribundi, qui si in illis adeundæ æternitatis angustiis constituti, vitæ peractæ noxas rememorant, pusillanimi timore vacillare, & spem bene omnem perdere incipiunt: eheu! ejulant, comparendum est coram justissimo Judice, meritorum nihil, peccatorum autem immensam molem mecum fero: periit desperabundus Judas, qui Christum semel tantum vendidit; ego pro modica voluptate vendidi millies, quid mihi superest? &c. Imprudens: hoc tibi superest, ut ad Misericordiam confugias: periit desperabundus Judas, quid mirum est? ex fiamet confessione satis indicavit, quod laqueo interitum siti; quia Christum solummodo ut justum, præcisa misericordia, respexit. *Peccavi, tradens sanguinem justum.* (*Matth.* 27.) Audis, *justum*, inquit? O! dixisset, *sanguinem misericordem*, næ ille cum Petro, cum latrone, cum percutientibus pectora sua veniam indubitanter obtinuisset. Quærit S. Hieronymus, unde peccato gravius deliquerit Judas, proditione, aut desperatione? nemo non putabit; proditionem esse enormius delictum: quid enim scelleratius fingi posset, quam vendere Deum? at S. hic Doctor (*in Ps.* 108.) oppositam tenet sententiam: *Pro clementia Dominus hoc dico, quia magis ex hoc offendit Judas Dominum, quia se suspendit, quam quia Dominum prodidit.* Proditione enim in humanitatem deliquit, desperatione autem in ipsam Divinitatem impius fuit. Quid ultra desideras, pusilla animula? adhucdum diffidis de salute? majorem injuriam infers Deo hac diffidentia, quam per quævis alia scelera. Esto, grandia esse delicta tua: tanto mirabilior erit in te Dei misericordia: esto, Deum justissimum esse: talis est, ut timeatur, non ut desperetur; medicina est justitia Dei, non venenum. &c.

§. IV. *Iter tenendo est via media.*

6. Atque hæc sunt pericula eorum, qui misericordiam Dei sine justitia, aut justitiam absque misericordia respiciunt; illi præsumptionis, isti desperationis præcipitio appropinquant. Quid igitur facto opus est? utramque respiciat, necesse est, qui secure incedere cogitat. Populus Israel benedictionem, & maledictionem una simul clamavit. Magdalena utramque pedem Christi lavit: columba in altum evolans utraque ala indiget: currus geminæ rotæ innitur: *Misericordiam, & judicium cantabo tibi*, clamat Psalmista. Si quæras ulterius, qua ratione hæc doctrina in usum deducenda sit? adverte animum, praxin edocebo.

7. *Epilogus.* Ante peccatum commissum consideranda est justitia Dei; post peccatum commissum misericordia. Ita expresse suadet Regius Psaltes (*Ps.* 84.) *Justitia ante illum ambulabit. Misericordia ejus subsequetur nos.* (*Ps.* 22.) Si ingruat tentatio, sed voluptatem afflictens, dic tecum ipso: Quomodo passum facere malum hoc, cum nesciam, an non ultimum peccatum hoc sit, quo peracto, ardebo in inferno? certe Deus justus est. *Justitia ante illum ambulabit.* Si post peccatum commissum sentias te ad desperationem adigi, dic tecum ipso: Quomodo animo cadam, cum Deus infinities magis misericors sit, quam ego sceleratus? erigam me, pœnitentiam agam. *Misericordia tua subsequitur me.* Ita inter misericordiam & justitiam, inter Thabor & Calvarium medius, nec in scyllam incides, nec in charybdin, sed medio tutissimus ibis. Amen.

Dominica II. Quadragesimæ.

CONCEPTUS II.

Ostenditur, quod intuitu cæli contemnendus sit mundus, ac mundana omnia.

Domine bonum est nos hic esse. Matth. 17.

EXORDIUM.

Diabolus ostendit regna mundi, Christus regna cæli.

1. ANte octiduum diabolum vidimus in monte, hodie Christum videmus in monte; sed dispari scopo: dæmon ad montem ducit, ut ostendat omnia regna mundi; Christus Discipulos in montem ducit, ut ostendat eis regnum cæli: hac semper industria fuit dæmonis, ut humanis oculis regna mundi magnificet, & extollat; econtra hæc industria est Christi, ut humanis cordibus amorem regnorum cælestium pro merito, ac dignitate inculcet. Qua in re inter se differunt veluti Geographus, & Astrologus. Fuit litterarum amans discipulus, qui ad Geographum delatus petiit, ut sibi orbem in compendio repræsentaret: mox ille hominem ad ingentem tabulam trahens, ostendit illi quaternas orbis partes, Asiam, Africam, Americam, Europam: ostendit illi diversas provincias, maria, flumina, ac immensos terrarum tractus. Ita probe instructus discipulus paullo post in Astrologum incidit, qui ei in planisphærio cælesti siderum cursus, planetarum motus, cælestium orbium revolutiones, ac magnitudinem exhibuit: in medio sphæræ repræsentabatur terra, sed ita exigua, ut vix nucem magnitudine æquaret. His visis, quid est hoc, ait discipulus, paullo ante Geographus mihi globum terraqueum portentosa magnitudine repræsentavit, cur tu nunc, Astrologe, vix nuci parem commonstras? Nempe, respondet iste, meum est, ut tibi cælum dilaudem, latident Geographi terram, quantum velint. En Christiane! hæc differentia est inter Christum, & diabolum: iste bona terrena, eorumque possessionem cum plausu celebrat; ille oculos, animumque ad cælum nos attollere jubet. Hoc quisquis considerat, mundum discit contemnere, qui respectu illius vix nucem exæquat: *Ecce gentes quasi stilla situlæ, ecce insulæ quasi pulvis exiguus.* (*Isa.* 40.) Nonne S. Petrus vix gustata cælestis gloriæ gattula, mox Orbem universum oblivioni dedit, & in monte Thabor æternum commorari desiderans, exclamavit; *Domine, bonum est nos hic esse?*

2. *Propositio.* O Christiani Auditores! avellite animos ab hoc mundo, & sursum ad cælum erigite. *Sursum corda:* ego vero vos manu ducam, ostendamque quam contemptibilis sit mundus, si cum cælo conferatur. Quodsi impar sit mea eloquentia gloriæ describendæ immensitati, cogitate, etiam Ezechielem nobilissimam arcem Sion in argilla, & cocto latere delineasse.

§. I. *Mundus respectu cæli parvus est.*

3. *Confirmatio.* Quanto quis altius assurgit, tanto minora illi omnia, quæ inferius sunt, videbuntur: scande præaltam turrim, aut præruptum montem, & ecce, etiam gigantæi homines instar pigmæorum, & locustarum tibi apparebunt. Agite evehamur in altum, & aliquot regiones aëris transgressi, lunari spiræræ appropinquemus, cujus distantia a terra juxta Astrologorum calculum ultra centum viginti sex milliariorum millia complectitur: hic in lunari globo constituti, & respicientes, quomodo putatis hæc terra nobis videbitur? certe vix pila manualis major. Sed altius assurgamus, & ad solis confinia, confecto quatuor millionum milliariorum itinere, festinemus. Quid nunc terra videtur? eheu! vix nucem æquat. Sed altius, altius, ac supremæ Martis, Saturni, Veneris sidera transcendentes, firmamentum, seu cælum astriferum reneamus. An putatis, jam cælum Empyreum, Beatorum habitaculum nos attigisse? erratis, erratis: etiamnum procul, & longius distat, quam firmamentum hoc a terra, quamvis hoc ab illa centum, & sexaginta millionum milliariorum intercapedine dividatur. Altius, altius, ad cælum Empyreum properandum est, & quanto putatis spatio illud a terra evehitur? Audite, & obstupescite: & ne putetis assertum meum frivolæ, ac non satis fundatæ dimensioni inniti, verba loquor Cornelii a Lapide (*in Gen. 1. v. 16.*), qui magnam semper in Ecclesia auctoritatem tenuit: si lapis molaris, inquit, inciperet cadere a convexo firmamenti versus terram, opus haberet nonaginta annis, ut decideret, & terram attingeret, etiamsi singulis horis caderet, & descenderet ad ducenta milliaria. Jam si lapis molaris a firmamento usque ad terram indiget nonaginta annis, & firmamentum a cælo Empyreo

reo adhuc distat altero tanto, sequitur lapidem molarem e cælo Empyreo ad terram centenis octoginta annis cadum. O immensum altitudinem! quantilla jam putatis despicientibus hac terra apparebit? profecto vix magnitudinem globi sciopetarii assequetur; tota Africa erit instar grani papaveris; tota America instar formicæ; tota Asia instar culicis; tota Europa instar tenuissimæ acus: Recte exclamat Seneca: (*l. 1. Nat. c. in præfac.*) *O quam ridiculi sunt mortalium termini! paullum est, in quo navigatur, in quo bellatur, in quo regna disponitur, — cum te in illa vere magna sustuleris, videbis exercitus sub rostris tres vexillii & litebin dicere: id nigrum campis agmen: formicarum ille discursus est in angusto laborantium.* Et quid tunc erunt ædes, prata, agri, vineta, & bona tua? eheu! nihil erunt, & instar minimi pulviculi inspectabiles. &c.

4. Continere hic me neutiquam possum, quin in alta suspiria erumpam: eheu! tam exilis, tam modicus est mundus, & tamen quot hominum sunt, qui pugillum picis terrestris cælo præferunt! quot sunt, qui per forensia litigia, per artes illicitas, per testamentorum corruptiones, per fraudes, & perjuria pro modico fundo decertant? quot sunt, qui arando, occando, marginando, agrorum, prætorumque limites cum æquitatem extendunt? eheu miseri! immensum cælum perditis pro vola lutis perdimus, inquiunt, modo terra fruamur. O hebetes! O bruti! O homines absque intellectu!

Mundus respectu cæli sordidus est.

5. Quodsi tandem terra hæc tota aurea, ac pretiosa foret, minor etiam foret ambitionum stultitia: sed lutea est, cœnosa est, paludosa est, sordida est, bufonum, viperarum, draconum commune habitaculum est. Quæ materies econtra reperitur in immenso illi cæli palatio? audite Apocalypticam Aquilam: *Ipsa civitas aurum mundum, simile vitreo mundo, & fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata, & duodecim portæ duodecim Margaritæ sunt.* (*Apoc. 21.*) Dixit multa, non quod hæc descriptio ex æquo commensurata sit cæli pulcritudini; sed quia dicere amplius non potuit, cum in humana æstimatione auro, gemmis, & margaritis nihil sit pretiosius. Fingamus, obsecro, rusticum hominem, aut inopem pastorculum, qui per omnem vitam in luteo imaginibi habitare assuetus, aliquando in amplam civitatem deferatur, ubi magnifica palatia, spatiosa atria, procerus porticus hiantibus oculis demiratus, tandem in regiam admittitur: videt vastissima triclinia, aulæa, peristromatis, picturis, statuisque ornata, videt speculorum multitudinem, abacos ebore & ebeno incrustatos, auri argentique copiosam supellectilem, & tum primum nausæare incipit stramineam, luteamque domum, quæ sibi hactenus satis ampla videbatur. Ita nobis evenit, o Christiani, si cælum cum terra conferamus: *Suspicamur in cælum,* inquit Chrysostomus (*in Ep. ad Hebr. c. 2.*), *& ad pulcritudinem ejus confiderandam aliquantulum temporis perduramus, intelligamus, quantum & solum habebimus, non quidem tale, quale nunc est, sed tanto melius effectum, quantum lutei testis aurum est melius.* Nolite mihi, obsecro, dilaudare hujus mundi miracula, portentosa ædificia: nolite celebrare palatium Regis Alcionis, cujus muri erant ænei, portæ aureæ, postes argentei, lapicidæ ex ebore & electo elaborata. Nolite extollere Salomonis Regiam, cujus structura centum, & sexaginta operariorum millia tredecim integris annis fatigavit. Nolite in memorium revocare magnitudinem Veteris Ninive, cujus ambitus continebat quadraginta, octoginta stadia, id est, sexaginta millia passuum. Nolite mihi crambem recoquere de prodigiosa illa urbe Quinta, quæ olim Imperatorum Chinensium sedes erat, & maxima urbs totius Orientis: in ambitu complectebatur centum milliaria, centum & quadraginta portas, duodecies millenos saxeos pontes, & mœnia tantæ latitudinis, ut duodenis armatis equitibus viam commodam pones se præbuerint. Nolite jactare Veteris Rome magnificentiam, aliaque artis, & naturæ prodigia. Hæc enim omnia, si cum cælo conferantur, minus sunt, quam luteæ domus, puerorum crepundia, quæ in fabulo, & cœno ædificent: quæso, interrogat S. Chrysostomus, (*in Matth. c. 7. hom. 24.*) *quæ distamus a puerili ludendi gratia casulas ædificantibus, nec qui ample prætoria, & præclara construunt?* O mi Sancte Chrysostome, plane non differimus; sicut enim ludrica illa ædificiola facile pedibus evertimus, ita quisquis cælum intuetur, omne, quidquid mundus magnificum habet, ridet, despicit, contemnit. &c.

Mundus respectu cæli instabilis est.

6. Promovco ulterius argumentum: quamquam enim, si ea, quæ in mundo lutosa, cœnosa, ac sordida sunt, saltem stabilia, & secura forent, haberent saltem aliquid solidæ æstimationis: verum quod dolendum maxime est, periculosa, incerta, mutabilia sunt omnia. Quot hominum legimus, immo quot ipsi novimus ab alto fortunæ gradu ad infimam sortem defectos? quid in orbe frequentius, quam reges regnis, consulares fascibus, divites opibus, clientes Patronorum favoribus privari? nulla fere est felicitas, quam non amulorum invidia arrodit, quam non majorum potentia deprimit, quam non inimicorum fallacia oppugnat. Et si cetera omnia diu prospere ilerant, tandem communis omnium prædator, mors possessiones omnes eripit, & evertit: veniet tempus, mi homo, quo ex omnibus latifundiis, quantacunque polleas, nihil tibi superierit, nisi septempedalis sepulcri fovea: tunc poteris

in eadem effundi lacrimas, in quas olim Saladinus Orientis Imperator, qui morti proximus mortualem pannum e hasta suspensum per castra circumferri, & proclamari jussit: Hoc solum cadaveris involucrum Saladino ex tot regnorum spoliis superest. Econtra quid in cælo? O beata patria! ibi certa, ibi invariabilis, ac secura bonorum cælestium possessio, ibi nulla æmulatio, ibi nullæ insidiæ, ibi nulla mors, finis nullus. Impar sum describendæ huic felicitati, loquatur mei in vicem S. Augustinus (*Med. c. 16.*) *Temporalia bona*, inquit, *difficile adquirentur, & adquisita facile dilabuntur, & quæ habita sunt, cum gravi sollicitudine custodiuntur, & cum dolore amittuntur, & amisso cum gravi labore recuperantur: futuri autem sæculi bonis nunquam amittuntur, cum gaudio, & quietæ possidentur; cum semel quis acceperit, ita securus erit, se ea nunquam amissurum, sicut certus est, vel erit, se nunquam valle amissurus.* Non accipitis, Auditores, quanta sit hæc felicitas, quæ in hac securitate consistit? Edicite, si mihi facultas foret humanes sensu conflectos ad primævum juventutis florem reducendi, cumque per mille annos in eodem vigore stabiliter conservandi, quantis putaretis me præmiis cumulatum iri? certe cum nulla ars sit lucrosior, quam mediocrem, & parum videmus, quantum mortalium pluribus sustineant, ut annum vel unicum vitæ suæ adficiant, certus sum, quod omnem illum ad quævis obsequia paratum experirer, cuicumque promitto, quod sublatis senis incommodis per diuturna sæcula vegetum illum vellem conservare: si juberem, veniam daret inimico: si juberem, abstineret a blasphemiis: si juberem, viraret pravæ consortia, immo si juberem, vitam Sanctorum viveret. En Christianæ animæ! quod in hac vita appromittere vobis nequeo, hoc in cælesti patria vobis appromitto: immo non ego, sed S. Augustinus. (*Soliloq. c. 35.*) ubi ita exclamat: O *Vita vitalis! ubi juventus nunquam senescit, ubi decor nunquam pallescit, ubi amor nunquam tepescit, ubi gaudium nunquam decrescit, ubi securitas nunquam auditur, ubi tristia nihil videtur!* O felix boni possessi securitas!

§. II. *Mali sunt, qui mundum præ cælo diligunt.*

7. Sed vela contraho, nec in illam felicitatis abyssum hodie profundius immergor. Id unum ex te iterum, iterumque interrogo, mi Christiane! qui fieri potest, ut quamvis mundus punctum sit respectu magnitudinis cælestis, quamvis mundus lutum sit respectu pulcritudinis cælestis, quamvis mundus merum periculum sit respectu securitatis cælestis, nihilominus mundum præ cælo diligas? proh pudor! si necesse est aut cælum, aut pecuniam perdere, perdatur cælum; si turpe consortium, aut paradisus repudiandus est, repudietur paradisus; si cælo, aut honore carendum est, careatur cælo: unde, quæso, tanta dementia? nimirum in causa est, quod sicut aratores Ægypti nunquam cælum respiciunt, quia agrorum fecunditatem non a pluviis, sed a Nili exundatione obtinent; ita nos his terrenis immersi, raro oculos furtim attollimus, raro ne primioribus quidem labiis attenta mentis contemplatione cælestia degustamus: cum Falco hostilem ardeæ sanguinem libavit, ægre retrahitur ab aucupe, qui ardea erepta, falconis oculos pileolo tegit, & pertinaciæ alligat. Sed rapax volucris fremit: furit, pennis, rostro, & unguibus in vinculum sævit, libertatem desiderat. Quid avem hanc adeo inquietum reddit? Prægustata dulcedo: frui cupit, quo jam inescari cepit. Ita vos pariformiter, Christianæ animæ, ad cælum ardentius aspiraretis, si frequentiori contemplatione animum in beata illa patria defixum haberetis, tunc certe cum S. Patriarcha Ignatio clamaretis: *Quam sordet mihi terra, cum cælum aspicio!* &c. &c.

8. *Epilogus.* Finio, & pro coronide adjicio, quod Guillelmus Abbas (*l. 1. c. 3.*) in vita S. Bernardi commemorat. Bernardus in juvenili ætate, bonis omnibus paternis valere jussis, ad Clarevallense Monasterium aspiravit. Ægre id tulerunt illius fratres, & sanctum fratris propositum modis omnibus impedire contendebant: sed felicior orator fuit Bernardus, fratribus omnibus persuasit, ut derelicto mundo, secum ad claustrum properarent. Igitur paternam hereditatem, quæ amplissima fuit, Nivardo natu minimo relinquere statuerunt. At puer ille se nili cum matureiate respondit: quid hoc fratres? an æqua est ista divisio? siccine vos cælum præripitis, mihi terram relinquitis? absit: valeant possessiones paternæ, ego vobiscum ad claustrum, ad cælum: quod & reipsa fecit. O felix Nivarde! gratulor tibi felicem electionem: ego tecum sentio, pereat mundus, vivat cælum: apage infernalis tentator! si mihi omnia regna mundi in monte apportaveris, non recipies responsionem aliam, nisi illam: *Vade retro Sathana*: Tu contra in monte Thabor clarificate Redemptor, tu animum meum imbue cælestis dulcedinis prægusta, ut inter hæc mundi pericula identidem cum S. Petro ad cælum aspirem, clamemque: *Domine bonum est nos hic esse*, in æternum. Amen.

Dominica II. Quadragesimæ.

CONCEPTUS III.

Stultitia extrema peccati mortalis inserta est eo, quod peccator pro re nihili perdat gloriam cælestem.

Domine bonum est nos hic esse, si vis, faciamus hic tria tabernacula. Matth. 17.

EXORDIUM.

Sicut ex uno ligno fecunditas regionis, ita ex monte Thabor reducta gloria cælestis.

1. NArses, supremus Justiani Imperatoris Bellidux, multis victoriis contra barbaros, præ-

præsertim Gothos, relatis, gloriosus, quondam ab Imperatrice Sophica palmari injuria affectus, vindictæ studio Longobardos in Italiam evocavit, atque illis sterilis Pannoniæ, quam inhabitabant, naufeam, contra felicis Italiæ desiderium instillaret, Alboino illorum Regi fructus quosdam delicatissimos, poma, ac botros transmisit, petens, ut ex paucis frugum cupediis totius regionis delicias metiretur (*Forcell. lib. 22. cap. 2.*). Et vero usque adeo arriserunt barbaris vitæ, gustatuque cupediæ, ut natale solum certatim deserentes, vi, & armis Italiam occuparint. Si parva licet componere magnis, eadem arte videtur usus fuisse Dei Filius, ut Discipulorum animos a terrenis avocaret; & cælestis patriæ desiderio inflammaret, hodie in monte Thabor illis cæli prægustum dedit: quamvis autem gloria Transfigurationis respectu cælestis gloriæ non esset, nisi unica guttula respectu integri maris, nihilominus hac ita inebriatus fuit Petrus, ut exemplo totius mundi delicias naufeare incipiens, hic æternum figere desideraret domicilium. O! quid egisset Petrus, si in plenam gloriæ Divinæ ubertatem, & in illum, cui Beati in cælo innatant, torrentem voluptatis fuisset admissus, de quo Psalmista: *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis potabis eos.* (*Ps. 35.*) Ita hac super re differens August. (*in soliloq. c. 21.*) ait: *Si Petrus unam filiam dulcedinis gustavit, & eumem altam satietatem dulcedinem: quid, putas, dixisset, si magnam illam multitudinem dulcedinis Divinitatis gustasset, quam abscondisti timentibus te?* Ex quo sequitur; etiamsi in cælesti patria non majores forent delicias, quam fuerunt in monte Thabor eo, improdentissimum foret illum hominem, qui eas ob momentaneam peccati voluptatem perdere vellet: quid dicendam igitur de stultitia immensa, qua ob rem nihili peccator æternis cæli gaudiis renuntiat?

2. *Propositio.* Agite, Dilectissimi! figamus hodie mentis oculos in monte Transfigurationis, & ex hac umbra magnitudinem solis, vola dicere, cælestis gloriæ inestimemus; tum obsequentiam materiæ, quam sacro hoc tempore tractare constituimus, extremam peccatoris stultitiam conligamus, qui mercedem adeo immensam pro levi, eaque spurca voluptatula commutat. Favete:

Cælum Beatorum est spatiosissimum.

3. *Confirmatio.* Ad locum Beatorum, quod attinet, est ille supremum cælorum, quod *Empyreum* dicitur ob claritatem, & lumen indeficiens, quo illustratur: Hac aula Divinæ Majestatis fruitur semper lucidissimo die, nullis interrupta tenebris, fruitur serenissima tempestate, nullis obscurata nubibus, fruitur deliciosissima perpetuitate, nullis obnoxia vicissitudinibus. O *Isaac!* exclamat Propheta (*Baruch 3.*) *quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis ejus!* Vultis scire, quam amplum sit aulæ cælestis spatium? fuere Astrologi, qui circumferentiam poli cælestis supputantes, existimant illud ultra quater millenos, & octingentos milliones milliarium complecti. (*Venerab. Medit. de glor. punct. 1.*) O Bone Deus! si hæc tantum circumferentia circuli, quis intellectus capiet, quam ampla sit magnitudo, ac latitudo undequaque diffusa? S. Bernardus (*T. 1. ser. 51. a. 2. c. 2.*) affirmat, *tantam esse magnitudinem cælorum, quod si de nove crearet Deus tot terrarum orbes, quot grana sunt arenæ maris, adhuc non impleretur Empyreum cælum*: consequenter, prout alibi calculat mellifluus Doctor. (*ap. Manr. tr. disc. 3. n. 3.*) quilibet Sanctorum habebit cælo locum *magis spatiosum, quam si ab oriente ad occidentem.* O immensam magnitudinem! Et sit hominum aliquis, qui pugillarem mundi angulli glebam cælo præferat? &c.

Et delitiis plenum.

4. Sed enim hæc cæli amplitudo haud admodum foret æstimabilis, nisi magnitudini etiam loci amenitas corresponderet. Erudiamini in schola S. Augustini, quantis deliciis hic locus affluat. Etenim S. Doctor singillatim perpendit innumera dona, ac bona, quibus Dominus Deus ad creaturæ rationalis obsequium hunc mundum instruxit: talia dona, ac bona sunt pulcherrima claritas lucis, puritas aeris, amœnitas muricæ, suavitas odoramentorum, gustus ciborum, varietas animalium, volucrum, piscium, arborum, plantarum, lapidum, ac medicamentorum. En mi homo, quantum te in hac vita mortali beavit Deus: lætaris splendore diei, intuitu cæli, solis luminosissimi, montium, & marium. Vides florentes campos, prata, ac sylvas, magnifica ædificia, castella, ac civitates: habes ad tuum obsequium symphonias muficorum, vexationes, convivia, theatra, palæstras, hortos, palatia, aliaque corporis, & animi oblectamenta, &c. Hæc ubi Augustinus fuse consolerat, conclusionem facit, exclamans: O Magne Deus! si hæc adeo delectabilia indulges homini in hac lacrimarum valle, ubi ea omnia tam bonis, quam malis pariter sunt communia, qualia futura sunt illa, quæ solis Bonis reconciliatis? si tam innumera sunt tua dona, quæ modico tempore possidentur, quæ dulcia, quam delectabilia erunt, quæ amicis tuis largiturus es æternum possidenda? verba Augustini sunt (*in Man. cap. 34.*): *Si tanta solatia in die lacrimarum, quanta conferes in die nuptiarum? si tam delectabilia continet carcer, quanta quæso, continet Patria?* O Augustine, quam belle discurris, nec tamen vel millesimam partem cæli describis! &c.

Angeli & Beati in cælo innumerabiles.

5. Incolæ hujus loci cælestis sunt Angeli & homines justi, qui in statu gratiæ ex hac vita mortali excesserunt. Utrique sunt innumerabiles. Et Angelorum quidem tanta est multitudo, ut Propheta Daniels, cui unicum obtutum in cælum defigere licuit, vilum sit (*Dan. 7.*) eorum tan-

tantum, qui proxime thronum Dei ambiebant, esse mille millia, & decies millies centena millia. Hominum vero beatorum tantus est numerus, ut etiam arenulas in litore maris excedat, dicente Psalmista: (*Psal.* 130.) *Super arenam multiplicabuntur.* Porro dignitas, & venustas cælestium Incolarum est gloriosissima; sunt enim omnes a primo ad ultimum nobilissimi, sapientissimi, sanctissimi spiritus, conregnatores Dei cum quo *regnabunt in sæcula sæculorum.* O quam deliciosa res erit inter Regis habitare inter tot reges! quantum gaudium cum sapientissimis, sanctissimis, ac nobilissimis conversari! quanta desideriorum satietas habere sibi præsentes Patrem, fratres, sorores, amicos, ac familiares, olim pauperculos, nunc undequaque felicissimos, & ab omnibus adversis procul remotos! quam inexplicabilis lætitia erit, Sanctorum Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, ac Virginum orchestras ordinatissime divisas intueri, eorumque omnium, ac singulariter sui Angeli custodis, ac Nominis sui Patroni consortio, atque familiaritate frui!

Nullam habebunt invidiam.

6. Quamquam autem hi Sancti, & Electi gloria inter se differant, sicut differt stella a stella in claritate, nihilominus nulla est inter illos confusio, nulla minoris erga majorem invidentia. In hac lacrimarum valle inter homines nonnunquam evenit, quod inter pullos gallinaceos: contingit forte, ut unus eorum vermiculum inveniat, & ecce omnes alii persequuntur inventorem: fugit iste, reliqui insectantur: quod si alius vermiculum adquirat, nox etiam iste omnes alios sentit sibi inimicos. Unde hæc dissidentia? nempe ex eo, quia ille vermiculus non sufficit omnibus exaturandis. O mortales! unde vestra litigia, bella, & invidiæ? nempe ex eo, quod patridius bonorum temporalium vermiculus non sufficiat ad explendam vestrorum desideriorum famem: *Mentem, ac tunam, frigidam illud verbum* est semen dissensionum, & invidiarum. Econtra & felicibus cælestis patriæ Incolis est verissimum illud, quod Origenes de filiis Job enumtiat: (*l. 1. in Job.*) *Septem fuerunt numero, & unam habuerunt unitatem: septem fuerunt, & unam erat ei tas*; quia omnibus explendis sufficit Deus. Imaginamini vobis tres, aut quatuor regios Principes, qui cum Patre Rege eidem mensæ assident: dicite, an natu minimus invidet majori, quod plus de delicatis dapibus comedat, plus etiam auri, aut purpuræ in vestibus gerat? Neutiquam enim vero, Parem in modum, quamvis Beati in varios ordines distinguantur, videlicet Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, & Virginum, amicissima tamen concordia ita nectuntur, ut multitudo nullam pariat discrepantiam, eminentia nullam ambitionem, diversitas nullam invidentiam: loquatur mei in vicem S. Augustinus: (*lib. 22. de Civ. c. 30.*) *Erit Deus omnia in omnibus, atque nulli superiori ullus inferior invidebit.* Quin immo unus de alterius gloria, tanquam de sua, lætabitur: Virgines gaudebunt de pœnitentia Confessorum, Confessores de constantia Martyrum, Martyres de zelo Apostolorum, Apostoli de ipe Prophetarum, Prophetæ de fide Patriarcharum: hunc in sensum docet Anselmus: (*l. de similit. c. 72.*) *quia quisque sic se, ac alterum amabit, patet, quia sic de illius felicitate, ut de sua gaudebit.*

Conversatio cum Christo, & B. V. quanta felicitas.

7. Quid dicam de inenarrabili felicitate, quæ resultat ex conversatione cum Christo, & Beatissima Christi Matre Maria? ibi Beatus videbit facie ad faciem illam creaturarum omnium fortunatissimam, quam in hac vita toties audivit comparari Lunæ propter pulcritudinem, soli propter sublimissimam perfectionem, auroræ propter Maternitatis fœcunditatem, lilio propter Virginitatis integritatem. Cogitate, Dilectissimi, quam beatos se reputent illi, qui in hac vita Ecclesias, sanctissimæ Virgini sacras, ejus Reliquias, aut Taumaturgicas imagines celebres, uti Cellæ in Styria, Oetingæ in Bavaria, Einsidlæ in Helvetia, Laureti in Italia, possunt venerari. Vidi ego Laureti in sacra quidem Domo confertissimum populum, sere neminem tamen sine lacrimis, utpote quas loci sanctitas, & affectus, ac gaudii teneritudo peregrinantibus ex oculis exprimit: & quid rerum tandem ibi asservatur? asservatur adicula, in qua Verbum Caro factum est; adicula, quam Dei Filius, & Beatissima ejus Mater suis vestigiis sanctificarunt; adicula, in qua Taumaturgica Divinæ Matris imago Christianis pie supplicibus prodigiosa liberalitate se beneficam exhibet. O! si tanta est animorum exultatio in umbra, quanta erit in luce, nempe ibi, ubi Beato fas erit Beatissimam Cælorum Reginam, Majestate pleaam, Angelorum, ac Virginum millionibus stipatam, supra milles soles radiantem, coram intueri, ad illius thronum prosterni, ejus sanctissimos pedes exosculari, illi articulatis verbis grates referre pro innumerabilibus beneficiis plus quam Materna misericordia sibi collatis; quid erit ibi, ubi Beato fas erit Incarnatum Dei Sapientiam, Redemptorem, Salvatorem, ac Mediatorem astrum in throno Majestatis sux residentem adorare, ac præsentem contemplari? perpendite, Auditores, quam felices arbitremur Sanctum Stanislaum, Sanctam Catharinam Alexandrinam, & Senensem, aliosque Sanctos, quibus in hac vita Dei Filius spectabilem se præbuit, aut in forma elegantissimi Pisionis baltandum, aut ulnis gestandum uno vel altero momento dedit? quam longe major igitur censenda est felicitas Sanctorum, qui æternum cum Christo con-

versantur, in illo lætantur, ab illo recipiuntur in amicos inseparabiles, donantur gloriosis dotibus: uti claritate, agilitate, subtilitate, & impassibilitate, ac denique de hac amicitia, ac felicitate æternum duratura infallibiter assecuntur?

8. O! credo tibi, infernalis spiritus, quamquam alias tis pater mendaciorum, credo audite, Carissimi, & æstimationem gloriæ cælestis ex damnato Angelo addiscite. Quæsitus dæmon ex Energumena, (*Spec. Ex. disp. 1. Ex. 57. & Cantipra. l. 2. c. 56.*) quid dare, aut agere vellet, si posset ad cæli patriam, qua expulsus, remeare? respondit, se libenter omnes damnatorum pœnas usque ad diem judicii passurum, modo per unicum momentum posset aspicere Deum. Hæc dæmon. &c. &c.

9. *Epilogus.* Jam ad te conversus, mi Christiane, verbum unicum: si tanta, ac ineffabilis est Beatorum felicitas, quæ ex cæli magnitudine, ex loci amœnitate, ex conversatione cum Sanctis, ex familiaritate cum Christo, & Beatissima Virgine consurgit, ut ipse diabolus tam luculentum hujus veritatis testimonium edifferat; quid sentiendum putas, de misero peccatore, qui tam immensum deliciarum Oceanum cum una guttula spurcæ voluptatis imprudentissime commutat? Ridemus improvidum Esau, quod primogenituram pro pulmento; ridemus Lysimachum, quod regnum pro haustu frigidæ; ridemus filium prodigum, quod paternam domum pro porcorum siliquis prodegerit: & quid de te censendum restat, O peccator, qui cælum ipsum pro re nihili perdis? Age, utere meo consilio: cum a tentatione ad peccatum invitaris, colloca ante pedes tuos modicam illam, quam tibi suadet tentator, voluptatulam; ex altera parte oculos versus cælum attolle, & dic tibi ipsi: egone tantillum pro tanto? rem nauci pro bono immenso? &c. Hæc inquam, dic, cogita, ac tibi ipsi exprobra, & in æternum non peccabis. Amen.

Dominica III. Quadragesimæ.

CONCEPTUS L.

Improbatur verecundia confitentium in exponendis peccatis.

Erat Jesus ejiciens dæmonium, & illud erat mutum. Luc. 11.

EXORDIUM.

Verecundia, & virtus, & vitium esse potest. Dæmon restituit verecundiam.

1. DUmmodo loquatur dæmon, facile expelli poterit. Verum, quod periculosissimum est, dæmon ut plurimum mutus est, & os habet oppessulatum. Quo pessulo? verecundia: illa ipsa nimirum, quæ & virtus esse, & vitium potest: virtus quidem, si ante peccatum concipiatur; hinc Sponsus Divinus in Canticis laudat Dilectam: *Sicut fragmen mali punici, sic genæ tuæ.* (*Cant. 4. v. 3.*) Vehementer enim delectatur Deus illa anima, quæ statim verecundo rubore suffunditur, quamprimum minus purum quid in sermone, in gestu, in conversatione contingit. Vitium autem est verecundia post peccatum, quando videlicet erubescit homo, coram homine fateri, quod non erubuit coram Deo committere. Narrat Gabriel Inchinus, quod Sanctus Cyrillus Episcopus in hebdomada sancta viderit dæmonem circumeuntem confessionalia: quæsivit, quid tu hic infernalis bellua? reponit dæmon: pœnitentiam ago: Quid? tu pœnitentiam, tam obstinatus, tam superbus? respondet diabolus: nonne qui restituit, quod furatus est, pœnitentiam agit? ego autem hic restituo verecundiam peccatoribus, quam ante peccatum ademi, ut verecundentur sua peccata exprimere. O pessimum furtum, & pejorem furto restitutionem! quanta inde scelera pullularunt! unde enim tot sacrilegæ Confessiones, & sæpe in feram ætatem protractæ pœnitentiæ, nisi ex damnabili hac verecundia, præsertim apud juvenes. Peccat aliquis contra castitatem, peccatum hoc subticet multis annis, Sacramenta nihilominus frequentat, demum spem salutis amittit, aut pœnitentiam in mortis articulum differre constituit.

2. *Propositio.* Quare constitui hodie expellere dæmonium mutum, id est, rationum momenta in medium afferam, quibus perspectis, homo vincere periculosum pudorem, & loqui discat. Faxit Deus, ut hanc doctrinam alte cordibus imprimam, teneriori præsertim ætati, cujus hac in re periculosior præ ceteris alea versatur. Favete.

§. 1. *Confessarius obstringitur ad silentium. Providentia Dei curat, ut Confessarii cito obliviscantur peccatorum.*

3. *Confirmatio.* Si Dominus Deus ad impetrandam peccatorum veniam præceptum tulisset, quo quisquis deliquit, peccatum suum coram integra quadam communitate proclamare juberetur, velut olim leprosi facere debebant, (*Levit. 13.*) certe operæ pretium foret tantam fugere difficultatem, tum ob præmii magnitudinem, quod ex obedientia tam ardua refertur, tum ob pœnarum enormitatem, quæ ex adverso a transgressoribus incurritur. Nunc autem ad id solum adstringitur homo, ut peccatum suum exanimi statuæ in confessionali sedenti exponat. Quid? exanimi statuæ? ita est: quo enim alias nomine compellem Confessarium, qui velut caperi vitæ imago: oculos quidem habet, & tamen cæcus est; quia non licet illi ob secreta exposita te intueri. Os habet, & tamen mutus est; quia nec ullius boni impetrandi, nec ullius mali evitandi causa illi licet quidquam ex auditis revelare. Cor habet, & tamen exors est; quia non licet illi peccatum memoria retinere. Quin immo admiratione dignissimam

mam arbitror Dei Providentiam; quam omnes in sacro tribunali versatissimi reditam faciens, videlicet, nihil citius evanescere, quam memoriam peccatorum pro Confessione auditorum. Dubitas de hac veritate? convincam: Fuere hactenus quamplurimi infelices! proh dolor! Sacerdotes tam Sæculo Religioni, quam Ecclesiasticis, qui, spiritu superbiæ, & immunditiæ in transversum acti, sacrilegi, foedissimi, turpissimo prodigio, e cælo ad cœnum, e claustro in mundum, ab ara ad harem, a vera fide ad damnatas hæreses transferunt; ibique in castris Bellai Sanctum Romanum Ecclesiam dictis, scriptis, furcalmis, ensibus, furyris impiissime exagitarunt; nec tamen conabit ullibi, quod ea, quæ altera in magnissimo Confessionis judicio invenerunt, in lucem prorumpat. Annalitia illis defuit ad hoc latibulum? nactisquam; quid ergo? arbitror, quod auditorum memoria: hoc nimirum artificium est Divinæ Providentiæ sollicitæ caveatis, ne ex revelatione vel minima hoc Sacramentum adeo utile, necessarium fidelibus redderetur odiosum. O ineptissimum igitur timorem eorum, qui ipsos contenent dicendo: quid cogitabit de me Confessarius?

§. II. *Confessarius timere non debet, quia homo fragilis est.*

2. Ecce meticulose: quis est iste Confessarius, quem adeo formidas? certe si Angelus foret ab omni peccato, & ab ipsa adeo peccandi facultate alienus, non abs re foret timere, & tremere; quis enim non contremiscat, purissimo spiritui sordes suas revelare? at cum Sacramenti hujus Minister homo sit fragilis, infirmus, labilis, & forte coram Deo plurium scelerum reus, quid formidas? an exprobrare poterit vitrum vitro, quod fragile sit, lutum luto, quod sordidum sit? advertè, quod singulari animadversione dignum arbitror in Sacrificio Missæ: Sacerdos, dum præcipuam illam Sacrificii partem, quam Canonem dicimus, peragit, omnia submissa voce peragere jubetur, uti sunt ipsa sacratissimæ Consecrationis verba, utraque tam pro vivis, quam pro defunctis memoria, aliaque: at ubi pertingit ad verba illa: *Nobis quoque peccatoribus*, ibi excolleret vocem, ut a circumstantibus audiatur, & tundere pectus præcipitur, tanquam publice e peccatorum numero unum se profiteri deboret. Quare hoc? puto ego, Ecclesiam id ordinasse, ne fidelis populus Angelum crederet, quem Angelica, immo Divina mysteria tractantem cernit, neque exhorrescat accedere sedentem pro sacro tribunali, quia æque peccatum est sedere, & accedere. Quid ergo metuis fateri secreto, quod ille fassus est publice? Verum demus etiam, Confessarium esse innocentem, sanctum; omnis peccati orbitam: quid tum? an ideo contemnere reum jure poterit? neutiquam: tum quia non suis, sed gratiæ Divinæ viribus a peccatis conservatus; tum quia in posterum de ejusmodi fordibus minime securus est: *Non est peccatum*, ait Bernardus: (*serm. 7. de Miseric.*) *quod fecit homo, quod non facere posse alter homo*. Sibi igitur timebit, ne cadat, tibi condolebit, quia cecidisti; & congaudebit, quia a lapsu resurrexisti, sicut gaudent Angeli in cælo super peccatore pœnitentiam agente.

§. III. *Peccatum remitti non potest sine confessione.*

4. Quamquam hæc minima sint, id unum tibi sufficiat ad generosam pudoris victoriam, quod actum agas in celando peccato: frustra est stramen, quo idola tegis, frustra est paries, quo abominationem occultas, veniet dies, hora, momentum, quo ego, & omnes præsentes, immo universus mundus sciet clarissime, quid egeris. Non ne ergo consultius est nunc ab gloriam tuam, quam ibi ad ignominiam; nunc ad animæ salutem, quam tibi sine merito; nunc uni homini, quam tibi orbi integro; nunc Parocho, quam tibi diabolo consteri peccatum? ita explodit tuam imprudentiam sanctus Vincentius Ferrerius: (*serm. 2. Dom. 2. post Pent.*) si non vis profiteri peccatum Parocho, debebis æternum consteri in inferno: *In inferno sit Confessio, non tamen Deo, sed diabolo, curato illius Parochiæ*. Ibi loco absolutionis sunt æterni cruciatus. Si opponas, te taltem majorem peccatorum partem fuisse confessum, nihil efficis, irrita est Confessio, si unicum subticeatur. Peccata sunt annuli catenæ; quisquis uno annulo vinctus est, tota catena ligatus est. Quisquis unius peccati reus manet, nec a ceteris solutus est. Eheu! inquis, compensabo per alia opera: orabo, jejunabo, eleemosynas dabo, &c. Actum agis, utut alter Romualdus, alter Antonius, alter Pachomius fores; frustra sunt omnia: confitendum est, aut erubescendum est.

Regia filia damnatur propter peccatum in Confessione suppressum.

5. Terribile est, quod Vega (*tract. de Confess. 1. p. c. 8.*) commemorat: Eo tempore, quo Catholica Fides adhuc per Angliam floruit, Rex Hugobertus Filiam habuit, tam venustate corporis, quam virtute animi illius temporis prodigium: Fuere magni Principes, qui eam sibi desponsari cupiebant, sed invito conatu, quippe regia filia votum illibatæ integritatis accusabat, quo se obstrictam asserebat. Quin etiam, ut a mundi & aulæ strepitu remotior tota esse posset in pietatis exercitationibus, a Parente singulare ædificium impetravit: in hac solitudine unice cælestibus inhiabat, fundabat monasteria, invisebat ægros, corpus ciliciis domabat, diu, noctuque orationi insumebat. Dolendum maxime, quod præmaturo nimis obitu tam nobilis flos enatuit, non sine ingenti totius regni luctu, quippe quæ apud omnes haud vulgaris sanctimoniæ famam conseiverat. Nobilis quædam femina, quæ apud defunctam supremæ moderatricis officium tenuit, ea nocte, qua obiit, in oratione vigilabat; & ecce! media nocte tumultuario impetu porta cubiculi refringitur, & ingrediuntur infernales larvæ, quæ animam ignieis catenis, flammisque circumdatam ducebant. Cohorruit, ut par erat, pia femina; verum trepidantem compellans spiritus, ne timeas, inquiebat, ego infelix sum Regis Hugoberti filia, æternum damnata. Eheu! subintulit altera, quis salvabitur, si innocentia perit! Erras, reponit spiritus, non Dei, sed mea culpa est; scis ipsa, quod nobilem ephebum in servitiis habuerim, qui si forsan ego prolixa lectitatione librorum fessa essem, id muneris subire, & sacros libros pegiegere debebat; iste fusita nonunquam lectione, manum osculari solitus, dum id genus obsequii arrideri mihi videbat, demum amare, & vicissim a me amari cœpit, crevitque amor usque ad turpissimum facinus. Tum erubescere ego, & commissum piaculum sacro conscientiæ arbitro revelare non ausa, malui animum, quam existimationem, ut inepte mihi imaginabar, amittere: non defuit Deus partibus suis; monuit sæpius; in ipsa adeo ultima ægritudine articulata vox non una vice auribus illapsa est, confitere: verum obsurdui misera, & si-perii. His dictis evanuit spectrum arsurum in inferno æternum.

6. *Epilogus.* Ea, Christianæ animæ! quam sincere confessa est hæc misera Princeps, sed Confessione inutili; quod fateri noluit ad salutem, fassa est ad æternam damnationem. Ossas illi forer, nunc utiliter consteri, ne illa nos solum coram uno homine, sed coram orbe universo se prodiret. Dicite, per salutem vestram oro, dicite alieno damno sapere, & serio arbitramini, an præstet consteri, aut audere: si mea opera ad exonerandam conscientiam uti desideratis, promitto coram Deo, & tota cælesti curia, quod non modo nec minimum sinistri cogitare, sed ex animo conversioni vestræ collatari velim. O Deus utere me instrumento, ad reducendas animas, & felicem me, prout per est, reputabo. &c.

Dominica III. Quadragesimæ.

CONCEPTUS II.

De periculoso statu hominis, in peccata iterato relabentis, ex quod conversionem suam semper reddat difficiliorem.

Et sunt novissima hominis illius pejora prioribus. Luc. 11.

EXORDIUM.

Templum Salomonis semper difficilius restauratum. Ita fit cum anima post relapsum.

1. PRetiosissimum, quod unquam mundus vidit ædificium, erat plane templum illud Salomonis in urbe Jerusalem: ædificatum id fuit a potentissimo Rege una cum innumera laboratorum multitudine intra spatium septem annorum: postquam vero a Chaldæis ferro, & flamma excisum est, e ruderibus quidem fuit a Zorobabel resuscitatum fuit; sed ita operosio conatu, ut intra quindecim annorum spatium vix ad finem fuerit perductum. Secundo ab hostium irruptione destructum. Tertio ab Herode Ascalonita reparatum fuit; sed hæc reparatio quadraginta sex integris annis duravit. Quarto denique ad vastitatem reductum, remanet in suis ruinis conspicuum, ita ut in hodiernam diem vix vestigia magnificæ illius structuræ supersint. Audius est quidem Julianus Apostata ad instantiam Judæorum etiam quarto restaurare, ruinam; sed evidenter obstiterunt Dei consilia: operarii prodigiosis terroribus dispari fuit; o fundamentis ignis erupit, nocturni terranotus disjecerunt diurnos labores: verbo, clare patebat Deo invito rem agi, ut fuse enarrat S. Chrysostomus: (*hom. 1. una ex quinque contra pertin. Judæor.*) Christiani Auditores, ut ad illud materiæ propositum vos manuducam, quam hodie tractare constituì; singulariter notare vos volo, iteratam templi restaurationem semper fuisse difficiliorem, & demum omnino impossibilem: ita fieri etiam amat cum templo Dei mystico, id est, anima: *Nescitis, quia templum Dei estis?* admonet S. Paulus; cum templum hoc, per Baptismum sanctificatum, aliquando per peccatum destruitur, malum equidem sortem incurrit si sed pejor sors est altera, pessima tertia destructio; quia cum frequentatione peccati semper crescit conversionis difficultas; exodus velim, non ejusdem malignitatis sunt primum, & secundum peccatum; ex primo enim expeditius, ex secundo difficilius resurgitur. Audiamus venerabilem Bedam: (*l. 2. in Esdr. c. 8.*) *Multo laboriosius est, eum, qui accepta fidei Sacramenta peccando contemnit, pristinam recipere dignitatem.*

2. *Propositio.* O miserande peccator! da veniam, si meam tibi mentem sine loco explicem: nimirum, cum in eadem peccata relabitur frequenter videro, perditum re arbitror, & æternum perditum venire tandem lapsu, ex quo non amplius relurgens, voles quidem resipiscere, sed non poteris; quia cum frequentatio lapsus crescit resurgendi difficultas. An cupis hujus difficultatis rationes audire? proferamo. Tuum erit hanc gravissimi momenti doctrinam bene animo imprimere, & peccatum relapsus toto corde exhorrescere. &c.

Non est eadem facilitas pœnitendi post secundum peccatum, quæ fuit post primum.

3. *Intenditio.* Sunt hominum nonnulli in negotio suæ salutis, ita tardi, ac stolidi, ut animæ suæ salvationem, tamquam rem levem, & facilimam, sibi imaginentur. Si in cathedra, &

la-

sacro tribunali serio admonentur: mi peccator, quid agis? quamdiu scelera sceleribus accumulabis? quid tandem fies? respondent imprudenter, quid fiet? si iterum cadam, iterum poenitebo. Ivane, o miser! an poenitentia poenitebo. Ivane, o miser! an poenitentia pendet ex tuo arbitrio? an tam facile tibi est lavari, quam vulnerari? an tam facile tibi est resalvere, quam in puteum insilire? an tam facile tibi est reconvalescere, quam in morbum incidere? Eheu! erras, & vehementer erras: major longe est poenitentiae difficultas post relapsum, quam tibi persuadeas: atque haec difficultas triplex est; quarum prima se tenet ex parte Dei, altera ex parte tui ipsius, tertia ex parte daemonis.

§. I. *Quia Dei auxilia immutantur.*

3. *Confirmatio.* Ex parte Dei quidem; quia supremus coeli, terraeque Dominus, cum videt amicitiam suam a vili homuncione, a misero terrae vermiculo ita vilipendi, ut eam pro re nihili, pro sparca voluptate, iterato, ac repetitis vicibus abjiciat, ad daemonis cultra transfugas, cum suis gratiarum auxiliis parcior esse incipit, & subtrahit ex adjumenta, quae tibi agendam poenitentiam vel necessaria, vel saltem apprime proficua sunt. His deficientibus, quid ages? O homo! ex tuis viribus, nec unicum suspirium, nec unicum contritionis actum elicere poteris. Quin immo his Dei auxiliis destitutus, sicut imbecillis infantulus, succollance manu nutricis privatus, in plura, ac plura peccata cades; certum enim est, quod Deus peccatum unum permissione alterius peccati punire soleat, uti cum communi SS. Patrum docet S. Gregorius: (*l. 25. Mor. c. 12.*) *Justo enim judicio compitent Deus cor peccantis obnubilat, ut praesentis peccati merito etiam in altis cadat.* Si ajas: spero, quod Deus hoc mecum non sit facturus, Deus non subtrahet mihi gratiam; quaeso te, an putas, Deum ita tibi obstrictum esse, ut prompte, paratoque sua tibi gratiarum remedia subministrare debeat, quoties allibuerit? quo jure praetendis, Deum in te liberalem esse, in quem tu adeo crudus es, & inhumanus? quid Deo tua interest? Fingimus, obiecro, Medicum, qui artis suae industria innumum sanitati reddidit, regulas etiam vita deinceps instituendae sollicite praescripsit: sed ecce aeger, e faucibus mortis paullo ante ereptus, contra praeceptum sui aesculapii intemperante cibi, & potu helluatur, infalubres fruges, caseos, acetosa lactucinia, & lactucas stomacho ingerit, & ita recidivus priftina aegritudine corripitur: vocatur rursus Medicus; sed ille, cuiusmodi recrudescentis mali edoctus, fastidire aegrum, & longe remissiore cura quam antea, morbo mederi incipit, quem imprudens aeger petulanter, ac ultro sibi consciverat. Ita plane Dominus Deus cum agit cum peccatore recidivo: quid est peccatum aliud, nisi lethalis animae aegritudo, & periculum mortis aeternae? ab hac aegritudine, mi homo, sanatus es pretioso balsamo caelestis Medici: quaris, quod sit illud balsamum, quis Medicus? audi, quid Cardinalis Hugo (*hic*) supra illa Jeremiae verbo, *nunquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi?* (*Jerem. 8.*) edisserat: ait: *Resina fuit Sacramenta; quae profluxerunt a cherubitho, id est, Christo.* Ea Christus crucifixus Redemptor tuus est Medicus, sacrosanctus sanguis illius est medicina, qui in perceptione Sacramentorum sanatus es: ibi in sacro poenitentiae Sacramento praescriptae tibi sunt regulae ad vitam deinceps ante instituendam: ibi tibi dictum est: cave deinceps occasiones pessimas, oculos, sensusque exteriores custodi, linguam refrena, manus cohibe, carnem abstinentiis, jejuniis, aliisque asperitatibus mortifica, otium fuge, societatem impiorum devita: verbo: *Ecce sanus factus es, nolli amplius peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.* &c. (*Joan. 5.*) Quod si contra salubres has institutiones post limina ad pravas occasiones, & pristina vitae figmenta petulanter revertaris, quid mirum, si Dominus Deus te suis gratiarum auxiliis, quae tarpiter adeo contemnis, destituat, ajatque illud, quod olim miserae Babilon exprobravit: *curavimus Babilonem; & non fuit sanata, derelinquamus eam!* (*Jer. 51.*) ultimum decesset terribilis hujusmodi justitiae Divinae exemplar! Prae omnibus aliis Pharaonem tibi ante oculos constituo: quid intentatum reliquit Divina bonitas, ut obstinatum Regem ad frugem reduceret? admonuit eum per Moysen, admonuit per petitentiam primogenitorum, admonuit per terribiles tenebras, admonuit per cynipes, locustas, ranas, & flaminum sanguinem, aliasque flagella: tandem cum nihil minarum, & monitionum profuit, undis rubri maris hauriri permisit. O recidive peccator, disce alieno exemplo sapere, & certo crede, non esse terribiliorem poenam peccati, nisi illam, quam olim Dominus Deus idololatrantibus Israelitis intentavit: (*Jud. 10.*) *Non addam, ut ultra vos liberem.* &c.

§. II. *Quia homo magis infirmatur & virtus perdit.*

5. Alterum impedimentum, quod poenitentiam post iteratos relapsus difficilem reddit, se tenet ex parte ipsius peccatoris, idque maxime ex eo capite; quia illius infirmitas post lapsum semper major est: erras, mi homo, si putes, eadem tibi vires esse post primum, & secundum peccatum: non est tibi eadem promptitudo, ac alacritas ad res spirituales post secundum, quae fuit post primum. Qui in morbum lethalem, ex quo paullo ante convaluit, denuo recidit, pro infirmabili reputatur; quoniam natura, vi aegritudinis debilitata, tam morbo, quam medicamentis perferendis inepta est, & saepe eadem pharmaca, quae prima vice ad valetudinem profuerunt, altera vice convalescenti, ac debili instar veneni sunt. Eadem proportionaliter ratio se habet cum morbis spiritualibus:

bus: secunda, ac tertia animae aegritudo periculosior est, quam prima; quia vires animae magis atteruntur, gratia deficit, mens excaecatur, conscientia callum induit, timor Dei decrescit: econtra succedit rerum spiritualium nausea, augetur sensualitas, crescit saeculi amor, invalescit vanitatum cupiditas, & peccandi impudentia in dies sumit incrementum. O miser peccator, & inter tot impedimenta eadem facilitate, si potes, peccatum excute, qua antea; experieris profecto idem tibi evenisse, quod idolo Dagon in templo Philistaeorum: (*1. Reg. 5.*) Philistaei Arcam Domini, quam in infelici Israelitarum internecione captivam tenuerant, in templo juxta Idolum Dagon constituerunt: ecce prima statim nocte Dagon ante arcam humi prostratur; restituitur integer; altera nocte iterum dejicitur, sed infelicissime longe lapsu, quam antea: quippe confracto capite, & ambabus manibus *Dagon solus truncus remanserat in loco suo.* Haec tua figura est, O recidive peccator: cecidisti quidem prima vice; sed & prima vice integris utcunque viribus resurrexisti: cecidisti altera vice, &, O miserum te! debilitatus es, imbecillis es, truncus es: experire tantum teipsum, senties, quod caput non habeas, hoc est, intellectum sine superno lumine, voluntatem sine pia affectione: senties, quod nec manus habeas, nec pedes, hoc est, nulla opera, nullum in virtutis semita progressum, O miserum te! repeto: O miserum te!

§. III. *Quia Daemonis potestas invalescit.*

6. Tertia denique difficultas se tenet ex parte infernalis daemonis, cujus industria post alterum lapsum longe est exporrectior ad servandam praedam in retibus, unde jam semel evasit. Fingamus hominem Christianum, qui Algerii a barbaris captivus detinetur: ille data occasione custodum vigilantiam eludens, rumpit vincula, feras effringit, fugitivus abit. Quis non gratularetur homini? verum, si in fuga deprehensus, retrahatur, Bone Deus! quam longe alios deinceps carceres experietur! duplicantur compedes, catenae collo inferuntur, immergitur profundo puteo, inedia maceratur, nec a longe ad auram liberiorem aspirare permittitur. Vides, O recidive peccator, quae sit diaboli in te crudelitas? elapsus semel es ex illius vinculis; si altera vice recidas, eheu! quid non industriarum adhibebit, ne denuo ex unguibus evadas? si antea ope pii libelli resipuisti, nunc sollicite cavebit, ne in sacram libelli lectionem incidas, & loco hujus libros obscoei amoris, & fabularum commenta tibi obtrudet: si antea conversus es ex auditione Verbi Divini, nunc impediet, ne sacrum oratorem audias, & loco hujus profana tibi negotia suggeret: si antea ad frugem redisti monitione boni amici, nunc excitabit inimicitias inter te, & illum, & loco hujus suos emissarios, sceleratos socios in te armabit. Verbo: salutaria omnia procul removebit, nociva omnia accumulabit: *circumdificabit compedem tuam.* (*Thren. 3.*) Quae tunc sors tua, O peccator? quis status animae tuae? nonne duplo infelicior, quam antea? ita est revera: dubitare de hac veritate minime potes, utpote quam Dominus, ac Salvator noster (ut ab argumentis omnibus aliis abstraham) in hodierno Evangelio luculenter demonstravit, dum ait, quod immundus spiritus ab homine egressus, si in domum suam, id est, hominem, quem ante possederat, revertatur, assumat alios septem spiritus nequiores se: ergone octoni spiritus nunc habitant ibi, ubi prius non habitabat, nisi unus? ita est: idque non alium in finem, nisi ut habitaculum semel deperditum jam tanto validiore praesidio sibi firment, ac stabilitant: ita *fiunt novissima hominis illius pejora prioribus.* Quis enim porro expellet? quis statione sua ejiciet? quis munimentum illorum expugnabit? immo quis non desperet de remedio? quis non homini illi interitum indubitanter praefagiet?

7. Audiamus pro coronide historiam, quam S. Bonaventura in Vita S. Patris Francisci (*c. 11. Luc. 11.*) commemorat. Canonicus quidam (Vah! pudet de homine Ecclesiastico talia fateri!) vixerat vitam statui suo indignam, id est, impudentem, scandalosam, libidinosam, qui subito lethali aegritudine correptus, & ad mortis confinia adductus, rogavit instantissime sanctum Franciscum, ut precibus suis, & crucis signaculo sibi sanitatem restitueret. Seraphicus Vir tandem piis Canonici propositis & aliorum intercessione exoratus, venit in domum aegrotantis, benedictionem illi impertit, & momento citius ex integro sanat; monuit tamen aegrum, ut deinceps scelerata vitae licentia abstineret, & statui suo conformiter se gerere meminerit, nisi velit acerbiora Dei punientis supplicia experiri. Promisit quidem ille emendationem: sed o lubricam peccatorum sortem! paullo post instar canis ad vomitum, instar suis ad volutabrum redit: quid evenit? audite, & contremiscite: cum aliquando apud alium Canonicum coenaret, subito ruitura domus fragorem dedit: evasere omnes: iste solus, corruentibus muris, ac ruina obtritus, itaque repente consepultus fuit, ut nec invocando sanctissimo Nomini Jesu par esset. O triste spectaculum!

8. *Epilogus.* Tu, o peccator, quid ad haec? an adhuc ad iterata peccata tibi prurit animus? ah! si non exhorrescis peccatum ex eo capite, quia Deus cum suis gratiarum adjumentis semper magis, magisque a te recedit: si non exhorrescis peccatum ex eo, quia semper infirmior evadis, & vires ad resurgendum necessariae decrescunt; si non exhorrescis peccatum ideo, quia diaboli tyrannis, ac potestas invalescit: ah! saltem exhorresce peccatum ex hoc momento, quia nescis, an non Divina Justitia justo judicio idem supplicium, ac mortem subitaneam in te decernat, quam in infelici hoc Canonico vidisti. Non irridetur

Deus!

Deus! non irridetur: nihilque contingit frequentius, quam quod illi experiantur severam justitiam, qui abundant misericordia! &c. &c.

Dominica III. Quadragesimæ.

CONCEPTUS III.

Gravitas peccati mortalis demonstratur ex terribilibus pœnis damnatorum.

Erat Jesus ejiciens dæmonium, & illud erat mutum, & cum ejecisset dæmonium, locutus est mutus. Luc. 11.

EXORDIUM.

Si demum in hac vita tam misere torquet energumenos, quid fiet in inferno?

1. Inter omnes sæculi tribulationes, ac miserias non est plane acerbior status, quam infelicissimorum hominum eorum, quorum corpora obsidet infernalis inimicus. Miseri energumeni! heu! quam dæmoniis cruciatibus ab immisericordi suo inquilino torquentur! videmus interdum, quod in altum sibilet, terribili cum impetu terræ illidantur: videmus, quod dissentibus oculis, distortis labiis, suffusis genis, spumante ore, collisis dentibus, exerta lingua, palpitante pectore, fœdum in modum intumescant. Videmus, quod contortis artubus, ac singultiente anhelitu nonnunquam in conditos ejulatus luxentur. Atque hujusmodi carnificinæ die noctuque obnoxium esse, semper cum capitali inimico conversari, nec posse se ab ejus consortio avellere, proh quanta infelicitas! Horum è numero erat hodiernus homo, quem S. Lucas c. 11. mutum, S. Matthæus c. 12. etiam cæcum fuisse refert. Tanta erit tyrannis dæmonis in corpora, ut miserum vocis, & oculorum usu privarit, &c. His consideratis, perpendere mecum velo, si tam enormis est diaboli crudelitas in hac vita, ubi solum, ut ita loquar, hospes est; quanta erit in inferno, ubi dominus est? si tam immisericorditer sævit, ubi vires huic per voluntatem Dei ligatas; quid faciet in infernali carcere, ubi efferati, ac libera fruitur potestate? si Deo connivente, tam immanibus tormentis exercuit creaturas misimæ suas, quantis excruciabit illas, quas Dei judicantis sententia jam possidet ut suas? o infernus! o pauis tormentorum! quis par sit tibi describendo? Dicat Tertullianus (*de anima.*), infernum esse terribile profundum, & totius mundi cloacam. Dicat Hugo Victorinus (*l. 4 de anima c. 13.*), infernum esse barathrum, in quo portæ Ipsi claudæ, & desperationi apertæ sint. Dicat S. Gregorius (*ap. Sporer. Serm. Sel. Pandect. n. 40.*) in inferno esse frigus intolerabile, flamma inextinguibilem, vermem immortalem, fœtorem intolerabilem, tenebras palpabiles, flagella cedentium, visionem dæmoniorum, confusionem peccatorum, desperationem omnium bonorum, mortem sine morte, defectum sine defectu; quia mors ibi semper incipit, & deficere nescit. Dicant hæc, & alii sancti Patres nec tamen centesimam tormentorum infernalium partem describunt.

2. *Propositio.* Dilectissimi Auditores! quoniam constitutum nobis est, hoc sacro tempore gravitatem peccati perpendere; agite, meditemur hodie corpus ex umbra, volo dicere, culpam ex pœna. Non potest efficacius demonstrari, quam enorme malum sit peccatum, quam si ante oculos ponatur ejus supplicium: Pavit Benignissimus Deus, ut ex hac consideratione illud exulcerationem assequamur, quod apprometitis S. Bernard. (*lib. de Vit. solit.*) dicendo, eos, qui frequenter descendunt in infernum animo, non defecturos corpore. Vivere.

Pœna damnati triplex.

3. *Divisio.* Miratu dignissimum est, quod sacra Scriptura de Absolone, rebelli Davidis filio commemorat: id prælio victus, & in fugam actus, ex ilice, uti fertur, capillitio pependit: Infelicitas est Joab fugientem, pendulumque tribus lanceis confixit. *Tulit tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absolon.* (2. Reg. 18.) Singulariter autem admiror, addere Scripturam; quod adhuc palpitaret: *cumque adhuc palpitaret.* Qui enim fieri potuit, ut tribus jaculis cor confoderetur, & confossus adhuc viveret? Explicent hoc arcanum, qui sensui litterali insistunt: nobis sensum figuratum indagantibus satis sit nosse, quod Absolon figura fuerit hominis damnati, qui, ut explicat Glossa Moralis, tribus lanceis a Deo configitur, & tamen vivit, sed vitam omni morte infeliciorem. Quænam sunt hæ tres lanceæ? audiamus verba Glossæ (*Mor. in 2. Reg. cap 18.*): *Confixit tribus lanceis pœna damni, & pœna sensus, & pœna carentiæ visionis.* Ludet ad hanc tripliceni lanceæ differentiam præsentem sermonem in tres partes dividere.

§. I. Prima damnati pœna est carentia Visionis beatæ.

4. *Confirmatio.* Ordimur a prima Absolonis lancea, volo dicere, a prima damnatis pœna, videlicet carentia visionis. Hæc communiter vocatur *pœna damni*, de qua Chrysost. (*hom. 24. in Matthæi*) differte pronuntiat, eam esse tantam, tamque gravem, ut cum omnibus aliis sensuum tormentis, etsi millies multiplicatis, non possit venire in comparationem: *Si mille aliquis posset gehennas, nihil tale dixerit est, quale est, a beata illius gloria bonore repelli.* Ratio est, quia ait mentem S. Thomæ Aquinatis hæc pœna infinita est, cum privet hominem bono infinito, videlicet Deo.

5. Imaginare tibi, mi Christiane, regium Principem, qui cum ex annorum maturitate jam coronæ, ad quam natus est, capiti est, repente, nescio cujus delicti causa, in obscurissum carcerem damnatur. eheu! quis describere queat immensum dolorem, qui ex boni perditi, & mali præsentis comparatione in animo hujus Principis consurgit? Et tamen hic quantus quantus dolor nec umbra est respectu desperabundi illius planctus, quo anima damnata deplorat æternæ felicitatis possessione se excidisse: ibi longe clarius, quam in hujus mortalitatis nebula agnoscit, quid sit bonum infinitum perdere, & quidem perdere ob momentaneam voluptatem. Et hujus agnitione jacturæ tantus exurget dolor, ut per omnem æternitatem non jam in lamenta, sed cum ferociente Esau, qui perditam priogenituræ prærogativam deflebat, in inconditos rugitus erumpet. Eheu! quid est hoc, Deum amittere? a fine ultimo, ad quem creatus est homo, æternum excidere? Ponamus flumina in suo cursu, quo ad mare tendunt, sustinaveri, ponamus ignem, ne sursum ascendat, cohiberi, ponamus lapidem, e centro suo sublatum, in aere suspendi; si intellectus hæ creaturæ pollerent, quam lamentabili ploratu suam sortem conquerentur? Et quomodo eheu! cordi erit hominum infelicissimo, qui se conspexit in eluctabili ergastulo conclusum, & sine spe, ac solatio a cœlestis patriæ scopo millenis leucarum millionibus æternaliter separatum? Philippus II. Hispaniarum Monarcha quondam duos Aulicos ob irreverentiam in templo peractam, e suo servitio exesse jussit, inquiens: *Vos sub conspectum meum non amplius venite:* (*Inquirer. confid. de Inferno.*) & ecce! hoc fulmine unus in amentiam, alter in mortem repentinam prolapsus, uterque misere periit. Potuit tam funestos effectus operari exclusio ab aula Principis mortalis: eheu! quantus erit meror, quanta desperatio peccatoris, cum se viderit a conspectu Regis Regum, a consortio sui Redemptoris, a fine suo ultimo irremissibiliter exclusum? O quam recte, mi sancte David, quam recte inter mille lacrimas, ac lamenta deprecatus es Deum: *ne projicias me a facie tua!* (*Psalm. 50.*) Quasi diceres: Justissime Judex, hic mecum, quidquid volis, in hac vita, mille ærumnis me confice, in altera vita etiam crudelissimis tormentis plecte, modo in hoc mihi parcas, ut non projicias mea facie tua: ah! tantum hoc non: *Ne projicias me a facie tua:* &c.

§. II. Altera pœna est conscientiæ vermis.

6. Altera Absolonis lancea, id est, altera pœna damnati vocatur *pœna vermis*, per quam nihil aliud hic intelligitur, quam irrequieta, & sine fine lancinans conscientia. *Vermis eorum non morietur*, ait Propheta (*Isa. 66.*) O quanto morsore contabescet intelix damnatus intuitu tam præteritorum, quam præsentium, & futurorum! Præteritorum, cum videbit honores, gaudia, & voluptates hujus sæculi veluti somnium repente evanuisse. Præsentium, cum videbit, se in miseriam miseriarum omnium creatam pro re nihili incidisse. Futurorum, dum videbit ante se æternitatem per immensas annorum myriades nullo

quam finiendam. Tunc enim vero fremens, ac frendens conscientia ante oculos illi ponet occasiones salutiferas, quibus facile infinitum inferni malum effugere, & infinitum cæli bonum consequi potuisset: *Id animus damnatorum contristabit*, inquit Chrysostomus, (*Epist. 5. ad Theod. lapsum.*) *quando meminerint, quod occasione emendandi per hos pauces dies non sunt usi.* Me miserum! dicent, quam felici labore salvari potuissem, si voluissem! memini illius temporis, quo pœnitentia mihi misericorditer fuit oblata, & hanc temerarie distuli: memini temporis, quo de evitandis hic ipsis supplicis sui salutariter præmonitus, & ego malui negis, ac facetiis sæculi, quam doctrinæ sacri Præconis aures prabere. Et cujus tandem rei amore, ac lucro in enorme hoc malum incidi? rei transitoriæ, spurcæ, ac fugitivæ voluptatis, quæ momento citius disparuit. O me stultorum omnium stultissimum! O me execrandum! adeste infernales furiæ; sternite me, mactate, laniate, mille tormentis ingeminate; justissime patior, indignus sum, cujus Deus misereatur, quia gratiam oblatam ultro despexi, neglexi. &c.

7. Crescet desperabundi rabies damnatorum ex eo capite; quia, etsi irreferabilibus inferni clathris includantur, hæc tamen clathra erunt pellucida, per quæ eminus in cælo Beatos, etiam peccatores, & sæpe peccatorum suorum complices erunt visuri. Si Princeps, regali stemate progenitus, ad thronum & coronam evehatur, non est invidiæ materies; verum cum ad cæli coronam assumuntur flagitiosi, adulteri, fures, ac latrones, hoc enim vero intima damnatorum viscera invidioso livore corrodit. O quam rabiosa desperatione sibi oculos, capillosque eruet damnatus, cum ibi in gloria conspiciet peccatorem, & quidem se longe graviorem? Itane, inquiet, luxuriosa pellex, itane video ibi Magdalenam, Thaidem, Pelagiam, Theodoram, mulierculas impudentissimas, & ego hic ardeo, quia cum illis pœnitere nolui? Itane, inquiet adulter, video ibi Davidem, ejusdem mecum criminis reum, & ego hic ardeo, quia admissum crimen salutaribus lacrimis deflere neglexi? Itane, inquiet iniquus, video ibi Matthæum, Zacheum, aliosque bonorum male adquisitorum usurpatores, & ego hic ardeo, quia alienæ restituere non volui? &c. Ita damnatus sui ipsius tortor erit & conscientiæ fine fine lancinantis martyr infelix. &c.

§. III. Tertia est pœna sensus, seu tormenta terribilia.

8. Tertia denique Absolonis lancea, id est, tertia damnati pœna dicitur *pœna sensus*, atque consistit in horrendis cruciatibus, qui tormenta omnia hujus sæculi immensum transcendunt. In memoriam revocate gravissimas ærumnas, quibus patientissimus Job fuit convectus a Sathana, cui tamen Deus potestatem tantum limitatam dedit. In primis illum spoliavit facultati-

Clavis Scriptur. Concionat. Pars I.

bus, servis, filiis, amicis, dein tot, tantisque morbis cum oneravit, qui in corpore humano sunt compossibiles. Miserrimus Job habuit corpus percussum ulcere pessimo, id est, ad mensem Chrysostomi (*ap. Sporazz. Script. Sel. pand. 29. Tertul. Ibid.*) elephantiasi, lepra & tabificis humoribus perforatum, ita ut sanies, & vermium fontes exinde manarint. Tertullianus putat, scaturientes in vulneribus vermes fuisse damones; praeterea laboravit acutissima podagra, pessima dissenteria, renum dolore, morbo colico, pleuritide, angina, asthmate, thoracis contorsione, & omnium febrium generibus. Accessit extrema paupertas, quae nec domicilium aliud illi reliquum fecit, praeter sterquilinium, & omnimoda derelictio, immo petulantissimae uxoris insultatio. Quis unquam audivit miseriam majorem? Jam cogitate, si hoc in viridi, in arido quid fiet? si hoc in patria misericordiae, quid in ergastulo iustitiae? si hoc cum amicis, quid cum inimicis? O quam recte exclamat Sanctae Ecclesiae Doctor Gregorius: (*op. Manss. disc. 27. n. 8.*) *Cum recognosco Job in sterquilinio, cogito, qualiter Deus in summo cruciabit, quae reprobat, qui ita dure affligit, quae amat?*

9. Quemadmodum patientissimus Job nec unem brum unicum habuit a doloribus illaesum: ita damnatus, nec unicam animae potentiam, nec unicum corporis sensum a terribilibus tormentis habebit immunem. Oculi, in hac vita lascivis obtutibus assueti, torquebuntur damonum, ac damnatorum aspectibus: Sancta Catharina Senensis (*in Dial. tr. 1. c. 38. Blosius in Mon. c. 2.*) vidit quondam unum e daemonibus, & postliminio fassa est, malle se usque ad extremum Judicii diem per orbem, ignitis carbonibus stratum, nudis pedibus currere, quam unica adhuc vice tam horribili aspectu terreri. Bone Deus, si hoc de unico damone, & quidem per momentaneum instans viso, quid erit, si infernalium serpentum, draconum, ac bestiarum spectra per omnem aeternitatem damnato ante oculos versentur? aures, torquebuntur miserabili damnatorum ululatu, horrendis maledictionibus, ac blasphemiis, quae contra Deum, Sanctissimam Virginem, ac beator Caelites eructantur; praeterea ignitis tubis ac lituis, quos orcini tortores ad aurium molestiam instabunt. Haec erit, o peccator, tua musica, qui jam obscenis cantibus, ac spurciloquiis auditum oblectas: dic, quomodo sustinere hanc poteris, qui jam canis unius ululatu, infantis vagitu, aut muscarum susurro bilioso indignaris? odoratus torquebitur pestilentissimo foetore; tam foetentem enim halitum evaporabunt damnatorum corpora, ut si unicus eorum in liberum hunc aerem erumperet, totum orbem contagiosa lue intoxicaret. *De cadaveribus eorum ascendet foetor*, ait Isaias, (*c. 34.*) Gustus torquebitur liquato metallo, felle, absynthio, & tame: *Cibabo eos absynthio, & potabo eos felle.* (*Jer. 23.*) *Fel draconum vinum eorum.* (*Deut. 32.*) Haec erunt, o peccator tuae deliciae, in poenam tot ebrietatum, & cupeditarum, quibus pestilentissimam carnem faginasti. Denique tactus torquebitur per omnes corporis artus, non nervus, non musculus, non arteria erit sine supplicio. Ardebit damnatus in acutissimis flammis demersus, quamdiu Deus Deus erit. Dic, mi peccator, si accensum carbonem in pupilla gliscentem circumferre, si plumbum liquefactum haurire, si ferri candentis frustum devorare deberes; quibus verbis dolorem tuum exprimere posses? si unicum digiti articulum unico horae quadrante unius ardentis cerei flammae immergere cogereris; quae lamenta, quos ejulatus ederes? & tamen haec omnia ridicula sunt refrigeratio, si cum intensissimo gehennae igne conferantur. Nobilis quidam nomine VValtherus, uti Caesarius (*l. 12. c. 5.*) commemorat, prope Bonnam lethaliter decumbens, diabolum secus lecticam caprinis cornibus, & simiae specie stantem conspexit, ex quo cum percontaretur, quomodo esset ignis infernalis? respondit daemon: Nosti arces illas in vicino septimontio inreditissimis rupibus situatas, quarum uni nomen VVolckenberg, alteri Drackenfels? annuente illo, subdidit damon: si arces hae una cum montibus ferrei essent, projecti tamen in infernum, momento citius instar ceraе liquescerent. O astum terribilem! o tormentum inexplicabile! deficiunt sensus, obmutescit lingua, vox haeret faucibus, cor tremens palpitat, cum te, o inferne, cogito.

10. *Epilogus*. Dilectissimi Auditores: suppono me cum illis agere, qui malunt hanc veritatem credere, quam experiri: spero neminem ex praesentibus esse e numero temeratiorum illorum, qui de inferno moniti contemptim eggannint: veniam, quo velim, nullibi, ero solus. Vos igitur per animae vestrae salutem oro, ac obtestor, pensate serio, ac frequenter, quid sit infernus, & ex gravitate poenarum gravitatem peccati mortalis metimini; quantum malum sit, oportet, quod tantis tormentis plectatur, & numquam expietur: cum igitur tentatio consurgit, quaerite ex vobis ipsis cum Propheta; quis poterit habitare cum igne devorante? Quis? quis poterit? &c. &c.

Dominica IV. Quinquagesimae.

CONCEPTUS L.

De diligenti praeparatione ad sacram Communionem.

Accepit ergo Jesus panes, & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Joann. 6.

EXORDIUM.

Manna, & hodiernus panis figura Eucharistiae.

1. Mirabile erat manna, quo Deus olim e caelis depluo Israelitas, mirabilis hodiernus panis, quo Christus prodigiose auctos sequa-

sequacem populum pavit. Figura tamen uterque fuit, teste Cornelio a Lapide, (*in Matth. c. 14. v. 18.*) & consequenter minus admirandus, quam figuratum, videlicet Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, quod in animarum pabulum Redemptor instituit. Discrimen adverto inter Manna, & hodiernum panem, quod illud in alterum diem asservari haud-quaquam potuerit, ex isto vero duodecim cophini fragmentorum superfuerunt. Utrumque hoc discriminis extremum in Pane Eucharistico reperitur; Apud aliquos ex sumpta Communione nihil remanet, non fiunt meliores, non deponunt pristina vitia, non induunt mores respondentes tam praestanti alimoniae, quibus merito insultat Propheta: (*Mich. 6.*) *Calcabis altum, & non angeris alte.* Secutus apud alios (*Bessaut hic Dom. p. 3.*) duodecim cophini remanent, nimirum remissio peccatorum, condonatio poenae, aliquisitio gratiae, amicitia Dei, tranquillitas conscientiae, consolatio sancti Spiritus, vitae emendatio, vitiorum exterminatio, augmentum gratiae, promptitudo ad bene operandum, perseverantia, caelestis gloria. Unde haec differentia? unde ista nihil, jam tot gratiarum dona ex Communione supersunt?

Cur ex sacra Communione apud aliquos nihil emolumenti remaneat.

2. *Propositio*. Unde haec differentia oriatur, edisseram, nimirum ex diversitate dispositionis; sicut enim agentia naturalia, uti elementa, agunt secundum diversitatem passi diversimode, ignis expeditius corripit lignum aridum, quam viride, sol splendidius refulget in ferro laevi, quam rudi: ita etiam supernaturalia, & praesertim cibus Eucharisticus virtutem suam exerit secundum proportionem dispositionis. Favete.

3. *Divisio*. Quid factu opus foret, quaerit Sanctus Bernardus, (*apud Lohn. tit. Communio.*) si Regum, aut Principum nonnemo aedes nostras subiturus foret? prolectis non solum a sordibus eas expurgari, sed insuper vario ornatu condecorari oporteret. Quis Major Rex, quam Rex Regum, & Dominus Dominantium? Desiderat iste cordis nostri domicilium ingredi: igitur necesse est non solum removere delicta, quae oculos Divini Hospitis offendunt, sed insuper indinere ornatum, qui oculis ejus arrideat. Primum illud habetur per Confessionem Sacramentalem, & est dispositio quodammodo *remota*: alterum illud obtinetur per exercitium Virtutum praecertim Theologicarum, & haec potest dispositio *proxima* ad Communionem. De utraque disseremus.

§. I.

4. *Confirmatio*. Antequam populus panem prodigiose multiplicatum gustavit, prius consuere jussus est: *Facite homines discumbere.* (*Joann. 6.*) Nil sine mysterio: quid per populi sessionem indicatur? consulamus Sponsam in Canticis, *Sub umbra illius, quam desideraveram, sedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo.* (*Cant. 2.*) Cur sapit fructus sedenti? cur non stanti, currenti? respondet Richardus a Sancto Laurentio: (*l. 5. de laud. Virg. c. 7.*) *In hac sessione notatur requies, ut adquiescat perverse, agere, ut sic sentiatur fructus hujus carpenti, & sanguinis, quo reficimur, & sustentamur.* Audis, quid per sessionem denotetur? populus sedere jussus, jussus est a vitiis abstinere, & haec prima cura sit communicaturi, ut in via iniquitatis cursum sistere, & a vitiis requiescere satagat. Verum non modo sisti, sed & eruciari vitia oportet; ita enim diserte Deus legem tulit per os Apostoli: *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat.* (*1. Cor. 11.*) per quam probationem Sacra Tridentina Synodus (*sess. 13. Can. 7.*) Confessionem Sacramentalem intelligit, idque sub interminatione gravissimi sacrilegii. Et decet utique, cor illud ab omni nova lethali purum esse, quod purissimus Deus occuparurus est. Christus est arca novi testamenti; non vult ergo collocari juxta Dagon idolum; Christus Manna est, non vult ergo asservari, nisi in arca aurea; Christus arbor vitae est, non vult ergo plantari, nisi in paradiso, &c. A praesepio usque ad crucem semper amavit mundities: in praesepio quidem involutus est pannis pauperculis, sed mundis; post mortem crucis autem sepulcrum novum habere voluit, in quo nemo quisquam positus fuerat.

Peccator non accedat ad Eucharistiam.

5. Percipite, quid Moysi contigerit. Pascebat soceri sui gregem, cum vidit in monte Horeb rubum uri, nec comburi, ivit, festinavit, indagaturus mysterium visionis. Atecce! a voce procedente de rubo abesse jussus est: *Ne appropiet huc: solve calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est.* (*Exod. 3.*) Unde haec vox? quis est, qui loquitur Moysi ex rubo? respondet Cornelius a Lapide, probabiliter non Deum, sed Angelum fuisse. O Bone Deus! si non licuit huic Patriarchae accedere ad Angelum propter sordes calceamentorum; qua ratione licebit Christiano accedere ad Deum cum sordida conscientia? rubus enim ardens, teste Gregorio, (*l. 28. Mor. c. 2.*) figura fuit Dei in carne, qui praesens est in Eucharistia. O Peccator immunde! arrige aures, audi vocem, quam tibi Deus ex sacra Hostia inclamat: *Ne appropiet huc.* O superbe abeito; ego enim ab incunabulis humilitatis studiosus fui. O avare, *ne appropiet huc*; ego enim paupertatem semper colui. O impure, *ne appropiet huc*; ego enim filius sum purissimae Matris. O vindictae studiose, *ne appropiet huc*; ego enim inter mortis singultus adhuc pro inimicis rogavi. &c. &c.

6. Disce ex his obligationem tuam, Christia-

ne, & sedulo Christi Domini monito morem gere: *Estote prudentes, sicut serpentes*: (*Matth.* 10. *v.* 16.) quæ ergo prudentia est serpenti? Sanctus Bernardus (*Serm.* 28. *de modo bene vivendi.*) ait, antequam ad fontem adrepat aquam hausturus, virus evomit: Tu evome peccatorum venenum, priusquam ad fontem vitæ accedas: nisi malis ibi, ubi debuisses salutem, haurire damnationem, &c. Atque hæc de prima, seu *remota* dispositione.

§. II. *Proxima præparatio ad Communionem est exercitium virtutum.*

7. Alteram, seu *proximam* quod attinet, consistit ea in exercitio virtutum: sunt rudes, aut tepidi, qui sola oratione contenti, ad mensam angelicam advolant: audi sodes, si sola oratio sit præparationis est, dic, quæ differentia inter hanc mensam Dei, & tuam domi? nonne & ibi oratio præmittitur? opus ergo est plausculo decoris, ut Divino cordis tui inquilino placeas. Quæris, quo illo? Virgines illæ, coram Rege Assuero (*Esth.* 2.) comparituræ, per integrum prius annum ornari, cerasari, unguibus debebant. Quid? per integrum annum? ita est: & pro pudor! hominem Christianum pigeat per unicum quadrantem ad Eucharistiæ Hospitis adventum præparari? Virgines illæ unguebantur myrrha, croco, nardo, palmeo vino, aliisque aromatis justa morem Persarum, quod ungentum Plinius (*lib.* 24. *c.* 17.) Hellio cuidam nuncupat. Tu vero unguenta animam Virtutum odoramentis, præsertim illarum, quas Theologicas vocamus, & sunt notissimæ illæ Fides, Spes, Caritas. Si adeo rudis es, ut instructione harum indigeas, adverte animum, docebo.

Actus fidei.

8. *Fides* ita elicitur: Adorande Deus, credo, & firmiter profiteor, quidquid infinita tua Veracitas revelavit, & per sanctam Romanam Ecclesiam, extra quam nulla est salus, credendum proposuit: grates tibi refero infinitas, quod in gremio hujus salvificæ Ecclesiæ me nasci, & educari volueris, paratusque sum cum sanctis Martyribus quemlibet hujus sanctæ fidei articulum usque ad ultimum sanguinis guttulam propugnare.

Actus spei.

9. *Spes* ita tendit. Scio, Misericordissime Deus, qui sperat in te, non confundetur in æternum. Quamvis igitur ex meis meritis cælo indignus & dignus inferno sim, confido tamen, quod meritorum tuorum, & amarissimæ Passionis intuitu mihi collaturus sis gratiam in præsenti, auxilium in ultima lucta, & beatitudinem in futuro sæculo. Tu ipse hanc fiduciam ac me ingeris, quoniam promisisti, quod non velis mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat.

Actus caritatis.

10. *Caritas* ita assurgit: Amabilissime Deus! tu mandas, ut diligam te. Ah! hanc mihi gratiam a te orare debuissem, ut diligarcris amari a me. Amo te, & amo, ac æstimo te super omnia. Amo te ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus viribus, ut summum Bonum, supremum, & solum Dominum. Amo te propter Bonitatem tuam, & infinitam perfectionem. Amo te etiam, quia erga me tam bonus fuisti, me creasti, redemisti, conservasti, & innumeris beneficiis cumulasti: In te sunt omnes amabilitates, omnes pulcritudines, omnes perfectiones, quæ te super omnia immensum extollunt, & infinito amore dignæ sunt. Proximum amo propter te, quia amorem hunc tu ipse mihi præcipis, & scis, quod amore tui illum diligam. Amo illum ut imaginem tuam, ut instrumentum gloriæ tuæ, qui te in tempore, & æternitate amare, & laudare potest. Precor illi omnia bona, & paratus sum ei in omni necessitate pro viribus auxiliari. Omnia, quæ unquam in me peccavit, propter te ei condono, & ignosco, sicut a te, quæ peccavi, mihi condonari, & ignosci desidero. &c.

11. Hujusmodi actus Virtutum sunt ille nardus, ille crocus, illa smegmata, quibus ornari animum tuam oportet, ut Deo Eucharistico placeas. Heu! quanta sollicitudine id præstiterunt Sancti! de sancto juvene Aloysio (*in Vita*) narratur, quod tres integros dies in præparatione, tres alteros in gratiarum actione insumpserit. Erubesce, tepide Christiane! de sancta Hedvvige Ducissa Poloniæ recenseatur, quod ad sacram Synaxin accessura, aliquot horas nuda humi genuflexa, sensibus omnibus collecta, in uberrimas lacrimas effusa, præparationem fecerit, & neminem non aspectantium ad teneros pietatis sensus animarit. *Surius* 25. *Octobr.*) Erubesce, tepide Christiane.

12. *Epilogus.* Vos vero, o sancti Cælites, e celso cælorum theatro aspectate hodiernum languorem Christianorum. Vix conscientiam satis a sordibus emundant, ne dicam, competenti virtutum splendore exornant. Aspectate, inquam, deproperatas Communiones, e confessionali ad cibum hunc Angelicum, & ab hoc e templis domum non jam itur, sed curritur, festinatur. Spectate, ac ingemiscite nostra tepiditari, & vestro patrocinio veram hujus Mysterii agitationem, ac reverentiam hoc Paschali tempore nobis impetrate. &c. &c. Amen.

Domi-

Dominica IV. Quadragesimæ.

CONCEPTUS II.

De confidentia, quam circa sustentationem temporalem in Providentia Dei collocari oportet.

Cum sublevasset ergo oculos Jesus, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum, unde ememus panes, ut manducent hi? Joann. 6.

EXORDIUM.

Deus accuratissime videt nostras indigentias.

1. Qui non superficialiter tantum expendunt, quid sit immerito sponsæ in Canticis succenseri posse arbitrantur, quod sponsum suum indigna prorsus, ac rustica simulatione capreæ comparare sit ausa: *Similis est dilectus meus capreæ.* (*Cant.* 2.) An enim in laudem sponsi nobilior illi comparatio defuit? verum qui rem accuratius penetrat, deprehendit non tam hoc animal, quam ejus proprietates in comparationem venire: Capreæ, inquit Origines, habent duas qualitates admodum mirabiles, ac laudabiles: una est velocissimus ejus cursus, altera acutissimus ejus visus: non solum præruptos montium anfractus velocissimo cursu pervagatur, sed & e summis rupium apicibus subjectas valles accuratissimo visu conquetur. Utramque hanc qualitatem in sponsi summo gradu continet Sponsus, id est, Providentissimus Deus: de sublimi cælorum habitaculo quotidie nostras accessiones considerat, perspicacissimis oculis aulas Principum, nobilium castella, militum castra, opificum tabernas, rusticorum casas, pauperum tuguria perlustrat, & ubi indigentiam nostram conspicit, velocissime auxiliarum occurrit. Verba Origenis (*Hom.* 2. *in Cant.*) sunt: *Cursu autem, ut inveniat, & præveniat eos, qui sua Providentia indigunt.* Dubitatis de hac veritate? hodiernum Evangelium inspicite: vix montem conscendit Jesus, & famelicam sequelam multitudinem conspexit, cum eos prodigioso pane pavit, & quidem tanto cum multiplicitate, ut plus fuerit superfluum, quam distributum. Tolentus (*ap. Manss. Æran. Evang. hac Dom. c.* 13.) putat longe plures, quam duodecim cophinos reliquias potuisse compleri, quas videlicet manducantes secum asportarunt domum, & in miraculi memoriam asservarunt. Non est dubium, quia viri, mulieres, pueri, ac puellæ fragmenta secum tulerint; & notis, vicinis, fratribus, & amicis una cum deprædicatione miraculi commonstrarint, &c. &c.

Confidentiam ejus in Dei providentia.

2. *Propositio.* Hæc cum ita sint, non possum non acerbe invehi in eos, qui Providentiæ Dei diffidi, immoderata anxietate seipsos excruciant: quid manducabimus, quid bibemus, vel quo operiemur? stolo? quid angeris? vivit adhuc ille Deus, qui populum prodigiose pavit; scit te omnibus his indigere. *Justus super Dominum ne claude Spiritus. Concionat.* Pars I.

rans tuam, & ipse te enutriet. (*Psalm.* 54.) Id quod in præsentiarum prolixius agitandum. Favete.

3. *Confirmatio.* Iter simul faciebant unus Melancholicus, qui tristi semper facie Medusam imitatus, ante ætatem canescebat, & immoderata anxietate circa suam, suorumque sustentationem seipsum discruciabat; alter alacer, & hilaris cantabat, & exultabat: Mi socie, ajebat ille, quo animo audes quotidie agere hilaria? puto tibi omnem diem esse Dominicum *Lætare*: non vides, quam dura, cara sint tempora? Bone Deus! non possum porro me, & familiam alimentare? quid? reponit iste, an ideo melancholicis anxietatibus me consumam? absit: confido Deo, *per quem nec ales esurit.* Confide inquit: subinfert alter, novi ego multos, qui ita confiderunt, & demum in nosocomio enumeri sunt: Deus non pluet tibi manna ut Israeliticis, &c. Ita pergit, & inter mille musæos futura tempora expendit: inter alia incidit stolonî, si casus fieret, quid consilii sibi superesset? profecto miserrimus esset diabolus, inquit: itaque quadratus stolo utrumque oculum claudit, ut exploraret infelicitatem cæcitatis. Sed ecce! interim sacculum auro plenum in via jacentem neglexit, quem socius ejus hilaris cum gaudio tollens inter mille jubilos iterum iterumque repetebat: qui confidit in Domino, non confundetur; non: non: non confundetur.

Christus non ipse animat ad confidentiam.

4. Ad hanc certe confidentiam Christus Dominus ipse nos animans ait: (*Matth.* 6. *Respicite volatilia cæli, quia non seminant, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater vester cælestis pascit illa.* Et non immerito, nam qui varietatem volatilium considerat, mirari profecto debet, quomodo pascantur, præsertim hyemali tempore, ubi campi, horti, in quibus æstivo tempore cibum repererunt, aridi, nivosi, & congelascati sint. Quis tunc nutrit passerculum in tecto? quis acanthin in dumetis? quis accipitrum in nubilis? quis aquilam in rupibus? quis ardeam in paludibus? quis corvum in sylvis? quis fringillam in arboribus? quis merulam in fruteris? quis monedulam in solitudine? quis mergum in lacubus? quis palumbem in nemoribus? quis perdicem in agro? quis turdum in prato? quis regulum in senticetis? quis picam in sumetis? quis? quis? nemo alius, nisi providissimus Deus: *Oculi omnium in te sperant, Domine*, ait Psalmographus (*Psal.* 144.) *& tu das escam illorum in tempore opportuno*: tu providisti, ordinasti, numerasti, omnia grana tritici, florum semina, herbas, sudices, & oblonia, quæ huic volucri, alia huic, hoc tempore, hac hora, hoc momento in alimentum opportune sunt reposita, ut omnes, omnes, nulla excepta, sustententur, ut ait Lyranus, (*in Psalm. cit.*) *convenienter refellitur.*

5. Quid autem exinde concludo? idipsum,

quod S. Ambrosius: Si Dominus Deus tam exacta sollicitudine pascit aves, etiam pabulo minus dignas, uti upupas, vultures, noctuas, si nec vermiculum terræ, nec serpentes, dracones, & basiliscos negligit; quis credat, obsecro, quod derelicturus sit hominem nobilissimam omnium creaturam? hominem, quem ad immaginem suam formavit? hominem, cui vitæ, & sanguinis sui pretium impendit? hominem, quem desiderat gloriæ suæ reddere participem? quis credat? ego certe non credo, sed cum Ambrosio (*in Psalm 118.*) pronuntio: *Qui alit aves, alet & homines, quos ad immaginem, & similitudinem suam fecit.*

Deus homini apparatum creaturarum præmisit.

6. Ingrediamur tantum officinam, ubi Deus hominem fecit, consideremus creationis nostræ negotium, & certe deprehendemus mirabilem Dei, qua homini consulit, Providentiam: Dicite, cur Divinus Creator ante hominis productionem omnia alia creavit? prius produxit cælum, terram, solem, lunam, mare, pisces, animalia, & omnes creaturas: ultimo loco, & his omnibus jam productis, hominem fecit. Cur ultimo? dicam rationem a simili: si Regum aliquis ites longinquum instituat, continuo præmittuntur penuarii, tapeziarii, allique, qui cubiculum Regis, ubi a meridie, aut noctu hospitare constituit, exornent, & necessariis omnibus instruant. Ita Dominus Deus, productурus hominem, tamquam creaturarum omnium Regem, prius creavit alia omnia, quæ illi esse possunt usui, & necessitati: oculis hominis præparavit Deus lucem: auribus hominis præparavit voces animalium: corpori hominis præparavit influentias cæli & siderum: siti hominis præparavit aquas, & fontes: fami hominis præparavit fruges, & herbas: recreationi hominis præparavit millenas animalium species, quibus pro libitu poterat dominari. *Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis.* (*Psalm. 20.*) Vides, O Christiane, sollicitudinem, ac Providentiam Dei, & nemuis te desertum iri?

Providentia Dei in Ordinem Seraphicum S. Francisci.

7. Forsan dubitas, num hoc loco dum particularis Dei providentia tanta sit, quanta fuit olim illa universalis? O barbum &c, & pusillum, si dubitas! Non confunditur Deus, nec minuitur ejus Providentia ob multitudinem, dicente Augustino: (*apud Calamat. hac Dom. Pentt. 2.*) *Sic curat unumquemque nostrum, tamquam solum curet, & sic omnes tamquam singulos.* Intueamur solum Seraphicum Ordinem S. Francisci, cujus Religiosi ut plurimum ex eleemosynis & fidelium liberalitate vivunt: ibi certe manifestum, ac mirabilem Dei Providentiam deprehendemus: In applausu sacro quatuor sæculorum Monachi anno 1695. celebrato in Monasterio Ridleriano Sanctimonialium D. Francisci, ad scalas dicto; in sola Europa recensentur Monasteria hujus sancti Ordinis Nongenta triginta sex, equibus Conventualibus cedunt centena; & undecim, Observantibus ducenta septuaginta sex, Recollectis centena viginti octo, Reformatis centena quadraginta septem, Capucinis ducenta septuaginta quatuor. Jam si pro uno Monasterio computemus solum viginti personas, prodibit numerus Religiosorum 18720. qui in Ordine Seraphico in sola Europa degunt. Quæso unde tanta hominum multitudo quotidie alimentatur? quæ latifundia possident? quæ Dominia? quas auri fodinas? an Regna habent tributaria? an Principatus vectigales? Nihil horum: sustentantur unice ex pura liberalitate Divinæ. Dicite vos Dei famuli in claustris, in siceteriis, in eremis, inter cilicia, inter psalmodias, inter vitæ austeritates, dum *sine sacule, & peracte* agitis, nunquid aliquid defuit vobis? respondent omnes: Nihil: nihil. Eumdem in morem, si interrogem hujus sanctissimi Ordinis membra, quæ in ceteris orbis partibus in Asia, in Africa, in America inter Apostolicos sudores agunt, *nunquid defuit vobis?* respondent omnes, nihil: quod plus est, promisit Dominus Deus sancto Patri Francisco, quod si tantum duo panes in toto orbe superstituri essent, alterum sanctissimo ejus Ordini cessurum. Quid memorem alios Religiosorum Ordines, qui strictissimam paupertatem profess, sola Dei Providentia nutriuntur? quid memorem millenos in sæculo pauperes, orphanos, viduas, pupillos, miseros, qui sine tecto, sine pane, sine amicis quotidianis stipendiis vitam tuentur? dicite, dicite omnes; *nunquid aliquid defuit vobis?* Nihil: nihil: immo fateri debent omnes, quod quo impensius Domino Deo servire studuerint, tanto manifestius Dei circa se curam experti sint. Et tu meticulose, formidas te desertum iri?

Manus Dei munifici dispensatrix.

8. O quam accommode sponsa in Canticis vocat manus Sponsi tornatiles, & gemmis, hyacinthis, aliisque pretiosis unionibus plenas: *Manus ejus tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis.* Quænam est hac similitudo? nimirum sicut opus tornearioris in gloino constitutum irrequiete circumagitur, sic Divini Sponsi manus, quæ pleniæ sunt variis donis, numquam a benefaciendo, & dona distribuendo cessare possunt, semper moventur, semper circumaguntur, nunc huic, nunc illi familiæ, nunc huic, nunc illi pauperi, nunc huic, nunc illi viduæ, nunc huic, nunc illi monasterio victum distribuit: Esurit Daniel in lacu leonum, & misit illi Prophetam Habacuc cum escalentis: egebat Petrus denario, & misit illi piscem cum moneta in ore: pavit Paulum in cremo per corvum, multiplicavit oleum viduæ Sareptanæ, Sancto Thomæ Villanovano triticum in horreo mirabiliter auxit; *Manus ejus tornatiles*, manus ejus irrequietæ in benefaciendo.

9. Tem-

9. Tempore S. Domhici (*Surius in Vit. S. Dom. 4. Aug.*) in Monasterio Fratrum prædicatorum degebant centum Religiosi, qui aliquando exhausto penit extrema egestate afflictabantur: mili sunt duo Fratrum, qui in urbe stipem pro prandio colligerent. Iverunt, mendicarunt, sed infelici successu; quippe collegerunt nihil præter unicum mucidi panis frustum, quod paupercula Vidua illis porrexit. Dum ad cænobium reverterentur, ecce, famelicus mendicus a fratribus collectoribus frustum illud panis exorat: negant illi, propriam indigentiam caussati: instat mendicus, iterum abnuunt illi, iterum importunius urget ille: tandem misericordia moti, panem illi largiuntur, & vacui in Monasterium redeunt. Sanctus Pater Dominicus te comperta, bene egistis, inquit, frustum hoc panis pauperi datum nobis ad saturitatem proderit; quippe mendicus ille Angelus fuit. Jubet confestim ad mensam signum dari, conveniunt centum famelici fratres, orant, recumbunt, & frigeate foco a Dei manu prandium exspectant. Quid evenit? ecce! subito duo elegantissimi juvenes, tricliniun ingressi, cuilibet fratrum a primo usque ad ultimum sapidissimum panem apponunt: mandicarunt, saturati, satisque sunt, nunquam se tota vita deliciosius pransos fuisse.

Deus potius faciet miraculum, quam jussum derelinquat.

10. *Epilogue.* En, En O pusillanimis homo, quanta Deus suorum curam gerat. Verum inquis, Deus in gratiam mei non faciet miraculum: quid? in gratiam tui non faciet miraculum? Dic, mi Christiane, serio tecum loquor: an paratus es potius mori, quam Deum offendere? an paratus es potius extremam egestatem sufferre, quam per media illicita sustentationem quærere? si ita est, audaster affirmo, Deus potius miraculum faciet, quam te deserat; promisit enim: *quærere primo regnum Dei.* &c. ergo tenetur promissis stare, & verbis suis fidem facere, si fieri aliter non posit, etiam per miraculum. Si ajis, cur ergo ego, indigeo, carco? cur ad incitas redigor? cur famem, & inopiam patior? respondeo: id plane nescio: ex parte Dei certe defectus non est: ergo defectus se tenere debet ex parte tui: discute conscientiam tuam, & sine dubio caussam invenies: forsan plus spei collocasti in humanis auxiliis, quam in Deo: forsan plus confidentiæ posuisti in amicis, quam in Deo: forsan otio, desidia, pigritia diffluens, non contulisti, quod tuum est: hæ rationes, & similes obstruere possunt fontem misericordiæ: de cetero pro indubitato tene, quod Deus neminem deserat, nisi ille prius deseratur. Amen.

Dominica IV. Quadragesimæ.

CONCEPTUS III.

Gravitas peccati mortalis desumitur ex eo, quod omnem benedictionem Divinam a peccatore avertat, eumque etiam temporali infelicitate miserum faciat.

Cum sublevasset oculos Jesus, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: unde ememus panes, ut manducent hi? Joan. 6.

EXORDIUM.

Deus benedicit creaturis viventibus. Ita benedictionem suam tantum confert animalibus vitæ gratiam habentibus.

1. ILla dies, qua omnipotens rerum omnium Creator immodo e nihilo producto benedictionem suam Divinam prima vice impertiit, erat quinta dies creationis; ibi volatilibus cæli, & piscibus maris benedixit, præceptique, *crescite, & multiplicamini.* (*Gen. 9.*) Hæc ne haud modicam excitat consideranti admirationem; quæro enim, cur non & operibus primorum quatuor dierum bene precatus est? Nonne producta ibi jam erant magna mundi luminaria sol, & luna, stellæ cum firmamento, elementum, aquæ, & terræ cum innumeris arboribus, herbis, plantis, & lapidibus? hæc omnia utique tam indigentia erant, quam digni a Deo benedici: cur ergo hac prærogativa benedictionis primum obtigit piscibus maris, & volucribus cæli? Dilectissimi Auditores! hujus enigmatis mihi Œdipus est zelosissimus Josephus de Barzia eruditissime inquiens; (*serm. 49. n. 22.*) ideo Dominum Deum primi quatridui creaturis non benedixisse, quia vitam non habebant: e contra benedixisse operibus quintæ, aliarumque dierum, quia erant creaturæ viventes; adeoque indicare voluisse optimum Deum, quod benedictionis suæ largitatem, beneficiumque abertatem illis solum animabus, quæ gratiæ vitam habent, non autem peræque illis, quæ vita hac spirituali carent, solcat impertiri. Verum quidem est, quod sit Pater omnium, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos; nihilominus certissimum est, quod ergo malos contracta manu quasi Vitricum, ergo bonos liberalem Patrem se exhibeat; illos mille infortuniis flagellat, istos mille beneficiis cumulat. Proinde indubitanter mihi persuadeo, hodiernam hominum multitudinem, quam Christus prodigiose multiplicatis panibus pavit, fuisse homines ut plurimum justos, & in Dei gratia constitutos, idque desumo ex triplici ratione; primo, quia mira cum patientia, & indæ tolerantia Christum secuti sunt; secundo, quia ejus doctrinis ac prædicationibus cupiebant imbui; & tertio, quia miraculis allecti provero Messia, & cælitus misso Mundi Redemptore

eum habebant: Si pecentores impœnitentes, ac obstinati fuissent, dubito, an misericordes oculo eos aspexisset: dubito an ad Philippum dixisset: *unde ememus panes, ut manducent hi?* dubito, an eorum gratia tam admirabile prodigium patrasset. &c.

Ubi peccatum, ibi nulla benedictio Divina.

2. *Propositio*. Hæc dum considerabundus perpendo, simul ansam capio, gravitatem peccati ulterius detestandi, illudque accusandi, tanquam tineam felicitatis humanæ, id est, caussam unicam, quæ peccatorem etiam temporali infelicitate miserum facit. Quis scit, an non hoc motivum magis sensibile plus virium habeat ad abterrendos a peccato animos, quam motiva ex altissimis fontibus, qui sunt supra naturam, petita? Favete.

Sicut peccatum originale omnia mala in mundum invexit,

3. *Confirmatio*. Nemo prudens sibi temperare poterit a suspiriis, qui primævam innocentiæ conditionem, in qua conditus est homo, cum statu naturæ lapsæ audit comparari. Quid enim ni? ibi Dominus Deus minuit hominem paullo minus ab Angelis: coronavit eum gloria, & honore; constituit eum super opera manuum suarum: subjecit sub pedibus ejus oves, & boves universas, insuper & pecora campi, volucres cæli, & pisces maris. (*Psalm.* 8.) Ibi homo gratioso Creatoris sui indulto erat immunis a quoruvis malorum incursu, erat Dominus creaturarum omnium, habebat elementa, ac animalia etiam ferocissima ad obsequium, eo fere modo, quo in viris Sanctorum legimus bruta, ac feras immanissimas hominibus sanctis nonnunquam fuisse mansuetissime subjectas. Econtra postquam Proto-parens Divini præcepti prævaricator rebellis hoc dominio excidit, etiam omnes creaturæ contra hominem rebellarunt: eheu! quis catalogum tot malorum perconsecat, quæ catervatim in orbem irruerunt? Elementum aquæ infensum est homini; quot enim mortalium bona, immo & corpora infausti naufragiis degustitit? Elementum ignis infensum est homini; quot enim civitates, castella, & vicos terribili incendio hausit? Elementum terræ infensum est homini; quot enim concussionibus integras urbes, ac provincias evertit? Elementum aeris infensum est homini; quot enim tempestates, fulmina, tonitrua, grandines quotidie in aciem educit? præterea quid frequentius, quam quod passim audiamus per orbem bella, stragres, famem, siccitates, pestilentias crebescere? quod si domos etiam privatas lustrare liceat, ubique grassantur inopiæ, infirmitates, odia, oppressiones, & calamitosissimæ afflictiones. Quis tot malorum exercitui portam aperuit? nemo alius, nisi peccatum originale.

Ita peccatum etiam actuale desuit familiar.

4. Jam si primum illud peccatum in principio fuit nefarius ille hostis, qui mundum adeo fœde depopulatus est, haud difficulter argumentum ducere potestis, per peccatum etiam actuale mala omnia in privatas familias introduci posse; neque enim est minus potens, aut minus fecundum, ut minus queat tam malignos operari effectus. Nos cæci mortales, cum infortunia ingruunt, in obvias quasque caussas culpam refundimus: dicit aliquis, hanc strophiam mihi vicinus meus fuit, hos cuniculos meus inimicus egit, has insidias ille Dominus mihi struxit. Non est ita, Dilectissimi: *Justificavit eas gentes*, ait Deus per sacrum Proverbiastem, (*Prov.* 14.) *miseras autem populos facit peccatum*. Nunquam observastis, quid in horologio contingat? ibi rotula rotulam trudit, & una alteram irrequieto motu agitat: unde hic motus? ex appenso plumbi pondere: Parum in modum se res habet in præsenti: dum egestas, lites, calumniæ, contumeliæ, morbi, bella, grandines, annonæ caritas, pestis, & quævis alia mala in caput tuum incurrunt, die, a quo moventur ista mala? a justitia Dei punientis: a quo movetur justitia? a peccato: hoc est plumbum illud infelix, quod gravitate sua totam machinam rotat. Potuit peccatum integris Monarchiis exitium machinari: an putatis illi difficile esse privatum aliquam domum evertere? Nos putamus, malorum nostrorum caussas esse extrinsecas, & sunt domesticæ.

Caussæ Infortuniarum sunt nobis domesticæ.

5. Imperator Phocas tam sceleribus infamis, quam dignitate sublimis, dum Priscum, & Heraclium Belliduces una cum seditiosorum exercitu capiti suo imminere audirent, cito aulam Imperatoriam validis mœnibus, vallis, ac propugnaculis obmunivit; verum concubia nocte e regione maris terribilem vocem tibi illi bentem percepit: Cessa, miser, cessa ab opere; *si vel ad cælos muros educas, tamen capiti facilius irrumpet, nisi peccatum eliminet*. (*Proverbii*, c. 22. v. 10.) Vaticinio correspondit eventus: eo enim die, quo circumvallatio ad hoem perducta est, Phocas captus, manibus, ac pedibus mutilatus, & denique capite truncatus est. O quoties hæc eadem vox in plurimas Christianorum ædes pollet inclamari! sunt permulti, qui ad familiæ lustrationem diu noctuque, & vel in ipsis festis diebus insudant; sunt, qui rem familiarem per fas, aut nefas, per artes licitas, aut illicitas augere satagunt: cessate cessate: miseri, nil fructus erit omnis sollicitudo; ex quo enim peccatum in ædibus vestris hospitem admisistis; nimium non est, omnem vobis fortunam retro fluere; quippe ne furibus iste hospes, vobis non advertentibus, clam comitem secum adduxit; quo omnis vestra prosperitas destruitur, pessumdatur. Quis est ille comes? miseria: juxta effatum Augustini: (*op. Speranz. script. sel. quæst.* 183.) *Malitia individua comes est miseriæ.*

Stel-

Stellarum influxus nisi mali nobis inferunt,

6. Neccio, risu, an indignatione dignior sit multorum fatua persuasio, qui, si malignæ tempestates ingruunt, si grandine, & pruina segetes devastentur, si exundationibus campi submergantur, si agri siccitate exurantur, si pecudes lue emoriantur, si infirmitates hominum increscant, subito vel inter ipsas stellas harum calamitatum originem indagant: dicunt, fuisse inimicos syderum influxus, malignos rores, fœtentes nebulas, & quæ sunt similia. O insatuata cerebra! carissimi, ecce verissimum Theologiam stellis maligna peccatum est: an contradicere vultis Scripturæ, quæ passim omnium calamitatum caussam peccato imputat? siccitates, aridities, annonæ difficultates non a malevola Saturni constellatione, non a maleficio Medusæ capite, sed ab obstinatis peccatorum malitia proficiscuntur. Regnorum ruinæ, provinciarum devastationes, dissensiones familiarum non in quinto cælo ex constellatione Martis ortum trahunt, sed in terra, in peccati officina hæc contra nos tela excuduntur. E mille Scripturæ testimoniis juvat unicum adducere Tobiam, in hac verba lamentatum: *Tradidit Samai in direptionem, & captivitatem, & mortem, & in fabulam, & in improperium omnibus nationibus*, (*Tob.* 3.) Unde, sancte Vir, tanta malorum congeries? ex hoc solo antecedente: *quantum non obedivimus præceptis tuis. &c.*

Sed Deus peccatis irritatur.

7. Verum, ne nihil tibi concedere videar, mi peccator, dabo tibi, nonnunquam hujus, vel illius calamitatis caussam esse inimicas stellarum influentias. Edic autem, quis Dominus stellarum? quis regimen eorum dirigit? quis influxus attemperat? Nonne Deus? Deus ergo, qui omnipotente brachio tot supernos orbes moderatur, ille, inquam, Deus peccatis tuis irritatus, ordinat exitiales influxus, inficiat malorum semina, & caussarum secundarum adminiculo in caput tuum immittit mille infortunia. Ex hoc ipso argumentum forma, quid boni tibi properandum, immo quid malorum in rebus tuis formidandum sit, si Deum habeas inimicum, qui campis tuis est Flora, hortis tuis Pomona, agris tuis Ceres: quis expectare poteris, si illum habeas hostem, qui in manu sua habet stellas, quæ semina progignunt, rorem, qui lactat germina, pluvias, quæ prata irrigant, auram, quæ maturum promovet ad maturitatem. Ne dubita: Ne dubita: *Non est malum in civitate, quod non fecit Dominus*. (*Amos* 3.) Sed peccatis ad iram provocatus; peccatum caussa est, cur grandinibus fruges exterantur; peccatum caussa est, cur familiæ gramaria morbibus extenuentur; peccatum caussa est, cur pecudes exitiali lue destruantur; peccatum caussa est, cur ædes incendiis absumantur. Nomina mihi mille infortunia, & millies respondebo; peccatum caussa est, peccatum caussa est.

Deus non semper in ira, sed in res nostras sævit.

8. Si forte quæras, cur ergo Dominus Deus non in ipsum peccatorem, sed in ejus possessiones sua fulmina cudat, & sæpe innocentes creaturas feriat, uti segetes, oves, boves, equos, jumenta, & greges? cape rationem a simili: Ponamus Virum zelotypum a longinquo itinere reducem invenire amantissimam conjugem, alienis amoribus implicatam: quid agit? non confestim in ipsam fœdifragam sævit; sed primo in mundum mulierem intemperantem affluat effundit, abacos, monilia, torques, fuligmata, pixides, omnemque vanitatis supellectilem pedibus calcat. Eumdemmet in modum agit offensus cum peccatore Deus; non illum statim fulminibus petit, sed res illius: devastat incendiis ædes, grandine agros, lue pecudes: quare? Respondet Angelicus Doctor, (*2. 2. q. 10. a. 4.*) *quia per hoc puniuntur illi, quorum sunt*, &c. Quid ad hæc, mi Christiane? credis ista, vel non? si non credis, aperte contradicis Scripturæ: si credis, ipse tibi responsionem formare ad ejusmodi querelas, quibus nonnunquam tuam sortem deploras, dicendo: Bone Deus! quæ tandem est illa Scylla, & Charybdis, quæ omnem fortunam meam devorat? assiduis laboribus invigilo, parce vivo, diligenter preces fundo, & tamen nulla est in rebus meis benedictio, nulla prosperitas, &c. Nempe, quid juvat laborare, jejunare, orare, nisi peccatum e domo tua exesse jubeas? pellione, introduc pietatem, & religionem in domum tuam, simulque omnia bona introduces: ejice iniquitatem, simulque omnia mala ejicies.

9. Possem hanc veritatem innumeris comprobare historiis, sed constitutum mihi est, nolle non recedere a Scripturæ testimoniis, ex sacra historiarum serie comprobare, neminem impium diu fuisse felicem, nec quemquam probum diu calamitosum. Præ mille aliis, intueamur Reges Juda, qui sub eadem corona sibi invicem successerunt: inter illos fortunatissimi fuerunt Ezechias, Joathamus, Josophat, & Josias: quare? quia fuerunt justitiæ, & pietatis studiosissimi, vixerunt vitam longissimam, redditus uberrimos accumularunt, luculentis victoriis inclaruerunt. Alii fortunam experti sunt infelicissimam, uti Asa, Joassus, Oxias, & Manasses: quare? quia etiam illi in virtutis semita erant ambigui. Reliqui ad unum omnes tam Judæ, quam Samariæ Reges, uti constanter impietati, ita etiam fuerunt constanter infelices, ipsis rebelliones, ipsis carceres, exsilia, itæque incubuerunt. Quid multis? clarissimum Spiritus Sancti testimonium habemus in capite quadragesimo Judith (*v. 26.*) exaratum: *usque hunc diem non pervenerunt in consessu Dei sui, cum eis bene sit*, habebant possessiones amplissimas, vicerunt hostes, reportarunt victorias, experti sunt manifestam

Dei

Dei assistentis auxilium. Quid sequitur? audite, quid sequatur, & in compendio rem omnem capite: *Non fuit, qui insultaret populo isti, nisi quando recessit a cultu Domini.* (*Ibid. v. 21.*) Notate: Nisi quando recessit a cultu Domini. &c.

10. *Epilogus.* His verbis quid aliud adjiciam? non habeo, nisi illud, quod tempore Caroli VII. Gallorum Regis Anglus quidam Gallo reposuit: Angli occupavere totum Regnum Galliæ, sed demum ejecti, cum a litore solverent, unus eorum a Gallo quodam interrogatus fuit, quando sint rediturí? respondit, cum peccata vestra nostris erunt majora: ita tibi dico, mi Christiane: si quæras, quando migratura sit tua calamitas? respondeo: migratura est, si peccatum e domo tua migrabit. Amen.

Dominica Passionis.

CONCEPTUS I.

Periculosissimum est salutaribus monitis, & inspirationibus morem non gerere; quia forsan Deus deserit, ac derelinquit.

Jesus autem abscondit se, & exivit de templo. Joan. 8.

EXORDIUM.

Judæi non credentes prædicationibus Christi deseruntur. Ideo periculosum est inspirationibus resistere.

1. Hæc est inductiosa omnium obstinatorum catastrophe; dum saluturibus monitis resistunt, tandem deserantur. Loquor de infelicibus Judæis. Quas non industrias adhibuit Deus, ut illi Incarnatum Filium suum, in salutem mundi cœlitus missum, agnoscerent? Obstinati Judæi audierunt Patriarcharum oracula, Prophetarum vaticinia, Scripturarum testimonia, viderunt Christi miracula, ægrorum, cæcorum, claudorum, aridorum, & etiam elementorum signa, ac prodigia, & tamen in sua duritie adeo demersi perseverant, ut etiam Mundi Salvatorem lapidare præsumunt. Quid tandem evenit? *Jesus abscondit se, & exivit de templo*, id est, decrevit pervicacem populum indurare, reprobare, derelinquere. Hanc derelictionem alibi vaticinatus est Christus his verbis: (*Matth. 23.*) *Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui missi sunt ad te: quoties volui congregare filios tuos . . & noluisti.* Quid sequitur? *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* Quasi dicerat Christus: quia recipere non vultis Prophetas, recipietis armatos Titi, & Vespasiani exercitus; quia audire non vultis Apostolorum monita, audietis civium vestrorum in morte ejulantium lamenta; quia me lapidibus obruere vultis, ideo non relinquetur in urbe vestra lapis super lapidem. O terribile decretum! Benignissime Domine! cui proprium est misereri semper, & parcere, ergone interire patieris civitatem, olim tibi adeo dilectam, templo magnificentissimo ornatam, & tot Sanctorum vestigiis tritam? Age, Domine, admovere ultimum arietem, mitte ultimos caducitatores, ego, ego moecho misera: actum est, lata est sententia: deseretur, exscindetur, peribit. *Abscondit se, & exivit.* (*Jer. 8.*) Dilectissimi: quorsum hic prologus? percipite: per infelices Judæos intelligo inveteratum peccatorem, qui obstinata malitia audet salutaria monita repellere, & in scelestibus temeraria præsumptione perseverare. Contingit forte, & hujus farinæ nonnullus hoc sacro indulgentiæ Jubilæi tempore sentiat se insolitis animi instinctibus ad veniam noxarum pœnitudinem urgeri, sentit se ad Confessionem generalem, ad deserendam malam consuetudinem, ad restitutionem famæ, aut falsi boni ficiendam, ad reconciliationem cum inimico ineundam, verbo, ad vitæ emendationem stimulari: quid agit? resistit his stimulis, & quasi Christum invitantem recedere jubet, inani spe frétus, semper, & nullo non tempore alias fore occasionem pœnitendi.

2. *Propositio.* Quam periculosa sit repulsæ hujusmodi, in præsentiarum ex eo docebo, quia metuendum, ne Christus se *abscondat, & exeat*, id est, ne ultima sit hæc gratiæ invitatio, & salutis occasio, desinceps in æternum non amplius reditura. Est hæc incertitudo singulariter ad incutiendum Dei timorem efficax, dicente Salviano: (*ad Eccl. Cath.*) *Nullus citius exuitur, quam qui securum se esse præsumpserit.* Fayere.

Deus gratiarum auxilia in certo numero determinat.

3. *Confirmatio.* Uniformis est sanctorum Patrum, & Ascetarum omnium Doctrina, quod Dominus Deus cuilibet hominum præpararit quidem certa salutis remedia, & gratiarum auxilia, sed in determinato numero, pondere, & mensura: Ille auxiliorum, ac gratiarum numerus, quemadmodum respectu hominum dissimillimus est, cum unum millies vocet, alterum post secundam, aut tertiam vocationem deserat; ita etiam Deo soli cognitus, nobis ignotissimus est. Ex quo sequitur, de qualibet particulari gratia esse periculum, ne forte sit ultima, & peremptoria, cui Deus meam salutem annexuit, & post quam non sequetur altera.

4. Hæc cum ita sint, prout sunt verissima, dic, mi peccator, qua fronte præsumis invitanti Deo repulsam dare, illique quasi dicere: Agam quidem pœnitentiam, sed modo non vocat; cooperabor gratiæ, sed alteri, non huic, &c. Itane alteri, non huic? Quid? si arcano Numinis consilio jam lata de te esset sententia, quæ super Judæos olim statuta fuit? *Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum bonum.* (*Matth. 21.*) Quis certum te reddit, quod Deus, hac vice rejectus, altera vice sit rediturus? Ah, mi boate! incertissimum est, incertissimum est. Non invenio, quod

Homo

Homo ille, qui fecit cœnam magnam sæpius, quam unica vice convivas invitarit: Non invenio, quod unicus Apostolorum plus, quam semel fuerit vocatus. Hoc autem invenio, quod Christus nos energice admoneat, ut vigilemus, ut a somno excitemur, ut sollicitissimus: *Videte, vigilate, orate:* (*Marc. 13.*) cur autem, mi Domine, cur? *Nescitis enim, quando tempus sit; quod autem dico, omnibus dico, vigilate.* Nota is, qui me monet, ut vigilem, utique revera monet per somnum aliquid perdi, illudque per vigilias posse impetrari.

5. Imaginemur nobis hominem viatorem, qui quidem diserte monetur, ut siquidem urbem ante portarum occlusionem attingere cupiat, festinanter cursum accelereat, ille tamen, cum solem adhuc satis altum conspicit, nec periculum temporis suspicatur, vernanti cespite recumbens, dormire incipit, aum post intervallum evigilans, duplicat quidem gressus, sed ad urbem pertingens, videt pontem subtahum, portas occlusas: clamat igitur, vociferatur, intromitti petit: sed responsum accipit, *tempus non esse amplius.* Mi peccator, cælestis illa Jerosolyma, quam vidit Apocalypticus Vates, habet duodecim portas: (*Apoc. 10.*) per unam ingrediuntur Apostoli, per alteram Martyres, per tertiam innocentes, per quartam pœnitentes, & sic de cæteris loquendo. An putas te prolitatu stertere, dormire, otiari posse, hanc portam semper sese patulam? Erras; tunc forsan hoc sacro tempore reseravit tibi Deus pœnitentiæ ostium, ideo monet Apostolus: (*4. Heb. 11.*) *Festinate ingredi, Festinate ingredi.* Quis scit, si tempus hoc gratiarum otiose præterlabi permittas, forsan in æternum non erit tibi amplius reseranda? *Ostium pœnitentiæ apertum est*, inquit S. Ephrem, (*hom. de pœnit.*) *festina, peccator, priusquam occludatur.* Alia vice, inquis, festinabo: alia vice autem fieri potest, ut cum fatuis Virginibus audias illud: *Nescio vos.* (*Matth. 25.*)

Deus nihil ægrius fert, quam repulsam.

6. Amat quidem Dominus Deus peccatoris salutem, sed instar Domini, non instar famuli: honorifice vult tractari, & nihil ægrius fert, quam repulsam. Scitis, Auditores, quantis futilis terreni Principes semper ulti sint injurias, suis legatis illata? certe tam sacræ, quam profanæ historiæ hujusmodi exemplis scatent. Rex David ob Legatos suos injuriose habitos, bello vastavit Ammonitas; Cambises Egyptios, Darius Athenienses, Alexander Tyrios, & Romani Fidenates, ac Tarentinos: inceo funestiora hujus rei exempla, quæ passim extant apud Dionem, Herodotum, Plutarchum, & alios. Jam advertite animum, quid est salutaris admonitio, quam peccator ex ore sacri Prædonis audit, quid est internus animi instinctus, & inspiratio, quam sentit? quid est, inquam nisi Dei Legatus? certe S. Bonaventura (*l. de 7. donis.*) de his gratiarum adjumentis affirmat. *Hæc est legatio vere sufficiens.* An putas, mi peccator, Dominum Deum minus ægre habere contemptum hujus legationis, quam terrenos Principes? certe non; ulciscitur injurium: qua ultione? quo supplicio? nempe illo, quo atrocius non habet, quod non amplius redeat, quod abscedat, quod peccatorem relinquat. Hoc supplicium fatis luculenter insinuat Sanctus gentium Doctor, (*2. Cor. 5.*) & Sanctus Evangelista Matthæus: primus quidem asserit Apostolorum munus esse legationem Christi: *Pro Christo legatione fungimur*: alter autem describit instructionem, quam Deus his suis legatis dedit: *Quicumque non receperit vos, nec audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris.* (*Matth. 10.*) Quid dicis ad ista, mi peccator? Ah! inquis, mi Deus, paullisper adhuc exspecta, statim tibi audientiam præbebo: Non, non; reponit Deus: *Exscindite pulverem*: recedite.

Peccator a quo Deus recedit, induretur.

7. O infelix recessus! quid spei remanere potest homini, a quo sic Deus recedit? profecto nihil spei; sed magnis passibus miser ille pergit ad obdurationem, ad excæcationem, ad desperationem: atque propterea fere omnia salutis remedia misero illi frustra impenduntur, nulla compunctione scinditur, nulla pietate mollitur, non movetur precibus, non cedit minis, flagellis duratur; ingratus est ad beneficia, ad consilia infidus, ad turpia inverecundus; audit quidem conciones, sed non conteritur; obruitur afflictionibus, sed non emendatur; ad mortem properat, sed non advertit. Mi adolescens impure, mi adolescens metue, ne de te tanta malorum Ilias narretur: te quondam benigne respexit Deus, tibi teneros pietatis sensus instillavit; sed postquam turpi illi familiaritati afluetus, & a sacro conscientiæ arbitro sæpius monitus, non respuisti; metue, inquam, ne te jam nunc deseruerit Deus: ubi supereit tibi ullum signum conscientiæ olim tam teneræ? ubi modestia in Ecclesia, honestas in verbis, frequentia Sacramentorum? tu quidem insensatus, ac insensibilis pergis in sceleribus, jocaris, nugaris, bibis, ludis, rides; verum timeo, ne tibi exprobrari queat, quod olim Legatus Romanus Tarentinis, a quibus risu, contumeliis, lapidibus, & luto petebatur, reposuit: *Ridete, edete, dum licet; tunc tandem flebitis, cum hanc vestram sanguine vestro eluetis.* (*Dion. in Excerpt.*)

Patientia Dei non eadem est cum omnibus.

8. Incerta sunt ista, inquit nonnemo, quid juvat incertis eventibus terreri? forsan hæc gratia non est ultima, forsan redibit Deus; fuerunt peccatores incomparabiliter pejores, quam ego sum, & tamen post mille obstinacias veniam impetrarunt. Hanc objectionem formarunt nonnulli impii apud S. Caryostmum: (*Hom. 27. in Epist. 2. ad Corinth.*) Fortasse,

in-

inquit: Cur hoc fortasse? venisse aliquem? Verum Sanctus Doctor ictu unico totum machinam prosternit, inquiens: *Cogita, quid de anima deliberas.* Ergone tuam salutem sacrificabis super unicum incertum *forsan?* Ita, itane, nam Deus hanc gratiam pluribus aliis sic edit. Dico bodie, quidvis ascere? An quod tibi gratiam facere debeat, profecto nulla est consequentia: Cur Rex Animam secundo statim resiliminis anno perfit, & æternum perit? quia vidit, scelestum Patrem Manassen quinquaginta annis a Deo fuisse tolleratum, & tam longævum scelerum cursum etiam sibi appromisit. Patientia Dei non cum omnibus eadem est, si causam quæras, dico, hoc ad arcana Dei judicia pertinere. Interim scio ille felix erit, qui incerto alicui *forsan* non credidit, sed Deo pulsanti semper cordis ostium reclusit.

Deo Sancti erant cautissimi. Damnati autem pereruntes propter præsumptionem.

9. Hic fuit constans Sanctorum sensus, & timor: hinc pondentibus animati ad insignem virtutis apicem ascenderunt: considerabant semper, quis me certum reddit, quod Deus salutem meam non alligarit huic inspirationi? & illico nullum fuit gaudium, quod eos delectaret, nullum desertum, quod eos terreferet, nullum tormentum, quod eos superaret. Clamavit semper cum S. Paulo: *Domine, quid me vis facere?* Intellecto nutu Divinæ voluntatis, sine mora, superatis omnibus difficultatibus, ad grandia virtutum exercitia convolarunt. Eccum quæ est via, quæ recta ducit ad perditionem? non alia, quam turpitudes, qui Deo vocanti resistitur! Quodli causa damnatorum publice deberet inscribi, ego ad valvas inferni non alia verba affigerem, quam ille: *Eo, quod non cognoverit tempus visitationis mee.* (*Luc. 19.*) Omnes damnati sunt, quia oblatæ salutis occasione non sunt usi: habuerant quidem voluntatem se salvandi; sed quoniam de die in diem per inania proposita cum Deo luserant, clausa est interim misericordiæ janua. Non credis ista, mi Christiane? ergo descendamus, & per ignitos gehennæ claustros introspicientes interrogemus miseros eorum damnationis: Heus tu, qui ab Orcus inter bubones, & serpentes, per quas januam in hunc locum januisti? audire quid reponat: hostis odio aliorum perfectus fuisti? Deus melioris inspirationibus me monuit, ut ignoscerem, ego tacitus despondi, si morbo corriplar, emolcam; sed inopinata morte occupatus, vitam finivi, ac animam exhi: Heus tu, qui ibi inter laqueata metalla sedes, quomodo ad hunc locum venisti? audiens quid reponat. Ego alteri ingentem summam pecuniæ abstuli: Deo mihi restituendam inspirante, propterea quidem heredes obligare in testamento, sed ei tempus repente fuisset, quo distuli, perii: Heus tu, qui ibi a dæmonibus laniaris, quomodo in hoc infelicitatis barathrum devenisti? audire quid reponat: vixi in libidinibus, & impudicitiis, sæpe monitus sui internis instinctibus, sed diu obsurdui; dein maligna febri spe citius oppressus, imponentes obiit, & periit. Quid multis? video ibi, in flammis volutari infelicem Chrysostomum, de quo S. Gregorius (*l. 4. Dial. c. 38.*) horribilem enarrat historiam: Erat ille Chrysostomus usuris, & libidini deditus: Deus sæpissime monuit, ut per seriam pœnitentiam, & vitæ emendationem cum Deo rediret in gratiam; sed ille, fuæ valetudini constus, de die in diem elusit animi stimulos: corripitur infirmitate, & acedum pilymanitis morbi genere deducitur ad extrema, & perseverat in obstinatia. Tandem a Deo reprobatus, & dæmonibus traditus fuit: apparuerunt terribiles spirituum monstra; clamat ille amicis, coronque opem implorat; dein ubi de humanis auxiliis desperatum vidit, ad Deum conversus, rogabat unius diei inducias, vociferans: *Inducias oro, inducias unius diei, inducias unius horæ*; sed qui Deum sæpissime non audivit, a Deo etiam non fuit auditus: repente obiit, persistit damnatus est. &c.

10. *Epilogus*. Huic tristi tragediæ epiphonema adjungit S. Gregorius, (*loco. cit. in fine.*) inquiens: *Sollicite ipsa cogitemus, ne nobis de vacuum tempus pereat.* Dilectissimi! non auditus, non irridetur Deus, ideo cum cordis odium parlat, sine mora pulsanti aperiamus, quia periculum est, ne non amplius vocati, &c. &c. &c.

Dominica Passionis.

CONCEPTUS II.

De horrendo indignæ Communionis flagitio.

Tuberunt ergo lapides, ut jacerent in eum. Joan. 8.

EXORDIUM.

Judæi in templo crudelissime inhorruerant Christum. Ita etiam faciunt indigni communicantes.

1. QUis non justissimo Zelo indigneturur scelerum Israelitarum? hodie contumeliosissimis verbis Christum Dominum aggredi, etiam de pacto dæmoniaco arguunt, mille probra in faciem ei effurlunt, & demum lapidibus, prærabie e pavimento erutis, obruere contendunt. Quod caput delicti est, exterabile factum in ipso templo mollumur; in domo pacis, in sylo securitatis stragem cogitant, & Christum Dominum, Personam sanctissimam, Redemptorem suum, qui in eorum salutem de cælo defenderat, in humeri habitaculo mortis victimam facere allaborant. O cælestes Genii! hæc flagitia cernitis, & pedum alacribus stamnis impiam hominum iracem fulminatis? sed quid opus est fulminibus? ipse Dominus pertinacibus pœnas omni fulmine graviores infligit, dum ab eis exivit, se abscondit, eos dereliquit. *Væ illis*, exclamat Augustinus, (*apud Carn. a Lap. in Joan. 8. v. 58.*) *a quorum laudabile cordibus Deus fugit.* Verumdesine succensere Judæis, & ex animo exoptó, ne similes injurias Christus Dominus experiri cogatur a Christianis: quid? a Christianis? in templo? in est: Dilectissimi Auditores! ita est: O quoties Dei templa, præsertim hoc tempore Paschali, migrant in theatrum crudelis tragœdiæ, & Dei Filius a Christianis scelerotius, quam a Judæis injuriatur! adversitis, de quo scelere differere cogitem? nimirum de illo scelere, de quo Dominus ipse, sanctum Gertrudem (*S. Gertrud Insin. l. 3. c. 18.*) aliquando post Communionem instrucas, ajebat: liquis non observans os suum a verbis vanis, falsis, turpibus, detractoriis, & similibus: (Eadem ratio habenda est de quibuscunque aliis peccatis) impœnitens ad sacram accedit Communionem, tali modo suscipit Christum, sicut qui hospitem in ipso ingressu lapidibus obrueret. O quoties hodiedum Christus ita crudeliter lapidatur per fallam, per indignam, per sacrilegam Communionem!

2. *Propositio*. Cum igitur tempus Communionis Paschalis paullatim appropinquet, opeæ pretium esse duxi, fœditatem atrocis hujus sacrilegii proponendi, non quod suspicer, aliquem tam consceleratum in numero vestro inveniri posse, sed ut animos vestros excitem, ut ante sumptionem mysterii maxima cum cautela, & sollicitudine conscientiam a nexis expurgare studeatis. Favete.

3. *Divisio*. Duplex reatus invenitur in quolibet peccato, *culpæ*, & *pœnæ*. Reatus culpæ est ipsa malitia peccati, in quantum meretur odium Dei: reatus pœnæ est ipsa malitia peccati, in quantum meretur supplicium inferni. Hi duo reatus ita sibi commenturantur, ut quo gravior est culpa, tanto etiam sit atrocior ejus pœna. Loquamur de utroque.

§. 1. *Christus amator est puritatis.*

4. *Confirmatio*. Et culpam quidem quod attinet, sciendum ante omnia est, quod Christus Dominus super omnia amet munditiem, & puritatem: hoc per integram vitam luculenter in omnibus actionibus commonstravit; carnem assumpsit ex illibata Virgine, lacte materno pastus est, sed ex intemerata Matre, illio se comparat symbolo castitatis, in stabulo natus non dedignatus quidem est paupercolis, & obsoletis involvi fasciis, sed mundis: in cruce mortuus corpus suum pofica in syndone munda, & in sepulcro noviter excilo recondi voluit. Hanc ipsam munditiem in aliis etiam exigebat; hominem sordide, ac indecenter vestitum, a nuptiali convivio ejecit, leprosos in unigna multitudine mundavit. Hæc cum ita sint, considerate, obtecro, quæ meus, quis seu-

sus esse debeat Christo Domino, quamdiu in immundo peccatoris domicilio morari compellitur: an præ nausea non contabesceret, qui ad dormiendum cum leproso in uno, eodemque lectulo condemnatus esset? solus fasciarum ejus attactus, immo aspectus horrorem illi incuteret: quid si centonibus illius etiam indui deberet? certe mirum foret, nisi præ nausea moreretur. Et quomodo Christo Eucharistico esse debet, cum in impuro corde cum peccati sœtore vesfari cogitur, quod supra pestilentes pultulas, & virulenta carcinomata exercatur? Sceleratus Rex Antiochus a Domino Deo tam purulento ulcere percussus fuit, ut ejus sœtor toti exercitui intolerabilis videretur: *Ita, ut exercitus graveretur.* (*2. Mach. 9.*) Quid jam putatis sensisse eos, qui decumbenti proximiores, & a servitiis erant? Nihilominus certum est, quod tabidi Regis ulcera, & totius mundi graveolens sœtor sit instar suaviissimi odoramenti, si cum sœtore peccatricis animæ comparetur. Et in hanc sententiam, in hanc spurcitiei colluviem auder indigne communicans Dei Filium immergere: urgeo argumentum.

Christus mavult in sentina morari, quam in impura anima.

5. Quæso, siquis temerario ausu præsumeret sacram Hostiam e pixide ereptam, in sordidissimam lacunam projicere, nunquid tam sceleratus homo merito cælo, & terra execrabilis foret? omnino ita est: vix excogitabile esset supplicium, quo criminis enormitas castigari deberet. Verum non mitius, immo quodammodo atrocius in Christum sævit indignus communicans, teste Bernardino: (*apud Laln. V. Communio §. 2. n. 15.*) *Non minus est detestabile in os pollutum, quam in lutum mittere Dei Filium.* Si enim ex parte Christi Domini staret optio, mallet ille in sordidissima cloaca, quam in peccaminoso corde morari. Percipite, an non vera loquar: In quadam Insularum philippinarum civitate adolescens quidam sacram Communionem cum conscientia peccatis fœdata sumpsit; continuo acutissimis omnium viscerum doloribus correptus fuit, quibus perferendis cum par amplius non esset, e templo exiens sacram Hostiam in obscenum platea angulum evomuit, & confestim dolor cessavit. (*Annuæ Soc. Jesu 1601.*) Ex quo latis apparet, malle Christum Dominum in cœnosis plateæ sordibus, quam in impuro pectore hospitari. O Bone Jesu! condoleo tibi ex animo, in cælo residis in sinu Patris, in throno gloriæ tuæ, in Angelorum consortio, & in terra vilis homuncio te abjicit in cordis sui sterquilinium? & in cælo non potuisti unico momento conversari cum peccato Luciferi, & in terra pati debes te in uno, eodemque cordis stabulo penes peccatum alligari?

Summa temeritas indigne communicantis.

6. Sed abstrahendo ab injuria Christi, præ reli-

reliquis certe admirer summam temeritatem, ac impudentiam ipsius communicantis, qua certe nihil crimini sius in Orbe posset excogitari; hanc ut vobis explicem, declaro similis: Fingamus prædatorem truculentum, qui ex spoliis, & expeculationibus ditatus, ingentem possidet auri, & argenti copiam: sed ecce hominis impudentiam, aliquando ipsum Judicem suum, e cujus potestate mottis suæ arbitrium pendet, in domum suam una cum suis satellitibus admittit, illique vasa argentea, calices aureos, & Regum coronas, quas per depræd ationes, ac assassina conquisivit, absque metu, & rubore spectandas exhibet. Quis non dicat hominem insanire, aut ultro velle mortis victimam esse? Pari sane impudentia agit indignus communicans, ait Doctissimus Salmeron: (*tom. 9. tr. 41.*) in corde suo gerit peccatum, infernalis supplicii reatum: si saperet, deberet illud studiosissime celare, & coram oculis etiam Dei occultare: quid agit autem impudens? Judicem suum advocat in domum conscientiæ, hunc vult esse testem inexpiati sceleris. O insane homo, an non contremiscis Judicis tui præsentiam, & quidem adventantis una cum suis satellitibus, id est, attributis Divinis? Non metuis ejus omnipotentiam, quæ in momento te potest in nihilum redigere? non metuis justitiam, quæ in ictu oculi te potest damnare? non metuis misericordiam, cujus longanimitate abuteris? non metuis omniscientiam, quæ te ob hoc ipsum delictum forsan hoc ipso momento damnatorum catalogo inscribit?

Indigne Communio est signum æternæ reprobationis.

7. Ita est, *damnatorum tatalepa*, inquam; habet enim hoc grande piaculum plerumque hanc infelicitatem sibi connexam, quod ejusmodi peccatores raro ex integro respiscant, sed a Deo deseruntur, gratiis efficacibus destituuntur, & sic semper profundius versus gehennam demerguntur. Quemadmodum clarissimum est æternæ prædestinationis signum, posse ex malis elicere bonum, & sic ipsa peccata in majorem animæ utilitatem convertere, sicut apes amarum in dulce commutant: *Scimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti.* (*Rom. 6.*) Ita ex adverso manifestum est Reprobationis arcanæ indicium ex bono elicere malum, & cum araneis convertere dulce in amarum: sed ita faciunt scelerati isti; ex Sacramento amoris faciunt instrumentum odii, ex cibo salutis fugunt venenum sui interitus.

§. II. *Pœna interna indigne communicantium est infelicissimus finis animæ.*

8. Scio quidem, quid nefandam horum temeritatem sustentet: nimirum quia venenum hoc illis tempus relinquit, nec statim finalis condemnationis mortem adscifcit; ideo absque timore ad Dominicum epulum accurrunt: & lingua statim fœde intumesceret, si guttur ocinis ardoribus ureretur, si post buccellam confestim Sathanas eos obsideret, certe minus auderent conspurcatam conscientiam afferre. Verum, O miseri! an minus metuitis pœnas illas, quas comminatur sancta Fides, quam illas, quas experientia externa comprobat? credidit Divino Joannis oraculo de Juda dicenti: *Post buccellam introivit in eum Satanas*; (*Joan. 13.*) tunc enim infernalis hostis infelicissimi hominis animam stabili jure possidere cœpit: *Datus est panis Judæ*, inquit S. Augustinus, (*in Psal. 108.*) *per quem manifestatus est diabolo.* Idipsum & vobis invisibili modo post indignam Communionem contingit. Creditis Divino Pauli Apostoli asserto: (*1. Cor. 11.*) *Qui manducat, & bibit indigne, judicium sibi manducat, & bibit*; quid est judicium sibi manducare, & bibere? S. Chrysostomus (*in hunc l.*) ait, *Judicium sibi manducat, id est, damnationem*: quemadmodum igitur cibus naturalis paullatim per omnia corporis membra se distribuit, in eaque suas qualitates seu bonas, seu malas derivat: ita damnationis sententia, quam indignus Communicans una cum sacro Pane devorat, paullatim per omnes sensus distribuitur, & omnes animæ potentias pestilenti sua contagione inficit. Non creditis relationi Romanæ impressæ anno 1671. ubi narratur, quod devota Deo anima objecta sit abominanda sceditas Sacerdotis cum peccati conscientia sacrificantis? eo spectaculo sic illa coharruit, ut in verba prorumperet, quæ eum solum non commorent, in quo penitus extincta est Fides: *Nostis ajebat, quomodo Lucifer ipse posset esse turpior. Videbatur mihi miser omnibus in membris infernum circumferre.* Non creditis denique Revelationibus sanctæ Birgittæ, (*l. 6. c. 9.*) in quibus hæc Dei sumula, enormitatem hujus sceleris a Deo edocta, exclamat: *Væ talibus, qua nunquam nati fuerint, & ipsi enim profundius ibunt in infernum, quam alioqui irent.* Audite, notate, & contremiscite: profundius, inquit; quippe horum damnatio longe erit truculentior, immiserior dolor. Nolite fidere, ait S. Cyprianus, (*lib. de lapsis.*) quod nullos modo ira Divinæ effectus sentiatis; nondum enim vindicandi tempus advenit: sed adveniet cheu! adveniet cum augmento.

Pœna externa est sæpe repentinæ interitus.

9. Quamquam, si ita vultis, non desunt etiam externa Divinæ ultionis spectacula tragica, & funesta: Carnalis quidam, & luxuriæ deditus homo, (*Manif. disc. 42. n. 11.*) pestiferum suum consuetudinem deferre nolens, legitur, a suo Parocho prohibitus fuisse, ne ad sacram Communionem accederet. Nihilominus temerarius homo, ne minus probus Christianus videretur, & aliis latentis mali suspicionem faceret, accessit cum reliquis: Sacerdos, cui per solam Confessionis viam, peccatum innotuit, indignum

gnum rescire non poterat, sed sacram Synaxin ei porrexit, intime interea consulens tam Christo Domino, quam misero homini: Christo Domino; quia in spurcam peccaminosi cordis lacunam introire compelleretur; homini autem; quia temerario ausu animæ suæ exitium acceleraret. Quid factum est? cum infelix Communicans sacram Hostiam ore reciperet, tensit se retro violento impetu corripi, gutturque ambabus manibus, quas videre non poterat, sibi arcte constringi: clamare voluit, non potuit: sacra Hostia ex ore illius intacta exiliit: ille autem nigrante vultu, tumentibus oculis, exporrecta longe ad intuentium horrorem lingua, mortuus concidit. O horribile spectaculum! adeste omnes Judæ asseclæ, adeste, spectate, & perpendite serio, quid in indecenti Sacramenti usurpatione vobis continere valeat; Tacco alia id genus Divinæ Justitiæ supplicia, quorum pleni sunt libri, & perfrequentes ubique tragœdiæ.

10. *Epilogus.* Quid igitur factu opus est? Dilectissimi Auditores: obtemperandum est monito Divini Oraculi: *Estote prudentes, sicut serpentes.* In quo ergo consistit prudentia serpentis? respondet S. Ambrosius, in eo, quod antequam ad fontem bibiturus accedat, prius venenum deponat. Tu mi Christiane, si ex salutari hujus Sacramenti fonte salutem haurire desideras, prius peccatorum virus evome, habes in corde tuo hostilem rancorem contra proximum? depone. Habes bona aliena, & male parta? restitue. Habes inveteratam libidinis assuetudinem? exue. Habes peccatum diu occultatum? confitere. Certum enim est, hoc salutiferum Sacramentum, ubi prodesse non potest, ibi nocet. Amen.

Dominica Passionis.

CONCEPTUS III.

Gravitas peccati mortalis declaratur in excidio Judæorum, & ex eo concluditur, quid malorum meruendum sit, si per peccatum perditur Deus.

Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum; Jesus autem abscondit se, & exivit de templo. Joann. 8.

EXORDIUM.

Judæi lapidare volentes, sathi puniti sunt, quia Christus exivit de templo.

1. Nescio, quid in hodierni Evangelii spectaculo magis admirer, induratam Judæorum impietatem, an Divinæ Misericordiæ abyssum? Magna fuit Judæorum pervicacia, dum Incarnatum Dei Filium post visa tot miracula, post tot claras agnitiones præsumpsere lapidibus obruere. Magna fuit Domini patientia, quod sacrilegum scelus, in ipso sanctitatis domicilio cruditer attentatum, non eo momento ultricibus pœnis castigarit. Quid enim non admirer, Benignissime Deus! tu Jeroboami manum, (*3. Reg. 13.*) quam contra Prophetam extenderat, repente arescere fecisti: tu sacerdotem Oza, (*2. Reg. 6.*) dum arcam Testamenti tangere minus reverenter præsumeret, subitanea morte extinxisti. Tu exercitum Regis Sennacherib, (*4. Reg. 19.*) dum pium Ezechiam gravi obsidione affligebat, Angeli percussoris ministerio ad lectum demevisti. Tu Levitas Nadab & Abiu, (*Levit. 10.*) dum ignem alienum ad holocaustum afferrent, fulminea flamma perdidisti. Et paterisinultum lapidare volentium scelus? ubi fulmina? ubi Angelorum enses? ubi terræ hiatus? an non repentina strage exscindis perfidam Judæorum facem? &c. Christiani Auditores! cohibete bilem: satis puniti sunt miseri: satis gravi pœna illis constitit piaculum: qua pœna? nihil legitur in Evangelio. Ah! utique legitur: *Jesus autem abscondit se, & exivit de templo*: (*Jo. 8.*) his verbis describitur pœna, qua crudeliorem non expertus est Jeroboam, non Oza, non Sennacherib, non Nadab, & Abiu. *Exivit de templo.* Iste exitus fuit atrocissimum supplicium, quod Deus omnipotenti brachio suo poterat infligere: hæc fuga Christi fuit scaturigo omnium malorum, quæ deinceps catervatim obruerunt infelicissimam urbem Jerusalem. Ita in hunc locum observat Albertus Magnus, inquiens, (*in Matth. 23.*) quod Christus exierit, *designans derelictionem illorum.* O derelictionem terribilem! aperitur omnimoda infelicitatis abyssus, ubi Deus fugit.

2. *Propositio.* Christianæ animæ! advertitis, quo collimet hoc præludium? nempe in gratiam eorum, qui parum curant, quod impie vivant, in horum, inquam, gratiam explicabo, quanta fuerit pœna Judæorum, & quanta malorum catena sequatur, ubi per peccatum perditur Deus. *Ne diseris*, monet Ecclesiasticus, (*c. 5.*) *Ne diseris, peccavi, & quid mihi accidit triste?* Eheu: tragœdiarum enim omnium tristissima est, Deum habere inimicum. Favete.

Populus Judaicus olim Deo dilectus, & felix.

3. *Confirmatio.* Populus Judaicus pro quantis fruebatur cæli, terræque favoribus, quamdiu erat populus electus, & dilectus a Deo: hæc Abrahami progenies creaturas tunc omnes habuit ad obsequia: cælum ad ejus imperia stetit, aut decem gradibus retrotraxit solem; pluit illis manna tanquam rorem, dedit illis nubem, quæ de die instar candentis columnæ, nocte instar coruscantis flammæ viam præivit. Mare, recedentibus aquis, per medium illis viam aperuit, guttur leonis illis mel, asini mandibula fontem dedit: ferrum in eorum gratiam amisit pondus, corvus voracitatem, aquæ amaritudinem. Verbo: elementa omnia in ejus servitio decertarunt. At postquam desiit esse populus electus, postquam a Deo in reprobum sensum datus fuit, postquam Deus ab eis recessit, & *exivit de templo*, heu! quanam creaturarum non fese armavit contra infelicem gentem? spectemus tragœdiam, qua luctuosiorem mundus non aspexit: Jerosolyma erit theatrum.

Postea

Pestes funestissimis signis de suo excidio præmittitur, a Romanis oppressur.

4. Non desiit Dominus Deus, antequam fluminatrice manu percuteret, miserum genetico per prævia, eaque terribilia signa ad pœnitentiam vocare; tellatur enim Josephus, in ipso Paschatis die bovem, ad maccilum ductum, peperisse agnum, in aere vitos fuisse curratos, ac prædantes exercitus, quin immo interiorem templi portam ex ære fusam, ac tanta mole, ut viginti virorum admiculo claudi, aut reserari haud potuerit, occulta vi reseratam, auditamque fuisse vocem: *Migremus hinc*: qua sine dubio inhabitantes Angeli ad fugam capessendam se mutuo excitabant. Jocumque hostium, ni, ac exitio configebant. Præterea Vir quidam cognomine Jesus, (*Josephus l. 7. de bell. Jud. c. 12.*) phrenetici instar, plateas omnes circumcursitans, horribili clamore identidem vociferabatur: *Væ urbi; Væ templo; Væ populo*, hancque vocem diu noctuque indefesius continuabat. Et quamvis in cateream datus, & flagris inclementer lanitatus fuisset, tamen nec veniam deprecari, nec obmutescere voluit; itaque terribile illud Væ per aliquot annos atque induciis ingeminabat, donec, imminente jam obsidione, in urbis mœnibus sub ipso hoc clamore hostili spiculo percussus, interiit. Visis his terribilibus signis, merito debebant evigilare miseri Hebræi, & ad pœnitentiam convolare; sed quoniam Dei vocantis misericordiam fugiebant, inciderunt in justitiam.

5. Initium tragediæ fecit Celius Florus, qui e Romanorum Præside in tyrannum migratus, infelicem populum intolerabilibus tributis onerabat, ac innumerabilem eorum turbam capitali supplicio afficiebat. (*Menoch cent. 2. c. 87.*) Jerosolymæ cæsi sunt ultra sexcenti ut plurimum nobiles; Cæsareæ viginti millia; Scythopoli in Syria tredecim millia; Ascali in Palæstina ultra duo millia obtruncata sunt. Præterea Romanus Præses Alexander in Ægypto crudelitatem Flori imitatus, Damiatæ ultra duo millia, Alexandriæ quinquaginta millia, Damasci decem millia crudeliter interfici fecit. Hac regiminis crudelitate exacerbati Judæi, rebellia arma quidem contra Romanos induerunt; sed & Romanorum odia, ac tandem publica bella contra se magis, magisque concitarunt: in ipsis belli præludiis, quæ per integrum septennium extra urbem fervebant, eorum numerus, qui gladio cæsi, aquis hausti, flammis exusti, aut alio mortis genere extincti sunt, ad integrum millionem, & quadraginta millia excurrit.

Deus obsidione.

6. Tandem ad ipsum urbis obsidionem devenitum est. Ad festum Paschatis, quod imminebat, innumerabilis Judæorum multitudo ex omnibus totius Asiæ partibus in urbem confluxerat, ita disponente Deo, ut ad immane incendium, quod parabat, multa ligna conservaret. Ad mentem, & computatum Josephi tam incolarum, quam exterorum aliunde advenientium numerus ultra tres hominum millliones affurgebat, qui omnes in Justitiæ Divinæ victimam erant destinati.

Fame, peste, bello.

7. Triplici autem flagello sæviit Deus in infelicem populum, videlicet fame, peste, & bello. Bellum quod attinet, erat illis tam intestinum, quam extrinsecum a extrinsecum movit Titi Imperatoris exercitus, qui decima quarta Aprilis in monte oliveti, nempe eo loco, quo Christus Dominus urbis excidium deflevit, castra metabat. Bellum intestinum adornabant civium factiones, quorum una Pars sub duce Simone instar prædatorum arcem Sion tenebat, altera Doctore Joanne, Filio Ebazari, sub nomine Zelantium, templum defendebat: hi, quotidianis sagittibus se mutuo conficientes, tandem domum annonariam flammis exturbant, extremæ calamitati portam reserarunt; quippe esurito correpta, tanta penuria, famesque in urbe grassari cœperat, ut incola non tantum equorum, canum, cadaverumque foetentium carnes, sed & fœnum, corium, ac animalium excrementa devorare cogerentur: fuit, heu! quis non exhorresceret? fuit Matrum aliqua, quæ propriam prolem macta vit, assavit, devoravit. O horrenda rerum facies! ubique resonabant lamenta, funda tremebant, currus stridebant, tympana, jusonabant, oppressi fugebant, derelicti suspirabant, orphani singultiebant, moribundi gemebant.

Strages, captivitas.

8. Interea Titus tertia Maji, occupato extrimo muro, semper arctius cingebat miseram urbem: obsessi, etsi mvis partibus suis neutiquam defuissent, patriamque generose defendendere nt, nihilominus diebus fere singulis quingenti eorum & amplius in manus hostium devenere, quos omnes Imperator sub conspectu civitatis crucibus affigi fecit; modicum intra tempus ita crevit crucifixorum sylva, ut nec spatium crucibus, nec cruces crucifigendis superesset. At quanta quanta fuerit ea crudelitas, nihilominus miseri Judæi, catervatim ex urbe fugientes, maluerunt infami suspendio, quam inedia interire. Verum victor, ne vel hoc, crudele solatium miseris superesset, exitum omnem fugientibus præclusit: erecto circum circa agere, & muro, quinquaginta stadia in ambitu complectente, quo factum est, ut paucos intra dies ultra sexcenta hominum millia fame perierint, quorum cadavera obsessi supra muros ejecerunt, non computatis iis, quos in scrobibus, & cloacis clam in urbe operuerunt. Fames aliarum gentium, quas legimus in historiis, fuerunt deliciæ, si cum hac Jerosolymorum fame com-

comparentur. Voluptas est fames Spartanorum, qui comederunt serpentes, Cassilinorum, qui mures, Athenienssium, qui corium, Hunnorum, qui canes devorarunt: ipsamet fabula Erisichtonis in veritatem illis diebus transiit; Tantalus mitiori inedia punitus fuit, quam Jerosolyma: qui potuit vesci filio, habuit tunc invidentes, non punientes. Dicitur ingentes civium catervas, extrema famis desperatione adactas, sese supra muros præcipiti saltu liberasse, utroque in hostium manus festinasse, panem, aut mortem quæsituros, quos tamen omnes victor, naso, aut manibus mutilatos, ad augmentum mali in urbem repelli jussit. Unde sæco increvit calamitas, ut jam tota urbs non esset, nisi mortis theatrum, compita omnia plena erant cadaveribus, pestis & fames ita crudeliter grassabantur, ut tumulandis mortuis deessent vivi.

Altissque malis, & tandem urbis excidio deletur est.

9. Demum imminebat ultima catastrophe: Titus jam gemina parte quadripartita urbis superata, & calamitosissimam infelicitatem miseratus, miseris Judæorum reliquiis, in arce, & templo inclusis, veniam, gratiamque per caduceatorem obtulit, si victoris potestati se ultro subjicere vellent; verum pervicacissima gens, mori, quam servire paratior, decreverat extrema quæque præstolari. Quapropter Imperator, triumphi opportunitatem prosecutus, jam plenas militum furiis habenas laxavit: proinde, quos fames, aut pestis non interemit, gladio jugulati interierunt; templum, illud orbis miraculum, flammis haustum, sicque ornatu auro, argento, ac pretiosa suppellectile exspoliatum, sacerdotes omnes, qui illuc tamquam in asylum confugerant, crudeliter trucidati, ac urbs integra, funditus diruta, suderibusque suis consepulta fuit, ut verificaretur Christi vaticinium dicentis: *Non relinquent in te lapidem super lapidem.* Eheu! quæ non crudelitates, rapinæ, oppressiones, violentiæ, injuriæ, macella, carnificinæ tunc prodibant in scenam? urbs tota erat cæmeterium: pauciissimi fuere, qui fuga sibi consulere poterant, reliqui quibus sæva lues, & ira victoris vitam superstitem fecit, partim in captivitatem abducti, partim in Ægyptum ad latomias, & duros labores condemnati, partim feris in prædam projecti, partim denique plus offerentibus in servitutem venditi sunt: tanta erat mulierum, ac infantum vilitas, ut triginta eorum uno argenteo potuerint comparari. O infelix civitas, adeone in tuam perniciem conjurarunt elementa omnia? aqua fuit corrupta, ne sitim tuam extingueret, terra fructibus privata, ne tuam famem sedaret, aer fuit infectus, ne vitam tuam nutriret, ignis exarsit, ut mortem tibi accelleraret. Quæ domus non fuit deserta? quod palatium non fuit eversum? quæ platea non fuit cruore saginata? quæ auctoritas non fuit contempta? quæ nobilitas non fuit pedibus conculcata? quæ Matronæ sibi non eruerunt capillos, ut texerent laqueos, quibus sibi, alisque guttur præfocarent? quot non ventrem sibi ferro aperuerunt, dum amplius cibo non poterant saturari? quot non advocantes mortem, a qua fugiebantur, fortunæ sibi duxerunt invenire præcipitia, e quibus se librarent, venena, quibus se occiderent, cultrum, quo se transfoderent, fossam, intra quam se sepelirent, quæ causa luctuosissimi, quem unquam orbis vidit, interitus? Imperator Titus non voluit sibi imputari causam; dum enim cerneret acervos cadaverum ipsa arce Sion fere majores, protestatus fuisse dicitur, se nec vires habuisse, nec voluntatem tantæ ruinæ. Dum aspexit funera, quorum omnium, qui igne, ferro, fame, veneno, præcipitio perierunt, teste Josepho ultra millionem, & centena millia numerata sunt, jurare cœpit, hanc decumanam stragem non suo, sed altiori brachio fuisse editam. O tristem tragediam!

Judæi hodie superstites non multo felicieres.

10. Quod si infelices Judæorum reliquias, hodiedum per orbem universum dispersas, intueri libet, dubium ingens est, an non felicieres fuerint, qui interierunt, quam qui supervixerunt: vagantur miseri per orbem, uti quotidie cernere est, sine Rege, sine Lege, sine Templo, sine Sacrificio, a Deo, & a mundo rejecti, ac despecti, singulis gentibus cedunt in nauseam, & horrorem. Recte ait S. Chrysost. (*in Psalm. 8.*) quemadmodum terreni Judices, postquam latrones, ac grassatores capitali supplicio confecerunt, eorum corpora diffundunt, partesque e viis publicis in horrorem aliorum suspendunt; ita Judæos a Deo per orbem esse dispersos, ut nationibus omnibus abominabilem sui excidii memoriam ingenerarent. &c.

Et hæc omnia mala veniunt ex peccato.

11. *Epilogus.* Unde ehcu! finaliter interrogo, unde tanta derelictio? unde tanta infelicitas? unde tam calamitosa abjectio? Christiana anima! Hæc omnia ex isto antecedente: *Exivit de templo.* Dum hodie Christus per unam portam abscessit, mox per alteram turmatim intrarunt omnia mala. Tu ex alieno supplicio sapere disce, & hac conclusionem, quid boni animæ superesse possit, a qua Deus propter peccatum recessit: plane nihil boni: quin immo omnia mala contra miserum peccatorem conjurant, prout conjurasse videntur contra infelicem Jerosolymam: *Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum; quia non est, qui eripiat.* (*Psalm. 70.*) O abominabile peccatum! quis non pilis omnibus inhorresceat, cum solum te nominari audiat? &c. &c.

Dominica Palmarum.

CONCEPTUS I.

De præparatione cordis, in quod Christus Dominus per Communionem Paschalem ingressus est, & hujus effectus.

Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. Matth. 21.

EXORDIUM.

Romani magna cum luxu triumphant, secus bodie Christus.

1. IMmensa erat Romanorum pompa, ac luxus, dum suos pro more triumphos agebant. Victor triumphali curru sublimis auro, gemmisque radiabat, temonem plerumque trahebant pardi, ac leones, circumcirca pendebant clevictarum urbium, populorumque insignia, compita omnia, ac ipsum adeo pavimentum tapetibus ornabatur; ante, ac retro sequebatur innumera nobilium, militumque caterva armis, scutisque coruscans, consonabant tympanorum, lituorumque applausus, & præ ceteris aræ Capitolii incredibili divitiarum fulgore resplendebat. Quid mirum si magnus Augustinus (*ap. Corn. a Lap. in Matth.* 13.) inter alia arbitretur dicatur, videre *Romanum triumphatorem?* Dispar prorsus ratio se habet in hodierno ingressu Christi in urbem Jerosolymitanam. Non cursuli, sed asino sublimis apparet: non nobilium turma, sed pueri Hebræorum comites sunt: non armis, sed olivæ conspiciuntur: non tapetibus, sed vestimentis sternitur pavimentum: non tympana resonant, sed festiva acclamatio: *Benedictus, qui venit in nomine Domini.* (*Matth.* 21.) Scis, Christiane, quem in finem ista ediderim? Nempe, in eo est, ut ille ipse Divinus triumphator ingrediatur cor tuum per Communionem Paschalem, qui hodie ingressus est Solymam. *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* Quid agis? quo officiorum genere excipis adventantem? Non opus est superba ostentatione Romanorum, sed humili Jerosolymitanorum.

Sacra Communio excipienda est, sicut bodie susceptus fuit Christus in urbe Jerusalem.

2. *Propositio.* Et si bonus tibi suasor sum, vellem omnino, ut illiem obsequiis demereri studeas Deum Eucharisticum, videlicet, ut sub illius conspectu compareas, velut pueri Hebræorum, ut vestimenta substernas, ut olivas præferas, ut alimus subjuges, ut acclames: *Benedictus* &c. Id quod in præsenti enucleatius tibi persuadere contendam. &c.

§. I. *Communicans debet imitare candorem puerorum.*

3. *Confirmatio.* Vehementer admirandum est, quod Christo Domino urbem ingrediente, non Principes, non Prætores, non Sacerdotes Synagogæ, non legis Doctores, non Scribæ, & Pharisæi obviam procedant, sed pueri Hebræorum. Quid latet mysterii? nimirum Christus pueros amat, nomen *puer* videtur derivare a *purus*, puritatem diligit, atque hæc primaria dos est communicantis. Rex David, furorem Saulis subterfugiens, in urbem Nobe ad summum Sacerdotem Abimelech delatus est, eumque instanter rogavit, ut sibi panes porrigeret. *Si quis habet ad manum, vel quinque panes da mihi.* (1. *Reg.* 21.) Sacerdos eo tempore non habebat quidquam panum, præter sanctificatos tabernaculi: priusquam autem hos porrigeret esurienti, adjuravit Davidem, severe interrogans: *Si mundi sunt pueri?* Quid dubitas, o Sacerdos? pueri sunt: ergo mundi sunt. Tu vero, o Christiane, in rem tuam animadverte cum Theodoreto (*ibi q.* 51.): si panes tabernaculi sumentibus adeo necessarium erat, ut ab omni immunditie alieni sint, quanto magis omnimoda puritas requiritur ad sumendum panem Angelorum, cujus illi panes figura fuerunt? non solum olim Discipulis acclamavit, sed etiamnum ex sacra Hostia omnibus Christianis acclamat Christus: *Sinite parvulos venire ad me.* (*Marc.* 10.) Quare parvulos? respondet Victor Anticochenus (*hic v.* 13.) ob candorem, & innocentiam: *Est enim parvulis anima candida, & ab omnibus vitiosis affectibus libera.* Tu Christiane, si animi candorem lethali macula conspurcasti, memento, quod populus Israel, priusquam Agno Paschali reficiebatur, Jordanem transire, eoque lavari debuerit: memento, quod ante tabernaculum steterit labrum æneum, quo ingredientes faciei sordes abluebant: memento, quod Discipulis ante cœnam Paschalem occurrerit Vir lagenam aquæ bajulans: intelligis, quid dictum velim? sine dubio intelligis. Et tum, postquam, adhibito reconciliationis Sacramento, parvulorum candorem indueris, tum, inquam, Divino huic Epulo accumbe.

§. II. *Debet pacem statuere cum Deo, & proximo.*

4. Primum ergo honoris argumentum, quo pueri Hebræorum Christum venerabantur, erant olivæ, quas manibus terebant, signa pacis, & amicitiæ: atque hæc altera dos est communicanti, ut videlicet pacem stabiliat cum Deo, & proximo: cum Deo quidem; quia ponenda sunt arma rebellia peccati, abjicienda est delinquendi voluptas per firmum, ac incussum propositum: cum proximo autem, quia sine hac pace illa altera cum Deo conjungere nequit. Olim Salvatori Capharnaum ingredienti (*Matth.* 8.) occurrit Centurio humiliter rogitans, ut puerum domi ægrotantem sanare dignaretur, Christus promptissime annuit: confide, veniam, & sanabo eum. Centurio substitit hærens, ac hæsitans, & quasi aliud impetrasset, quam petierat, reposuit: *Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.* Quæro hic cur bonus Vir Dei Filium in domum suam admittere noluerit? &c. Dicam, quod sentio: miles erat: & domi magnum armorum apparatum habebat: circum circa in cubiculo pendebant thoraces, scuta, galeæ, gladii, pharetræ, sagittæ, aliaque &c. metuebat ergo Centurio, ne aspectus Christi Domini offenderetur per tot instrumenta nocendi. Audis hæc, Christiane? Quid dicet Dei Filius, si in cor tuum ingressus, ibi videat inveterata odia, inimicitias, maledicentias, rancores, injuriarum recordationes, & nocendi voluntates? O quam potiori jure tu dixeris: *Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum*, nisi leonem exuas, antequam ad Agnum mansuetissimum accedas; si enim præcepit Dominus, ut prius reconcilietur fratri suo, qui offert munus suum ad altare, quanto magis necessaria est reconciliatio, si quis accipit Dei munus de altari?

§. III. *Debet Deum benedicere.*

5. Porro in laudem Christi singulariter faciebant Illæ acclamationes populi: *Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Pari ratione communicans singulariter sollicitus esse debet, ut Christo, in cor suum ingredienti, benedicat. Jacob, (*Gen.* 35.) ascensurus in Bethel, & ibi ædificaturus altare Domino, convocavit omnem familiam ad opus. &c. Tu, cum cor tuum factum fuerit altare Dei, convoca ad ejus laudem omnem familiam animæ: *Benedic, anima mea, Domino. & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto ejus.* (*Ps.* 102.) Quæ est ista familia intra animam? sunt tres illæ facultates, memoria, intellectus, voluntas. Memoria recolat, quidquid beneficiorum a Deo recepisti, cum gratiarum actione. &c. Intellectus excogitet, quidquid præconiorum invenire potest. &c. voluntas pro posse in tacris amoris ignibus exardescat. &c. Sunt proh dolor! permulti, qui post acceptum Panem Eucharisticum confestim sine gratitudinis pensu e templo evolant, instar Judæ: *Post buccellam exivit continuo.* (*Joa* 13.) O quoties necesse foret, ut zelosissimus ille Avilæ communicantium ordines obiret, & in aures inclamaret, quod olim Sacerdotem monuit, qui Sacrum parum religiose obibat; indigne enim fereus illam humanitatem, quæ corpus Servatoris sui tractari conspiciebat, altari appropinquabat; & ecu aliud agens, submissa voce, vultu ramen igneo, Sacerdotem, qui tum Sacrum Hostiam in linteo collocabat, sic affatus est: *Tractu illum reverenter, est enim Filius Parentis nobilis, & nobilis Matris.* &c. (*in Vita Avila.*) Quid mirum,

si tales Communiones nullum fructum referant? quomodo concha margaritum concipiat, si rori matutino se occludat? quomodo frigescens a sole caleſiat, si radiis se subducat? quomodo vas subtilissimum spiritum non evaporet, si os non obturetur? quomodo ex segete quis ditescat, si messem negligat?

§. IV. *Debet exuere pravos habitus.*

6. Hactenus de iis fere dictum est, quæ sacram Communionem antecedere, aut comitari solent, nunc & de his, quæ debent subsequi: populus Hebræorum vestimenta sua Christo substernebant: ita communicantem pristina vestimenta exuere oportet, intelligo inordinatas consuetudines, ac habitus, qui omni veste tenacius illi adhærent. Infelix ille homo, qui non ornatus erat veste nuptiali, ejectus est in tenebras exteriores (*Matth.* 22.): non legitur in Evangelio, quod sordide fuerit vestitus, sed non nuptialiter: quid si insuper in sordidissimo habitu comparuisset? exuendi sunt ergo vitiosi habitus gulæ iracundiæ, maledicentiæ, blasphemiarum, perjuriorum. &c. Scis quomodo? qui serio affectant emendationem, quæ propriissimus effectus Communionis esse debet, solent secum ipsis opera quædam pœnalia pacisci: exempli causa: si porro jurasvero, obrius fuero, &c. Dabo elecmolynam, visitabo Deum Eucharisticum, ejiciam contritionem, aut attritionem. &c. Talibus industriis exuuntur vestimenta inordinatorum habituum, immo substernuntur pedibus Jesu, ut penitus conterantur, atteruntur. &c. O si singulis Communionibus unicum vitium extirparetur, quam cito Sancti essemus! vis plura id genus remedia?

§. V. *Debet mortificare carnem.*

7. Ultimum denique honoris obsequium Christo exhibitum fuit ab asino, quem illi subjugaverant: per pigrum hoc animal intelligo corpus tuum, o homo; ita enim S. Franciscus terrestris ille Seraphim corpus suum haud aliter alloqui solitus est, quam: *Frater asine:* (*in Vita S. Franc.*) Infirmitum hoc pecus, quod semper recalcitrat, semper extra orbitam tendit, subjugari, & capistro coerceri debet. Quæris, quo illo? quid dubitas? capistro mortificationis, quod unicum remedium summe necessarium est inveterati, qui in vitiorum cano profundius immersi hærent: non exigo a teneris ista flagra, non serratas vestes, non humi cubationes, sed fugam gulæ, choreatum, sensuum custodiam, moderatum jejunium, aut subtractionem illius cibi, qui præ ceteris arridet: has levisculæ austeritatis industrias si exhorrescis, quo tandem remedio e luto emerges? audi, quid in vita sancti Antonii Padnani refertur: obstinatissimus quidam luxuriæ pernegabat præsentiam Christi in Eucharistia: nihil efficiens S. Antonius, interrogat, num veritati

victas manus dare vellet, si videret Eucharisticum Numen ab asino suo adorari? annuit hæreticus: animal, triduo non pastum, adducitur, & ecce, in gemina procidunt Panem ezlicum, quem Antonius manu præferebat, prius adoravit, quam asellum ex altera parte pabulum gustasset. Audis hæc Christiane? asinus in reverentiam Eucharistici Numinis a pabulo abstinet: & asidium corporis tui pecus non vellit in reverentiam Eucharistici Numinis abstinere a voluptatibus, quas esurit? O si sapis, compesce capistro, sub jugum mitte, duriuscule habe, ne iterum recalcitret, & demum animam tuam in infernum excutiat, &c. &c.

8. Epilogus. Tu vero sub pane cælesti abscondite Deus, dignare intrare in cor nostrum; jam enim parata sunt omnia: puerorum candorem per seriam Confessionem induimus: tibi olivam porrigimus in æternæ pacis testimonium, ac detestationem vitiorum. Tibi memoriam, intellectum, voluntatem, ad tuas laudes consecramus, pravorum habituum vestimenta exuimus, infrunitum corporis asinum, qui hactenus usque adeo recalcitravit, tibi submittimus: Veni, Rex noster, mansuetus, & templum ac solium tuum in corde nostro æternum statue. Amen.

Dominica Palmarum.

CONCEPTUS II.

De maximis damnis, quæ ex inconstantia, & relapsu in peccata oriuntur.

Turbæ autem . . . clamabant dicentes: Osanna Filio David: Benedictus, qui venit in nomine Domini. Matth. 21.

EXORDIUM.

Jerusalem propter inconstantiam a Deo punita est, multi sunt inconstantes in bono proposito.

1. O Infidam, o perfidam, o fadifragam Jerusalem! qua bile tuam tibi inconstantiam exprobrare queam? Hodie Christo cantas triumphum, sed post quinque dies cantabis lessum; hodie triumphantem ducis in montem Sion, post quinque dies condemnatum rapies in montem Calvariæ: hodie substernis cunti vestimenta, post quinque dies abripies illi ista: hodie porrigis palmas, post quinque dies expedies spinas, ac clavos: hodie resonas laetum *Hosanna*, post quinque dies resonabit sanctum *Crucifige*. Quæ causa, obsecro, tam mirabilis scenæ? nimirum sentio, quid rei subsit: astam sentiendi mihi suggerit unicum verbulum S. Evangelistæ (*Matth.* 21. v. 37.): *Pueri* clamantes. Et dicentes: Notate: *Pueri*. Itane triumphus Christi tantum ludus puerilis fuit? ita apparet: serius non fuit, quia adeo instabilis. O miseram Jerusalem! hæc inconstantia tuo tibi exitio constabit. Et ita factum est: urbs hæc quondam sanctitatis, & veræ fidei domicilium, fame, pestilentia, hostium direptione ad vastitatem redacta, tam funestæ tragœdiæ theatrum facta est, qualis ab initio sæculorum non exaudita: recte factum: hi fructus sunt perfidiæ Christiani auditores, quis vobis sensus, dum ista auditis? putatis hanc invectivam solum in Judæos armari? erratis: armatur & quodammodo in vos. Hodie quidem cum Christo in gratiam, & pacem redistis, triumphantem in cordis templo recepistis, gratulor vobis felicissimam sortem. Verum eheu! quanta animum meum tenet anxietas? Metuo; metuo; quid metuo? Metuo, ne huic diei Palmarum iterum Parasceve succedat. Bone Deus! quis credat fieri posse, ut papilio ad lumen revolet, quo semel alas adussit? quis credat canem redire ad vomitum, quem paullo ante evomerit? quis credat, viatorem ad sylvam comminare, in qua paullo ante expoliatus est? quis credat, captivum ad carcerem ultro revertiri, a quo feliciter evasit? quis credat, agrum virus reforbere, a quo paullo ante convaluit? Hæc omnia, inquam, quis credat fieri posse, nisi multiplex experientia factum fuisse testetur?

2. *Propositio.* Quare ignoscite, Auditores, si hodierna concione vos interrogem, an seria fuerit vestra pœnitentia, an serii Communionis affectus: si serii, ex animo gaudeo: si non, edocebo vos grandia mala, quæ ex iterato relapsu consequuntur. Videbitis, nimis quam verum esse effatum Salomonis: (*Proverb.* 26. v. 11.) *Imprudens, qui iterat stultitiam suam.* Favete.

3. *Introductio.* Moyses, & Josue, descendentes de monte, audierunt tumultum, clamoresque populi a longe: Josue putabat esse vocem belligerantium: *Ululatus pugnæ auditur in castris.* (*Exod.* 32.) Moyses vero autumabat esse voces ludicras: *Vocem cantantium ego audio.* Christianæ animæ; dum vestras Confessiones, suspiria, lacrimas, compunctiones, audio, quid credam? summe bella seria contra carnem, mundum, dæmonem, an tantum ludicra? dicam, quod sentio: nunquam vidistis, in aprico campo ordinari acies, concurrere milites, vibrari gladios, explodi sclopeta? sed paullo post conveniunt, considunt, edunt, bibunt, ludunt: quid est hoc? quis iste exitus belli? Vah! bellum non est, sed belli simulacrum, exercitatio armorum. Ita plane, date veniam, pœnitentiæ vestræ tunt tantum simulacra pœnitentiæ; experientia enim multoties probat, non actum esse serio, quia facile iterum paenitur cum diabolo, frequentantur pristinæ occasiones, redit ad eadem peccata. O quanto hæc cum damno vestro! an desideras o peccator, hæc damna edoceri? edocebo: atque illud præcipue triplex est, primum se tenet ex parte tui ipsius, alterum ex parte dæmonis; tertium ex parte Dei. Ausculta, exhorresce.

§. I.

§. I. *Per relapsum conscientia obduratur.*

4. *Confirmatio.* Primum quidem damnum, mi Peccator, se tenet ex parte tui ipsius; quia nimirum conscientia mutit, magisque callum induit in malis, a quibus antea tenere abhorrebat; impudentior semper fit, & timorem Domini paullatim ex integro deperdit. Nunquam observasti, quid illis eveniat, qui penes officinam fabrilem, aut molendinum habitare insipiunt? primis noctibus nec momento dormire possunt: sed redi post aliquot septimanas, quare inquilinum domus, an dormire modo queat: respondebit, quietissime: ex ipso enim ictu malleorum ictus, & rotarum fremitus non amplius curat. Ita plane contingit peccatori: dum prima vice in malum prorumpebat, statim obvirgans conscientia objiciebat ei judicium, infernum, Dei punientis flagellum; erat facile reducibilis ad bonum; sed quando altera vice relabitur, jam cellosorem experitur conscientiam, minus curat illius latratus, & ad salutaria monita sit insensibillor. Nonne vera sunt ista, & quotidiana experientia comprobata? videte juvencum, dum prima vice jugo subilitur, sternax, & refractarius ferocit; redite post annum; & cernetis, summa cum mansuetudine aratrum urbere: Videte tyronem militem, ad primos assultus expaveseit; sed dum una, aut altera vice cruentis prœliis interfuit, jam intrepide in gladios, & lanceas prorumpit. Videte navigantem: prima vice naufeam patitur, & vomit; sed successu temporis sine motu stomachi maria percurrit. Ea nimirum est indoles usus, & assuetudinis, ut amara quævis, & ipsum adeo peccatum dulcescere faciat.

5. Filii Israel tempore trium perfuerunt in Ægyptum, nec ibi ultra quinquennium morari cogitabant: effluxit quinquennium; ite ergo, Israelitæ, ite, redite in patriam: quid refert, inquiunt, remoremur adhuc uno lustro: transiit iterum lustrum: evax! ergo hunc colligite vasa, & abitum parate. Nihil efficio: hærent, ac hæserunt immobiles; & quamvis terra esset inimica, quamvis decumanis laboribus premerentur, tamen amore ejus capti, ad calculum Cornelii a Lapide, ducentis quindecim annis in Ægypto habitabant. Quinimmo ut saltem tunc a populo gentili se separarent, opus erat prodigiis *in manu potenti, & brachio excelso.* (*Ps.* 135.) En! mi peccator, quid contingere tibi possit, si cum peccato familiarior tuis. Ideo plane enormis est nonnullorum impudentia, qui si in sacro tribunali admoneantur de hoc ipso relapsus periculo, effronter oggerere audent: quid deinde, si rapius cadam? deinde, si rapius etiam pœnitebo: O barbum te, & illa tum! crederem utique, te iterum iterumque pœnitentiam acturum, nisi quoties relaberis, toties ad pœnitendum ineptior evaderes: quodlibet enim peccatum novam addit animæ tuæ depravationem. Quid? novam, inquis? ita est novum: primum peccatum secumfert iniquitatem, alterum consuetudinem, tertium necessitatem, quartum excusationem, quintum gloriationem, sextum obdurationem, septimum desperationem. Et tandem te demergit in eam abyssum, ex qua erui haud vales, nisi *in manu potenti, & brachio excelso* (*Card. Hugo in Job 7.*).

§. II. *Per relapsum diaboli potestas invalescit.*

6. Alterum grave damnum recidivi se tenet ex parte diaboli, cujus potentia, ac tyrannis per relapsum mirum quantum augetur. Id quod viva vobis similitudine demonstro: Ponamus, unam ex munitissimis urbibus Regni Turcici in manus Christianorum devenisse, idque ex conspiratione, & rebellione habitatorum. Quid agit Monarcha Turcicus? conflato exercitu urbem obsidet: quam si recuperet, Deum immortalem! quam longe graviore tyrannide postmodum miseram premet? circumvallatur novis munimentis, ac propugnaculis, præsidium validissimum injicitur, custodiæ portarum duplicantur, cives exarmantur, opibus exhauriuntur, omne litterarum commercium cum Christianis interdicitur, & quilquid vel a longe conspirationis suspicionem movet, accuratissime observatur. O misera urbs, quando tu in potestatem Christianorum redibis? Verum non urbi ingemisco, sed tibi, O recidive peccator: hæc tua est effigies, ita tecum agit infernalis tyrannus, has industrias adhibet, ne prædæ, jam semel elapsæ, denuo ex unguibus elabatur. *Circumadificabis adversum te, ut non egrediatur, aggeres ambient muros.* (*Thren.* 3.) Custodiet sollicite portas sensuum tuorum, ne boni, & virtuosi ingrediatur: custodiet oculos, ne pios libellos, sacras imagines, bona exempla intuearis: custodiet aures, ne conciones, pias adhortationes, amicorum consilia auscultes: custodiet os, & linguam, ne peccata confitearis: custodiet manus, & pedes, has ne ad opus aliquod meritorium extendas, illos, ne ad templa, & sacras Congregationes vadas, quibus semina virtutis in animo recipere posses: & loco horum omnium ingeret tibi rerum spiritualium nauseam, excitabit odium adversus Parochum, & animæ curatorem, ne verba illius ad cor tibi penetrent: compendio omnia: nihil industriarum omittet, ut statum tuum de die in diem deteriorem reddat. Nonne clarissimam hujus rei figuram habemus in infelici Samsone, (*Jud.* 16.) qui, quoties deceptionibus Dalilæ de novo confidit, toties arctius semper ligatus, & prima quidem vice septenis funibus, altera vice novenis constrictus fuit, denique, abraso capillitio enervatus, & in manus hostium traditus, miserrime periit? Hæc catastrophe est recidivorum.

§. III. *Deus gratias suas retrahit.*

7. Quod gravissimum est recidivi damnum, necdum dixi, & tenet se ex parte Dei, qui non

tantum gratiam, quam adeo contemptui haberi cernit, post relapsum deserat, sed insuper huic contemptui gravissima supplicia decernit: Quid agit Medicus, dum videt ægrum, jam fœnel insanatum, in eamdem infirmitatem fuamet culpa reincidisse? deserit illum, ait Doctiss. Stapletonus. (*Dom. 3. Quadr. test. 6.*) Quid agit Viator, dum cernit aurigam, cui in erigendo plaustro opem tulit, illud ultro, ac petulanter denuo prosternere? deserit illum, inquit Raulinus (*serm. 65. in Quadr.*): Ita Deus agit; dum videt peccatorem, quem sua gratiæ adjumento e scelerum cœno erexit, denuo relabi: eum suo auxilio destituit.

Et supplicia immittit.

8. Sed & hæc malorum coronis necdum est: dixi enim, quod insuper gravissima supplicia decernat. Scripturam in testem voco: Israelitæ geminis vicibus contra Deum murmurantes, Ægypti ollas, & carnes appetebant: quid egit Deus? prima vice patienter dissimulans nefas, ait: *Ecce! ego pluam vobis panem de cœlo.* (*Exod. 16.*) At cum Israelitæ, necdum contenti, post gustatum manna iterum in murmurationes erumperent, *quis dabit nobis ad vescendum carnes?* quid factum est? Deus vehementer indignatus, *percussit eos plaga magna nimis.* (*Num. 11.*) Jam quæro, cur altera vice, cur non & prima punivit Deus perfidos murmuratores? Nimirum, Dilectissimi, ut edoceamur alterum peccatum semper esse gravius, & vel ex hoc ipso fuisse magis aggravatum, quod cœleste Manna gustaverint: audiamus S. Cyrillum Alexandrinum (*l. 3. in Jer. c. 34.*): *Quoniam panem cœlestem adhuc non recepérant, propterea & venia aigni vitii fuit; postea vero, quando Domino frustrantur, tunc pœne acerbo dederunt supplicia.* Nota hæc, mi Christiane, gustatum Manna aggravavit peccatum Israelitarum; tu gustasti hodie Panem cœlestem in sacrosancto Eucharistiæ Convivio; væ tibi! si recidas in pristina peccata: quis scit, an non iratus Deus, te percutiet plaga magna nimis? quis scit, an non repentinum in te decernat interitum?

9. Infelix quidam adolescens, (*Rhaden. in M. S.*) qui vitam diu innocentem duxerat, pravorum societate turpiter seductus est: cumque fama esset, illum ne ad Pascha quidem Sacramentis expiatum, negavit quidem id uni ex suis Professoribus; fassus tamen est, se sacrilege fuisse confessum: reductus ad frugem, aliquamdiu melior fuit. Sed ecce orcini Veteratoris fraudes! perditissimus socius aliquando illi nuntium, seu salutem tulit ab obscena fœmina illi nota: hoc nuntium nova scintilla fuit recrudescentis mali: ruit iterum in præceps miser, & a torrente libidinis abripitur. Sed Deus, qui non irridetur, scelus vindicavit. Necdum expleto semestri, cum quondam plateam Neapoli transiret, repente a sicariis obruitur, multis vulneribus interficitur, nec tantum intervalli habuit inter vulnera, & mortem, ut vel sanctissimum Nomen Jesu posset inclamare. O infelicissimi fructus relapsus! quid ad hæc, O peccator? an speras, tibi nihil simile eventurum? etiam iste speravit. An putas Deum tibi semper indulturum? etiam iste putavit. Quæris forsasse, an etiam in te decrevit Deus tam repentinam mortem, si in peccata relabaris? id plane nescio: sed responsum tibi dabo ex S. Anselmo (*in 1. Cor. 1.*) responsum terribile, & quod unice a te peto, tanquam fructum hodiernæ concionis, in animo teneri: ait: *Multi homines post pascha variis infirmitatibus corripiuntur; quia corpus Redemptoris indigne susceperunt.* Audistis ista? quid autem est Corpus Dominicum indigne suscipere, nisi suscipere sine efficaci proposito, & emendatione?

10. *Epilogus.* Quid igitur factis opus est? O Christiana pectora, state fortes, & animosi, *state, & nolite iterum jugo servitutis contineri*, monet Apostolus (*Gal. 5. v. 1.*), firmate propositum, nunquam amplius cum mundo, cum carne, cum Dæmone redeundi in gratiam. Veniet quidem iterum infernalis tentator, pulsabit foras, dicetque, *revertar in domum meam*: (*Luc. 11.*) mittet vobis perversos socios, litteras, nuntios, manuscula, mundanas illecebras; sed Vos, obtestor, sanctum tenete, quod Deo promisistis; erigite oculos in cælum ad Deum, & dicite cum fidelissimo Job: Tuus ero, O Domine, decrevi firmiter, tuus ero: *Justificationem meam, quam cœpi, non deseram.* (*Job 27.*) Non, non: ruat mundus, ferviat caro, fremat infernus, non deseram, non deseram. Amen.

Dominica Palmarum.

CONCEPTUS III.

Ostenditur, Justitiam Dei misericorditer præmonere, antequam puniat.

Videns civitatem flevit super illam. Luc. 19.

EXORDIUM.

Supplicia veniunt a Deo, quasi invisse, ideo præmonet Deus, antequam punit.

1. Justorum præmia, & impiorum supplicia, utraque a Deo proveniunt, dispari tamen modo: præmia enim justorum a Deo volente veniunt; supplicia autem impiorum a Deo, quasi invito: non punit nisi coactus; hinc inter misericordiam, & justitiam Dei eadem videtur esse differentia, quæ inter benignam Matrem, & rigorosum Patrem; si iste virgam, aut baculum arripiat, immorigeram prolem percussurus, clamat illa: filiole, fuge, pater tuus irascitur, cito accurre ad me. Ita in Deo fieri solet: si justitia Dei flagellum arripit, promerita obstinatis peccatoribus supplicia inflicturus, advolat misericordia, & miseros clamo-

sis vocibus præmonet, hortaturque, ut irati Numinis ferulæ inatura pœnitentia caput subducant: autim dicere, a mundi Genesi usque in hodiernam diem, nec integram gentem, nec hominem etiam privatum unquam fuisse punitum, pœna præsertim æterna, nisi signis prodromis, hortationibusque evidenter præmonitum. Quid hodie contingit? jam immutabili Numinis consilio decretum est, ut infidelis urbs Jerosolymitana everatur, possumdatur, in reprobum sensum detur: & ecce! indicibile est, quot prævia signa, Prophetarum monita, scripturarum vaticinia, templorum oracula, elementorum, ac syderum phœnomena præcesserint: ut a ceteris abstraham, hodie amantissimus Mundi Redemptor, dum totius civitatis applausa triumphabundus excipitur, amaras lacrimas fundit: expresse enim S. Lucas *c. 19.* postquam triumphum Christi describsit, hæc verba subnectit; ut appropinquavit, videns civitatem, flevit super illam. Scitis, Auditores, quenam sint hæ lacrimæ? Eruditus quidem Auctor (*Tab. Lacmer Bibl. in ind. concionat. hac Dom. n. 2.*) ait, Christum Dominum quatuornis vicibus flevisse: flevit in infantia, & hæ erant lacrimæ naturæ; flevit in resuscitatione Lazari, & hæ erant lacrimæ amoris: flevit in cruce, & hæ erant lacrimæ satisfactionis: flevit hodie, & hæ erant lacrimæ commonitionis. Potuisset infelix civitas adhuc impetrare veniam, si hodiernam monitionem agnovisset: quin immo non desunt, qui putent, Christum ideo præter morem clamosum urbem intrasse, ut ultimum ejus conversioni admoveret aricterm. Ecideo addit Evangelium, quod *erat quotidie docens in templo.*

2. *Propositio.* Christianæ animæ! edoceamur hodie hanc veritatem, videlicet, non esse peccatorem, quantumvis gravem, & ad æternas gehennæ pœnas præscitum, quem non, antequam Justitia puniat, Misericordia præmoneat: & tandem instituamus quæstionem, quæ caussa subsit, quod multi obstinati ad ejusmodi monita, clare, manifesteque agnita non respiscant? Judicavi hanc materiam hodiernæ festivitati incongruam, ut miseri peccatores discant obedire salutaribus monitis, quæ per tempus hoc quadragesimale audierunt in cathedris, & sacris tribunalibus. Quis scit? forsan hæc monita fuere Dei vocantis ultima. Favete.

§. I. *Deus non repente plectit, sed ante præmonet diversis.*

3. *Confirmatio.* Plena est Scriptura luculentis exemplis, quibus edocemur, Deum non repente ingerere supplicia, sed post prævias monitiones. Atque hæ monitiones duplicis præsertim sunt generis, videlicet directæ, si ita loqui lubet, & indirectæ. Directæ sunt, quibus Dominus Deus vel per se, vel per suos Legatos peccatorem ab iniquitate deterret, eique imminentem pœnam comminatur. Non est infrequens in sacris paginis hic admonendi modus; taceo urbem Ninivem (*Jonæ 1.*) quem intra quadraginta dies peritaram per Jonæ prædicationem commonuit; taceo urbes Sodomam & Gomorrham, (*Gen. 19.*) quas, jamjam exitio destinatas, tum per Angelos, tum per Patriarcham Loth ad pœnitentiam animavit; taceo urbem Jerosolymitanam, cui Jeremiam misit, eique futurum suum excidium claro Prophetæ vaticinio prædixit (*Jer. 1.*); hæc inquam, aliaque id genus exempla subtrieco, & solum loquor de universali illo supplicio, quo Dominus Deus integrum Orbem diluvio extinxit: quis neget miseros illos fidelissime fuisse præmonitos? misit Deus Noemum, qui infelicibus extitium denuntiaret, proinde vocatur ille a Sanctis Patribus Præco pœnitentiæ: dein præcepit illi Deus, ut fabricaretur arcam: quare? S. Chrysostomus (*hom. 24. in Gen.*) respondet: *Volebat illos, qui tam graviter peccaverant fabricatione arcæ admoneri, ut secum cogitarent, quæ fecissent, respicerentque indignationem non experirentur.* Hæc miserrima admonitio durabat per integrum sæculum: numerat quis malleorum ictus, quibus per centenos omnino annos Noe fabricatus est arcam, quot malleorum ictus, tot nova monitis audiit orbis: resipiscere potuissent miseri homines, si hi malleorum manus lignum, quam ferrea eorum corda penetrassent. &c. Die modo, mi Christiane peccator, an ejusmodi immediatas, directasque monitiones Dei nunquam in corde tuo audiit? Audiit, si diffiteri non velis, audiit: unde est, quod pro internas inspirationes, illuminationesque subito illapsas periculosus animæ tuæ status tibi nonnunquam clarissime, & velut in speculo fuerit repræsentatus? unde, nisi a Deo? unde est, quod per internos motus, ac conscientiæ remotius, sæpe numero agnoveris necessitatem meliorem vitam ordiendi? unde, nisi a Deo? unde est, quod a sacro Verbi Divini Præcone nonnunquam audieris textum tuo animæ statui ita accommodatum, ac si in te solum fabricatus fuisset? hæ certæ, aliaque monitiones idem tibi sunt, quod Propheta Jonas suis Ninivitis, quod Patriarcha Loth Sodomitis, quod Jeremias Jerosolymitanis, quod Noemus orbi universo.

Vel indirecte.

4. Quamquam negandum non sit, quod Dominus Deus non semper directe, sed ut plurimum indirecte, & quasi mediate commoneat peccatorem: quæritis quomodo? in quantum nimirum alios ejusdem farinæ peccatores severe plectit, ut alios eorumdem criminum reos corrigat. Nunquam audistis, Auditores, qua ratione leones cicurentur? in conspectu leonis immisericorditer cæditur canis, cumque hic horrendum in modum ululare, leo contremiscere incipit: *Cæditur canis, ut paveat leo*, ait S. Ambrosius (*l. 2. de Cain & Abel c. 2.*). Ita Deus solet; alium percutit, ut alius emendetur. Patriarcha Moyses, ubi mirabilem Israe-

litarum transitum per mare rubrum, & Ægyptyorum submersionem commemorat, usurpat loquendi methodum valde notabilem: *Et viderunt Ægyptii mortuos super littus maris, timuitque populus Dominum.* (*Exod. 14.*) Quid hoc rei? quid agitis, O Israelitæ, cur timetis inimicos mortuos? liberati estis e dura servitute, transierunt pericula, & persecutiones, agite potius in plausus ite, *scias lætantium illiores, capta præda,* (*Isaiæ 9.*) subintrat hic Doctilis. Oleaster (*in Exod. 14. cit.*), insulsus, jure meritò Israelem non lætitiam, sed timorem concepisse; quoniam cogitare poterant, si Deus adeo severe punit Ægyptios, quid nobis fiet, non minorum criminum reis? metuendum est, ne Deus, *qui propter nos defluxit talentes, nos etiam suffocabit, si ex amicis hostes fuerimus.* Laudetur sanctissima Dei Providentia, quæ aliorum supplicia novit convertere in aliorum medicinam: qua parte agit Deus velut chyrurgi, & anatomistæ, qui mortuum cadaver scindant, & laniant, oculos, linguam, cor, jecur eruunt, viscera intima rimantur, eaque omnia faciunt in salutem vivorum: O mi peccator, non ego tibi exempla scripturistica oggeram, sed de iis solum meminisse te jubeo, quæ ab experimentali notitia tibimet cognita sunt: an non audisti frequenter tui similes, dum in mediis mundi deliciis insruniti petulciebant, ardente febre correptos, subito exectos fuisse? an non nosti, alios in medio vitæ voluptuosæ curriculo, ex equo præcipitatos, cervicem fregisse, flumine haustos fuisse, globo trajectos exspiralse, e domus fastigio decidisse? cur Deus permisit ejusmodi infortunia, ac repentinas mortes? non alium in finem, nisi ut te commoneaciat, quam infelix corporis, & animæ interitus te exspectet, nili respiscas. &c. &c.

§. II. *Cur ergo tam multi pereunt, etiam prænuntii? Prima ratio, quia nolunt moneri.*

1. Hæc si ita sunt, prout sunt verissima si Deus adeo misericors est, ut præmoneat, antequam puniat, consurgit quæstio, qui fieri possit tot hominum damnari? si ante exonerationem sclopeti semper præcederet monitio, nemo casualiter globo trajiceretur: si ante lapsum regulæ de tecto fieret cautio, nemo obtereretur: qui ergo fit, tot hominum millia ad infernum vadere, etiam præmonita? Christiani Auditores! duplex est præcipue hujus rei ratio: Prima ratio, cur multi e Christianis damnentur, est, quia nolunt de periculo moneri, declinant sacras prædicationes, lectionem librorum spiritualium nauseant, inspirationibus cor obstruunt, salutares cogitationes de salute animæ, velut phantasmata melancholica, aversantur: Natrat Erasmus (*in Adagiis.*) in Hollandia, nonnullis aliquando epulantibus, unum igni propius assedisse, ita ut vestium extremitatem flamma corriperet; cum alius hoc advertisset, dixisse fertur: habeo, quod te de re aliqua moneam: cui ille; si injucundum quid sit, noli mihi molestus esse, differ in aliud tempus; tacuit itaque jussus tacere monitor: finita cœna, ille, cujus vestes arserant, voluit rem ab altero sibi exponi: respondit ille: ecce vestis tua succensa est: tunc irasci cœpit alius, quod non monuisset: cui ille: at tu vetabus, culpam tibi adscribe. Ita multis peccatoribus evenire solet, jam incipiunt ardere inferni, scintillis ungis, magisque erumpentibus, nec tamen volunt admoneri de periculo; quia discursus de morte, de inferno, de æternitate illis perquam molesti, melancholici, & fastidiosi sunt, sicque malunt sine tædio pergere in gehennam quam cum tædio ad cæli gloriam.

Secunda, quia monitionibus non credunt.

6. Altera ratio, cur, non obstante Dei præmonentis longanimitate, multi Christianorum damnentur, est, quia non credant, hæc salutaria monita a Deo provenire: quemadmodum Propheta Samuel, ter a Deo vocatus, ter ad Sacerdotem Heli accurrit, putans esse vocem hominis, quæ vox erat Dei: ita multi salutis monita, quæ sentiunt, putant mere esse casualia, non a Deo in suam salutem immissa: audiunt sacri Præconis consilia; sed hæc credunt esse pure humana: experiuntur internas inspirationes; sed has dicunt melancholiæ, & atrabilis deliria: vident funestos casus, subitaneas peccatorum funeras; sed hæc arbitrantur casualia infortunia: quid multis? sentiunt quidem sibi a Deo vellicari aures; sed alienam putant esse manum, quam Dei. Itaque insensibiles, ac obstinati pereunt. Quæ causa est, quod Ninivitæ ad prædicationem Jonæ pœnitentiam egerint, atque veniam impetraverint? Econtra Sodomitæ ad salutarem monitionem Patriarchæ Loth in obstinatione hæserint, atque perierint? causam diversitatis clarissimis verbis assignat Scriptura: Ninivitæ credidérunt prædicationi Jonæ, econtra Sodomitæ putarunt Patriarcham Loth, quasi ludentem, loqui. Peccator, qui finem tribuit sacris oratoribus, & piis monitoribus, bene adhuc habes; qui vero salutis monita joco habet, ac lusui, qui ad ipsas Dei conceptiones non respicit, sim uno pede in inferno demersus esse videtur. Quid dicitis, Auditores, de illo ægro, qui crasso adeo lethargo opprimitur, ut vel inter ipsas cauteriorum ustiones non expergeat? actum est dicitis, illius est mortis: ita quod concernit animam, sentiendum esse puto de illo peccatore, qui monitis, nimis, & flagellis Dei non movetur: super hunc flet Christus Dominus, sicut flevit hodie super civitatem. Audiamus hanc in rem brevem historiam.

7. Nobilis adolescens, uti S. Antonius (*p. 2. summa Th. 9.*) enarrat, seriis studiis ad æterna aspirans, angebatur metu, ne morti quondam, sique improvisa raperetur, imparatus occurreret: cœpit dehinc assiduis precibus hunc a superis favorem rogitare, ut ante mortem divinitus præmoneretur. Impetravit, quod diu petiit; quippe Angelus Custos, ei spectabilis factus, promisit ei, e vita non prius abiturum, quam præmissis a se nuntiis monitus, accingi supremo itineri plus trisdeo posset. Hoc nuntio lætus juvenis, cœpit se primo judicaris, mox etiam vitiis dare, nec quidquam jam Parentum, & Magistrorum hortationes valuerunt, quibus hoc unum ut clypeum objiciebat, prius quam morte occuper, certe respiscam. Evenit aliquando, ut in itinere a latronibus occupatus, inter micantes gladios agie; & non sine vulnere, in tutum evaserit. En primum mortis nuntium. Vix vulnus in cicatricem coierit, cum improvisus adolescens aliquando, navi conscensa, in alienos progressus est, ubi horrenda tempestas navigium concussit, quam tamen ille adeo hilari vultu excepit, ut aliis supplices manus in cælum tendentibus tantum riserit. En alterum mortis nuntium. His periculis functus, paullo post acutissimo viscerum cruciam, fabriquæ correptus est, quæ paucis diebus cum ita confecit, ut pro deposito conclamaretur. Medici, Parentes, Propinqui, Confessarius monent de præsenti discrimine, urgent lacrimis, rogant, ut salutis curam suscipiat. Dura inexorabilis adolescens, & nuntium exspectat, qui mortem, jam dudum in visceribus grassantem, nuntiaret. Cum ecce adest Tutelaris Genius, ut illi errorem eximeret, quasi nullum monitorem habuisset. Æger ubi agnovit vix breve momentum temporis superesse, accusare cœpit Superum fidem: cui Angelus nox, quos nuntios submiserit, exposuit: Monui, ajebat, per latrones, monui per mare tempestuosum, monui per morbum, & medicorum, ac parentum consilia, quæ omnia elusi: nonne aridum hoc est, quod agnoscere noluisti & tractam adhuc fidem inculas? His dictis Angelus disparuit, & juvenis misere æternum periit. &c. &c.

8. *Epilogus.* O Christiana anima! disce, obsecro, alieno damno sapere: en infelix hic adolescens agnoscere noluit Dei misericordis monita: O si nunc ex inferno reassurgeret, deberet certe fateri, se benignissime fuisse præmonitum: immo si redirent hinc abinferis damnati omnes, confiteri deberent, sibi Divinæ Misericordiæ præmonitiones, ante illatas Justitiæ pœnas, non defuisse. Tu tui Christiane! ad tuas voces attentus, cautusque esto: cum audis concionem, quæ singulariter tibi horrorem incutit, credo, hanc esse Dei monentis vocem: cum victoris vicinum tuum ad tumulum elatum, puta, hanc mortem esse ordinatam ad tuam correctionem: cum sentis animum insolitis stimulis ad pœnitentiam urgeri, ne dubita, hos stimulos a Deo præmonente provenire; tum confitentiam mox exonera, itaque vive, ut paratus sis in momento singula mori. Amen.

Feria V. Cœna Domini.

CONCEPTUS I.

Offenditur Christum Dominum per humillimam Passionis nunquam ita satis abscondibilem, quin semper aliquid Divinum juvenitum fuerit.

Per noctes quæsivi, quem diligit anima mea, quæsivi eum, & non inveni. Cant. 3.

EXORDIUM.

In nocte passionis obscurata est Divinitas.

1. Millitus Bernardus (*Serm. 75. in Cant.*) ante oculos sibi ponit hoc sæculum obscurissima, eaque non una nocte involutum: *Habet mundus tot noctes sunt, & non pauca.* inquit: *quid dico quia noctes habet mundus, cum bene totus iste sit nox. & totus semper iste fetus in tenebris? Nox est Judæa perfidiæ, nox, ignorantia Paganorum, nox hæresica pravitas, nox etiam Catholicorum carnalis animalisque conversatio; quod schismaticos quos solla, tot nubes.* O infelices tenebræ! omnibus ceteris solum prima nocti hodie indignor, videlicet (Judææ perfidiæ) quæ tanta fuit, ut ipsum solem Divinum in Passionis nocte eclypsare fecerit. O Divine Redemptor, in nocte Nativitatis tuæ jucunda, pastores, Angeli, & cælites delapsi fulgores Divinitatem tuam testati sunt; in sanatione ægrorum, cæcorum, aridorum, paralyticorum, leprosorum, quotquot prasti miracula, tot exhibiti Divinitatis tuæ testimonia. Verum Passionis tuæ humilitas gentibus stultitia, Judæis scandalum, mundo infirmitas videtur: *Obscuratum est aurum, mutatus color optimus* (*Thren. 4.*), nihil Divini elucet, densissima nox est: obscurata est potentia, quia sponsibus ligaris; obscurata sapientia, quia pro stulto irrideris; obscurata Majestas, quia pro Rege joculari haberis &c. Quid miram, quod ipsa Sponsa tua Dilectissima tam tenebrosa nocte te non amplius agnoverit, nec invenerit? *Per noctes quæsivi, quem diligit anima mea, quæsivi eum, & non inveni.* (*Cant. 3.*) At enim erras, o Sponsa amantissima, accende lumen fidei, & indubitater agnosces Dilectum, &c.

Semper aliquid Divini elucet in Passione.

2. *Propositio.* Age, ego tibi facem præferam; sequamur Dei Filium patientem de Mysterio in Mysterium, de uno Judice ad alium, & videbimus, nunquam in tota Passione tam contemptum & abscondibilem fuisse Jesum, quin semper aliquid Divinum eluserit. Pavete.

In institutione Eucharistiæ.

5. *Confirmatio.* Primo consideremus Christum in Cana Eucharistica: ibi abscondit se totum, more bellatorum, qui fortissimi sunt; hi sciunt vires suas tegere sub vilibus indumentis, & ille abscondit omnipotentiam suam sub exilibus speciebus. Quid Divini elucet in sacrosancto Pane? Respondeo, Divinitas patet ex eo, quod operatur in dignis, & in indignis mentibus. Digni ab hac mensa redeunt ut leones, indigni ut dracones; illi vitam, hi mortem manducant; illi confortantur in gratia, hi rumpuntur, ac si globum pulvere pyrio plenum comedissent: experitus est primus indignus communicans Judas, qui crepuit medius, & effusa sunt viscera ejus.

In lotione pedum.

4. Iteram perditur Jesus: ubi est? an in Cana Galilææ? an in domo Zachæi? an cum publicanis, & peccatoribus manducans? an in domo Simonis leprosi cum dilecta Magdalena? an in sinu Virginis? Nihil minus, est apud pedes Judæ: hos lavat non minas aqua, quam lacrimis, & cultellum cordis duritiem, quæ pro pedes mactitabatur, fatagit emollire. Heu! quam horrenda nox in corde peccatoris! sed & hic elucet Divinitas, non enim est clarius signum filiorum Dei, quam dilectio inimicorum, &c.

In horti agonia.

5. Ubi nunc Jesus? in horto: atque hic ita est absconditus, ut nec a Deo Patre fuerit agnitus, quippe peccatis nostris deformatus, & pellibus Esau indutus Jacob: (*Gen.* 27.) *Tune et filius meus primogenitus?* ita est o Divine Genitor, est Filius tuus, sed tecta Deitate: cujus propriam est imperare, orat, qui Judex est, Advocatum agit, qui innocens est, mundi peccata in se recipit, qui clienti posset exprimere sanguinem, sibi exprimit, & quidem fluentem sicut guttæ decurrentes in terram. Interponit se ut Mediator inter Deum, & mundum, ne fulmine maledictum feriat: prostratus facet, nec pulvinaria ut principi, multo minus ut Deo subjiciuntur, ut ficore ad os loquatur ad terram, dicens cum Jeremia: (*c.* 22.) *Terra, terra, terra, audi sermonem Domini*, aut terræ ideo os terræ applicat, ut vox repercussa Jonius in cælum tendat: jacet verecundus, peccatis nostris fœdatus, publicani, & prodigi personam sustinet, atque ideo non audet videre altitudinem cæli, nec oculos sursum levare. Sudat, & sudorem quidem sanguineum: an per antipathiam exprimitur sudor? an serpens paradisi adest, an Judas, an peccata nostra? singula hæc. O utinam corda nostra essent spongia hunc sudorem attractus, ex quo mundi salus pendet? huc veniant animæ peccatrices, pœnitentes Magdalenæ, & sudorem hunc pretiosum expillis, id est suspiriis suis abstergant. Adamo post peccatum dicebatur, *in sudore vultus tui vesceris pane tuo.* (*Gen.* 3.) Adam fecundus, cum primi peccata tulit, horrendum sudavit, & ita panem æternum cibum animarum nobis procuravit. Sed quid hic Divinum? respondeo, reformatio in Dei voluntatem; hæc enim Filium Dei demonstrat, & naturaliem in Jesu, & adoptivum in nobis, si in omni adversitate dicamus: *Fiat voluntas tua.*

In sua captura.

6. Sed ecce! iteram nox terribilis ingruit: nihil prorsus videtur: hic adsunt inimici cum latentibus, & facibus, & inter hæc noctis funebria unus ritio interni, Judas duplici flamma ardens, avaritiæ, & perfidiæ, utraque eos orco sumpta. Quid facis, o omnipotens Salvator? non resistes impudentissimo proditori, qui te labiis honorat, ut mundi mendicis stylus est, cor autem illum longe est a te? Eo Divinissime Heros, Philistæum supra te, Philistæum supra te, non tantum ligaturi, sed occisuri: ubi est spiritus ille Domini, quo olim in Samsone funes rupisti ut fila? ubi est spiritus ille Domini insiliens in te, quo olim in Davide leones discerpisti, ut hædos? Ecce adest, qui te tradet venditum: & quidem venditum pro triginta argenteis, pretio sanguinis, cujus tonus primarius est, *quid vultis mihi dare?* hæc nempe est licitatio, qua etiamnum, pro dolor! traduntur munitiones, castella, civitates, regiones, regna, & humana fides: hac una proclamatione sub hasta venalia sunt omnia, *quid vultis mihi dare?* sic honor, sic justitia, sic conscientia, sic pudor, sic virginitas, sic cælum, sic Deus venditur, sic infernus comparatur? heu pretium sanguinis! Et hoc quidem sit osculo, signo amoris, verbis melleis, amoris pignore vultus infligitur, instrumento pocis mors irrogatur: sic Joab occidit Amasam, accedens blande, & osculans dixit, salve frater, unaque ficam in pectore merus: sic mundus hodiedum facit, dum ridet, strangulat, dum osculatur, trucidat. Indigna res! ardens amore Magdalena non sufficit ori sancto appropinquare; justissimus Joannes Baptista nec solvendo pedum corrigio se dignum reputat, & scurra impudens os illud sacrosanctum petit, cujus unicum suavium Divina Sponsa per mille annos petit, & non invenit, nisi in Incarnatione Christi. Et hæc pateris, O Deus? insuper blandus proceram staturam palmæ similem huic pumilo nebulonii inclinas, oscularis, & osculum ferale recipis, atque amicum vocis? & nec hac caritate quidquam proficis? ita est: ubi enim nulla conscientia, ibi etiam nulla beneficia, nulla æquitas, nullis curitas locum habet; peccator, cum in profundum venerit, contemnit. Quid autem hic Divinum? per noctes, quæsivi, & non inveni; Adest adest aliquid Divini, nimirum vox: *Ego sum.*

In

In voce ego sum.

7. Mirum profecto, quod nunquam Christus quidquam fecerit, aut passus fit ut homo, quin simul signum ediderit Divinitatis: Natus est ut homo, & ecce statim a Magis adoratur ut Deus: fugit ut homo in Ægyptum, & ecce ab idolis, & arboribus colitur ut Deus. Mater prælenat eum ut hominem in templo, & ecce Simeon eum adorat ut Deum: baptizatur ut homo, & ecce vox cæli eum declarat Deum: Esurit ut homo, & ab Angelis servitia recipit ut Deus: Hic in horto pavet ut homo, & ecce una jam voce terret ut Deus. O miram vim horum verborum: *Ego sum!* Scimus ex Evangelio, quod Christus frequenter enuntiarit hæc ipsissima verba: ita enim dixit: Ego sum pastor bonus. Ego sum vitis vera, Ego sum lux mundi, Ego sum resurrectio & vita. Ego sum Panis vitæ, Ego sum via, veritas, & vita: Et nemini nocuerunt hæc verba, sed consolata sunt: in horto dicit, *Ego sum*, & ecce abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Hoc nempe Divinum est; idem Numen Dei, quod pios animat, peccatores prosternit. Superi Boni! si Christus duobus verbulis profligat hostes suos judicandus; quid faciet impiis in fine mundi judicaturus? &c.

In fuga Discipulorum.

8. Sed ego inter hæc Jesum captum video, vincula in collo, & manibus gerit, tanquam latro ducitur a tumultuante satellite. Eheu! ubi nunc Petrus? ubi Discipuli? Ah! relicto illo, omnes fugerunt: qui in gloria montis Thabor volebant figere æterna tabernacula, jam non comparent: qui ad unum omnes in mensa panem, & vinum gustarunt, jam omnes fugiunt: ubi jam superba temeritas, & gloriosa jactantia Petri: *Et si omnes scandalizati fuerint, ego non scandalizabor?* paratus sum tecum in carcerem, in mortem ire? o folia arida sine fructu, o verba sine re, clamor multus absque lana! hic est mundi stylus, multum promittere, servare nihil. Heu! quam horrenda hac nox! omnes relicto eo fugerunt, qui nuper tam gloriose dixerunt: *Tu es Christus Filius Dei vivi: Verba vitæ æternæ habes*: &c. O amici olim, socii mensæ, quam verum est: Si fueris felix, multos numerabis amicos, tempora si fuerint nubila, solus eris! Moritur sæpe amicus, dives, nobilis, quem omnes venerati sunt; vix claudit oculos, liberi, & vidua derelinquuntur, aut omnino premuntur, torquentur, exsuguntur. Quid confidis in humana amicitia? idem & tibi accidet, vel si adhuc aliqui amici in perfectione apparent, sequentur tea longe ut Petrus Christum: non ut consolentur, sed ut videant finem, si tempestas cessat, iterum redituri ad serenum, si diutius duret, omnino te deserturi. O filii hominum usque quo spes vestras inædificatis favoribus mundi? *ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* (*Psal.* 4.) non cernitis in Jesu meo, quam mutabilis sit favor hominum? quinque millia adsunt, dum eos pascit, duodecim Discipuli sunt in mensa bene pasti non cibo qualicumque, sed carne, & sanguine Dei, nec tamen triduum sustinent, sed in via deficiunt, & qui nuper relictis omnibus secuti sunt Jesum, jam relicto Jesu, omnes aufugiunt. An ergo non saltem auxilio venerunt cæci, surdi, claudi, leprosi, quos prodigiose sanavit? neque isti: scilicet mi Jesu, hoc matutinum tu debes solus cantare; chorus enim commensalium tuorum totus ausugit. Quid autem hic Divinum? nempe illud, quod dissimulaverit hos errores, benignus Deus in filiis suis permissit turpem Discipulorum lapsum ad majorem resurgentium constantiam, & ad justorum terrorem: ipse est Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere.

In colapho infixo.

9. Sed interim Jesum meum in aula video, & quidem in aula Annæ: in aula? hoc hactenus nunquam fecit. O aula aula! Nunquam pejus habitus est Jesus, quam in aulis; in aula Annæ percussus, in aula Caiphæ conspurus, in aula Pilati flagellatus, in aula Herodis pro stulto habitus: hinc aulas intrare difficile ad finem vitæ, & non sponte, sed funibus, ac catenis violenter intrusus, & raptatus est, libentius apud homines plebeos, publicanos, Zachæum, Matthæum, Simonem leprosum, alioque versabatur, quia in aulis plerumque timor, & cognitio Dei exsulant. In aula primum colaphum recepit facies Divina, & serenissima, in quam desiderant Angeli prospicere: sic fit in aula cum bonis; si intrat justitia, dejicitur per scalas, si intrat veritas, conculcatur, si intrat innocentia, conspuitur, si intrat Filius Dei, colaphizatur. Nequam ille patibularius, qui ausus est in faciem Divinam tantum nefas, Malchus erat, cui Dei Filius abscissam auriculam restituit: ecce pessimus hic adulator jam agit gratias, & alapam cataphracta manu infligit Divino Benefactori. Superi Boni! an impiissimo flagrioni tantum scelus impune transibit? Extendit olim Jeroboam manum contra Prophetam, & exaruit, Oza arcam tangit, & in puncto mortuus concidit, Ozias thuribulum arripit, & leprosus fit. Hic nequam adulator percutit vultum Christi, & vivit? & percussus tacet? & percutientem blande alloquitur? O miram mansuetudinem! sanctus Apostolus Paulus, qui virgas, & lapides, naufragia, & carceres sustinet, colaphum tamen silentio non præteriit. Ubi hic aliquid Divini? Respondeo in eo, quod Christus Malchum non repentina morte punierit, sed reservarit illum in æternitate puniendum. Ingratitudini omnis pœna temporalis nimis levis est, & præ aliis scelleribus mercetur puniri inferno. Nos autem, Dilectissimi, examinemus conscientias nostras, an nullus sit inter nos, qui Christo alapam infligat: quinam sunt illi? sunt, qui

quo-

quocumque modo justitiam violant, veritatem conculcant, & supprimunt, qui ut hominibus adulentur, æquitatem contemnunt, qui denique ipsis Dei beneficiis in juriam Benefactoris utuntur, hi Malchi socii sunt, & consodales. Dei testemur hanc ingratitudinem; & interim quiescamus, paullo post ad prosecutionem hujus ejusdem materiæ rediturri.

Feria V. Cœnæ Dominicæ.

CONCEPTUS II.

Continuatur eadem materia, & ex humilitate Passionis per singula mysteria Divinitas Christi demonstratur.

Per noctem quæsivi, quem diligit anima mea; quæsivi eum, & non inveni. Cant. 3.

EXORDIUM.

Ex passionis mysteriis ubique effulgere Divinitatem.

1. QUemadmodum lucidissimus astrorum orbis cæli sol, quamvis nonnunquam densis nubibus, aut eclypsi tenebroso, nihilominus de nativo lumine nihil deperdit, sed supra sydera omnia radioso splendore effulget: ita, ait S. Ambrosius, (*l. 1. de fide c. 5.*) Dei Filius per Passionis humilitatem non ita fuit despectus, contemptuosque, ut non e singulis Mysteriis altitudo Divinitatis sua eluceret. Videmus Christum in Eucharistiæ speciebus humilem; sed in operatione Sacramenti Divinæ potentiæ videmus ad pedes proditoris abjectum, sed in dilectione inimici sui Divinum; videmus in agonia tristantem, sudantem, sed in resignatione Divinum: videmus in captura proditori blandientem, sed terribili voce tonantem: videmus a Discipulis derelictum ut hominem, sed errores benigne indulgentem ut Deum: videmus denique in aula Annæ colaphizatum ut hominem, sed in puniendis peccatoribus mire longanimem ut Deum: &c.

2. *Propositio.* Arripiamus porro lumen fidei, & per noctes, id est per Passionis tenebras cum Dilecta Sponsa Jesum nostrum, ejusque Divinissimam potentiam indagemus, &c.

In negatione Petri.

3. *Confirmatio.* Et expedite quidem ante omnia, Petri vestigia sectemur, adest enim Petrus, qui prius aufugit, & aulam ingreditur, curiosius videre fatalis tragediæ finem. O Petre quid agis? *exeat in aula, aut capiti esse pius.* Quid tibi simplici piscatori cum aula, quid tibi Discipulo Domini cum mundo? opprimitur simplicitas, innocentia evertitur: cave Petre, viperæ sunt in atrio generis seminini, timeo tibi plus ab hocatrio, quam ab horto, plus ab una femina, quam ab armatis satellitibus. Sed ille tamen ingreditur, friget plus intus quam foris, accelit ad ignem ubi & Divinitatem, & humanitatem Magistri detegit. Miseretur fœuris, & vilibus mediastinis: ebeu plurimum interest, in qua quis sit societate; illius enim mores certe induet, ut verissimum sit illud Scripturæ *cum sancto sanctus eris, & cum perverso perverteris*, quales sunt socii tui, socie; talis aut jam es, aut paullo post eris, Deus bone! simplex piscator, & mundanæ vanitatis ignarus, vix ingressus est aulam perversam, & jam statim discit in prima lectione mentiri, dein jurare, dein peierare, & anathematizare, quia non novi hominem; quem tamen Deum ante confessus est, jam etiam hominem se nosse negat. Ecce obscuratur, & latet Divinitas Filii Dei, non agnoscitur, ut homo, nedum ut Deus. Ad igitur hæc contingunt; videtur hic ignis infernalis esse, ardet, & urit, nec tamen lucet, quia tenebras inducit in corda, & ora, atque Deum occultat. O frigidissime Petre! o bone quidem aulice, quia in mala aula cito mores didicisti malos; sed ingrate Discipule, & pessime Christiane, ubi unctionis tuæ, ubi amoris? quem inter aquas agnovisti ardens, illum negas apud primas frigidissimus cuem adorasti in undis, negas perfide in terris. Heu omnia perdidisti, fidem, spem, caritatem, conscientiam, Christum, Deum, & etiam artem tuam; quondam tam bonus piscator, jam piscis factus es mutus: femina te cepit, sic serpens decepit feminam, sic femina virum, & heu millenos. Ah! fugite occasiones peccati, qui amat periculum, peribit in illis ait Salomon, sis Samson, sis David, bene esse timeri isti decepti sunt: si in ignem te ipsum conjicis, combureris, aut saltem denigraberis; si petræ rumpuntur, quid canat palustris, & palea tibi promittat? O Architecte Divine quid agis? tune super hanc petram fragilem ædificabis Ecclesiam tuam? nisi iterum fractam erigas, & consolides, actum est: portæ inferi prævalebunt adversus eam, sicut adversus Petrum prævaluere: sed ubi in hoc actu Divinitas est, quæsivi illam, & non inveni, negat, pernegat, jurat, & peierat Petrus, quia non novi hominem; multo minus Deum. At ecce! etiam hic invenio aliquid Divinum. *Respexit Petrum*, & ille egressus foras flevit amare. O ictum oculi omnipotentem! respexit Jesus, & erexit: sic est o peccator, cadere potes, sed surgere non potes, nisi Jesus te respiciat oculis misericordiæ: si ille vultum averat, peribis æternum. Ecce, uno ictu oculi velut Moysis baculo petra percutitur, & fluxerant aquæ, & torrentes inundaverunt, non alii, quam lacrimarum. Ipse nimirum potens Deus est, qui convertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. Videte, o peccatores: nihil pretiosius est lacrimis: totus oceanus non extinguit unam scintillam inferni, una lacrima cordis contriti extinguit totam gehennam: secuti estis Petrum negantem, sequimini lacrimantem, & pœnitentem.

In illusione Judæorum.

4. Tu vero ubi es, o Jesu, lumen oculorum meorum, jam iterum te perdidi, latet denuo Divinitas tua. Ecce filii Belial velant faciem tuam illam Divinitatis tuæ tam pulceam resplendentiam: pungunt, trudunt, vellunt, conspuunt, & putant se non videri: Prophetiva nobis Caristæ, quis est, qui te percussit? En typum peccatorum; eo devenient, ut etiam turpissime peccantes arbitrentur se non videri a Deo, qui totus oculus est: Heu stulti senes Susannæ dixerunt: Nemo nos videt. Vah semen Chanaan, inveterati dierum malorum, imitatores patris vestri diaboli, qui lucem fugit, sicut omnis, qui male agit. Quo ibis, o peccator, ut oculos Dei fugias? ecce stat ipse post parietem, prospiciens per fenestras & per cancellos: cor hominis peccatoris, licet in peccatis sit ferreum, & densissimum, vitreum tamen est oculis Dei; Divinus sol transit cum radiis suis, & penetrat omnia. Disce o peccator, ubi ubi es, ibi est Deus, si non per gratiam, saltem per præsentiam, per justitiam, per vindictam. Ecce Divinitatem. Ecce Deum: remitti eum, nec dimittam.

In accusatione coram Judicibus.

5. Relinquamus aulam Annæ: veniamus ad aulam Caiphæ, ad aulam Pilati, ad aulam Herodis: Caiphas, Pilatus, Herodes, pulcra trinitas, semper unus pejor altero: hic blasphemus sacerdos, ille injustus judex, hic Dei oblitus Rex: eorum simularur sunt blasphemi, injusti, Dei contemptores. Deus bone! quales Judices, & Principes orbis habuit Christi tempore? Roma Augustum, sub quo pressus censu capitali mundus ingemuit: Hierololyma Pilatum, qui Judæam rapuit, & Christum damnavit velut latronem; Galilæa Herodem pessimi patris non meliorem filium: pater multa millia innocentum occidit, filius Jesum sprevit: sub hoc rege, & uxore adultera, Joannes Baptista decollatur, saltans turpitudo coronatur. Ecclesia Annam, & Caiphan, apud quos innocentia, & justitia venalis est. An sub his præsidibus virtuti locus, Christo subsidium, Divinitati reverentia esse potuit? hic blasphemavit Deum, alter Christum condemnavit, tertius illusor, & diabolica vulpes Divitatem sprevit. Ecce abscondita iterum Divinitas: ubi hic elucet aliquid de Deo? Omnino reneo & hic Divinum aliquid, & quidem triplex: Primo Caiphan terret judicio extremo: *Amodo videbitis filium hominis venientem in nubibus cæli cum potestate, & majestate magna.* Secundo Pilatum terret ingeminans nomen veritatis, quod impius hic horruit, & audire non vult; illi enim, qui ad gehennam præsciti sunt, nolunt veritatem audire. Herodi Divinitatem ostendit in silentio, quod nullus homo potuisset exhibere. Ecce o peccatores cum his tribus impiis, qui Dei Filium scelerate blasphemarunt, iniquæ condemnarunt, contumeliose spreverunt: ejulabunt in judicio extremo damnati omnes, & videntes Filium Dei, ac Sanctos ejus dicent: *Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperii: nos fatui, & insensati, vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore, ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est.*

In flagellatione.

6. Interim ego Jesum video alligatum ad columnam, & omni veste spoliatum inter manus furiosorum carnificum, & energumenorum exspectantem diluvium sui sanguinis, & imbrem integrum plagarum. Ubi estis O Cherubinicæ estes, qui quondam aliis vestris arcam Dei texistis; ecce denudata adstat Christi humanitas, Arca Divinitatis ante impudentes hos Philistæos: cur illam non tegitis? confessa est Mater Dei sanctæ Brigittæ, (*Revel. l. 1. c. 27.*) hanc opprobriosam denudationem Filii sui fuisse primum lanceam doloris, quæ primum ejus cor transfixit, dum vidit columnæ alligatum nihil prorsus operimenti habentem. Postea cœperunt flagellare inimites hi carnifices tam crudeliter ipsueis virgis, scorpionibus ferreis, & catenis, ut non gattæ, sed torrentes sanguinis profluerent, & Virginea caro ad intima usque ossa dilaniaretur; Erant enim ultra sex ictuum millia. Lacerata hæc humanitas fuit operculum, & vestis Divinitatis, quæ hic facit memorem tunicæ illius Josephinæ sanguine intinctæ, quæ fuit ad patrem Jacob delata cum hoc dicto: *Vide an tunica filii tui sit?* (*Gen. 37.*) hic certe flagellatione ita transfiguratus est speciosus forma præ filiis hominum, ut vix Pater cælestis illum amplius agnoscere potuerit: interrogemus ergo illum: Vide an tunica Filii tui sit lacerata hæc humanitas, vestis, & operculum Divinitatis? O quam vere dixit David. (*Ps. 72.*) *Super dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam!* vere enim longum tempus intercessit, usque dum sex mille ictus in ejus Virginem carnem fulminarentur. Sed quinam sunt hi peccatores, qui supra dorsum Christi hanc turrim Babyloniam iniquitatis fabricaverunt, & prolongaverunt iniquitatem suam? communis est sanctorum Patrum sententia, acerbissimam flagellationem sustinuisse Jesum velut satisfactionem pro peccatis carnalibus luxuriæ, & incontinentiæ. Hoc peccatum velut diluvium totum orbem obruit, & in omni fere ætate, ac sexu in hanc usque horam durat, ut vere dici possit, prolongiverant iniquitatem suam; & quoniam propter hoc tot millia damnantur, potest merito Jesus lamentari cum Propheta regio: (*Psal. 29.*) *quæ utilitas in sanguine meo?* Ecce O lascivi peccatores, & peccatrices, peccata quot committitis cogitatione, verbo, & opere per omnes sensus corporis, tot flagra, tot ictus, tot scorpiones, tot catenas nectitis, quæ

Chri-

Christi camem lacerant: Et ut a planta pedis non sit in illo sanitas, etiam capiti coronam imponitis septuaginta spinis rigentem, quæ horrendis aculeis sanctum & adorandum verticem perterebrant. Egredimini filiæ Sion, & videte regem vestrum. Videte amore Dei, an signum aliquod Divinitatis inveniatis in eo, qui denudatur ut scurra, flagellatur ut mancipium, spinis coronatur ut rex jocularis. Quid videris Divinitate dignum? admovete lumen fidei, nihilne apparet? *quæsivi per noctes, & non inveni.* Sed ego invenio: tenui eum, nec dimittam. In hac crudeli lanienâ, & coronatione id manifeste Divinum fuit, quod vitam servaverit; nisi enim Divinitas fuisset patrocinata humanitati, non tantum sex mille ictus, & septuaginta spinæ, sed centum, aut pauciores ictus, & duæ vel tres spinæ Christum occidissent. Accedamus, & sacrosanctum sanguinem in terram defluentem in salutem animarum nostrarum colligamus.

In pavitione Judæ.

7. Sed jam aliam Divinitatis claram lucem video, nempe Justitiæ Divinæ effectum, Judam pendentem, effusa ejus viscera, & projectos perditosque argenteos, pretium sanguinis. Hic est finis omnium impiorum, & in finali impœnitentia morientium: percussant argenteos, & Christum simul, id est privantur omnibus mundi bonis, & etiam cælum, ac beatitudinem perdunt, ita ut possint cum rege illo infami clamare: *Amici, omnia perdidimus.* Heu quas non strages corporum, & animorum edit pecunia, & maxime illa, quæ est inique parta? facit tandem crepare corpus ac animam, & suspendit hominem inter cælum, & terram, ut hanc amittat, & illud non adquirat. Summe bursam plenam in manus, & mundum impium ad omne scelus habebis sequacem, non est peccatum, quod non per aurum extorquetur. Etiam quandoque boni, & pii homines per martupium plenum si non usque ad infernum, saltem usque ad portas inferni adducuntur: infelicissimi illi sunt, quos injustum lucrum gravat; confundentur hic & ibi: hic, quia de male quæsitis non gaudet tertius heres; ibi, quia iniqua bona tandem ad furem, ad desperationem, ad diabolum ducunt. Hoc Judas docet, iniquitatis mercator, quem Divina misericordia licet infinita, non amplius respexit, sed in medio infiniti amoris opere, quod est Passio, Divina justitia prævertit, corpore, & animo insani morte subitanea &c. &c.

8. *Epilogus.* Jam ego tantisper Dilectam Christi Sponsam Deum suum in nocte Passionis quærentem dimittam, & sacræ fidei facem in tenebris Passionis lucentem aliquandiu seponam paullo post iterum resumendam. Interim, Dilectissimi & Petrum, & Judam intueamur, utrumque hodie sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, corpore, & sanguine Domini pastum, utrumque Christi Discipulum, utrumque graviter lapsum, utrumque pœnitentem, unum veris lacrimis, alterum impiis, & desperatione plenis, unum salvum, alterum æternum penitum. Unum, si peccavimus necessario sequi debemus: Merita Dominicæ Passionis fuisse, ut non hunc, sed illum sectemur. &c. &c. &c.

Feria V. Cœna Domini.

CONCEPTUS III.

Continuatur eadem materia, & ex singulis Passionis Mysteriis elucescens Christi Divinitas eruitur.

Per noctes quæsivi, quem diligit anima mea, quæsivi eum, & non inveni. Cant. 3.

EXORDIUM.

Divinitas Christi quæritur in mysteriis Passionis.

1. LUmen sacræ Fidei, ad cujus radios paullo ante obscuratam Divinitatem Servatoris nostri quæsivimus per noctem amarissimæ suæ Passionis, liceat mihi cum Christi Sponsa iterum accipere in manus, & ubi Dilectum animæ nostræ reliquimus, iterum indagare. Vidimus raptatum per quatuor tribunalia, vidimus flagellatum, & coronatum, vidimus misericordem in Petro pœnitente, & judicum in Juda desperante. &c.

2. *Propositio.* Jam iterum invenientus est in aula Pilati, qui illum ad placitum inimicorum suorum ad necem condemnavit, licet manifeste agnoverit, nullam in eo esse mortis causam, nihilque dignum cruce in illo reperiri. Videamus quid hic cum Jesu nostro agatur?

In illusione Judæorum.

3. *Confirmatio.* Et ecce, Deo sint laudes, quod Jesus utut flagellis laniatus, & sanguine perfusus, tandem pro Deo agnoscatur. Tenui eum, nec dimittam: Ecce enim etiam ipsi flagellatores, & coronantes adorant eum, procidunt coram illo, & dicunt, *Ave Rex Judæorum.* Verum eheu! si facem Fidei propius admoveo, video hanc adorationem non esse veram, sed mendacem, jocularem, & illusoriam. Hic hic Dilecti, vere dicere potuit Dei Filius: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me* (*Matth.* 15.): Ecce typum vivum, & speculum eorum, qui extrinsece verbis, & moribus se Christianos profitentur, intus autem in corde pleni sunt immunditia, injustitia, & iniquitate. Illi etiam dicunt, Ave Rex Judæorum, sed fallaciter & mendaciter, dicunt, *Dumbve Domine*, sed non intrabunt in Regnum Cælorum. Quare? quia amo tantum genu, & illusorie adorant Deum, habent verba, & non etiam opera, vellent servire Deo, sed simul etiam carni, mundo, diabolo: Istis falsis, & mendacibus adoratoribus dicet Dei Filius in die illa tremenda: *Nescio vos*, & istud nescio durabit æternum. Interim verum signum Divinitatis eo ipso tempore erat, quod ipsum vere adoraverint Angeli, Beatissima Virgo, & animæ omnes in limbo, quæ exspectabant Redemptionem, juxta verba illa Apostoli: (*Philipp.* 2.) *In nomine Jesu omne genuflectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum.*

In ostensione Christi versus populum.

4. Sed hem! nova scena aperitur: quid video, o mortales? Nescio ipse quid videam, quia hominis figuram non habet: audio tamen clamantem Pilatum: *Ecce homo!* Est unicum vulnus a planta pedis usque ad verticem capitis, aut mille vulnera in uno corpore, nihil aliud, nisi sanguis, & livor, & plaga tumens: Uno verbo, non est species, neque decor: nihilominus Judex Romanus dicit, Ecce homo! Estne credendum illi, qui ipse non scit, quid sit veritas, & quærit Jesum, *quid est veritas?* O Pilate, Judex es, & nescis, quid sit veritas? ergo ego tibi respondebo quid sit ex his ipsis verbis interrogatoriis, *quid est Veritas*, quæ per anagramma sonant: *Est Vir, qui adest.* Verum, quid dicere voluit Pilatus per illud Ecce homo? respondeo, locutus est ex commiseratione cordis: sensus verborum est: O filice duriores Judæi, ecce hunc, qui nec figuram hominis habet; hunc spinis, & flagellis crudeliter laceravi, & nondum satiati estis canes rabidi? tam miser est aspectus ejus, ut etiam marmora rumpat, & vos clamatis, tolle tolle, crucifige? languisque infernales! Ecce homo, quem in Spiritu prævidens Jeremias leprosum judicavit, absque specie, & decore, quem Dei Mater Filium ignorat, quem cælestis Pater videtur dereliquisse. Ecce homo! quid quæso in illo Divinum est? sed si facem Fidei admoveris, o Christiane, videbis etiam hic in lacerato corpore latentem Deum. Non potuit homo satisfacere Divinæ justitiæ offensæ per peccatum: terra nihil habuit æquale offenso; qui satisfaceret de cælo missus est; justus pro injustis, innocens pro reis, Deus fuit unitus huic homini, ut homines uniret Deo: Natura humana jacuit paralytica non triginta octo annis, sed aliquot millenis, & clamavit de profundis: *Hominem non habeo*, nec inter Patriarchas, nec inter Prophetas, nec inter Duces, nec Judices, Reges, Pontifices, Sacerdotes. Sed abstergе lacrimas O natura humana. Ecce homo non tantum, sed & piscina ad balneum sanguine ejus plenum; ipse Deus quæsivit dia hunc hominem, ut ait David: (*Psal* 13.) *Deus de cælo prospexit super filios hominum, ut videat, si est intelligens, aut requirens Deum: non est usque ad unum.* Quis est iste unus? Ecce homo! & homo Deus Christus Jesus. O perfidi Judæi, hunc hominem promisit vobis Deus per Prophetas Messiam generis vestri, figuratum in Sacrificiis, revelatum in Ceremoniis, desideratum a vobis, & hunc ad necem quæritis? quem Patres vestri suspiraverunt, vos persequimini, objectum spei vestræ dum abest, sit objectum furoris vestri, dum adest. Iste homo erit Judex vester in die illa tremenda; ibi habebit pro throno iridem, in capite pro spinis coronam gloriæ, in manu loco arundinis sceptrum gloriæ, corpus loco purpuræ fulgebit gloria supra solem. O quam alia longe erit apparentia diei illius & hujus! *Ecce homo!* &c.

In feruli raptione ad mortem.

5. Jam educitur ad mortem, & super humerum ejus est Principatus ejus, & portat jugum illud enorme peccatorum nostrorum & nemo illius est propinquior comes, quam carnifices & latrones, ut videamus verum esse, quod Scriptura dicit: *Et cum iniquis deputatus est.* Quid quæso hic iterum Divinum elucet in tanta nocte obscurationis? sed confidite, Dilectissimi, apparet etiam in hac nocte aliquid Divinum. Accurrunt feminæ, devotus sexus, fundunt compassionis lacrimas, quæ ita solabantur Christum, ut in summis doloribus se recollegerit, & talem rugitum dederit, qui probavit illum esse de tribu Juda, simulque signum Divinitatis suæ expreserit: quale erat hoc signum? conversus ad mulieres dixit: *Filiæ Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros*, quibus verbis prædixit ruinam urbis Solimæ, & supplicium perfidæ gentis in extrema die: O quot matres in illa die videbunt filios suos abripi in gehennam! o quot filii videbunt matres suas æternum damnatas! vere de his dici poterit: Beati ventres, qui non pepererunt. &c.

In denudatione ante crucem.

6. Sed ecce, denudatur iterum Christus in monte Calvariæ, ille nimirum, qui vestit lilia campi. Superi Boni! Adam post peccatum inventi folia ficus, & pelles bestiarum, quarum mores induit: Noe inebriatus invenit filios ingenuos, qui eum cooperiant, & cælestis Adam vestis caret? quid est hoc mi Jesu? nunquid est hæc dies desponsationis tuæ, & nuptiarum? quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? nimirum eripuisti tibi, ut nostram ignominiam tegeres. Ter lego denudatum Jesum, in flagellatione, coronatione, crucifixione, ut videlicet nos triplici veste tegeret, Fidei, Spei, & Caritatis: Ex priori denudatione hominem agnoscimus, ex hac, qua nos tegit veste, & iterum Deum.

In crucifixione.

7. Verum ecce crux erigitur, conclavatus inter latrones Filius Dei penget. Salve cæle-

stis Salomon, hic est lectulus tuus, quem tibi mundus præparavit; Salve Divine Doctor & Magister, hæc est Cathedra tua, ex qua proponis verba vitæ æternæ: Salve Victoriose Triumphator, hic est arcus triumphalis, quem tibi peccata nostra erexerunt. In hoc lectulo ultimum testamentum condis dilectissimus Deus, & pauperrimus homo, Animam Patri, Corpus terræ, Joannem Matri, Matrem Discipulo, latroni Cælum, inimicis veniam, nobis omnibus, si volumus, vitam æternam donas; & ut nihil penitus tibi reserves, etiam pauculas guttas sanguinis, quas in corde residuas habes, e lanceato pectore effundis: Ex hoc aperto corde profluxerunt septem Sacramenta dilectæ Ecclesiæ tuæ, quæ nobis relinquis omnibus usque ad mundi finem. Ex hac Cathedra septem verba doces, quæ si intelligimus, mundi Doctores sumus; ex hac Cathedra Advocatum agis apud Patrem pro inimicis, & peroras tam fortiter, ut Pater cælestis tractatum pacis tuo sanguine subscribat. Ex hoc denique Arcu triumphali suspendis chyrographum sortis nostræ, & nos in libertatem Filiorum Dei asseris.

Et denique in morte.

8. Interim sitit, non tam potum materialem, quam lacrimas, & pœnitentiam ad salutem nostram: Sed ingratissimi carnifices felle, & aceto eum potant, propinant illi vinum myrrhatum; quod cum gustasset Jesus, noluit bibere. Quid est hoc vinum myrrhatum? Dilecti, sunt opera illa extrinsece apparenter bona, qua ex corde malitioso, & Dei inimico procedunt: dat aliquis nummum pauperi, & interim furatur centum florenos: habet aliquis certas devotiones liberas, interim ea, ad quæ ex justitia tenetur, negligit, & omittit: accidit aliquis quandoque templum, & orat; interim affligit, & supprimit viduas, pupillos, pauperes, illeque sanguinem exsugit. Hoc vinum myrrhatum est, quod Jesus noluit bibere neque etiam bibit, sed potius mori vult: *Et inclinato capite tradidit spiritum.* Superi boni! ergo exspiravit? Iltene Filius Dei æternum vivi fuit, qui mortuus est in cruce? ubi hic signum Divinitatis? hic vere non est Ægyptiaca, nemo illum Deum agnoscit: blasphemant illum Pontifices, & Judæi, si Filius Dei est, descendat de cruce, & cum corpus amplius non velint, aut possint, cruentant animam. Sol obscuratur, & tenebræ sunt super universam terram: Pater ipse cælestis dereliquit eum. Sed confidite mortales, etiam in hac nocte Fidei lumen nobis ostendit signum Divinitatis: audio enim dici: Vere Filius Dei hic erat: in probationem hujus veritatis, ecce velum templi scinditur, petræ rumpuntur: an utinam corda nostra scinderentur! Aperiuntur sepulcra, utinam corda nostra apperirentur ad agnoscendum peccatorum nostrorum reatum! Ecce ultimum Divinitatis signum, etiam lapidea corda coram cruce mollescunt: *Revertebantur percutientes pectora sua.* &c. &c.

8. *Epilogus.* Accedamus & nos ad crucem, & sub umbra illius, quem desideravimus, quem quæsivimus, per noctem Passionis, quem invenimus, requievimus: Dicamus corde ferventi & contrito: *Arbor decora & fulgida, ornata Regis purpura, electa digno stipite, tam sancta membra tangere. O Crux ave spes unica, hoc Passionis tempore, pias adauge gratiam, reisque dele crimina.* (*Eccl. in Hymno.*) O crucifixe Jesu! ecce nos omne peccatores, rei sanguinis tui, leprosi ut Naaman accedimus ad latus apertum velut ad Jordanem salutis, & rogamus te Divine Redemptor, effice, ut pretiosus sanguis, quem in Passione pro nobis effudisti, nobis non pereat, sed animabus nostris conducat in vitam æternam. Amen.

Feria VI. Parasceves.

CONCEPTUS I.

Accusatur gens perfida Judæorum coram Dei tribunal propter commissum Deicidii crimen, at tandem culpa refunditur in peccatores.

Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Isa. 53.

EXORDIUM.

Parricidium olim credebatur impossibile. Nemo accusavit Deicidas.

1. Multi ex illis Legislatoribus, qui providissimis Institutionibus olim Respublicas moderabantur, utut singulis quibusque criminibus sua supplicia statuerint, uti adulterio, furto, blasphemiæ &c. Nullam tamen inentionem fecerunt de parricidio, vel quod crederent, non esse possibile, vel saltem humana justitia haud satis punibile. Quid dicerent illi, si hodie Jerosolymis spectarent universalem orbis Parentem Deum Incarnatum a perfida Judæorum gente morte crucis trucidari? nonne in cælum clamarent: O æterne Pater, hæc spectas impune de cælo? ubi justitia? potuit Osa (1. *Reg.* 6.) repente mortuus concidere dum arcam tangit: potuit Jeroboami manus exarescere, (3. *Reg.* 13.) dum eam contra Prophetam attollit, & hi perfidi incolumes manus sacrilegas injiciant Filio Dei? Semei maledixit Davidi, & ministri regii se offerunt ad eum trucidandum. Vos Angeli auditis blasphemias, & neodum fulmina vibratis in scelestos? &c. Ita illi quidem clamarent, & ego cum illis. Verum e cælo responsum refero: ubi nullus Actor, ibi nullus Judex. Quid? ergone Actor defit? ita est. Quis enim accuset Deicidas? An Mater Dei Filii? at hæc Advocata est, non Accusatrix peccatorum. An Apostoli? at hi fugiunt, eum-

contenti non lacesti. An Christus ipse? at hic rogat: *Dimitte illis.* &c.

Ergo ego accusabo apud Dei tribunal.

2. *Propositio.* Ergo ego hodie Actor ero, Gens perfida: in jus te voco, ad Dei tribunal cito. Vos Christiani jungite operam: ulciscendum est scelus: felices nos, si mors Salvatoris postri non inulta manent: Ad rem: Ego speciem facti propono.

Accusatio contra Judæos.

3. *Narratio.* Justissime Judex, boni, malique Retributor, adoro venerandum tribunal tuum, & facinus exposo, cui nec fuit, nec erit simile sub sole. Anno post orbem conditum 3984. ausa est urbs Jerosolyma Incarnatum tuum 33. annorum Filium, absque ullo delicto, immo post multa beneficia ægris, claudis, cæcis, & miseris præstita; *pertransiit enim benefaciendo, & sanando,* (*Act.* 10.) captivum ducere, & altera die 25. Martii (horreo dicere!) innocentissimum in crucem tollere. Justitia O Deus! Justitia? negare non potest gens scelerata, quia cælum, & terram testes adduco; cælum, cum sol obscuratus est, atque oculos clausit, ne nefas intueri cogeretur. Terram, cum ipsa adeo saxa miserationis sensu rapta sunt. Neque excusare se potest; quia in captivitate erat enormis hostilitas, in processu enormis iniquitas, in executione enormis crudelitas. Probationem triplicis accusationis percus.

Contra nominem malefactorum integra gens unanimiter conspiravit. Christus nominem offendit.

4. In captivitate non erat nisi odium, & hostilitas: quis enim unquam audivit, quod integra gens, & in ea omnis conditionis homines unanimiter contra unum conjuraverint? Nonneminem Principes persecuti, subditi autem tuiti sunt, quem Clerus oppresit, Laici defenderunt. Elias a Rege Achab insectatus, a vidua, David a Saule ad necem quæsitus a Rege Achis, Jeremias a populoribus ejectus, ab æthiope autem fuit. Quin immo rarissimi sunt, qui non ex hoc ipso patronos inveniant, quod alios adversarios experiantur. Hæc universalis regula apud Christum fefellit; summi, & infimi, Sacerdotes, & Laici, Judæi, ac milites in ejus perniciem operam junxerunt, &c. Debebat prodigium fuisse, si quis unus in orbe homo foret Christo infensus, adeo in omnes manifestus, in neminem aufterus fuit: *Populo meus quid feci tibi, aut in quo molestum fui? responde mihi.* (*Mich.* 6.) Respondete Principes urbis, an vos offendit Christus? neutiquam: immo docuit tributa præstanda esse Principi. Respondete Sacerdotes, an vos offendit? neutiquam: immo leprosis mundatis præcepit, ut offenderent se Sacerdotibus. Respondete Pharisæi, an vos offendit? neutiquam: immo docuit præstandam esse obedientiam Pharisæis in cathedra Moysis sedentibus, utut cetera vita eorum doctrinæ non conveniret. Respondete Publicani, an vos offendit? neutiquam: vobis enim amice convivit non sine æstimationis suæ dispendio, &c. Ergo nemo fuit Jerosolymis a Christo offensus? nemo: & tamen nemo sit, qui nunc oppresso subveniat? ubi sunt claudi, cæci, paralytici famati? Eheu! portenta video: etiam isti tumultuanti turbæ, ac lictoribus immisti Benefactorem persequuntur. Est hic unus, qui paullo ante manus aridæ usum recepit, nunc scelerata manu crines, barbamque Servatoris vellicat. Est ibi alius Christi beneficio a cæcitate liberatus, nunc oculos illi obvelat. Est ibi tertius, qui a membrorum contractura erectus, nunc pedes Domini illidit. &c. Hæc sane Virorum Sanctorum contemplatio est, ex illis Christi verbis desumpta: *Retribuebant mihi malo pro bonis, & odium pro dilectione mea.* (*Psal.* 103.) O odium crudele! O hostilitatem abominandam!

§. II. *In pretensu iniquitas maxima. Christus damnatur ad mortem quia innocens est.*

5. Sed & alteram actionis probationem instituo, videlicet in processu non fuisse, nisi meram iniquitatem. Hortum Gethsemani ingrediamur, ecce impetuosa plebs ligat, cædit, rapuit insontem, ut nec convictum latronem, & sicarium indignius habere potuisset. Quis hic ordo judicii? inter quas barbaras gentes hic procedendi modus? apparitorum officium est captivum Judici sistere, & hi processum ordinatur ab executione: quid posset esse Justitiæ magis adversum? ergone ne auditur quidem Jesus? auditur: en coram Caipha Sacerdote de doctrina, & Discipulis interrogatur: at cum manssuetissime respondet, unus decumanus, truculentus de servis tabularius excussissimum illi pugnum infligit: *Exhorrescat cælum, contremiscat terra:* exclamat Chrysostomus. (*apud Mendoz. serm. de Pass. Dom.*) Si interrogant, cur audire renuunt? si audire detrectant, cur interrogant? Itane Christo non conceditur tantumdem juris, quantum infimissimo grassatori, & adultero, nempe coram Judice se defendere? ergone tacebit ad quoscumque mendaces ructus sibi objectos? Ergo taceat deinceps, bene est, taceat: sed heu miserum conditionem! dum tacet, pro stulto reputatur, &c. Quæ ergo hæc judicii forma est, ubi nec loqui, nec tacere licet? Rudissimi nautæ, non nisi rudentium guari, qui Jonam vehebant, non nisi auditum, confessumque ejecerunt in mare, (*Jone* 1.) & scribæ, legis periti cultique homines non admittant Christo, ubi non mors peri-

culum est, quod admiserunt incultissimi remiges Prophetæ? &c. Verum quomodo res se habet coram tribunali Pilati? ibi major justitiæ spes affulgere videtur: quippe præses publice coram populo protestatur: *Nullam causam mortis in eo invenio*. Ergo vivat innocens Jesus, & libere abeat: at, O iniquitatem inauditam! ex hoc antecedente prorsus inimicam deducit: *Tradidit eum voluntati eorum*. Cui voluntati? infrunitæ, damnabili, inimicæ ad crucifigendum. Ergone moriendum est illi, qui non tantum innocens est, sed & innocens apparet? ita est: moriendum est: cur? quam ob culpam? hoc ipso, quia innocens est, quia sanctus, quia ex invidia traditus. O stupendam iniquitatem, & ipsis adeo barbaris abominandam! nonne palam est totum processum judicialem Christi injustissimum fuisse, ac perversissimum?

§. III. *In executione crudelitas maxima.*

6. Restat tertium, ipsam etiam executionem fuisse crudelissimam, & in hoc probando minime laboro. Malefici ad mortis supplicium damnati sæpe spem suam ultimam in tortoribus collocant, confidunteque, ab his executionem sententiæ sibi mitigatam iri. Et isti quidem ut plurimum reo comparientes veniam ab eo rogant, securos acunt, ut ictus velocius succedat, &c. An etiam Christus lictores nactus est adeo humano, ac mites? hoc vestro judicio relinquam. Erat lege cautum, ne lictor in flagellatione reorum quadraginta ictuum numerum excedat. Quodsi quis excederit, perpetuæ infamiæ notam incurrit, &c. In flagellatione Christi autem nulla cautio locum habuit: plagæ illi inflictæ non quadragenarium, sed millenarium numerum excedebant. Horreo dicere. Novi identidem, recentesque succedebant fatigatis, nunc flagris, nunc loris, nunc spinis, nunc catenis armati denudabant costas, & vitcera, ac non jam corpus, sed vulnera flagellabant. Superi! quod tandem hominum genus hoc erat? an tygrides? an rupes caucasæ? certe rabido cani in tanta laniena compsti opportuisset, ne dicam homini, & homini Deo, & homini inter omnes speciosissimo, cujus vel solus aspectus flectere saxeos debebat. Quæ porro crudelitas erat, cum sacratissimo capiti, quod solum a flagellorum grandine manfit innoxium, spineam coronam auctoritate propria, & inconsulto Judice necterent, & spinarum aculeos alte in ejus cerebro demergerent? quæ crudelitas erat Christum inter acutissimos dolores deridere, conspuere? Regem jocularem constituere? quæ crudelitas erat, illi ipsimet crucis trabem deferendam imponere, cum mos habeat, ut etiam ab infimæ sortis furunculis extremi supplicii instramenta abscondantur? quæ crudelitas erat, violenta avulsione vestium, quæ concreto sanguini, ac saniei adæserant, plagas omnes corporis innovare? quæ tandem crudelitas erat cum latronibus, & quidem medium, tanquam latronum alpha, ac coriphæum cruci affigere? &c. An potuissent vel ipsi dæmones ex orco elapsi edere crudelius spectaculum? Quod majus est; mitiora fuissent hæc tormenta, si hispido cuidam de rure Menalcæ, aut Martis alumno fuissent illata, quos callosius naturæ rigor obduxit. At Christi corpus fuit delicatissimum, perfectissimum, adeoque sensus tenerrimi, tantoque præstantius hominibus ceteris, quanto oculus ceteris membris. O mi Jesu! quantus igitur dolorum sensus tibi fuit in decumano plagarum grandine, cum teste Landspergio (*serm. de Pass. Dom.*) alapis in facie 102. calcorum ictibus 40. percussionibus in brachiis 62. in pectore 28. in crucibus 52. in flagellatione 6666. in toto corpore vulneribus 5475. fuciatus es? Taceo, quia horror naturam concutit, vires deficiunt, lingua obriget.

§. IV.

7. Solum ad te clamo, æterne Pater, Justitia: Justitia: spectaculum Passionis Dominicæ non potuisset fuisse hostilius, non iniquius, non crudelius: vindica odium, vindica iniquitatem, vindica crudelitatem: exertisti quidem urbem Jerusalem, dilapsi perfidam gentem per universum orbem. Verum nimis mulcta hæc sunt supplicia delicto, cui expiando nec mille infemi sunt sufficturi. Vindicta: Vindicta: &c.

Peccatores rei sunt mortis.

8. Christiani Auditores, quæ nova? quæ portentosa se scena aperit? audite, & obstupescite: dum sententiam avide de calo exspecto, sententiæ loco acclamari mihi audio verba illa Isaiæ: (*cap. 53.*) *Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.* Itane nos ipsi rei sumus mortis Christi? Ita est: negare non possumus, peccata nostra hujus tragœdiæ coriphæi fuerunt: *Tua, O gulose, gula Christum felle, & aceto potavit. Tua O luxuriose, ambitio Christum inter latrones suspendit. Tuæ, O cumpule, vestium luxus Christum spinea corona coronavit. Tua, O luxuriose, libido Christum flagellis cruentavit.* &c.

9. *Eottigas.* O Christiana pectora? nolite itaque bilem exonerare in perfidiam Judæorum; in peccata vestra odium omne convertite. Hæc persequimini, hæc damnate, hæc fugite, hæc vindicate. Ego autem a limine judicii recedo, cum non conveniat Actorem agere, qui ejusdem criminis reus est; non vindicta clamanda est, sed misericordia, misericordia. &c.

Feria

Feria VI. Parasceves

CONCEPTUS II.

Condolet orator Christo Patienti ob amarissimam Passionem a peccatoribus causatam, annihilatam, renovatam.

Peccata nostra ipse pertulit in corpore super lignum, ut peccatis mortui, justitiæ vivamus. 1. Petr. 2.

EXORDIUM.

Effectus consecutus est salutem laberit.

1. QUisquis opus magni moliminis aggreditur, certe exantlati laboris pœnitudinem non sentit, dummodo saltem effectum, quem sibi præfixit, consequatur: cum Regum nonnullus immensis sumptibus expeditionem bellicam suscipit alienas provincias expugnaturus, non curat expensas, ubi inimica regna suo subjecit dominio: at si exhausto ærario, deletoque exercitu nihil efficiat; indicibile est, quanto animi dolore corripiatur. Cum Medicus diu noctuque studiis invigilans omnia artis suæ arcana excutit, hilari animo sustinet laborem, dummodo ager convalescat: at cum sollicitudinem suam frustrari, ægrumque in febriles paroxismos iterato relabi cernit, mirum quantum indignatur. Mundanus amator libenti animo incommoda, expensas, servitia subit, modo sponsam, quam deperit, adquirat, at si tot amoris argumenta, & obsequiosos labores eludi cernit, utique haud vulgari fastidio excruciatur, &c. Christiani Auditores! Hodierna dies est, qua Incarnatus Dei Filius maximi moliminis opus feliciter ad finem perduxit: *Consummatum est.* (*Joan. 19. v. 30.*) nimirum opus nostræ Redemptionis: proh! quanto labore, & sudore, proh quantis incommodis, & triginta trium annorum miseriis hoc opus constitit, donec tandem amarissima illud crucis morte concluserit! Verum quem in finem, quo scopo hæc omnia pertulit? Recogitate obsecro verba, quæ pro themate propolui: (*1. Petr. 2.*) *Peccatorum ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, justitiæ vivamus.* Hic scopus, hæc causa finalis est dolorosissimæ Passionis, ut deleantur peccata, ut destructo orci dominio humanæ animæ æternam salutem consequantur. An obtinuit Dei Filius tam nobilem effectum? Eheu! non possum ad hanc interrogationem aliter nisi cum gemitu respondere.

Effectus Dominicæ Passionis deberet esse extirpatio peccati.

2. *Propositio.* Et ut vos Christianæ animæ ad commiserationem moveam, exhibebo Passionem Dominicam non a S. Matthæo, a S. Marco, a S. Luca, a S. Joanne descriptam, sed a peccatoribus causatam, a peccatoribus frustratam, a peccatoribus renovatam. Quin immo tibi, O Crucifixe Redemptor! ex intimo corde condolebo, qui merito de cruce nos alloqui potes: *quæ utilitas in sanguine meo,* (*Psalm. 29.*) dum plenis adhuc furiis in mundo dominatur peccatum cujus extirpandi gratia mortuus sum? Favete.

§. I. *Per peccatum fuit causata Passio Christi.*

3. *Confirmatio.* Prima igitur pars ita sonat: Passio Domini Nostri Jesu Christi a peccatoribus causata. Ita est: quod peccatores rei sint mortis Christi, indubitata fidei veritas docet: *Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.* (*Isa. 53.*) Ipse luit, quod nos deliquimus: *Vis igitur, O Peccator,* ait Cornelius a Lapide, (*in Isa. 53.*) *Vis videre vivam immaginem animæ tuæ peccatis? inspice Christum flagellatum, conspurcatum, coronatum, & crucifixum: inspice toto corpore cruentatum, & lividum, ut totum corpus non videatur nisi una plaga, livor, & vulnus: inspice deformatum quasi leprosum: Hæc est forma, hæc species animæ tuæ, quam Christus ipse suscepit, & expressit.*

Et quidem tanquam causa efficiens.

4. Verum peccata hominum non solum causa motiva, sed etiam efficiens fuerunt Dominicæ Passionis: Indubitatum est, Judam perfidum Apostatam fuisse traditorem Christi: sed quæritur: cui, & quibus tradidit? respondebitis sine dubio, militibus, & Pontificum ministris: verum erratis, Auditores; primario ac principaliter traditus fuit peccatis nostris: ubi enim Vulgata ait: *Passus Dominus in eo iniquitates omnium nostrum,* (*Isai. 53.*) ibi septuaginta Interpretes (*apud Corn. a Lap. l. c.*) legunt: *Dominus tradidit eum iniquitatibus nostris*: o crudelis traditio facta inimicissimo Christi Domini hosti! hæc traditio intolerabilior fuit Redemptori, quam cum in manus traderetur Caiphæ, Pilato Herodi, & plebi tumultuanti: truculentius etiam in Christum sævierunt peccata nostra, quam carnifices, & tortores. Superbia cum coronavit spinis, avaritia vendidit pro triginta argenteis, luxuria crudeliter cæcidit flagellis, invidia replevit opprobriis, gula potavit felle, & aceto &c. *En Christiane lector,* ait Doctissimus Forerus, (*Corn. a Lap. l. c.*) *considera peccata tua ac mea pariem illius exercitus fuisse, qui in Christum irruit,* qui Christo sanguinem expressit, qui Christum flagellavit, qui Christum coronavit, qui Christum crucifixit.

5. Antiquitus moris erat occisorem dignoscere ex sanguinatione cadaveris: hoc judicium quidem injustum, & tentatio Dei est; verum nullibi magis procedit, quam apud Dei Filium; hinc plurimis historiis memoriæ proditum est, quod Crucifixus in præsentia peccatorum aut fleverit, aut sanguinem sudarit. Potest jure merito Christus de cruce nobis omnibus exprobrare verba illa S. Petri loquentis ad Judæos: *Vos tradidistis, vos sanctum & justum negastis,*

ver auctorem vitæ interfecistis. (*Act.* 3.) Scio quidem, o peccatores, quod negare velitis crimen, scio, quod cum Pilato causam vestram excalpare studeatis: *Innocens ego sum a sanguine justi hujus*, (*Matth.* 27.) sed frustra agitis; quia unus vestrum loco omnium jam fassus est crimen, videlicet, Augustin. (*ap. P. Hoger.*) *Ego sum tui causa doloris, tuæ culpæ occisorii, ego tuæ mortis meritum, tuæ vindicta flagitium*. &c. &c.

§. II. *Per peccatum annihilatur Passio Christi.*

6. Altera pars hodiernæ concionis ita habet: Passio Domini nostri Jesu Christi a peccatoribus annihilata. Nimirum enorme quidem crimen est causare Domini Passionem, sed longe intolerabilius est causatam annihilare; id est, suo effectu frustrari: tunc autem frustratur suo effectu, cum peccata non extirpantur. Et revera, quid jam communius in mundo? an posset orbis esse sceleratior, si Christus nunquam mortuus fuisset? regnat plenis furiis libido, ambitio, injustitia, ac si Divinus sanguis nunquam fuisset effusus; adeo conqueritur Divinus Redemptor. *Velut aqua effusus sum* (*Psalm.* 21.) quid? an velut aqua? ita est: velut aqua; quarum hæc similitudo? advertite observationem Lorini: cum alii liquores, uti oleum, balsamum, succi medicati effunduntur, saltem color, odor, sapor remanet, aut cum tortuito casu effusio facta est, omni adhibita opera recolligitur: sed aqua nec sui quidquam relinquit, nec recolligitur: verba Lorini (*in Psalm.* 21.) sunt: *aqua effusa nullus nec odor superest, nec color, nec sapor, & sine cura, & circumspectione funditur*. Ita plane eadem vilipensio esse videtur Divini sanguinis quasi aquæ: non curatur, pedibus calcatur, in reverentiam hujus sanguinis luxuriosus non evitat unica vice occasionem sceleratam, avarus non cessat abinjustis lucris, invidiosus non sibi temperat a detractionibus, vindictæ cupidus nec unicam vult condonare injuriam. &c. O Bone Jesu, quid mirum, quod in agoniæ horrorem, tristitiam, & dolorem sanguinem passus? scitis Auditores, quæ causa fuerit endemnis tristitiæ? *Tristis est anima mea usque ad mortem*. (*Matth.* 26.) Respondet S. Bernardinus Senensis, (*tr. 2. serm. 6. in Parasc. 3.*) causam fere maximam fuisse, quod præviderit sacrosanctum sanguinem in potissima hominum parte interiturum, & a malitia ultro ad salutem oblatum non acceptatum iri. Narrat Gotfalcus (*serm. 38. part. hyem.*) de homine impio, ac sceleratо, qui vitæ curriculum in omni flagitiorum licentia exegit, terribilem historiam: Hic post mille scelera a Dei Bonitate sæpe sæpius ad vitam meliorem stimulatus, novissime periculoso morbo afflictus fuit: non deesse interna inspirationes, quibus ad agendam pœnitentiam invitabatur, sed has contemptui adhuc tunc sanguinei rogitantes, ut animæ curam haberet, sed pia monita eluit: venerunt animarum curatores, qui cæli præmia, gehennæ supplicia ei potenter ante oculos statuebant, sed ad ista omnia obsurduit. Verum necdum malitiæ cordis Dei defecit, audite, & admiramini: Christus ipse Dei Filius visibili specie illi apparuit, ad lectulum accessit, amanter ægrotum ad pœnitentiam invitavit: *Ego sum Jesus*, ajebat, *respice meo sanguine redemi, & innumera hujus pretia tibi ventum offero: non te terreant scelerum moles, pœnitentiam age, & plenæ remissione te integratem recipiam*. Quis non credat, audita tam amabili invitatione cor hujus peccatoris in mille lacrimas dissolutum iri? verum o obstinatum, o perversitatem! nec se movit, nec unicum suspirium misit. Necdum tamen extincta est Dei caritas: Christus Dominus remotis paullisper velibus aperto pectore sacrosanctum vulnus ei exhibuit, & *Ecce Fili*, inquiens, *hunc sanguinem pro te fundi, considera, quam caro pretio mihi reconciliari: utere hoc sanguine in salutem tuam*. &c. Aspice, Dilecti, congratulemur Christo de conversione hujus animæ: an enim possibile est, tantum misericordiam posse contemni? Eheu! Eheu! possibile est: infelix homo nec amorem Domini, nec verba, nec sanguinem curæ habuit: tunc enim vero amor in furorem transiit, & velut undosus torrens ruptis aggeribus sese effudit: Christus adeo contemptus e sacrosancto lateris Vulnere volatus sanguinis excipiens miserrimo homini in faciem projecit. *Quantum voluptas*, inquiens, *hunc crudelem usurpare in venum, & æternis ignibus, nunc tepe in ripam, & æternam damnationem*. His dictis Christus videri, infelicissimus autem ille inter inconditos ejulatus, ac blasphemias vivere desiit. O terribilem tractandum! Christiani Auditores, an deploratis infaustissimam mortem miseri hujus peccatoris? deploranda utique est: at ego longe magis compatior Christo Domino, cujus sanctissimus sanguis etiam tunc non acceptatur, cum vocat, cum blanditur, cum invitat, cum veniam offert, cum æterna præmia pollicetur. O utinam hic obstinatus esset hominum ultimus, qui tantam Dominicæ Passioni infert contumeliam! sed jam ad tertiam partem festino.

§. III. *Per peccatum Passio Christi reiteratur*.

7. Tertia pars ita se habet: Passio Domini nostri Jesu Christi a peccatoribus renovata: an ergo mirum est Passionem causare, causam annihilare? an tanta est crudelitas peccatorum, ut causam annihilatam renovent? tanta est crudelitas! quinam autem hanc isti crudelis? Respondeo, peccator quilibet sine discrimine: per quodvis peccatum renovatur Christi Passio; quia per quodvis peccatum nova ponitur causa, ob quam Dei Filius mori deberet, nisi mortuus jam foret. Filiorum pretiosissimum unionem e manibus hostium per integram auri millionem fuisse redemptum: quodsi vero perditio jam pretio dotis mariti tam recuperet, nonne redemptor novum incurrit integræ millionis debitum? Ita res proportionaliter se habet in nostro proposito: omnia tua, o bone, per pretiosum sanguinem Redemptoris tui captivitate crebis hostis liberata est; quodsi per peccatum ultro ad ejus potestatem recidas, nonne autem das, ut denuo, quantum est ex

te, pretiosus ille sanguis effundatur, ut denuo Christus crucifigatur? ita plane est: ita argumentatur S. Apostolus Paulus: (*Hebr.* 6.) *Rursus crucifigentes in semetipsis Filium Dei*. Supra quæ verba S. Thomas Doctor Angelicus: (*l. 1. in c. 6. Hebr.*) *Christus pro peccatis nostris mortuus est semel, cum ergo peccat baptizatus, quantum in se est, das occasionem, ut iterum crucifigatur*. O credulitatem!

8. De Tullia Romana illa furia narratur, quod contra Patrem Servium seditionem concitarit, & hoc interfecto, Tarquinium ad regni thronum evexit: dum curru per plateas vehitur, auriga illi ostendit jacens in foro, & vulneratum Patris cadaver: at illa equos ugeri, & supra exanimi parentis corpus agitari currum justit, adeoque ex vulneribus Patris redundum adhuc sanguinem expressit: hanc crudelitatem tota Roma usque adeo detestata est, ut locum illum vocarit *Vicum sceleratum*. Sed Chrysostomus (*ap. P. Hoger. l. c.*) ait: *Habeo quod dicam, & hic major*. O quot homines sunt, qui in Christum jamjam mortuum sæviunt, volunt illi sanguinem exprimere postquam jam omnem effudit, refricant vulnera, renovant mortem! &c.

9. *Epilogus*. O Dilectissime Jesu! condoleo tibi ex toto corde non jam ob Passionem tuam exantlatam, sed ob annihilatam, & renovatam: hæc erat peccatorum longe tibi acerbior est, quam illa Judæorum; quippe in illam ultro ex amore abscondisti, in hanc autem invitus ex furore raperis: illam adhuc mortalis, & passibilis sustinuisti, ad hanc jam gloriosus, & impassibilis cogeris. Illam tibi dulcoravit salus humani generis, hanc ruina, & interitus animarum tibi reddit amarissimam. Ah! doleo super te. Vos vero, o Christianæ animæ, per Dominicæ Passionis amorem, obsecro & obtestor, fugite, fugite peccatum tamquam causam unicam amarissimæ mortis. Nolite inseri infelici catalogo illorum, in quibus facer sanguis Redemptoris nostri interiturus est, sed potius contendite adscribi felici numero eorum, quibus sanctissimus cruor cedit ad æternam salutem, ac gloriam. Amen.

Feria VI. Parasceves.

CONCEPTUS III.

De Doctrina ultima, seu de septem Verbis Domini in Cruce.

Non judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc Crucifixum. 1. Cor. 2.

EXORDIUM.

Tota quidem Vita Christi est nostra institutio. Sed præcipue Verba ejus ultima sunt schola Virtutis.

1. TOta Vita Christi fuit continuum humani generis magisterium, omnis ejus actio

est nostra instructio, quin immo nullum est Crucifixi Domini membrum, quod non sit ad eruditionem nostram dictum, dicente Augustino: (*ap. Speront. de Pass. Dom. punct.* 27.) *Crux ubi finxit membra patientiæ, cathedra facta est Magistri docentis*. Intueamur tantum Divini Filii in cruce pendentis immaginem, & doctrinas audiemus virtutibus implantandis saluberrimas, sceleribus confutandis efficacissimas. Quid loquitur nobis spinis coronatum caput, nisi humilitatem contra superbiam? quid inculcat nobis denudatio, nisi rerum omnium abdicationem contra avaritiam? quid membrorum confixio, nisi mortificationem contra luxuriam? quid lateris apertio, nisi amorem contra invidiam? quid propitiatio inimicorum, nisi mansuetudinem contra iram? quid potio amara, nisi sobrietatem contra gulam? quid orationes & lacrimæ, nisi diligentiam contra accidiam? Verum cum nimis generalia sint ista, reservavit sibi Dei Filius quædam dogmata e pulpito crucis articulate proponenda; ibi scholam aperuit omnibus Græciæ Academiis præstantiorem; ibi doctrinam explicavit, quæ quidem mundo est stultitia, nihilominus omnem Platonicorum, Peripateticorum, Stoicorum, & Pythagoricorum prudentiam infinities transcendit. Quænam est hæc doctrina? sunt septem ultima Christi Agonizantis verba: hæc verba fuerunt quasi Gymnasium publicum, quo complures discipulos felici successu erudivit. Inter hos discipulos erat Centurio, qui cum vidisset, *quia sic clamans exspirasset*, (*Marc.* 15.) Christum Dei Filium publice professus est. Inter hos discipulos erat Latro, qui in hac schola ex latrone in Christi præconem, & regni cælestis prædonem migravit. Inter hos discipulos denique erant, qui revertebantur *percutientes pectora sua*. &c.

2. *Propositio*. Christiani Auditores! hanc scholam & nos hodie frequentemus, & ultima Redemptoris verba ad nostram instructionem pie meditemur. Hunc in finem proposui vobis verba Apostoli: *Non judicavi me aliquid scire inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc Crucifixum*. Hæc est enim sublimissima sapientia, scire Jesum, & ejus verba audire: hæc si sola addiscantur, etsi ceteroquin rudissimus sis, sat sapiens es, & supra omnes Philosophorum scientias, supra omnia mundi principia sapientior. &c. Favete.

Primum Verbum: Pater dimitte illis.

3. Primo igitur, dum Jesus doloribus onerатus medius inter cælum & terram, inter vitam & mortem in cruce penderet, palpebras sanguine concretas aperiens, oculosque ad Patrem suum attollens, lacrimabili voce orare cœpit: *Pater dimitte illis; non enim sciunt, quid faciunt*: (*Luc.* 23.) Quasi diceret: Æterne Genitor! per illum, quem effudi sanguinem, per tot opprobria, quibus impetitus, per tot alapas, quibus percussus sum, per mille flagra cor-

corpori inflicta, per spinas in caput altre demersas, per clavos manibus, ac pedibus infixos, per hanc in qua morior, crucem, rogo te, non ut dolores mihi imminuas, sed ut veniam languris crucifigentibus: *Dimitte illis*. Ne perire patiaris, pro quibus patior; vivant illi, pro quibus morior; non attende, quod per illos moriar, sed quod pro illis morior: & ne gratis putes me orare, accipe causam orandi: *Non enim sciunt, quid faciunt*: sciunt, quod crucifigant, nesciunt, quem crucifigunt. &c. Considera hic, anima Christiana, admirabilem Domini mansuetudinem: vindictam clamat contra impiissimos Deicidas coelum caligine obtenebratum, clamat sol, qui eos intueri dedignatur, clamat terra horrendis motibus tremefacta, clamat velum templi scissum, clamant Angeli & dæmones: præterea potuisset Christus ad ferale ultionis obsequium parata habere elementa omnia; & tamen pro persecutoribus veniam precat. Est hæc virtus prorsus Divina; ex quo enim agnovit latro, & centurio Christum esse Dei Filium? Respondet S. Vincentius Ferrerius; (*apud Gilbertum tract. pro convers. Gent. c. 4. n. 3.*) ex hac ipsa mansuetudine erga malefictores: quin immo hæc admirabilis intercessio tanta fuit efficaciæ, ut teste Hieronymo (*in c. 53. Isa.*) ad quinque hominum millia ad Christi Fidem fuerint conversa. Quid tu agis, mi Christiane? heu! in injuriis & persecutionibus vindictam spiras, hostis mihi læsit famam, inquis, sed nunquid tulit etiam vitam? offendit me verbis, sed nunquid etiam cecidit virgis? impetiit me dictériis, sed nunquid etiam percussit alapis? minatus est mihi manibus, sed nunquid etiam ligavit funibus? optavit mihi mortem, sed non egit in crucem. Video vultum tuum, sed nulla video spata, adpicio corpus, sed nullum invenio vulnus, nullas invenio spinas in capite, nullas plagas in manibus, nullum livorem in genis, nullum sanguinem in fronte. Et quidem tu meveberis ista omnia, quia peccator; hic autem innocens est, quia Salvator. O quam accurate hanc mansuetudinem in schola Christi didicerunt Sancti Dei! S. Christophorus Martyr a gentili Samiorum Præside alapa percussus: Bene tibi fit, reponebat, quod Christianus sim; alias certo vindicarem: S. Bernardus colapho injuriatus alteram maxillam præbuit. S. Xaverius & Socius ejus Fernandez in Japonia sub concione sputo in faciem appetuntur, quod dum mansuete ferunt, multos ad Fidem Christi convertunt. En Christiane inspice, & fac secundum exemplar, si verus vis esse Divini Magistri discipulus.

Secundum verbum: Hodie mecum eris. &c.

4. Alterum Christi morientis verbum fuit, quod latroni pœnitenti æternam felicitatem addixit, inquiens: *Hodie mecum eris in paradiso*. O quanta est Dei misericordis Bonitas erga peccatores! conversio hujus latronis est omnium miraculorum, quotquot tempore mortis Christi contigerunt, maximum: Sol fuit obscuratus, sed mirabilius est tenebrosam latronis mentem fuisse illuminatam: petræ scissæ sunt, sed mirabilius est saxeum latronis pectus in amoris ignes fuisse solutum. Terra tremuit, sed mirabilius est intrepidum ad patranda tot facinora latronis animum pia trepidatione commoveri. Corpora Sanctorum resurrexerunt, sed mirabilius est mortuam, & gloriæ Divinæ carentem animam latronis ad vitam spiritualem evocari. Bone Deus! quid fecisti? Necdum fidelis Abraham, necdum obediens Isaac, necdum patiens Jacob, necdum castus Joseph, necdum mansuetus Moyses, necdum pius David in Paradisum ingreditur, & latro jam admittitur. Dum uni præstas gratiam, pluribus videris facere injuriam. Nonne merito murmurabunt adversum te Patriarchæ, & Prophetæ, Reges, & Judices, dicentes: *Hic novissimus una hora fecit, & parem nobis fecisti, qui portavimus pondus diei & æstus?* (*Matth. 20.*) &c. Tu vero O Christiana anima! disce salutem tuam operari inter spem & metum: e duobus latronibus unus salvatur; unus & solus; solus ne præsumas, unus ne desperes. Noli hujus latronis intuitu pœnitentiam in ultima tempora differre; quia ait Bernardus: (*serm. 38. de parvit.*) *In toto Canone Scripturarum unum Latronem invenies sic salvatum*. Noli etiam pusillanimi abjectione de misericordia diffidere, sed frequenter cum Ecclesia precare: *Qui latronem eruendisti, mihi quoque spem dedisti*. &c.

Tertium Verbum: Mulier ecce Filius tuus.

5. Tertium Christi agonizantis Verbum fuit ad pientissimam Matrem: *Mulier ecce Filius tuus*, quo dicto dilectum Discipulum sibi surrogavit. O tristis commutatio! traditur Mariæ Joannes, servus pro Domino, Discipulus pro Magistro, nepos pro Filio, homo pro Deo, Filius Zebedæi pro Filio Dei. Hæc verba morientis Filii erant gladius ille Simeonis, qui penetrabat animam Virginis: si enim dolor proportionatur amori dicente Augustino: (*l. 21. de Civit. Dei. c. 26.*) *Tantum necesse est unus doleat, quantum haberet amor*, certe Divinæ Matris afflictio supergreditur omnium creaturarum dolores, quia etiam ejus amor in Filium supergressus est omnium creaturarum amores. Non frustra Sanctissima Virgo salutatur tamquam Regina Martyrum: in illa enim viginti quatuor horis acerbiores cruciatus pertulit, quam quidquid Martyres omnes passi sunt, vel patientur a primo usque ad interitum: quin immo S. Bernardus (*serm. 61. a. 4. c. 2.*) dicere audet: *Tantus fuit dolor Virginis, quod si in omnes creaturas divideretur, omnes subito interirent*. &c. Interim dum illa Consolatrix afflictorum gravissime affligitur, nobis omnibus fertilissima seges offertur lætitiæ; non enim soli Joanni, sed nobis omnibus dictum est a moriente Christo: *Ecce Mater tua*. O peccator erigere in spem, & dum tibi assignatur Mater, quæ est plena gratiæ, Mater Dei & hominis, Mater rei & judicis, dic cum Salomone: (*Sap. 7.*) *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*. Si Maria Mater tua, ergo Jesus Frater tuus; in Fratre vides vulnera, in Matre vernis ubera; utrinque habes salutis pignora; qui me injicio inter duas tam immensas pietates, inquit Anselmus (*ap. Speranz. Script. Sel. punct. 131.*) non incidam in justitiæ severitates. &c.

Quartum Verbum. Deus meus, Deus meus, ut quid &c.

6. Quartum Verbum clamavit Jesus tam magna voce, quam grandi mysterio: *Deus meus! Deus meus! ut quid dereliquisti me!* Obstupescite cœli super hoc: quod homo conqueratur de homine, vulgare est: quod aliquis conqueratur de seipso ultratum est: sed quod Deus conqueratur contra Deum, Filius de Patre, & quidem talis Filius de tali Patre, cui factus est obediens usque ad mortem, quis capiet? quis explicabit? Convertit Christus undique, & undique moribundos oculos, ut videret, si esset, qui eum consolaretur: convertit ad Matrem, & illa trisibatur: ad Apostolos, & illi distinguebant: ad Judæos, & illi blasphemabant: ad Sacerdotes, & illi irridebant: ad carnifices, & illi pœnam augebant: ad solem, & ille obscuratus est: ad Angelos, & illi amare flebant: Nusquam solatium inveniebat nec ab amicis, nec ab inimicis, nec ab hominibus, nec ab Angelis: Igitur destitutus omni solatio Filius prodigus in morrore cogitabat: *Surgam, & ibo ad Patrem meum. Luc. 15.*) Et ecce: etiam Cælum illi æneum est: clamat, & non auditur, pulsat, & non aperitur, quærit, & non invenit. *Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Hanc derelictionem explicans S. Bernardinus Senensis (*de Pass. Dom. serm. 55. c. 4.*) ait: Deus sic cum dereliquit, ut nulla penitus gaudii, dulcorisque redundantia fieret ab habitu, & ab actu gloriæ in naturam, quæ patiebatur, quo aliquo modo mitior fieret Passionis acerbitas, & hoc ut tantum immensæ patereter, quantum illa natura passibilis poterat, omni ab ea refrigerio separato. &c. Tu O Christiana anima disce ex hac afflictione Salvatoris in omnibus afflictionibus, ærumnis, sordibus, & fastidiis, in quibus omnino derelicta tibi videris, erigere constanter animum ad Deum, eumque dum agendo non potes, laudare patiendo. &c. &c.

Quintum Verbum: Sitio.

7. Quintum Verbum Dei Filii in cruce fuit illud terribile, & omni commiseratione dignissimum: *Sitio*: Etenim vulnerati, qui multum sanguinis effuderunt, maxime sitim conqueruntur: quid mirum igitur sitire Dei Filium, qui sanguinem omnem ad ultimum guttulam perdiderat? O deplorandam sortem, qui sitienti populo fontem salientis aquæ de petra produxit, qui Samsoni de maxilla latice aperuit, qui convivis nuptialibus vinum ex aqua producere fecit, ille sit arescit, nec habet, qui hausum frigidæ ei propinet! Christiana anima: si præsens tam afflictisses, an aridas Salvatoris fauces potavisses? Refocillassem, inquis, & non segnior fuissem in obsequium Redemptoris, quam olim tres illi Heroes in Refrigerium Davidis. Eu si serio agis, patet hodiedum occasio: funde lacrimas pœnitentiæ, & sitim Christi restinguis. Mortifica gulam, subtrahe tibi in ejus honorem inordinatas potationum delicias, & sitim Christi restinguis: ita fecit S. Abbas Pachomius, inquiens: Dominum meus Crucifixus sitit, & ego oleum comedam? abstinebo non comedam. &c.

Sextum Verbum: Consummatum est.

8. Sextum Verbum Divinæ Sobolis in cruce ita sonuit: *Consummatum est*: O Verbum mysteriis plenissimum! non aliud Verbum magis est Angelis amabile, hominibus salutare, dæmonibus terribile. O Verbum lætitiæ; Verbum gloriæ; Verbum victoriæ, & triumphi! contremiscite inferi, vos sperabatis aliquando fore, ut post facta novi adhuc fundamenta Christo insultare possitis: *Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare*, sed nunc magnum ædificium absolutum est, illud præliam inter vos, & Christum victoriose consummatum est. Gaudete O captivi in limbo, nunc tandem venit Dominus, & non tardabit; jam enim magnum illud opus Redemptionis vestræ consummatum est. Exulta O Ecclesia novi Sponsi nova sponsa, jam claudituræ synagoga, jam reprobatis Judæis veniet desideratus omnibus gentibus, & deosculabitur te osculo oris sui, consummatum est, O quot Sacramenta complectitur hæc vox consummatum est! Pridiquam Auctor vitæ oculos in mortem clauderet, & rediret ad Patrem, prius animo recapitulavit omnem Scripturam a primo capite Genesis, usque ad ultimum Machabæorum, percurrit Patriarcharum Oracula, Prophetarum Vaticinia, viditque omnia ad iota usque fuisse obtervata: quapropter exultans spiritu ad Patrem conversus dixit, consummatum est: tandem tandem omnia ab utero Matris, usque ad mortem crucis consummata sunt: nulli rei peperci, non honori, non sanguini, non corpori, non vitæ: nullus reliquus est in venis cruor, nullum in ossibus robur, nulla in arteriis motio, nullus in pulmone spiritus, nulla in corde vita: *Consummatum est*: &c. O anima Christiana, quæ hæc audis, attende qui, & cui vivas: felicem te reputa, si in omnibus voluntatem Dei capieas, & quoniam in morte dicere possis, omnia, quæ Deus a te exegit, consummata esse. &c.

Septimum Verbum. Pater in manus tuas &c.

9. Tandem ultimum Dei morientis Verbum, & ceterorum omnium completivum fuit: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum*. Ita nempe Christus omnia, quæ habuit, distribuit: dedit persecutoribus veniam, dedit latroni Paradisum, dedit Matri Joannem, dedit corpus Josepho & Nicomedo: sed Spiritum Patri reservavit, ut in manus Creatoris reverteretur, e cujus manibus originaliter venit. &c. O anima! hoc punctum est ultimum, hoc collimandum est, hoc a morientе Dei Filio ante omnia exorandum est, ut postimus & nos quondam in has sanctissimas manus animam efflare, ac confidenter dicere: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum*. &c. &c.

10. *Epilogus*. Jam finita est lectio, finita sunt dogmata e pulpito crucis nobis prælecta. Quid tamdem Doctrinæ principaliter ex illis omnibus haurimus? percipite paucis: Christus se totum nobis dedit, nihil sibi reservando: ergo & nos totos oportet Christo impendi, nihil nobis reservando: ille per dolorem oculorum oculos nostros emit, igitur injuria fit Christo, si oculos ad vanitatem usurpemus: ille per dolorem aurium aures nostras emit, igitur injuria fit Christo, si aures ad nugas mundiales adhibeamus: & ita loquendo de ceteris membris. Toti quanti sumus res propria Christi, quia ille se totum in nostram salutem impendit. Ita ita, mi Jesu, tuus sum, quotquot habeo potentias animæ, quotquot artus corporis, mei non sint amplius, sed captivi Crucis. Tu septem hæc salutaria verba alte in corde meo depinge, tu memoriam, intellectum, voluntatem & sensus omnes ita ad te trahe, ut dicere cum Apostolo (1. *Cor.* 2.) queam: *Non judicavi me aliquid scire nisi Jesum, & hunc Crucifixum. Amen.*

Dominica Pascha tis.

CONCEPTUS I.

De cavendo Relapsu in pristina peccata.

Christus resurgens a mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Rom. 6.

EXORDIUM.

Duplex resurrectio Christi.

1. DUbito sane, cui primo, cui ultimo gratuler, toti universum Ecclesiæ, an particulariter vobis. Toti Ecclesiæ gratulandi ansam haberem, quia surrexit Christus; est enim gloriosa resurrectio terminus, & complementum totius operis Redemptionis nostræ, quo ultimato, confirmata sunt Prophetarum vaticinia, expleta veteris legis symbola, stabilita novæ mysteria, devictæ Judæorum perfidia, in ruborem data gentilium incredulitas, & demum erecta Catholicæ Religionis trophæa. &c. (*Corn. a Lapid. in c.* 5. *Rom. v.* 25.) Vobis autem gratulandi ansam haberem, quoniam Christus in conscientiis vestris, antea per peccatum mortuus, per gratiam, & Paschale Sacramentum revixit: Ea! lætamini, rupta sunt orci vincula, sublata inter Deum, & vos inimicitia, pax æternum stabilita. Verum elicite, problema plenum timoris vobis propono, si perfidis Judæis id virium fuisset, ut Christum gloriosè resurgentem denuo in vincula darent, &, renovata totius Passionis tragœdia, altera etiam vice in crucem agerent, an funestius quidquam, & luctuosius Ecclesiæ accidere potuisset? certe non: ita enim triumphasset impietas, mysteria fidei fuissent lusui, & opprobrio exposita, &, quod caput est, sorte Redemptionis humanæ negotium, adeo turpiter elusum, nunquam amplius a Deo fuisset redintegratum. &c. Scitis, quid dicere velim; nempe tam funesta historia vobis contingeret, si Christum in animabus vestris per Paschalem Confessionem resuscitatum, denuo per peccatum occidatis. Quid malorum non sequeretur ex tam turpi defectione? est enim peccatum, post initam reconciliationem longe malitiosius; quia triplicem continet malitiam, nempe perfidiam, ingratitudinem, ac contemptum.

Relapsus in peccatum gravior, quam primum peccatum.

2. *Propositio*. Quare, ut a tanta impietate vos absterream, exponam ex hoc ipso triplici capite gravitatem relapsus, Idipsum monuisse videtur Apostolus (*Rom. 6. v.* 8.) per verba Thematis: *Christus resurgens ex mortuis jam non moritur*, ubi annotat Cornelius: *Colligendum relinquit Apostolus Christianis, eos utpote jam mortuos peccato, constanter in hac vita usque finalia perstitere debere, ut in mortem peccati non recidant.* (*Corn. a Lap. hic.*)

§. I. *Perfidia semper punita.*

3. *Confirmatio*. Omnes populi, civiles, & barbari, infideles, & orthodoxi extremo semper odio detestati, ac pro viribus ulti sunt perfidiæ scelus. Sedecias, (4. *Reg.* 22.) violans fœdus cum Nabuchodonosore initum, ab eo captus, regno, oculisque spoliatus est. Carthaginiensis Senatus, Saguntinum contra fœdus, quod Hasdrubal cum Romanis pepigit, devastans, excidii sui ansa, & origo fuit. Theodatus Gothorum Rex, bellis undique pressus, ad Justinianum Imperatorem legatos mittens, pacem petiit, eique totum Gallorum, ac Italorum imperium obtulit; postmodum fidem feicilit, arma movit: sed a propriis subditis odio habitus, vix delibato regni triennio, trucidatus est. Aistulphus Longobardorum Rex, quia

contra datam fidem Gregorio III. Pontifici arma intulit, Pontifex pacis formulam, e crucis vexillo suspensam, exercitui præferri curavit, cunctis Deum contra perfidum hostinem invocantibus: unde a Pipino subactus Aistulphus misere perit. Luculenta sunt hæc, funestius est, quod sequitur: Rex Hungarorum Uladislaus, (*Forest l.* 11. *in Vit. Uladisl. Ist. IV.*) diu contra Amurathem Turcarum Tyrannum bellicosus, tandem hujus orata pacem iniit, sed nonnullorum Principum hortatu, quibus ea pacificatio rei Christianæ detrimentosa videbatur, arma resumpsit, Amurathem, jam jam abitum parantem, insecatus. Obstupuit Tyrannus impietatem in Christiano Principe, quam nec in barbaro suspicatus fuisset, & instrumento pacis e manibus fusso, suos in prælium animans, adeo horribili strage Christianum exercitum funestavit, ut præcipua Hungarorum nobilitate, ipsoque Rege extincto, ea clades fere omnem Hungariam, Græciamque Turcico jugo subjecerit. Non defuere, qui fœdifrago Regi hoc carmine aut condoluerunt, aut insultarunt.

Romulidæ cannas, ego Varnam clade notavi,
Discite mortales non temerare fidem.
Me nisi Pontifices jussissent rumpere pacem,
Non ferret Schythicum Pannonis ora jugum.

Relapsus perfidia malitiam continet.

Ex quibus in hunc modum argno: si Deus fractam aliis fidem tam luculenta ultione compensat, & hanc ipsis adeo barbaris integram servari cupit; quanto relapsus erit pro fide sibi data? si Rex in Regem perfidus sit, minor est injuria ob æqualitatem personarum; at quantum eheu! scelus est, si homuncio infirmis, fragilis, imbecillis, luceus, audit datam fidem frangere Deo a quo infinito dignitatis intervallo discriminatur, & quidem Deo adeo potenti, ad cujus injurias vindicandas parata stant nubium tonitrua, & legiones fulminatrices! negus forte, o peccator, te perfidum merito vocari? negare non potes; nonne enim per imperata reconciliationis Sacramenta pacem, & amicitiam cum Deo iniisti? nonne orci vexillis abjurasti? &c. Hinc est, si ad veterinum redeas, jam alterum peccatum perfidiæ nomen induat, & tu, qui prima vice *transgressor* fuisti, jam altera vice transfuga, & *detector* coram Deo haberis. &c.

§. II. *Et ingratitudinem summam.*

4. Et vero tolerabilius foret perfidiæ crimen, nisi cum decumana insuper ingratitudine esset conjunctum. Hanc ut intelligas, considera inferrimum statum peccati, e quo Dei gratia eruta es. Infelix erat Samson, a Dalila proditus, a Philistæis captus, oculis privatus, molendino alligatus, illusus, derisus, fustibus, & inedia vexatus. (*Jud.* 16.) At infelicior est peccator in servitute dæmonis. *Qui facit peccatum, servus est peccati.* (*Jo.* 6.) Malus dæmon eum exoculat, ne videat æternas veritates, debilitat, ligat, stringit, fascinat, & in pernicieni trahit. &c. Ex miserrimo hoc mancipatu per Sacramenti gratiam extraxit te Redemptor tuus, vah! quantum gratitudinis illi debes? Finge Christianum hominem, in barbarorum captivitate detentum, omnigena crudelitate, quantamcumque Africa novit, multis annis vexari: ex improviso adsit locuples mercator, qui suo ære miserum vinculis eximit, & in patriam reducit: dum autem in reditu sylvam pertranseunt, ecce! proditorius hic Christianus, occasionem nactus, cum latronibus fœdus pangit contra suumet benefactorem: involant in mercatorem: exspoliant, & trucidant: an posset damnabilius ingratitudinis portentum fingi? si unquam alias, hic certe locum haberet Senecæ (*ap. Staplet. Dom.* 3. *post Epiph. tert.* 5.) effatum, dicentis: Humanis legibus nullam ingratitudini pœnam constitutam esse; quia tanta est ejus iniquitas, ut solius Dei rigidissimæ justitiæ punienda relinquatur. Edite autem recidive peccator, qua ratione tu humanius agis cum Deo? ille te e captivitate dæmonis redemit, ut audivimus; tu vero per peccatum alterum quid aliud facis, nisi novum fœdus pangis cum dæmonibus contra Dei honorem, etsi fieri posset, contra Dei vitam? vah! quantum dolebit Redemptori tam enormis ingratitudo! conqueritus est olim de leprosis mundatis, quod gratias non retulerint: *Nonne decem mundati sunt? (Luc.* 17.) heu quantum conqueretur contra eos, qui injurias referunt? &c.

§. III. *Et relapsu ingens contemptus Dei. Dæmon insultat Christo.*

5. Neque putetis velim, hic sistere relapsus impietatem; ingratitudini enim addit contemtum, & opprobrium Dei præ ceteris enorme. Scito, O peccator, illa ipsa hora, qua in genua provolutus, suspiria dimisti, pectus pulsasti cum Davide ingemiscendo: *Peccavi*, coram sacro conscientiæ arbitro peccata tua enarrasti, eo ipsa hora Genius tuus Tutelaris, & sancti Cælites Patroni cui cum gaudio, & exultatione Deo gratulati sunt de numero Electorum tua accessione aucto, gratesque habuerunt pro beneficio tuæ conversionis, nomen tuum inscripserunt libro viventium &c. Econtra in arce erat planctus ex tui amissione. &c. Cum igitur possibilis sit reditus ad Peccatum, subito mutatur scena, in cælo tristitia, & luctus, in inferno gaudium, & exultatio cernitur. Quia immo, cum utriusque & Christi, & dæmonis jugum, ac servitutem satis ab experientia notam habes, turpissimo tuo transfugio palam profiteris tibi præplacere infernum, quam paradisum, canum, quam cælum, Ægypti alia, quam manna, servitutem peccati, quam gratiæ, magisque arridere jugum

damonis, quam Christi; quod tamen ille desertis verbis commendavi, *suave, ac leve esse*. (*Matth. 11.*) Heu! quantum id cedit in opprobrium, & contemptum Dei! nonne turpissime transfuga, nonne anfam ex eo prabes damonibus irrisorie insultandi Christo Domino? Vah! Christe, dicent isti, quam gloriosum tibi fuit hunc hominem una vel altera die sub tuis signis habuisse! en plenis velis jam denuo redit ad nostra: cur sanguinem fudisti? cur mortem subiisti? ubi est decantatus ille nostri regni triumphus? nos nec flagra timemus, nec spinas, nec sputa, nec alapas, nec vulnera, nec crucem, & tamen præsubet huic homini sub nostro jugo militare, quam sub tuo. &c. Vah! cohibes linguam, ne exhorrescat calum truculentus adeo subsannationes. Tu vero infelix, ne mirare, si porro tibi Deus deneget gratiam respiscendi. *Non addam, ut ultra vel sitierem*. (*Jud. 10. v. 13.*) Nunc enim panitendo, mox iterum peccando, nunc Pascha, mox Parasceven celebrando, jocari, nugari, & ludere cum Deo censeris. Ita expresse Augustinus: *Irrisor est, non panitens, qui adhuc agit, quod panitet, & peccata non minuit, sed multiplicat*. &c.

6. *Epilogus*. Vos vero, Christiana pectora, ex dictis, ut autumo, satis perspectum habebitis relapsus gravitatem. Quid ergo facto opus est? hoc opus est; firmandum est, consolidandumque emendationis propositum. Si porro peccati occasio se offerat, obtecto vos per Dei resurgentis gloriam, cogitate prius: quid? ego contra Jesum meum adeo perfidus sim, ut rumpam vinculum, ac pactum conclusæ pacis? quid? ego adeo ingratus sim, ut e peccati carcere redemptus, Redemptorem injuria afficiam? quid? ego adeo cum Deo contemptim agere, ut e servitute illius profugus, ad dæmonis castra redeam? absit a me, æternum absit a me: Ita fecit ille juvenis, de quo sanctus Ambrosius, (*l. 2. de panit. c. 10.*) Ille diu impudicis amoribus intricatus, tandem seria pœnitudine ad se, & ad Deum, rediit. Postliminio impudens pellex, cui antea turpiter assueverat, in foro obviam facta juveni, amice illum salutavit. Dissimulavit ille notæ salutantem. Repetit illa, ecce; non nosti me? ego sum. Tum vero generose juvenis, at ego non sum ego. O responsionem nobilem! quam nullus serio pœnitentium non referat? Dic, Christiane, diabolo retrahere volenti: Ego non amplius sum ego: antea fui peccator, nunc pœnitens: antea arundo, nunc cedrus, eroque usque ad mortem: ita fixum, irrefixum, statutumque est æternum. Amen.

Dominica Paschatis.

CONCEPTUS II.

De remediis contra Relapsum.

Fratres, expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio: -- etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. 1. Cor. 5.

EXORDIUM.

Curatur morbus caducus anima, eam in modum, quo curatur morbus caducus corporis.

1. INter morbos corporales calamitosissimus, ac malignissimus certe est morbus caducus, qui ex atra bile, & corruptis humoribus ortum trahit, & miserabiles ægrotos secundum varietatem crescentis, aut decrescentis lunæ miserandum in modum exagitat, prout fuse declarat Franciscus Valesius (*c. 71.*) in Philosophia sacra. Ejusmodi homines, cum infelici suo paroxismo corripiuntur, rugiunt ut bruta, volutantur humi, oculos distorquent, facie inturgescunt, spumam ex ore protrudunt, ita ut absque horrore aspectari nequeant. Dicitur, remedium illis esse hoc ultimum; videlicet, sanguinem malefici, recenter decapitati, haurire, dein inter duos equos medii raptari, & ad lassitudinem usque currere debent. Quantumcunque vestigiis sit morbus caducus corporum, terribilior est morbus caducus animarum, per quem Relapsum intelligo. Ejusmodi homines, velut sus ad volutabrum redeuntes, volutantur humi, id est, unice rebus terrenis afficiuntur, oculos, quos paulio ante ad cœlestia erexerant, ad lordes suas, & spurcitias retorquent: spumant, & salivam produnt, id est faciem Christi, quem paullo ante honorarunt, iterum cum Judæis conspuunt, sceptris dehonestant. O miserabilem hominis reciduvi statum! O si scirem, talem unum inter vos adesse, Auditores, certe non desisterem hodie ad ravim usque illi in aures clamare verba Apostoli, quibus Ecclesia hodie in Epistola Missæ utitur: *Fratres, expurgate vetus fermentum*: (*1. Cor. 5.*) veteres humores, vitiosas consuetudines, pravas inclinationes, quæ instar corruptæ bilis, aut pituitæ ad relapsum vos pertrahunt, & instar variabilis lunæ inconstantes faciunt: expurgate hæc, inquam, *ut sitis nova conspersio*, id est, nova massa, nova anima, pura, & a fermento peccati delecta. (*Corn. a Lap. in 1. Cor. 5.*) Scio quidem, hunc morbum esse pertinacissimum, & difficulter sanabilem, nihilominus si vultis, hodie remedia dabo.

2. *Propositio*. Quærjtis, quenam illa? Non alia, quam quæ antea morbo caduco corporis proficua recensui: hauriendus est sanguis maleficj interfecti, raptandum est inter duos equos, curstandum est indesinenter. Hæc remedia, quisquis respuit, dictum est cum illo, desperatum est. Jam ad rem.

§. I. *Primo hauriendus est Sanguis malefici*.

3. *Confirmatio*. Primo hauriendus est sanguis calidus malefici interfecti; recordamini, Auditores, illius non malefici, sed pro maleficio tractati, qui ante duos dies in urbe Jerosolymitana ab impia Judæorum plebe innocentissime interfectus est. Hujus sanguinem vobis in remedium propino; haurite, si de calamitosa infirmitate ad sanitatem tranire desideratis. Etenim *Pascha* idem sonat, ac transitus: (*Corn. a Lap. l. c.*) in quo consistit nostri transitus e statu peccati ad statum gratiæ? audite Apostolum: *Pascha nostrum immolatus est Christus*: per Christi immolati sanguinem patet vobis transitus a peccato ad gratiam. Haurite. Verum quæritis, ubi habendus est tam salutaris potus sanguinis Divini? an commigrandum est Mantovam, ubi in ade S. Andreæ in crypta subterranea asservatur guttula Divini cruoris? an peregrinandum est ad Monasterium Vinearum in Alitosi, ubi sacer hujusmodi thesaurus in ampulla crystallina exhibetur? an eundum est Parisios, ubi in sacello Regio corona spinea Redemptoris, sanguine tincta, custoditur? an migrandum est ad Romam, ubi in templo S. Praxedis columna, per Christi flagellationem cruentata, visitur? an Taurinum in Sabaudiam concedendum est, ubi sacra syndon, cui corpus Domini involutum erat, una cum cruentis vulnerum vestigiis colitur? an proficiscendum est Treviros, ubi interior Christi tunica habetur, quæ tota per passionem exundanti sanguine imbuit? Nihil simile, Auditores, nihil simile: sed salutare Divini Sanguinis medicamentum abundanter haurire potestis in sacrosanctis Sacramentis, præsertim Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, quæ a sanctis Patribus communissime vocantur vasa plena Christi sanguine: hæc efficacissimum sunt remedium contra relapsum. O quisquis sentis periculosa hac animi infirmitate te infestari, frequenter usurpa Sacramenta, iterato accede, bibe propitiatorium cruorem, & senties indubitanter levamen. *Fusus est sanguis Medici*, ait S. Augustinus, (*l. contra 5. hæres.*) *& sallum est medicamentum Phrenetici*.

4. Divinissimus mundi Redemptor vidit quondam hominem a nativitate cæcum, & miseram illius conditionem miseratus, fecit lutum ex sputo, linivit super oculos ejus, & insuper præcepit: *Vade, lavare in Natatoria Siloe*. (*Jo. 9.*) Ecce prodigium: abiit ille, lavit, & confestim oculorum lumen recepit. Quæro jam, an aquæ hujus fontis efficacitatem medendi habuerunt ex vi quadam naturali? nulla prorsus ratione, ait S. Irenæus. (*l. 4. c. 19.*) Cur ergo virtutem adeo miram huic cæco præstiterunt? rationem innuit Lyranus; (*ap. Sperans de Pass. Dom. tr. 37. f. m. 772.*) quia nimirum natatoria Siloe figura fuit Sacramentorum; Siloe enim idem est, ac *missus*: Sacramenta autem sunt fontes profluentes ex latere missi, seu Christi. Ibi lavare, *ibi mundaberis a lepra peccatorum, & restituetur anima tua munda ab omni sorde melius, quam Naaman, cui, Jordanis aquas ingressus, restituta fuit caro, sicut caro pueri*. &c.

§. II. *Secundo inter duas equas raptandus est ager*.

5. Alterum remedium morbi caduci est, ut talis homo post haustum sanguinem raptetur medius inter duos equos; & idipsum remedium morbo caduco animæ, id est, recidivis medetur. Quid intelligo per duos equos? intelligo misericordiam, & justitiam Dei: in medio ambulandum est inter utramque, & semper tam illa, quam ista ante oculos habenda. Quemadmodum, teste Didaco Stavedra, (*ap. Pichnel. Mund. symb. tit. Equus n. 336.*) duplex est frænum equorum, videlicet, *amor*, & *timor*: ita idem est frænum hominis respicientis, ne a semita mandatorum exerret. Explico intentum: Possunt in homine peccatore exsurgere geminæ animi passiones, extreme sibi invicem oppositæ, videlicet præsumptio, & desperatio; utraque periculosa est, prout innuit Augustinus: (*tr. 33. in Jo.*) *Ex utraque homines pereditatur, & sperando, & desperando*. Quisquis solum oculos conjicit in justitiam Dei, periculum incurrit, ne desperet; ita revera obtigit fratricida Cainо, qui, cum sceleratum facinus fuum severitati Divini Judicis comensuraret, iniquitatem suam Dei Bonitate majorem esse ratus, desperando perijt. Quisquis solumodo contuetur misericordiam Dei, periculum incurrit, ne præsumat; exemplum habemus in Pharaone, qui, dum longanimem Dei indulgentiam inter tot Ægypti plagas, e quibus incolumis evaserat, manifeste experiretur, ausus postliminio fugitivos Israelitas per prodigiose apertam maris semitam persequi, præsumendo interiit. O mi Christiane! vis in semita salutis secure progredi? nec ad dextram, nec ad sinistram deflecte, medius incede inter misericordiam, & justitiam: sperare misericordiam absque timore justitiæ facit præsumptuosum; timere justitiam absque spe misericordiæ, facit desperandum. Audi Gregorium: (*ap. Bar. 7. sem. 10. n. 13.*) *Incassum misericordiam sperat, si non etiam timeat justitiam, & incassum justitiam metuit, si non etiam de misericordia confidat*.

6. Cum populus Israel terram promissam ingrederetur, transito Jordane, inciderunt in geminum montem, quorum uni nomen Garizim, altera nomen Hebal erat: cum ecce Moyses, populum ex mandato Dei in duas turmas dividens, jussit alteram super hunc, alteram super illum montem consistere, & tam benedictionem, quam maledictionem clamare: *Hi stabunt ad benedicendum populo super montem Garizim, isti stabunt ad maledicendum in monte Hebal*. (*Deut. 17.*) Sed quæro: an alternatim clamabat populus? neutiquam, ait Hichius Hierosolymitanus; (*in hunc l.*) Eodem temporis momento clamabatur tam benedictio, quam maledictio. Cur eodem temporis momento? respondet idem auctor,

Deus, ne misereatur Domini audiens sive justitia, nec justitiam sine misericordia. Edic, mi Christiane, quorsum te via? ad terram promissam, aiis, æternæ beatitudinis: scito ergo, viam non esse aliam, nisi medium inter duos hos montes, æternæ bene: ex parte dextera audies benedictiones misericordiæ: *Venite Benedicti*; ex parte sinistra audies maledictiones justitiæ: *Ite maledicti*: tu curam habe, ne alterutram solam intuearis; intuitu enim hujus, solius desperationis; intuitu illius, solius præsumptionis periculum incurres. *Media tutissimus ibis.*

§. III. *Tertio indefinenter currendum est.*

7. Tertium denique morbi caduci remedium est, ut ager homo, ita inter equos raptarus indefinenter, & ad lassitudinem usque currat. Et idem est recidivi remedium, ut currat, & fugiat relapsus periculum, ac occasionem: ubi occasio non fugitur, ibi plane fructanea sunt cætera remedia, neque potest prodesse ipse Dominicus Sanguis, ubi deest hæc fuga occasionis: In amarissima Passionis Dominicæ tragœdia vidimus, geminos Christi Discipulos a sanctissimo suo Magistro tui piter defecisse: primus erat Petrus, qui in atrio Pontificis Christum Dominum ter negavit: alter erat Judas, qui eum perfide tradidit. Uterque gravissime deliquit: sed quamvis absessent cetera, post commissum utriusque peccatum facile adverti poterat, Judam desperaturum, Petrum autem pœnitentiam actuum: quæritis, ex quo indicio? sacra Scriptura per unicam id vocalem insuit; post peractam negationem pœnituit Petrus, *& egressus foras flevit amare:* (*Luc.* 22.) Recte agis, o Sancte Apostole, egrediendum est, abeundum est, fugiendum est sceleratum confortium, quod te ad nefas pellexit. Econtra Judas post peractam traditionem, quamvis tacti *pœnitentia dolor* fuerit, nihilominus *retulit triginta argenteos Principibus sacerdotum.* (*Matth.* 27.) O infelix traditor, quid agis? itane audacter regrederis ad fucinoris complices? eheu! si restituendum est sanguinis pretium, potius mitte per alium, quam feras per teipsum: Advertitis, Christiana pectora, quod indicium fuerit, Petrum ad frugem rediturum, Judam perituram? nimirum quia ille occasionem fugit, non iste. Date geminos peccatores inveteratos, consuetudinarios, unus post susceptum Paschale Sacramentum totus a se alius est, fugit hanc, vel illam domum ubi antea periculose conversabatur, erga pravos locios, quibus antea assueverat, totum auferus, ac peregrinus est, declinat chorea, gurgustia, & confabulationes: & hæc ex toto corde gratulabor, a morbo caduco animæ, aut jam liberatus, aut certe liberandus est; quia fugit, quia curatur, quia declinat. Econtra alter, vix bene deglutito Divini corporis Epulo, jam locum in hac, vel illa domo, in tripudiis, in comportationibus, in familiari quorum consortio habet. O infelix, tibi condoleo; tu in desperatissimo spiritualis epilepsiæ malo contabescis, ac peribis; quamvis enim Dominicum sanguinem hauseris, quamvis misericordiam imploraveris, justitiam placaveris, necdum tamen ad sanitem proficientia hæc sunt remedia, nisi fugias, nisi curras, nisi vi ta abripias.

8. Sed opponet forsan nonnemo: quid dicent homines, si subita mutatione hardus stoicus, & inhumanus apparebam, ac repente fugere incipiam, quod antea amavi? O imprudens objecto! Itane miser usque adeo te terret idolum illud? *quid dicent homines?* Dic, obsecro, si revera corpore tetus morbo caduco afflictareris, & cernerent te homines inter duos equos medium currere, fugere, raptari, an ob dicteria hominum curtum tam salutiferum esses omissurus? neutiquam sane; dicerres profecto, mihi pluris interest sanitate, quam hominum loquacitate. En hoc dicturus esses, cum agreretur de valetudine corporis: ergo idipsum repone, cum agitur de valetudine animæ: die, pluris mihi interest sanitate, quam hominum loquacitate, idque tanto magis, quia immortalis anima immensum præstat corpori morituro, &c. &c.

9. *Epilogat.* Elabetis, Christianæ animæ, habetis medicamentum efficacissimum contra morbum caducum animæ, id est, contra relapsum: medicamentum, quod per compendium consistit in tribus his punctis: Primo in frequentatione Sacramentorum, Secundo: in spe, & timore Domini. Tertio, in fuga pravæ occasionis. Nunc iterum iterumque rogo vos, *Expurgate vetus fermentum*, ut post festa Paschalia *sitis nova conspersio*, novæ, delicatæ, ac sanæ animæ. Quodsi rogans nihil impetrem, dico vobis ad terrorem vestrum illam S. Augustini gnomen: (*tr. 12. in Joh. fin.*) *Ipse se fefellerunt, qui præcepta Medici observare noluit.* Hæc præcepta extrema, ac ultima sunt; si minus profuerint, desperatum est malum. Et si vobis constitutum est, in malo delperato interire; mihi saltem sufficiet fecisse, quæ Medici sunt, & salutiferam potionem propinasse, speramus id, quamvis sine fructu, tamen non sine merito fore. Amen.

Dominica Paschatis.

CONCEPTUS III.

Præscribuntur peccatori pœnitenti remedia ad perseverantiam.

Ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Joann. 5.

EXORDIUM.

Sicut ergo convalescenti præscribuntur vivendi regulæ; Ita & pœnitenti præscribenda sunt.

1. CUm ægrotus a lethali infirmitate convaluerit, non statim illi permittitur facultas

tas ad pristinam vitæ licentiam, ad esum, ad potum, ad laborem, cui antea assueverat, pro libitu redeundi; sed a Medico præscribuntur illi certæ vivendi regulæ: dicitur illi, mi bone, recordare, quanto labore constiterit recuperata sanitas; necesse est igitur, ut aliquanto adhuc tempore liberiori aura abstineas, in cibo, & potu moderatissimus sis, ab hoc, & illo ediliorum genere tibi caveas, domi intra cubiculum te includas; alias certe periculum est, ne morbus majori malignitate, quam antea recrudescat. Dilectissimi Auditores! scitis utique peccatum est periculosissima, ac pestilentissima ægritudo, quæ animam ad mortem æternam adducit: ab hac ægritudine, Deo sint infinitæ grates! cœlestis Medicus animas nostras feliciter sanavit per salutiferam elapsi Jubilæi, & etiam Confessionis Paschalis medicinam: O quantum jubilum fuisse credam in cælesti Patria! *Si enim gaudium est coram Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.* (*Luc.* 15.) quanta lætitia exultasse credemus cœlestes Spiritus hoc tempore, quo, uti speramus, innumeri peccatores cum Deo redierunt in gratiam? Verum quid porro agendum? an jam compositi sunt omnia? an jam pro libitu fas est redire ad pristina consortia, ad familiaritates, ad pergracationes, ad choreas, ad amicitias, ad voluptates? averat hoc Deus: nimis infirmus adhuc est stomachus, & insufficiens his bolis devorandis; ibres periculum, ne gravior cum recrudescentia invalescerat peccatum. Teneanda sunt certa vitæ ordinanda præcepta; Ita cælestis Medicus Christus ordinarie infirmis, quibus sanitatem prodigiose contulit, hujusmodi monita præscripsit, inter quos homini illi, quem ab infirmitate triginta, & octo annorum liberavit, dicere edixit: *Ecce sanus factus es*: perpende quantum tibi beneficium contulerim, & solliciter tibi cave a Peccatis, *ne amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* (*Jo.* 5.) Quis non admiretur misericordiam cælestis Medici, nisi hic S. Cyprianus (*lib. de Dis. & hab. Virg.*) postquam erait hunc hominem a morbo, in quem incidit, dedit etiam medicamenta præservativa, ne recidat. *Dat vivendi normam, dat innocentiæ legem, perfectum consilii fructuosi.*

2. *Propositio.* Quæris forsitan, mi Christiane, quænam sint hæc præcepta, & regulæ præservativæ contra relapsum? Adalto animi, explicitus, & quidem ex doctrina S. Pauli Apostoli dicentis ad fam Corinthios: *In Ecclesia vult quinque Verba sensu meo loqui, ut & alios instruam.* (1. *Cor.* 14.) Quæquam sint hæc quinque Verba, non declarat Apostolus, declarat autem ejus in vicem Thomas Angelicus, (*op. Bart. serm. 62. n. 9.*) simulque hanc distributionem divinorum ministrat, inquiens: *Hæc panis quinque, quia Doctor debet quinque docere, scilicet credenda, speranda, agenda, timenda, vitanda.* Hæc præservantia remedia in præsentiarum: Favete.

§. I. *Pœnitenti resistendum est tentationibus.*

3. *Confirmatio.* Primo igitur, quemadmodum æger convalescens semper in promptu habet pharmaca quædam confortativi, quibus se ad incursu recrudescentis morbi præmunit; ita pœnitens in promptu habeat ad repellendam tentatoris vim æternas Fidei veritates, quæ hic intelligantur per *credenda*. Non est dubium, redibit infernalis adversarius cum suis tentationibus quid agendum? S. Petrus nos monet: *Cui resistite forte in Fide.* (1. *Petr.* 5.) Cogitate, Dilectissimi, in tentationibus; Quid? ergone offendere illum, qui animam suam pro me posuit? ergone delinquere in illum, qui pretioso sanguinis sui litro ab inferno me redemit? &c. O quam energice hunc veritatem incalcavit S. Paulus suis Corinthiis! illam Epistolam, qua efficacissime eos dehortatur ab offensionibus Dei, his verbis concludit. *An nescitis, quia non estis vestri? empti enim estis pretio magno.* (1. *Cor.* 6.) Quo ergo pretio empti sunt? Non mundi, aut auri thesauris, sed vita, & sanguine Redemptoris. Jam percipite, Carissimi, quomodo hæc Fidei veritas practice contra diabolicas tentationes usurpanda sit: Finxerunt agricolarum nonnemines cum curru lignorum proficisci in urbem: in ipso suburbio egressus quidam cives emit ligna, pongitur venditio, mutuo consentitur. Tum contingit forte, ut dura agricola in ipsam urbem ligna vehit, modo unus, modo alius civium interroget, quo pretio sint venalia? quid respondet Vector? respondet, non esse amplius venalia, esse jam vendita, itaque recta ad domum emptoris pergit. Adverte jam Christiane; redibit lividus tentator, & pro anima tua licitabitur: interrogabit, quid vis pro ea? Vis honores, divitias, voluptates? quid tibi respondendum est? ah! respondeo, non esse amplius venalem; jam esse emptam a Christo pretio sui sanguinis; hic cum S. Bonaventura: (*in Diæt. salut. c. 9.*) *Non possum tibi vendere animam meam, quia alteri, scilicet Christo satis majori pretio empta est.* Hoc que est fortiter resistere in Fide, hoc est eludere tentatoris insultus per *credenda*. &c.

§. II. *Sperandum in auxilio gratiæ.*

4. Secundo, quemadmodum in ægro convalescente summopere necessaria est confidentia in medicum, eaque confidentia multum conducit ad valetudinem; ita etiam pœnitens peccator nullo modo animo desponderat, sed ipsum hunc in misericordia, & adjutorio Dei reponat, idque intelligitur per *speranda*. Esto, mi peccator, crimina tua esse innumera, naturam esse fragilem, potestatem dæmonis magnam, occasiones peccati quam plurimas; nihilominus longe major est Dei Misericordia, & potentior gratia: Recordare, quid in monte Oliveti contigerit: ibi tumultuans Judæorum turba in Benignissimum Dominum involavit

haud aliter, quam efferri leones involant in tenerum agniculum; quidecontra Dominus? O remmirandam! non fulmina de cælo evocavit, sed affabilissima manfuetudine excepit tumultuantes. Jam adverte, quid hac super re aiat Venerabilis Avila: (*ap. Barz. serm. 62. n. 37.*) si Dominus Deus tam manfuerum se exhibuit latronibus, & carnificibus, ad necem suam irruentibus, quomodo non benignum se exhibebit pœnitenti, pro impetranda venia fupplicitet adgeniculanti? O anima, si serio desideras ad Deum reverti, ne diffide; non deerit tibi Domini auxillantis gratia, modo tu gratiæ non desis: &c.

§. III. *Fugienda desidia.*

5. Tertio, quemadmodum agro convalescenti admodum salutaris est moderata commotio, ita pœnitenti valde proficuum ad perseverantiam remedium est continua occupatio: ita Christus ipse agrum adhortatus est, *surge, tolle grabatum, & ambula.* (*Marc. 2.*) In quo consistit hæc continua occupatio? Respondeo in corporis, & animi exercitatione: corporis quidem, id quod fit per laborem cujusvis ftatui, ac officio convenientem. Animi autem, id quod fit per iteratas virtutum actiones, per orationes, præsertim eas, quas jaculatorias vocamus, quibus mirum in modum se homo conversat in Dei præsentia. Nihil est peccatori reſpiscere volenti damnosius, quam otium: hoc ubi inventur, fomentum est mille malorum, ac tentationum; ideo quasi in proverbio dicitur, quod hominem laboriosum nec milleni dæmones vincant, cum tamen otiosum unicus prosternat. *Transivi per agrum hominis pigri*, ait Sapiens, (*Prov. 24.*) *& ecce totum repleverunt urticæ*. Non est mirum; ubi enim sterilitur, & pigritur, loco tritici, colliguntur Zizania. Verum cur textus iste solum mentionem facit de urticis, cur non & de alio genere leliorum? Non fine mysterio: Dilectissimi! urticæ leniter tangentem urunt, non vero tangentem fortiter: ita animi vitia, & pravi habitus damnosissimi sunt humano cordi, si tantum superficialiter eruentur: econtra nullum afferent nocumentum, si serio, & operoso labore eruantur, &c. O quam præclare agnovit Rex David otii damna, ac pericula! cum jam esset decrepitæ ætatis, & etiam in prælio, quod cum Philistæis conseruit, de vita periclitatus fuerit, suaserunt illi belliduces, ut domi deinceps se contineret: *Jam non egredieris nobiscum in bellum.* (*2. Reg. 21.*) Quid ille? non paruit monitioni, armis sese accinxit, in bella prodivit. Quare? quia jam semel experius est damna domesticæ otiositatis: quando enim in turpissimum adulterii crimen prolapsus est? Scriptura dicit: *Eo tempore, quo solent Reges ad bella procedere:* Eo tempore misit Joabum supremum copiarum Ducem, ille domi stertebat in culcitra: quid evenit? otio, & curiositate diffluens vidit, quam videre non debebat, visam deperiit, perit. Hujus deplorandi lapsus memor, jam damnat otium, atque mavult bellorum, quam otii discrimini se committere. O quam insigne hoc est omnium vere pœnitentium exemplum, ait Mendoza! (*in 1. Reg. 7. annot. 26. §. 1.*) David pœnitens non tantum a peccato, sed etiam a peccati periculo totus quantus abhorret. *Eum vera pœnitentia non solum a peccato, sed etiam a peccati periculo Davidem avocavit.* Sed de hoc mox inferius.

§. IV. *Timendum præ omnibus peccatum.*

6. Quarto *Timendo*: Quemadmodum æger convalescens semper timide, ac medice vivere, omnemque excessum formidare debet, tanquam somitem revalescentis morbi: ita peccator vere pœnitens ex toto corde espavescere debet peccatum: quia relapsus est longe deterior, quam lapsus: id insinuavit clarissime Christus, ægroto inquiens: (*Jo. 5.*) *Jam vali peccare, ne deterius aliquid tibi contingat*, supra quæ verba admonens Bernardus (*serm. 34. in Cant.*) ait: *Audis? recidere, quam incidere est deterius.* Quid sequitur? *proinde invalescente periculo, invalescas & metue.* &c. Mi Christiane, forsan nosse desideras, an iterum in peccatum sis relapsurus? responsum tibi forma ex quodam textu Scripturæ: S. Apostolus Paulus scribens ad Romanos, hortatur omnes Christianos, ut *quando Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus.* (*Rom. 6.*) Cum igitur hæc resurrectio sit symbolum pœnitentiæ, qua peccator ex peccatorum sepulcro resurgit ad gratiam, quarere hic juvat, cur Apostolus hanc pœnitentiam, seu, ut vocat, novitatem vitæ, comparet cum resurrectione Christi? cur non cum resurrectione Lazari? utique & Lazarus ex mortuali scrobe ad vitam redivit. O mei Christiani! magnum est inter utramque resurrectionem discrimen: *Christus resurgens a mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominatur*, ita & Christianus a spirituali morte a peccatis resurgens, non amplius moriatur. Econtra Lazarus iterum mortuus est. Hæc satis clara sunt: verum, ut quæstioni superius illatæ satisfaciam, justo ulterius, ex quo dessumi poterat, Christum non amplius moriturum, econtra Lazarum iterum moriturum? ex eo, respondet Eusebius Emissenus, (*de Resur.*) quia *Christus linteamina in sepulcro reliquit: non ita Lazarus, prodiens e sepulcro cum sudario.* &c. O insignem pro nobis doctrinam! Mi Christiane, si non omnem mortis habitum cum Christo reliquisti, si post pœnitentiæ resurrectionem setines linteamina, & sudaria, intelligo pravos habitus, pristinas inclinationes, familiaritates, & morum levitates, eheu! signum est, te iterum moriturum, iterum in peccata relapsurum. &c. &c.

§. V. *Et vitanda occasio.*

7. Quinto denique, quemadmodum æger convalescens insalubres, & crudas dapes, quæ imbecillem ventriculum onerant, extreme debet averſari; ita pœnitens peccator habet quædam vitanda, inter quæ maxime est prava occasio, mala societas, & periculum peccati. Non solum peccatum fugiendum est, sed ea omnia, quæ disponunt ad peccatum. Post lapsum Adami paluit Deus Cherubinum, tanquam custodem ad ostium paradisi; quem in finem? dicet nonnemo, ad custodiendam arborem vitæ: verum Scriptura aliter loquitur: nempe *ad custodiendam viam ligni vitæ.* (*Gen. 3.*) Quonam Dominus Deus arborem custoditam voluit, idro etiam viam, & accessum ad illam præmunivit. Quo facto erudimur, ut si cor nostrum ab omni iniquitatis incursu secarum esse volumus, non solum ipsum peccatum, sed viam omnem, quæ ad illud ducit, præcavendam esse. Quis cordis Paradisum sat tutum esse existimet, si via inobservata, & hostibus patula sit? Certe incautis animabus idipsum contingit, quod crocodilo: (*Plinius apud Barz. serm. 62. n. 11.*) In litore Nili dum crocodilus quietem carpit, ecce adest trochilus, avicula crocodilo amicissima, quæ miris blandiriis recumbentem demulcet: fiercens animal valde sibi complacet in blandimentis officiosæ volucris, illique rictum aperit, cui insidiens trochilus dentes bestiæ purgat, & ciborum reliquias evacuat. At vero Ichneumon, infensissimus crocodilo musculus, cum patulas belluæ fauces conspicit, repente in eas, & in ipsa viscera insilit, belluamque miserandis moribus enecat. Ita tibi evenire potest, O anima! si in litore occasionis incaute pigraris, aderit malus socius, tanquam avis incantatoria dæmonis, & suaviter tibi blandiendo dux erit, ut gattur aperias, hoc est, ut illi personæ iterum collo quaris, de veteri amicitia sermones misceas: quid evenict? repente infernalis Ichneumon in cor tuum insiliet; illudque tenacius occupatum, magis mortiferis vulneribus, quam unquam antea conficiet. Heu! fuge inimicum litus, fuge occasionem.

8. Neque dicas: Non esse periculum, velle te deinceps cum hac, aut illa persona conversari, sicut fratres, & sorores; non sensisse te his diebus tentationes ad malum, & quæ sunt similia. O miserum te! ex hac oppositione indicium capto, te non serio pœnituisse: nam frivola ejusmodi proposita conceperunt milleni, qui modo ardent in inferno. Esto, quod diebus nullum senseris stimulum ad nefas, hæc ipsa fraus est manifesta infernalis inimici: In Mauritania, teste Eliano, (*ap. Barz. sermon. 62. n. 18.*) dantur crudelissimæ lynces, quæ insidiantur simiis. Eo igitur nemore, ubi habitant simiæ, lynx in terram recumbit, clausis oculis, cohibito habitu, mortuam se simulans. Interim simia curiosum animal de arbore descendit exploratura, num revera exanimis sit suus inimicus. At eccę! repente insidiator occupat incautam, jugulat, ac devorat. &c.

9. *Epilogus.* O anima! improvida simia! tu

dicis, nullos te sentire stimulos, nullas experiri insidias: unde hoc? infernalis lynx dormientem, aut mortuam se simulat, ut te incautam retrahat ad occasionem pristinam: ne fide, obsecro, ne recredere; cum te securissimam putabis, videbis te prædam stygii prædonis. O! quid de te fiet, si iterum recidas? *metus, ne deterius aliquid tibi contingat.* Forsan non amplius evades, peccata peccatis cumulabis, obduraberis, peribis: ut ab hoc miserando statu te præservem, O anima! hæc ipsa peccati remedia per aliquot sequentes Dominicas fusius explicabo. &c. &c.

Feria II. Paschatis.

CONCEPTUS L

De palmari stultitia peccatorum, quibus Passim plenus est mundus.

O stulti, & tardi corde ad credendum! Luc. 24.

EXORDIUM.

Quomodo verificetur illud: stultorum infinitus est numerus. Demonstrat rediviva Salomon. Per lustrat orum septem urbium Utopiæ. Id est per septem peccata capitalia.

1. PHilosophorum nonnemo ex curiositate Scripturas perlegens, ejus humilem stylum, ubi nullas argumentationes, nullas sorytes, nulla dilemmata, nullos syllogismos reperit, in multis taxabat. Tandem, quoniam ex eorum numero erat, qui credere nil volunt, nisi quod manibus palpant, cum casu incidisset in illa Ecclesiastici verba: (*c. 1.*) *Stultorum infinitus est numerus*, contemptim hasitare, immo Salomonem apertæ falsitatis damnare cœpit: quid enim? ajebat: tam arguius, & astutus est mundus, ut scientiæ summe floreant & artes omnes ad supremum apicem pertigerint, & ego credam, stultorum plena esse omnia? Non credo, non credo. Audiit Rex Salomon in altero mundo existens, suam veracitatem in jus vocari, atque partium suarum esse ratus, ut se ab hac calumnia vindicaret, subito in hunc orbem rediit, (nescio autem, Auditores, an e cælo, vel ex inferno advenerit) seque Philosopho stitit, sic eum allocutus: Heus tu nasute Philosophaster, quis tibi jus contulit Scripturas cavillandi, earumque veritates in dubium trahendi? *O stulte, & tardi corde ad credendum!* (*Luc. 24.*) ut autem tibi ad oculum demonstrem, me a vero neutiquam abluisse, age, una simul instituamus iter per septenas regni mei urbes, quarum olim pars magna fui, & nisi ubique insignis stultitiæ vestigia inveneris, falsitatis, & convitii reum me age: &c.

2. *Propositio.* Christiani Auditores! sequamur nos itinerantes, & qua ratione Rex Salomon jus-

gationem faciet infinitæ stultitiæ in mundo existentis, accurate perspiciamus. Pro corollide deinde fructum hujus disquisitionis ostendam. Favete.

§. I.

3. *Confirmatio.* Itineri se igitur accingentes, Salomon una cum Philosopho regnum Utopiæ perlustrarunt, primo pervenientes in urbem *Presbiam*. Ibi e turca pendulum conspiciantur nonnemines, quem vestium splendor, & ipsa vultus majestas aliquid supra vulgus mediocritatem fuisse testabantur. Quærunt ergo, quis sit ille? & audiunt, fuisse gubernatorem urbis: quid ergo mali fecit? respondetur, nihil: verum ad rectum damnatus est: ideo solum, quia per annum urbis gubernaculum tenuit: est enim mos hujus nationis, gubernatores urbium post annuum regimen ad intimum trabem suspendi. Mirantur isti, secumque ipsis concludunt, neminem utique futurum, qui ad tam fatalem dignitatem aspiret. Verum ubi ad forum curiæ perveniunt, vident ingens candidatorum examen, qui a senatoribus gubernatoris officium sollicitabant, & unus alteri non sine risu, & altercationibus præferri cupiebant. Obstupuit Philosophus, & palmarem dementiam istorum hominum detestatus, proxime una cum redivivo Rege devenit in alteram urbem.

4. Nomine *Avitatium*: ibi vident passim urbis incolas ante fores domus suæ excubias agentes: quærunt, quid hoc rei portendat? audiuntque, quod hujus civitatis inquilini tenerrime diligant suos canes domesticos & pro eorum in molli culcitra dormientium incolumitate, contino in vigiliis esse soleant, &c. Paullo post hic abeuntes, altera die perrexerunt in urbem *Luxuriam*, ubi omnia in plausibus, & jubilis inveniunt: quippe hujus urbis incolæ in assiduis commessationibus, compotationibus, voluptatibus, tripudiis, & saltationibus degunt; hoc tamen habent singulare stoliditatis indicium, quod, si a vino, & choreis incalescerint, insordidissimis, lutosisque locunis soleant se refrigerare, non obstantibus pretiosis vestibus, quos obscenis paludibus fœdissime conspurcare non exhorrescunt. Porro hic iterum abitum parantes, tertia die appulerunt *Vitiosam*. Et quid hic novi? Indigenæ hujus urbis præter aliorum hominum morem insensissimi hostes sunt solaris luminis, cui quotidie Phaetontis casum imprecantur, & ut suam hostilitatem palam demonstrent, non solum convitiis, sed & jaculis, ac lapidibus sursum versus solem ferociunt: quod ejus est, quoniam incassum recidere suas machinationes conspiciunt, in seipsos unguibus fovinnt, & capitis sui, ac capillorum crudelem laniemam exercent. His visis, subditit Philosophus, & ad itineris ducem conversus, profecto, ait, paullatim in tuam sententiam propendere incipio.

5. Ulterius ubi in urbem *Lugam* appulerunt, in singulis domibus ingentem elborum apparatum reperiunt: quærentes, qui parentur hac exilia? ab incolis responsum accipiunt, esse genium hujus nationis, quod in subterraneis specubus serpentum, bufonum, ac vermium cervas asservent, eaque delicatissimis obsoniis pascunt. Riserunt stupiditatem hominum, & sine mora iter accelerarunt versus urbem *Riam*. Hic formidabilis erat tempestas ita ut crebrescerunt tonitrua, & cumulatim fulmina e nubiloso cælo deruerent. Monent igitur incolas, ut iratum Numen precibus propitiarent, sed contra audiunt, fulmina incolis ex voto esse, immo nihil frequentius a clivibus, quam tempestates, grandines, & fulgura expeti, & desiderari. Denique in ultimam urbem, nomine *Desitam* delati, vident hic cum horrore terribile grassari incendium, unamque domum post alteram in cineres redigi, nec tamen esse hominum vel unicum, qui exuperanti igni succurreret, incolis omnibus gravi sopore sepultis: discurrunt igitur per plateas, & dormientes excitare, ac de periculo monere laborant: sed nihil efficiunt, quia incolæ plus dulcem cuticulam amabant, quam suum periculum formidabant. &c. His consideratis, Philosophus ille Salomonem de injuria deprecari, quod ejusveracitatem in dubium vocasset, ac ingenue fateri cœpit, *stultorum infinitum esse numerum*, atque postquam Salomoni, ad plures redeundi, valedixit, in perpetuæ revocationis indicium loco illi Scripturæ in margine adscripsit: *Probatum est*.

§. II.

6. Christiani Auditores! percepistis corticem fabulæ, jam nucleum gustate. Per septenas has regni Salomonici urbes nihil aliud intelligo, nisi septem peccata capitalia, tanquam totidem stultorum habitacula, in quibus infelix ille Rex Salomon diu ipse commoratus, suo ipsius exemplo, atque experientia didicisse potuit, effrenatas hujus mundi cupiditates nihil esse aliud, nisi crassa deliria, & ineptissimam stultitiam. Atque ut de singulis, remoto parabolæ sipario, vobis veritatem exhibeam, per urbem *Presbiam* nihil aliud, nisi Superbiam; per illos autem candidatos, qui gubernatoris, e pulpito suspensi, dignitatem contentiose affectabant, non alios, nisi ambitiosos denotare voluit: sciunt hi miseri, quod mundana honorum fastigia non sint, nisi gravia onera, & decumani sub speciosis titulis labores: sciunt, quod innumeri, qui diu ad regiminum clavos sederunt, ad Dei tribunal citati, judicati, damnati sint: sciunt, quod fastuosus Pharao, Nabuchodonosor, Balthasar, Holofernes, Ammanus, Antiochus justis DEI suppliciis crudeliter puniti sint, & tamen ad ardua officia, ad honorum fastigia, ad populorum regimina diu noctuque inquiete aspirant. Quid stultius?

7. Quid per urbem *Avitatem* subaudio aliud nisi,

nisi avaritiam? Avari sunt illi excubitores, qui pro cane suo domestico (ita enim peculium suum vernacula lingua vocitare solent) ad eft pro thesauro suo continuo vigilias agunt. Recte Psalmographus divites omnes eo aculeo tangit: *Nihil invenerunt omnes Viri divitiarum in manibus suis.* (Ps. 75.) Cur nuncupat Viros divitiarum? cur non potius divitias dicit esse Virorum? respondet S. Ambrosius (*apud Bart. ser. 2. n. 26.*) *ut ostenderet, eos non possedisse divitiarum esse, sed a suis divitiis possideri.* Quis enim possessor, & Dominus nisi ille, qui quiescit, quis famulus, & subditus, nisi qui laborat? ecce autem avarum avarorum incisis, & serinis mulcet vequiescit, e contra avarus laborat, sudat, æstuat, sitit, fame, frigore, æstu, & anxietatibus torquentur, &c. Per *Luxuriam* intelligo Luxuriam, per obscenes illos homines, quos in sordidis paludibus volutari delectat, intelligo luxuriosos; quid enim aliud faciunt isti, cum vino, choreis, & cupiditatibus incalescerint, quam quod in sordidissimo porcorum volutabro, id est, in spurcis voluptatibus se demergant, & pulcherrimam gratiæ vestem, quam in sacro Regenerationis latice receperunt, turpissime conspurcent? &c. Per *Vitiositatem* significare voluit invidiam, & per illos incolas Phœbo infestos, invidos; hi enim alienæ felicitatis radios in oculis sustinere non valentes, lapidem omnem movent, ut proximi fortunam evertant, subruant, & supplantent: cum autem in suis machinationibus se operam perdere conspiciunt, in seipsos sæviunt, hoc est, tristitia, occultaque rabie seipsos destruunt, & possumdunt; ideo invidia bene pingitur in specie macilenti, ac arumnosi hominuncionis, qui suum ipsummet cor dentibus dilaniat, ac devorat. Quid stultius?

8. Per *Luxam*, Gulam, perque illos homines, qui serpentes, ac bufones delicatis obsoniis pascere solebant, gulosos indico; dum enim illi cuticulam tenere fovent, carnem deliciose faginant, quid aliud faciunt, quam quod serpentibus, bufonibus, vermibus, a quibus in sepulcro exspectantur, dulce convivium præparent? scias enim, mi homo, *subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* (*Isa. 14.*) Per urbem *Riam*, Iram, per illos homines, qui fulminibus gaudent, iracundos denoto; isti enim nihil frequentius in ore gerunt, quam fulgura, & tonitrua: cum a modica adversitate irritantur, cum labor diurnus non ad votæ succedit, cum jumentum calcitrat, cum pauca vexatione tanguntur, statim fulmina, ac grandines invocant, ac mille maledictionesque deprimunt. Quid mirum, quod in dies infortunia crebrescant, & elementa, e suis ordinibus egressa, nunc clavionibus undarum, nunc grandine, nunc pruinis, nunc pecorum lue, nunc incendiis nostram prosperitatem oppugnent; nihil enim in campis, in agris, in officinis auditur crebrius, quam juravi, blasphemari, fulgura, & tonitrua provocari. Ille, qui amico roganti de nocte commodare panes nolebit, tandem precum importunitate victus surrexit: im etiamsi Deus misericors sit, & punire nolit, nihilominus illi non nunquam fulmina, & supplicia etiam nolenti propter importunitatem extorquentur. Denique per *Desitam* Accidia subauditur; quod enim illi pigritantes in corporali periculo incendii secerunt, idipsum faciunt accidioli in periculo spiritualis animæ: isti in sua socordia perseverant, somnium spirituale dormire pergunt, salutis suæ negotium nunquam serio tractant, æternorum oblivisceuntur, solum ad terrena aspirant, concupiscentiæ dominium permittunt, occasionem peccati non fugiunt, judicia Dei non pertimescunt, & conscientiam frivolis deliramibus sopiunt, cum tamen in cathedris, in confessionalibus, in sacris colloquiis identidem moneantur, inferni incendium non procul abesse; etsi agnoscant flammam jam proxime grassari, tamen veteri lethargo consopiti torpescunt. Quid stultius? &c. &c.

9. *Epilogus.* Jam tandem quid emolumenti ex hac fabula, & assabulatione erundum sit, necesse est, ut pro corollide explicem: Percipite in Universitate Lugdunensi erat Philosophiæ Professor, nomine Bergerdickius, qui turbatus sententiam illam, posse dari vacuum; hunc alius quidam hoc argumento oppugnavit: *stultorum infinitus est numerus!* Ergo non datur vacuum. Subrisit Bergerdickius, respondituque stultorum infinitus est numerus: Concedo antecedens: Ergo non datur vacuum: Concedo etiam consequentiam, & subinfero: Ergo neque toga ista est vacua. (*Maestricht in Argolib.*) &c. Christiani Auditores, vidistis stultorum, id est, peccatorum infinitum esse numerum: hunc fructum vos ex hac dissertatione reportate, ut curetis, saltem togam vestram ab his esse vacuam. Amen.

Feria II. Paschatis.

CONCEPTUS II.

Demonstratur infelix peccatorum infania, quia tantum animales corporis appetitus sectantur, animam vero negligunt.

Duo ex Discipulis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Jerusalem. &c. Lucæ 24.

EXORDIUM.

Duo fratres, unus prudens, alter fatuus, ensem clam pro secura eligunt.

1. S. Anctas Antoninus, Florentinorum Archiepiscopus (*tit. de 2. dotib.*), eruditam recenset parabolam, hodierno sermonis proposito quodammodo convenientem: Dicit fuisse geminos fratres, prudentem unum, alterum fa-

tuum, qui in patriam suam, a qua exsules procul aberant, remeare cogitabant: in itinere progressi deseruntur ad bivium, seu viam bipartitam, ubi diu, quam ex utraque elegi oporteat, hesitantes tandem rei veritatem ex pastoribus, qui in vicinia greges pascebant, indagare statuerunt. Repositere Pastores: Mei boni! ea via hæc, quam ex hac parte cernitis, directe in Patriam vestram tendit, nec ullis periculis obnoxia est, quamquam negandum non sit, eam arduam, confragosam, & inamœnam esse; altera autem, quam ex alia parte videtis, quamvis sit perjucunda, & amabilis, est tamen latronibus, & feris sylvestribus infesta. His auditis, non dubitavit prudens frater securiorem semitam, utut de cetero arduam, eligere; obstitit tamen fatuus: quid deinde, ajebat, quod pastores hanc viam periculosam asserant? quis scit, verane sint eorum asserta? & posito etiam, non deesse pericula, fortan tuti evademus? certe major est vestigiorum frequentia in hac, quam in altera via: quis credat, omnem hanc viatorum multitudinem interisse? sequamur alacres, & fruamur his viæ deliciis. Diu obluctatus est fratrum prudens, & periculosas has alterius invitationes refutavit; tandem vero fatui importunitati victus manus dedit, eumque, qui non jam præibat sed saltitabat, lubens sectatus est.

2. *Propositio.* Dilectissimi! sequamur a longe itinerantes, & itineris successum, ac viæ exitum consideremus. Non deerit ad salutem nostram salubertima instructio; ille ipse enim sanctus Archiepiscopus, qui est parabolæ auctor, erit & eadem expositor, cui pauca pro nostra tenuitate addemus. Favete.

In hospitio laute habentur.

3. *Conformatio.* Ingrediuntur itaque viam amœnissimam, & viridantes campos, florida prata, crystallinos latices non sine grandi delectatione admirantur: Delati ad primum hospitium capienda refocillationis causa, extemplo ab hospitissa, femina jamjam annosa, sed promptissime compta cum omnibus humanitatis officiis excipiuntur: blanditur illa advenis, quos in pulcherrima cubicula, auro, argentoque ornata, ductos blandissime honorat, a simulitio item domestico summis in honoribus haberi juber. Cibantur, potantur, pro mensis lautissime habentur, & quod præ ceteris mirandum, tantum abest, ut ab illis exigatur solutio, ut potius abituris eadibus insignes divitiæ, & pecuniarum munera offerantur, quæ quidem prudens frater pro sua urbanitate moderate accipiebat; fatuus autem insatiabiliter corripiebat. Facta valedictione, iterum per amœnissimos calles inambulantes post intervallum ad alterum hospitium deferuntur, cuive-lautissima quidem, sed prostituta tunc femina præerat: Rursus excipiuntur officiosissime, prosecuntur delicatissimis obsoniis, vinis generosissimis, frugibus exquisitis: remota mensa, adsunt musici, qui suavissima musica aures exhilarabant, adsunt saltatores, actsaltatrices, qui oculis jucunda spectacula faciebant, continuabatur fidium concentus, applausus, & jubila in seram noctem, nec quidquam deerat, quod ad plenam sensuum oblectationem fieri posset. &c. Altera die itineri accincti post confecta denuo aliquot milliaria ad castellum nobilissimi cujusdam, ut dicebatur, Dynastæ perveniunt, a quo itidem humanissime invitati mensæ adhibentur: supra mensam laudabat Dynasta eorum studia, recte fecisse, ajebat, quod relicta altera difficili via, has per amœnas regiones elegissent: ibi non sunt, nisi ardui, & falebrosi calles viatoribus perquam molesti, regio est infructifera, in hospitiis nil nisi jejunia; quisquis autem in hanc regionem ad me, mealque sorores divertit, honoribus, deliciis, & omnigena felicitate potitur. Hæc dicta avide auscultabant fratres, & se nescio quantum felices reputabant: quin immo post suum e castello abitum ajebat fatuus insultatorie ad fratrem: quid tibi videtur, o frater, nonne hæc via incomparabiliter commodior est altera? age, fruere bonis, exhilara te, quid tristi, & nubilosa fronte ingrederis? non est, quod timeamus malum.

Sed demum ad Judicem raptati ad furcam damnantur.

4. Hæc dum loquuntur, repente a longe adventantem satellitum, & apparitorum turmam conspiciunt; exhorrescunt primo, dein se sub dumetis occultare parant: sed frustranea erat se occultandi industria: protrahuntur in lucem, & quantumvis innocentiam suam criminis ignaviam obtendant, quantumvis preces cum lacrimis fundant, injectis vinculis ad Judicem rapiuntur: hic vident geminam suam hospitissam, & una memoratum Dynastam accusatores adstare, a quibus unanimiter pro turibus, pro raptoribus acculati, ad furcam perebantur: nil valuere preces, nil exculpationes, morisendum erat. Tum enimvero incondito cum ejulatu lamentari fratrum prudens cœpit, quod fatuo morem gessisset: tu impie, stulte, causa es mei infortunii, volui ego securiora eligere, & tu me a via prospera, a pastorum consilio retraxisti: Væ tibi, quia innocenter ex tua culpa pereo. Econtra excipiebat fatuus frater, tu scelerate causa es nostri interitus: cum enim supra me sapias, non debuisses cedere meæ suggestioni, sed me corrigere, & meliora eligere. Irane se res habet? subintulit Judex: ergo uterque immisericorditer puniendus est: fatuus quidem, quia prudentem soluxit: prudens, quia fatuo morem gessit. Hucusque, paucis mutatis, parabola Sancti Antonini Archi-Episcopi Florentiæ, Dilectissimi,

Fra-

Fratres sunt anima & corpus.

5. Utinam jam mihi suppeteret eloquentia nervosum explicationem adjungendi, quam ideam S. Doctor continuat. Diceremus certe ad vos, velut quondam Nathan ad Davidem, tu es ille Vir. Quid intelligatur per geminos fratres, prudentem unum, alterum fatuum, nisi anima, & corpus hominis, quæ quamdiu in hac vita exsulant, tamdiu ad cælestem patriam, finem nostrum ultimum tendunt. Per duplicem illam viam quid subauditur, nisi gemina illa de qua Christus Dominus, *Arcta via est, quæ ducit ad vitam, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem?* (*Matth.* 7.) Hanc viam perditionis, quæ imaginariis quibuslibus amœnitatibus repleta est, eligit imprudens corporis cupiditas præ via salutis; quia hæc nonnullis difficultatibus referta esse videtur: o quam funestus est utriusque exitus, si anima corporis ductui obsequatur; hinc S. Gregorius (*ap. Speroni, script. sel. punct.* 78.) ait: *Stultus viator est, qui in itinere amœna prata conspicians, obliviscitur, quo tendebat.*

Hospites fallaces sunt mundus, caro, dæmon.

6. Per primum illam hospitalitatem, quæ geminos fratres honoribus, ac divitiis cumulavit, intelligitur decepterius ille mundus: per alterum procacem, & impudicum, qui illos musica, tripudiis, vanisque oblectationibus coluit, intelligitur Manda, ac petulans caro: per morosum Dynastam denique, qui palmarem illorum stultitiam approbavit, intelligitur astutissimus dæmon. Hæc damnabilis trias, nunc quidem invitat hominem ad inanes delicias, ad periculosa colloquia, ad lusus, ad choreas, ad commessationes, ad vanitates sæculi, ad scelera; verum cum aliquando advenerint Divinæ Justitiæ apparitores, id est, morbi, infirmitates, ipsaque mors, cum migrandum est ad Dei judicantis tribunal, tunc mundus, caro, dæmon, detracta amicitiæ larva, hostes nostri, ac accusatores gravissimi erunt. Unde quæso, Dilecti Christiani! unde tanta cæcitas? unde periculosa dementia, quod capitalibus his inimicis nidum habeamus, viamque eligamus, quæ ducit ad interitum, præ illa, quæ ducit ad vitam? unde quæso, unde? Respondebo, simili approximatis, quod hoc responsum, tanquam fructum totius parabolæ, alrum condi imprimere velitis. Nempe totius mali origo unde fluit, si anima, quæ rationis gubernaculum tenere deberet, corporis ductum sequitur, ejusque immisericorditer puniendus est: fatuus quidem, quia prudentem soluxit: prudens, quia fatuo morem gessit. Hucusque, paucis mutatis, parabola Sancti Antonini Archi-Episcopi Florentiæ, Dilectissimi,

mæ debitus est: ut illa, quasi Regina, imperet corpori, & sensibus, quasi subditis, & ancillis, Anima dominari, corpus famulari debet; hoc municipium sit animæ, eisque functiones obedienter peragat oportet, quæ ad consecutionem ultimi finis sunt necessariæ. Qua ratione ergo toleravit posterit præposterus ordo, quod anima famulam, corpus dominam agat? nonne, mi Christiane! interrogat S. Bernardus (*lib. Med. c.* 3.) nonne tantam deordinationem non sustineres in domo tua, quam sustines in anima tua? cum quondam Arca Domini e domo Aminadab ad regiam arcem Sion duceretur, & cespitantibus jumentis casura videretur, Oza Levita Domini nutantem tenuit; Rem miram! ea sollicitudo Ozæ vita stetit; repentino enim obitu in terram corruit, (2. *Reg.* 6.) Quæ obsecro causa severæ punitionis? respondet Lyranus (*in* 2. *Reg.* 6.) voluisse Deum, ut arca hominum, & præsertim Levitarum humeris portaretur; in eo ergo deliquit Oza, quod illam ab irrationalibus jumentis trahi permiserit. *Fuit Oza percussus a Deo, quamdo Arcam tetigit inclinatam, quia tunc fuit manifestum, quod non debebat sic portari, sed humeris hominum rationabilium.* Jam sic jubet argumentari: si Dominus Deus adeo vitio vertit Ozæ, quod Arcam ab irrationalibus bruris trahi permiserit; quantum indignabitur, si videat animam hominis, vivam Dei arcam, a brutali corpore, ejusque cupiditatibus duci! quis non metuat arcam, id est, animam tam petulanter adhuc tractam inclinari, cespitare, collabi? quis non formidat, ambos in foveam cafuros? o quammam huic deordinationi, ejusque periculis illacrimatus est Salomon Regum sapientissimus!

8. *Per tria,* inquit, (*Prov.* 30.) *movetur terra, & quartum non potest sustinere.* Quænam sunt tria hæc? primum est servus, cum regnaverit, alterum stultus, cum saturatus fuerit cibo, tertium odiosa mulier in matrimonio collocata. Hæc tria inquiet sapiens, perturbent rerum ordinem, & totam terram infestant. Verum quid est quartum illud, quod omnino intolerabile est? *Ancilla, quæ fuerit hæres dominæ suæ,* seu, uti septuaginta interpretantur (*hic.*), Ancilla, cum domina sua dominata fuerit; hoc intolerabilissimum est: sed quando contingit istud? percipite explicationem S. Antonii Paduani; (*ser. 9. Pent.*) Hoc contingit, cum corpus delicate habetur, colitur, regnare permittitur; econtra anima contemnitur, e gubernaculo dejicitur, corpori in municipium deputatur: *Dimino est ratio, ancilla est sensualitas, quam etiam terra sustinere non potest, cum sibi ipsi deordinationem usurpaverit rationis.* Heu! quam funesta tragediæ consequuntur, cum ignobilis serva, intrusitum corpus, dominium obtinuerit supra animam! audite, quid Elianus (*l.* 3. *Var. Hist.*) commemorat: Semiramis Babilonica serva blanditiis, quibus regem Ninum demoreri sciverat, in reginam evecta est; aliquando enim impudens Rex, cæco amore dementa-

tatus, optionem illi contulit petendi, quidquid aliuderet: petiit illa, ac impetravit, ut sibi unica die liceret regnum moderari, & imperia dare; proclamatum est undique, jussumque subditis, ut quæ præceptura esset Semiramis, fideliter exequerentur: illa, postquam modo hæc, modo alia ordinaverat, tandem regem ipsum obtruncari jussit, sicque regni coronam obtinuit. Ita fieri amat, cum fervi, aut servæ regnandi potestatem arripiunt; ita fieri amat, cum corpus animæ dominatur. *Principes meos suspensi sunt*, lamentatur Jeremias (*Thren.* 5.); quare? unde tantum infortunium principibus Israel? hoc fatentur ipsimet Israelitæ: *Ægypte dedimus manus, & Assyriis, ut saturaremur pane*, id est, prout hæc verba exponit Doctiss. Sanchez (*in Thren. c. 5. n. 6.*) nos ultro captivos dedimus Ægyptiis, & Assyriis, factis summas mancipia nostrorum mancipiorum ob modicam delectationem, hoc est, ob olum panis: *fervi dominati sunt nostri*, hinc illæ lacrimæ, hinc rapina populi, hinc missæ calamitates, hinc suspendium Principum. &c.

9. *Epilogus.* Christianæ Animæ! Notate bene hanc veritatem, & in peregrinatione hujus vitæ, qua ad cælestem patriam pergimus, nunquam ductui corporis obsecundate, sed dominium animæ relinquite. Dicite, quam enorme portentum foret, si videretis servos equis insidere, & regem pone peditem sequi? eadem certe deformitas est, si animæ sensualitates corporis sectetur, ex qua finaliter deplorandæ, ac irreparabilia damna oriuntur. Recogitate denique seriam, sed fructuosam pœnitudinem utriusque fratris raptati ad tribunal Judicis, quomodo lamentari, quomodo lacrimati, quomodo unus alterum detestati fuat? Idipsum & vobis ante tribunal Dei Judicis eveniet, si nunc brutales appetitus corporis sectemini; indubitatum enim est, quod ad illud antecedens, *venite, fruamur bonis*, ordinarie sequatur hæc consequentia: *Ergo erravimus.* (*Sap. 5.*) Quod benignus, & misericors Deus a nobis clementer avertat. Amen.

Feria II. Paschatis.

CONCEPTUS III.

De irrequieto timore, anxietate, & tormento malæ Conscientiæ.

Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos. Luc. 24.

EXORDIUM.

Timor est peccati filius.

1. NEmo credat, peccatum infecundum esse, produxit innumerabilem malorum progeniem; quotquot hactenus adversitates & ærumnæ tam universales, quam privatæ humanum genus afflixerunt, sunt infelix partus damnosissimæ hujus Matris. Primogenita tamen proles peccati est *Timor*; ut primum enim in orbem irrepsit, mox delinquentium conscientias anxietate, & consternatione concussit. Exemplo sint primi duo Peccatores Pater, & filius, Adamus, & Cainus. Adamus quidem, postquam uxoris allicio deceptus, ad vetitas fruges manum extendit, confestim timore perculsus, sub umbrosa arborum latibula se abscondit; quæ de causa? *Audivi vocem tuam, & timui*, ajebat ad Deum. (*Gen. 3.*) O miser Protoparens! ergone vox illa, quæ tibi antea fuit perquam amœna, & delectabilis, vox illa, quam assiduo deliderio exoptat Sponsa inquiens: *Sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis* (*Cant. 2.*), hæc, inquam, Vox nunc terrorem tibi incutiat? ista est, respondet S. Chrysostomus: (*hom. 7. in Gen.*) *Fugit Adam, & timet a voce Domini, quam prius non timebat; nec enim ut antea cum peccatum, timor, & tremor mixtus cum lætitia &c.* Cainus vero, postquam fraterno sanguine scelerata manus polluit, profugus, ac vagus super terram nunquam non timuit, ac tremuit: aderat adhuc persecutor, & tamen meticulosa suspicione claimitabat: *Omnis, qui invenerit me, occidet me.* (*Gen. 4.*) Atque ut sua opinione in anxia hac consternatione majorem quodammodo securitatem sibi præstaret, quam Pater suus inter dumeta, & arborum umbras invenerat, septenas omnino civitates ædificavit. Quid ergo adeo expavit Cainus? expavit furias conscientiæ, ait S. Ambrosius (*lib. Speculi, ser. sol. punct. 128.*) *Consentebatur ultorum illi ultrix sui intus peccati, nec quisquam rerum permittebat.* Agnoscite, Auditores, quod Timor sit filius peccati? Non ego ista discurro, quasi timor ille, quem hodierni Discipuli verbis illis cessati sunt: *Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos*, quasi, inquam, hic timor ex male affecta conscientia originem traxerit. Absit hoc a me dicere; cum non tam timor, quam sacer quidam horror, aut stupor fuerit ob nova, inaudita, & supernaturalia, quæ cum Christo contigerant, prout explicat Cornelius. (*in Luc. 24.*)

Mala conscientia semper est timida.

2. *Propositio.* Verum id ita firmo, conscientiam male sibi conscium adeo male miseram, & meticulosam, ut ab inani imaginatione, ab arboris arido folio, a vento, a sibbello, a culice, a pulice extrema pœne consternatione repleri. Placet, Dilectissimi, audire malæ conscientiæ ejulatos? audite. Favete.

3. *Confirmatio.* Iter una faciebant Dominus, ac servus. Hic, ut sibi apud Herum locum, nomenque faceret, multa admodum jactantur, mendaciterque se vidisse narravit, cum varias terras peragraret. Occurrit equitantibus transversa via fugiens vulpes: qua conspecta, *Magna erat hæc vulpes*, ait Dominus. Cui mox servus: *Hoc nihil erat*, dixit, *ego vidi vulpem bovi magnitudine parem.* (*Stengel. T. 2. de Judic. Div. c. 9. & ex Vicherus in arte discursat. Fonte. 23.*) Intellexit facile Dominus, non Vulpem, sed mendacium servi posse cum bove æquiparari. Sed veluti admiratione defixus tacuit. Silentium servo pro admirationis indicio, & plausu fuit. Quia autem crepusculum erat matutinum, convertit se Dominus ad preces, elata voce eas pronuntians, ut servus omnia syllabatim audiret. Inter ceteras precationis formulas adjecit, petere se a Deo, ut eo die præcipue a verbo mendacii sese custoditet; tunc enim satis a periculo fluminis se custoditum iri. Observavit hanc precandi rationem servus, qui continere se non valuit, quin avidissima curiositate interrogaret Dominum, quid sibi id genus precandi volasset; Visus est initio tergiversari herus, & invitus ad eam quæstionem respondere; sed urgente famulo, tandem quasi ingens arcanum detecturus, cum alto suspirio dixit: Fluvea est nobis transeundum hodie, in quo omnes merguntur, quotquot eo die mendacium dixerunt. Oppalluit ad hoc dictum servus, & mendacii recentissimi conscientia ictus, visus est tremere; perguntinterim, & non diu post ad rivum perveniunt vado transeundum. Ibi jam in ripa æquitantem herum subsequens servus rogat, ut subsistere paullisper velit. Eo subsistente, sciscitatur: Hicine sit ille fluvius mentientium interfector; nolle se tentare vadum, cum in Vulpe comparanda putes se aliquantulum errasse; neque eam bovi, sed juvenco dumtaxat parem fuisse. De vulpe parum curo, ait Dominus. Ceterum non hic est rivus, de quo diximus: alius occurret, nihil tibi hoc loco metue. Hæc fatus, calcaria admovit equo, & vadum, servo tergum ejus premente, superavit. Paullo post ventum est ad alium amnem: quo viso servus cœpit iterum trepidare, & quærere, num hic sit ille mendacibus formidabilis amnis? cumque herus respondere, neque istum esse, subjecit servus, se prægnantem habere causam tam sollicitæ interrogationis; se enim non satis amplius meminisse prædictæ vulpis: existimare se, nec juvenco quidem parem, sed vitulo lactente non fuisse majorem. Salva res, intrant, & exeunt etiam ex hoc vado. Sol ad tertium tandem fluvium accedunt, ad cujus præripia cum venissent: *Hic tandem est ille Veritatis defensor, & mendacium puniter fluviat*, ait Dominus. Ad quæ verba attonitus servus pene ex equo delapsus est. Verum ubi se, virisque collegit, Veniam a Domino precatus, negavit se transiturum, eo quod mendacii eo die a se prolati conscius esset: *Nam vulpem a se confectam reliquit communibus vulpibus fuisse magnitudine similem parem.* Hoc audito, subridens Dominus, *& hoc quoque anno*, inquit, *alii communibus aquis par est, neque fides mendaci mergere.* Ita mendacem aquarum minitatione correxit, & ad veritatem promendam adduxit.

Et in omnibus eventibus, suspiciosa.

4. Quod ad rem nostram facit, est consternatio famuli, ob mendacii conscientiam trepidantis, & flumina omnia, quotquot occurrerant, suspecta habentis; ea enim est peccati indoles, ut animum male sibi consium indesinenti formidine concutiat. Numquam vidistis, Dilectissimi, hujusmodi ægros, qui chiragra, podagra, vel calculo laborant, aut qui ulceribus per omne corpus pleni sunt? illi morosissime omnem tactum reformidant, & si quem etiam ex amicis proprius ad se accedentem conspexerint, metu vel levissimi tactus, tamquam viso latrone, vociferantur. Hunc in morem constituti est mala conscientia, ait S. Chrysost. (*Hom. 18. ad pop.*) quidquid obvium sibi habet, continuo expavescit: si aquam videt, metuit suffocari; si ignem, metuit concremari: si tempestatem, metuit fulmine tangi: quin immo si umbram conspicit, aut fortuitum noctu strepitum percipit, contremiscit, & de se conclamatum esse putat. Verba Sancti Patris sunt: *Talis est peccantium consuetudo, omnia suspecta habent, umbras timent, omnem strepitum timent, & quemque existimant contra se venire.*

Nulle fuerere fratres gaudia.

5. Fastuosissimus Rex Balthasar cum mille optimatibus, uxoribus, & concubinis hellusbatur splendide; mensa onerabatur auris, & argenteis vasis, quæ e templo asportaverat: choraulæ, & fidices personabant amœnissimo concentu, auscultorum & famulorum catervæ gratulabundis vocibus clamitabant illud (*Dan. 5.*): *Rex in æternum vive*: cum ecce, horribile dictu! in superficie parietis contra candelabrum apparebant digiti scribentis. Hoc ostento Rex appallescere, tremere, ejulare, & fere ad infantiam redigi: quænam ergo erat scriptura? Doctiss. Speranza (*script. sol. punct. 128.*) putat, impium Regem in his characteribus suæ ebrietates, rapinas, aliaque scelera, & adjectam desuper mortis sententiam distincte legisse. O peccaminosa conscientia, næ tu in hoc Balthasare, tamquam in speculo, tuam imaginem cernis! Ponamus, Dilectissimi, peccatorem interesse hujusmodi recreationibus, quibus alii deliciose afficiuntur, ille nihil sentiret, nisi mœrorem. Interest convivis? putat in omnibus scyphis, & orbibus scriptum esse: *Tu adulterasti*. Interest venationibus? putat ab omnibus feris, & arboribus sibi objici: *Tu occidisti*. Interest musico concentui? putat ab omnibus strophis sibi occini: *tu judicium amisisti*. &c. Verbo: tam misera est mala conscientia, ait S. Chrysost. (*lib. 1. de compunct. cordis.*) ut non aliter se habeat, quam ægroti illi, qui calidis febribus occupantur; dum nonnunquam e lecto furtive dilapsi, frigidum aerem hauriunt, aut aquæ se immergunt, videntur sibi

aliquid solatii invenisse, cum tamen hoc ipso febrium flammas, & lethales parosismos multiplicent.

6. Jam capio quodammodo rationem, obscuram Eruditissimus Hugo a S. Victore illa Prophetæ verba (*Thren. 2.*): *Magna est velut mare contritio tua*, de mala conscientia intelligat: cur autem ita? cur pravam conscientiam mari comparat? percipite, obsecro, explicationem Doctissimi Auctoris. Videmus in orbe innumerabiles fluvios, rivos, & amnes, qui dulces, & pellucidas undas vehunt, quamprimum autem mari illabuntur, eorum aquæ turbidæ, inamenæ, & impotabiles fiunt. Parem in modum hujus mundi gaudia, uti amicorum conversatio, familiares discursus, convivia, moderati lusus, horti, ambulacra, aliaque recreationes, quas Deus, & naturalis honestas homini ad necessariam animi relaxationem permittit, si in conscientiam peccaminosam incident, fastidiosa, & amarulenta fiunt. *Tanquam mare contritio tua; quia in conscientia pravis qualibuscunque delectationibus indecebo semper admixto dolore inficitur.* (*Hugo a S. Vict. in Cath. Chri. in Jos. c. 2. Thren.*) Manifestum hujus rei testimonium habemus in adultero Davide: Venit e castris Nuntius, ex quo Rex scisciabatur, qui se haberet res bellica? quam optime, respondet ille, victimus, hostem superavimus, triumphum retulimus. Incredibile est, quam lætabundo applausu exsultarit integra aula: solus Rex tristabatur. Itane tristabatur in communi omnium lætitia? soleut belliduces affirmare, inter omnes mundi delicias maximam esse victoriam militum, nec posse inveniri gaudia, quæ ad cælestia illa propinquius accedere videntur, quam triumphos victorum. Et potuit Res David tam gaudioso nuntio non exhilarari? Ita est: mœrebat, lugebat, ingemiscebat: exulcerata conscientia non admittebat solatium: *Peccatum meum contra me est semper*, (*Ps. 50.*) ait; quocumque aspicio, in muris, in angulis, in mensis, in abacis scripta mihi videntur opprobriosa verba: *Adulterasti, occidisti*: &c. Quid multis? inquit Doctissimus Speranza: (*Script. sed punct. 152.*) ob peccati perpetrati *dolorem, & ignominiam, belli victorium non sentiebat.*

7. Ab initio auditis fabulam, nunc pro corollide hanc in rem audite Historiam: Ludovicus Severus, ex Bojorum sanguine Princeps, (*Dresel. in rego dam. c. 2.*) Mariæ Conjugis suæ litteras, Ruchoni Aulico scriptas, per tabellarii errorem, domo absens intercepit, & cum epistolæ sensum non in omnibus assequeretur, prout analitola est suspicio, cœpit de fide uxoris dubitare, & credere, autam facinus, quod ne quidem cogitarat. Itaque internuntius, & later litterarum, velut reus, obtruncatur: dein Dotuvvendam urbem suam redit, ubi præfectum arcis flagitii suspectum perfatellitem mandat jugulari: tum Matronam Aulæ Præsidem, quasi sceleris conscium, ex turri arcis præcipitari imperavit. Sed O barbarum facinus! his quatuor funeribus ipsa Matild, integerrima Princeps, quisquam accessit. Imperio Conjugis vere Severi caput manu carnificis illi amputatum. Verum tot patratis flagitiis, adfuit vindex conscientiæ tumultus; prima statim nocte Ludovicus animi furiis adeo exagitatus fuit, ut, cum barba florente, & juvenili coma cubitum se contulisset, una nocte ita incaluerit, ut mane novem septungentium referret. &c.

8. *Epilogus.* En Christianæ animæ! equuleos nullæ conscientiæ: an posset infelicius quidquam excogitari, quam irrequietum hunc carnificem semper secum in pectore gerere? plane puto, quod non: S. Augustinus (*in Ps. 45.*) mecum sentit, inquiens: *Inter omnes tribulationes humanæ animæ, nulla est major tribulatio, quam conscientia delictorum.* Rationem statim subnectit S. Doctor: quia videlicet in aliis tribulationibus possum clamare ad Deum: sed malæ conscientiæ afflictio ubi inveniet Patronum? nullibi, nullibi: si in egestate, si in persecutionibus, si in morbis, ac doloribus corporis luctatus homo, clamabit ad Deum, & Deus exaudiet eum: at quod rei summa est, mala conscientia præter tormenta intolerabilia Deum ipsum infestum habet. Heu! fugite carnificem, fugite conscientiæ equuleos: &c.

Feria III. Paschatis.

CONCEPTUS I.

Agitur contra homines bilingues, susurrones, & turbatores pacis, plurimorum malorum incentores.

Et dicit eis: Pax vobis. Luc. 24.

EXORDIUM.

Christus mundo pacem per suam Passionem procuravit.

1. Dicite, Christiani Auditores, quid sentiendum putatis de flagitioso id genus homine, qui, quod alii homines laborioso cum molimine exstruunt, ipse destrueret, exempli causa, qui sumptuosissimum palatium, a Rege, vel Imperatore plurium annorum, & immensi æris impendio magnificentissime ædificatum, flammis incenderet, partes artificiose combinatas divelleret, junctaram omnem lapidum dissolveret, & intigne ædificium in deformebustum redigeret? profecto humana justitia vix haberet pœnam tanto supplicio parem: talis incendiarius fuit infamis ille Herostratus, qui Templum Ephesinum, mundi miraculum, subditis flammis combusit, non alio motivo, nisi ut per infamiam, sui nominis tamum æternitati consignaret. Jam attendite. Incarnatus Dei Filius triginta trium annorum, & insuiti laboris, sudoris, ac sanguinis impendio constructit sibi habitaculum pacis, id est, unitatem, tranquillitatem, ac mutuam consensionem animorum, ubi tamquam in Palatio sibi dilectissimo habitare amat, juxta illud: *Si duo ex vobis consenserint super terram*: item: *ubi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Hæc pax ad mentem Divi Augustini (*Serm. 369.*) fuit præcipuus fere scopus Dominicæ incarnationis; ideo in primo statim momento, dum Dei Filius in stabulo nascebatur, Angeli promulgarunt pacem: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus* (*Luc. 2.*) ideo etiam in ultimo fere momento Dei Filius, dum ad Patrem redibat, pacem apprecatus est suis: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* (*Joann. 14.*) Voluit nimirum Salvator, ut Evangelium, & Christianis mos esset lex, schola, & professio pacis, ac caritas, idque tanto magis, quo Christiani populi felicitas vel maxime in mutua pace, & dilectione fundatur: percipiamus Augustinum (*Serm. 37. de Verb. Dom.*): *Pax est serenitas mentis, amoris vinculum, consortium caritatis: Hæc est, quæ simultates tollit, bella comprimit, compescuit iras, superbiæ calcat, discordes sedat, inimicas concordat, cunctis est placida.* Quemadmodum igitur flagitiosus ille Regii Palatii incendiarius, de quo supra, nullo satis supplicio posset puniri; ita certe nescio, quanta, & haud uno inferno digna est impietas eorum hominum, qui hanc animorum unitatem, fraternamque dilectionem scindere, & dissolvere præsumunt. Quinam sunt illi?

Susurrones autem tollunt hanc pacem.

2. *Propositio.* Sunt susurrones, subdoli blateones, homines bilingues, qui vel in integra aliqua communitate, vel in domibus privatis discordiarum semina jaciunt, pacem turbant, & inimicitias succendunt. Contra hos agere hodie constitui (quia quanto scelus hoc est frequentius, tanto minus curæ habetur) illisque exprobrare, enormia damna, quæ perversa sua dicacitate propagant. Favete.

Susurratio grande malum.

3. *Explicatio.* Scindum igitur, susurrationem ad mentem Cardinalis Cajetani (*in Sum. V. Susur.*) esse *obloquutionem ad amicitiam tollendam inter aliquos*, effectque peccatum mortale ex genere suo; tum quia aufert proximo peraraguum, ac affluentibile bonum, videlicet amicum; tum quia animos collidit, & odia fuscitat plurimorum malorum fomenta. Exemplum Susurrationis graphice depingit Cornelius a Lapide (*Eccl. 28. v. 15.*) illo Apologo, quem ex Æsopo libertus Augusti defumptum citat. Aquila, inquit, in arbore nidificans, pullos excluserat: ad radices arboris aper suos in antro fovebat catulos: inter utrumque felis suos alebat fetus. Illa sibi, fusique tam ab aquila, quam ab apro secuens, aquilam adit, indicat hostem subesse aprum, ab eo sibi, fusique caveret. Deus aprum subterraneum, cave, inquiens, ne aquila, antro tuo superæ incubans, catulos tuos rapiat. Ita aquila timens aprum, & aper timens aquilam uterque senio continuit, uterque fame periit, uterque sesi in patibulum cessit. &c.

Est perfrequens inter familiares, opifices, & dissentientes.

4. *Confirmatio.* Hanc in morem agere solent perversi Susurrones, duos inter se committunt, ut utrique placeant, mala seminant, ut sibi aliquatenus bene sit. Et primo quidem peccatum Susurrationis frequenter committitur a familiis, & ancillis, qui ut Dominis, & Dominabus se commendent, conservos, aut conservas fubdole denigrant, de side sui pectas reddunt, itaque nonnunquam servitiis expellunt. Secundo peccatum Susurrationis locum habet inter opifices, qui ut lucrosam negotiationem, accopiolos conductores ad se trahant, aliorum opera, & merces contemnunt, suas extollunt: ille sutor, ait quis, luride consuit calceos: ille sarter, ait alius, facit laborem valde perfunctorium: ille caupo vendit vinum, ait tertius, fraudulenter mistum, & sanitati nocivum: quo fit, ut unus alteri sustentationem, & quotidiana lucra susurretur, aut minant. Tertio denique peccatum Susurrationis vel maxime reperitur in dissensionibus: cum inter duas partes dissidiorum ignis exardescit, statim adsunt soles, qui flammam magis, magisque accendunt, intelligo garrulos ejusmodi blateones, qui utrique parti relata referunt, audita exaggerant, & inimicitiæ oleum affundunt. Refert pro monstro naturæ Eruditissimus Joannes Zahn, (*in œconom. Mos. T. 3. sect. 5. disq. 2. c. 4. n. 2.*) in Gallia fuisse puellam, quæ a nativitate duplicem habebat linguam. Verum hæc monstruositas in Susurrone nihil est nori: ille enim duplicem linguam habet, quarum una huic homini calidam, alteri frigidam, hanc album, alteri nigrum, hanc saccharum, alteri venenum loquitur, ut utrique placet. Quid posset esse sceleratius tali monstro, qui proprie est operarius, & emissarius diaboli, tamquam insensissimi inimici pacis? Talem mihi haud aliter imaginor, quam vas plenum abominatione, & pestifero veneno: *Susurroni etiam, & inimicitia, & contumelia*, nempe ait Card. Hugo (*apud Corn. a Lap. in Eccl. 5. v. 17.*): *Odium in corde, infelicitas in opere, contumelia in sermone*, &c.

Susurratio tollit amicitiam.

5. Proh! quam pernicioſa damna fovent, aut suscitant venenoli id genus homines! Veltis scire, Auditores, quæ & qualia damna? Divinum Oraculum per os Ecclesiastici enuntiat, nihil esse pretiosius in mundo, quam amicum fidelem: *Amico fideli nulla est comparatio.* (*Eccl. 6. v. 15.*) Quare? quia amicus solatium est in afflictione, tutela in perfecutione, refugium in adversitate. Esto, quod mille malis, ac tribulationibus opprimar; certe videor mihi dimidium oneris deposituse, si amicum habeam, cum quo consilia conferre, & animi mœrorem valeam partiri. Quid multis? tam singulare bonum est amicitia, ut dubitet Romanus Orator (*de Amicit.*) utrum inter terrena bona possit

præstantius homini quidquam a Dijs immortalibus conferri. Hoc autem adeo inæstimabile bonum aufertur homini per Sufurrationem, rumpitur amicitiæ vinculum, & animi, antea fraterne conglutinati, Vatinianis odiis accenduntur. Unde communiter defenduat Auctores, Sufurrationem gravius esse peccatum, quam furtum. Nonne enim injustè ablatio unius auriei semper lethale delictum est? ita est: ita tenet uniformis Theologorum sententia: aut autem quis, ubi est hominum aliquis, qui fidelem amicum pro aureo venalem haberet? profecto nullibi gentium: quin immo quisquis sapit, mallet complurium aureorum, quam unius amici jacturam pati. Plus ergo nocet Sufurratio, quam furtum.

6. Angelicus Doctor Thomas (2. 2. q. 73. a. 3. ad 1. & 2.) alterius progeniturr, conflatoque pronuntiat, Sufurrationem esse detestabilius peccatum ipso homicidio: quare? quia Sufurratio tollit caritatem, quæ vitæ supernaturalis, & virtutum omnium fundamentum est. Quemadmodum igitur vita supernaturalis infinitis quasi parasangis antecellit naturali: ita fine dubio gravius delinquit, qui illam, quam qui hanc occidit. Percipiamus desuper S. Gregor. (3. p. past. admon. c. 24.) *Perpendant*, inquit, *seminantes discordias, quam multiplicites pereant, qui dum unam æquitatem perpetrant, eò humanis cordibus cunctas simul virtutes eradicant.* Neque simplex dumtaxat homicidium, ut Divo Bernardo credimus, est Sufurratio, sed conjunctum cum turpissimo crimine proditionis. Quid posset esse damnosius, quàm mundo detestabilius proditore? etiamsi exercitus ordinatissime sit dispositus, etiamsi castrum fortissime sit munitum, si tamen domesticos proditores nutriat, necesse est, ut pereat. Ecclesia Dei laudatur tamquam castrorum acies ordinata; describitur tamquam Arx inexpugnabilis, in petra firmissima fundata: actum est: contra hanc Arcem munitissimam infernalis inimicus, & portæ inferi non prævalebunt, nisi sint interni proditores, qui diabolo accessum aperiunt. Quinam sunt illi? Sufurrones: ita Bernardus. (*Serm. 3. in Cant.*) *Proditores sunt; quia in hoc Dominis eas tam inimicos ejus introducere molinntur, quarti sunt istique — — qui discordias seminant, unitatis scandala inter fratres.* Talis Sufurratio sæpe evertit civitatem, Rempublicam, Collegium, Monasterium, Ordinem: tulit antiquem civium, Religiosorum, domesticorum; sublata autem unione heu! quot calumniæ, lites, rixæ, cædes, rapinæ, incendia, aliaque mala quam plurima oriuntur! &c. Et quamvis non nunquam irritati hujusmodi animi denuo invicem reconcilientur, Heu! amicitia consarcinata est: sicut nova vestis, quæ aliquando scissuram passa est, nova non amplius est; ita amicitia, quæ aliquando scissa, rupta, dissociata fuit, semper infirma, ac suspicionis remanet, & raro in pristinam denuo fidelitatem coalescit. &c.

Gravissimum delictum est, si fiat inter conjuges aut fratres.

7. Ex quibus consequitur, Sufurrationem ceteris paribus tanto gravius, ac detestabilius esse crimen, quanto sanctius, arctiusque est amicitiæ vinculum, quod rumpit. Si conjugum amor dissolvitur, susurro reus erit omnium rixarum, suspicionum, zelotypiæ, divortiorum, adulteriorum, aliorumque malorum, quæ fide conjungunt. Si fratres, aut sorores colliduntur, susurro in caput suum contrahit omnes calumnias, detractiones, odia, bella, scandala, injustitias, cædes, & nonnunquam totius familiæ interitum. Quapropter nullum fere Dei supplicium est manifestius, quam hujusmodi turbatorum pacis. Dominus Deus, justissima ira exardescens, per Prophetam Amos ubi Tyro cædium irreconciliabili sententia comminatur: *Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non convertam eum, eo quod — non sint recordati fœderis fratrum* (*Amos* 1. v. 9.) Eisdem minas supra Tyrios effundunt Isaias, Ezechiel, & Jeremias: Quod autem minaciter intentatum, id demum opere ipso consecutum est: periit urbs, a Chaldæis funditus eversa. Quid ergo mali fecit infelix civitas? an instar Sodomæ, & Gomorrhæ luxuria dilluit? an instar urbis Jerichuntinæ contra Deum sese extulit? &c. Dilectissimi, notate verba allegata! *Eo quod non sint recordati fœderis fratrum.* Nimirum juxta expositionem Vatabli (4. *Corn. a Lap. in Amos 1. c.*) alioruinque, deliquerunt in eo Tyrii, quod Idumæos contra Judæos in mutua bella concitarint: erant autem Idumæi progeniti ex Esau, Judæi ex Jacobo duobus fratribus; consequenter, quia Tyrii inter duas gentes consanguineas, inter quas fraterna amicitia semper vigere debuisset, odia, æmulitates impenderunt, in pœnam gravissimi delicti excidio suæ civitatis puniti sunt? Ita justo Dei judicio fieri aiunt: illa mala, quæ meditores inimicitiarum machinantur, ordinarie in eorumet capita redundant. Christiana anima! vultis recentius, ac luculentius hujus veritatis exemplum? dabo: auscultate:

8. Cum inter Albertum cognomine *Sapientem* & Christophorum cognomine *Fortem*, Bavariæ Duces, germanosque fratres, nescio quæ dissensiones fuissent coortæ, (*Guillelm. Art. Rer. Austriac. Hist. t. 37.*) Nicolaus Abensbergicus Comes ad concitandas hæc odia instar follis servivit. Ejus suasu Albertus fratrem, dum valetudinis causa haud procul Frisinga salutaribus thermis uteretur, repente occupavit, & violenter abstractum, Monachii octo decim mensibus in carcerem dedit. Quis non deploret scandalosum facinus inter Christianos Principes, quod vix exspectare licet inter gentiles? Sæpenumquam magis in transversum agnntur sapientum animi, quam cum fucata assentatorum dicacitate inflammantur. Dissidiis postliminio compositis cum Christophorus fi. libertatem rediit contra jncentorem totius mali, nempe Co-

Comitem Abensbergicum, vindictam cogit. Aliquando cum illum cum sexaginta equitibus per suas ditiones libere palari, sibique novas insidias machinari audiret, sine mora adjunctis sibi itidem sexaginta commilitonibus obviam progressus est adversario, coram Deo testatus, se non alium in finem mori velle, aut vincere, quam ad tollenda fraterna odia, quæ sine alterutrius sanguine extingui non possent: Res mira! Dei auxilium, & justitia manifeste ex parte Christophori stetit; ubi enim ad conflictum ventum est, inter primos Abensbergicus lethali vulnere ex equo dejectus, & una cum illo immensa strages edita est: dico *immensa*; quia non solum quinquaginta Comitis commilitones in arena interfecti sunt, nullo e sequacibus Christophori deflorato, verum insuper Familia Abensbergica omnis, olim inter Bavaram Nobilitatem præclarissima, & fecundissima, penitus extincta est. Dux Victor uno pede super æmuli cadaver consistens, & sanguinolentum ensem vibrans, evax! ajebat hæc funesta coronis contingat omnibus, qui fratres, nos animos mutuis hostilitatibus inflammant. Extincto Abensbergico, extincta etiam sunt fratrum odia, redit pax, & concordia, adeoque verificatum est illud Sacri Proverbiastis: *Cum defecerint ligna, extinguetur ignis, & Sufurrone subtracto, jurgia conquiescent.* &c. (*Prov. 26. v. 20.*)

9. *Epilogus.* Tu igitur Christiana anima! discere fugere, & averfari nocentissimum Sufurrationis scelus: cum videris proximorum animos dissidiis exardescere, potius pacem stabilire, quam odia propagare contende: semper memor esto, inimicas machinationes, quæ alii struuntur, plerumque justo Dei judicio, in suos Auctores refundi, dicente Cornelio a Lapide: (*in Eccl. 5. v. 16.*) *Omnis fabra, quam aliis zuderunt, Deo Vindice, in ipsorum tandem caput recidit:* Tollantur ergo inimicitiæ, tollantur inimicitiarum fomenta, tollantur Sufurrationes. Id quod ex animo optans omnibus denique apprecor, quod Hostiæ Christus Apostolis: *Pax vobis.* Amen.

Feria III. Paschatis.

CONCEPTUS II.

Proponitur in Primitiis Neo-Myitæ, sanctissimæ Missæ Sacrificii, & status Sacerdotalis dignitas.

Et cum manducasset eorum ait, sumens reliquias, dedit eis. Luc. 24.

EXORDIUM.

Convivium sanctissimum fuit Cœnæ Domini.

1. Convivia illa, quibus per hujus sæculi tempora decursum Divinum mundi Redemptorem interesse vidimus, nunquam fuere sine singulares Mysteriis, nunquam sine admirabili significatione, & figuris. Hodie Discipulis præsentibus manducat partem piscis assi; piscis autem assus juxta Venerabilem Bedam (*ap. Corn. a L. hic.*) significat carnem Christi per amarissimæ Passionis tormenta maceratam. Heri cum Discipulis in Emaus manducabat, frangebatque panem, simul vacillantes in Fide roborabat, &, ad mentem Conselli; (*in Luc. 24. n. 30.*) sumptionem Eucharistiæ sub una specie præfigurabat. Nudius tertius, cum Paschali Sacramento fuimus refecti, meminisse nos jussit Apostolus Paulus, (1. *Cor. 5.*) quod *Pascha nostrum immolatus sit Christus*, quem tamquam Agnum immaculatum in *azimis sinceritatis, & veritatis*, id est, in animi puritate, omnique virtutum honestate æmulari debeamus. Verum sanctius, & admirabilius convivium non vidit mundus, quam elapsa die Jovis, videlicet in Cœna Domini, ubi incarnatus Dei Filius simul Hospes, & Conviva, simul Cibus, & Comedens, simul Sacerdos, & Victima fuit. Sanctum & admirabile est hoc Convivium tam ex parte Dei, qui illud instituit, quam ex parte Sacerdotis, qui illud administrat. Ex parte Dei quidem, qui Divinas perfectiones suas omnes in id quasi contulit, & impendit, ut mirabilium suorum memoriam in unius cibi compendio conduraret: contulit omnipotentiam in annihilatione substantiæ panis, & conservatione accidentium sine subjecto; impendit Sapientiam inveniendo modum revera ad Patrem suum ascendendi, & tamen usque ad consummationem sæculi apud nos perseverandi; impendit suam liberalitatem, ac amorem impertiendo nobis munus infiniti pretii, & dignitatis, &c. Nec minus admirabile est hoc Convivium ex parte Sacerdotis, qui illud administrat; quinque enim verbalis cogit Omnipotentem, ut de cælo descendat, Dominum cæli, terræque maximum, ut sub specicbus panis esse absondat; Deum Immortalem, ut mystico quodam modo Passionem suam renovet, & Victima auoris fiat, &c.

Quod hodie renovatur per Missæ Sacrificium.

2. *Propositio.* Cum igitur in præsenti sollemnitate ante oculos nobis staruatur noviter erdinatus Sacerdos, qui admirabile hoc lucrenti Sacrificii Convivium prima vice administrabit, ego in præsentiarum de Sanctissimi hujus Mysterii effectibus ita disseram, ut non minus illius Sanctitas, quam Sacerdotii Dignitas exinde elucelcat. Favete.

Sacrificium Missæ sub quadruplici convenientia consideratur.

3. *Divisio.* Sancta Mater Ecclesia Sacrosanctum interdum Sacrificii Convivium sub quadruplici semper qualitate considerare est solita. Primo est Sacrificium *Eucharisticum* quo Deo ter Optimo Maximo pro quotidianis beneficiis, liberalissime collatis, debitæ grates reponduu-

tur. Secundo est Sacrificium *Propitiatorium*, quo Divina Justitia peccatis hominum irritata, ad misericordiam commovetur. Tertio est Sacrificium *Satisfactorium*, quo injuriæ, Supremo Numini illatæ, compensantur. Denique est Sacrificium *Impetratorium*, quo Divinæ benedictionis dona, ac gratiæ e cælo in hanc terram uberrime evocantur. Iisdemus hujus quadruplici divisioni, & punctatim singula perpendamus.

§. I. *Est Sacrificium Eucharisticum.*

4. *Confirmatio.* Primo igitur Incruentum Missæ Sacrificium *Eucharisticum* dicitur, quo Deo ter Optimo Maximo debitæ laudes, ac gratiæ rependuntur. Nimirum ex lumine naturæ patet, quanto major est Monarchæ alicujus Majestas, tanto majus etiam esse oportet obsequium subditorum: cum ergo Majestas Dei infinita sit, etiam obsequium creaturarum infinitum sit, necesse est. Hanc legem jam duduum humano generi promulgavit coronatus Psaltes: (*Psal.* 150.) *Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.* O mi David, tu quidem bene: verum quis, ubi, quomodo inveniet mundus honorem, & obsequium infinitæ Majestati proportionatum? finganus integrum cæli ambitum libris, & libros omnes Divinis laudibus compleri: certe id omne obsequium, si cum Deo conferatur, minus est, quam si Regi terreno unius oboli munus fieret. (*Lud. Gran. 1. 1. p. 1. c. 1.*) Proinde indubitatum est, Orbem universum nimis infirmum fore ad laudandum Deum secundum multitudinem magnitudinis ejus, nisi liberalissimus Deus ex suomet Gazophylacio nobis infiniti pretii munus commodasset. Quale est hoc munus? est Sacrosanctum Altaris Sacrificium: Ita quidem, ut si hodiedum Rex David e tumulo suo rediturus esset, fateri deberet, logem suam jam adamussim observari, Deumque secundum multitudinem magnitudinis suæ laudari. Ponamus in mea potestate situm esse, ut possim novum Orbem creare, illumque meris Seraphinis replere, qui diu noctuque ardentissimis amoris affectibus Deum adorarent: Ponamus in mea potestate situm esse, ut valeam Sanctorum omnium ipsiusque Sanctissimæ Virginis merita centuplicare: Nihilominus pro indubitato habere, per omne id, quantumcunque est obsequiorum genus, minus honoris accedere Deo, quam per unius Sacrificii oblationem. Ita testatur Irenæus (*lib. in Miraculorum in Prol.*) enarrans, fuisse animam amore Dei inflammatissimam, quæ, cum olim insolito dilectionis affectu æstuans, in hæc desideria exardesceret; O mi Deus! utinam infinitis cordibus te amare, utinam omnium creaturarum etiam irrationabilium corda Seraphicis ardoribus accendere possim! a Deo hanc responsionem recepit: *Filia mea! æque animæ esse: id omne, quod mihi hoc cupis, abundanter recipio per unius Sacrificii oblationem, quin immo per unam mi-*

cum plus honoris mihi accedit, quam intellectus creatus cogitatione assequi valeat. Ratio hujus rei est, quia obsequium omnium creaturarum res finita, & suis limitibus circumscripta, contra Sacrificium Missæ ob rei oblatæ, id est, Divini Filii dignitatem infinitum est, &c.

5. Hæc cum ita sint, quid mirum, quod Dominus Deus Sacerdotes suos numquam non summis in honoribus habuerit? Divinæ Majestatis Thronum in cælis circumstant quidem officiosæ Angelorum Myriades, sed quamprimum Sacerdos ad aram accedit, Sacrosanctum hoc Mysterium operaturus, cedit, ut ita loquar, Deus Angelorum servitio, eosque ad Ministerium Sacerdotis in admirabili hac functione ablegat. O Domine Neo-Mysta, utinam ex oculorum acie valeret, qua quondam S. Chrysostomus, (*l. 6. de Sacerd.*) certe videret hodie innumeras Beatorum Cælitum phalanges huic Altari circumfundi. Perpendat, quanta sit Sacerdotis dignitas, cui etiam Angeli ministrant, audiatque gratulabundas voces Augustini acclamantis. (*apud Posserium Dom. infra oct. Corp. Chr.*) *Nulla est major dignitas sub sole, quam Sacerdos Dei.* Præcellit regium, atque Angelicum dignitatem, *solo suo Creatore inferior est.*

§. II. *Est Sacrificium Propitiatorium.*

6. Secundo. Incruentum Altaris Sacrificium est *Propitiatorium*, quo Dei justitia, peccatis hominum irritata, mundo conciliatur. Nempe verissimum est, quod Angelicus Doctor affirmat, videlicet quodlibet peccatum esse injuriam quodammodo infinitam, ob Personæ offensæ dignitatem. Consequenter totius mundi creaturæ non possunt de æquitate compensare unius peccati injuriam, quid dicam de millenis, ac millenis quotidie heu! solitis? Hæc peccatorum enormitate commotus Divinus Creator, pœnitentia tangi cœpit, quod creaverit hominem: *Pœnituit me fecisse hominem,* (*Gen. 1.*) idcoque mundum, quem assiduerat, per diluvia, per urbium incendia, per bella, pestes, & populorum eversiones deliruere aggressus est. Non defuere veteres Patriarchæ aratum Numen placare Sacrificiis, & Holocaustis: Solus Salomon viginti duo boum, & centum viginti millia arietum victimas fecit. Verum *Nunquid placari potest Dominus in millibus arietum?* ait Prophetes. (*Mich. 6.*) Non, non: etiamsi creaturæ omnes in holocaustum Divinæ justitiæ sese oblaturæ essent, certe haud satisfacturæ essent de digno pro reatu unius peccati. Quis ergo tandem Deum propitium reddidit? quis pacem inter Deum, & hominem compoluit? ah! ne quærite: Jesus Eucharisticus: *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* (*1. Joan. 2.*) Ipse est pacifica seis contra dilurii, validum scutum contra Dei pœnitentis spiculæ, salutifera medicina contra morbos, & pestilentias, quas Divina Nemesis mundo comminatur. Ita satis clare docet Concilium Tridentinum (*Sess. 22. c. 2.*) inquiens, *hac oblatione placatus, reatum etiam in-*

gentia dimittit Deus, gratiam, & donum pœnitentiæ concedens.

7. O quam recte igitur Seraphica Mater Theresia (*op. Nic. Lancet. T. 1. epist. pag. 109.*) exclamavit: *Va mundo, si non essent Sacerdotes!* quis scit, an non pagi, urbes, provinciæ, aut integer mundus instar Sodomæ & Gomorrhæ dudum interissent, nisi justa Numinis ira propitiatorio hoc Sacrificio fuisset mitigata? Novesit itaque, mi Domine Neo-Mysta, hodierno die ipsum constitui tamquam Mediatorem inter Deum & hominem. Ex parte Dei quidem tenetur pro viribus amoliri universales populorum plagas, & animarum ruinas. Ex parte hominis autem tenetur impedire, extirpare, eradicare peccata sceleratissimi mundi; quippe in Sacerdotem ordinari idem est, ac in Dei militem inaugurari: contra quem inimicum pugnandum est? contra peccatum. Hoc ubicunque venenosum caput erigit, velut pestilentissima Hydra, debellandum, ac opprimendum est. Verum obsecro, ne pigeat laboris, & hactenus impensi, & deinceps impendendi: etiamsi ad sudorem, ad sanguinem usque laboraverit, credat, erit operæ pretium, dummodo per omnem vitæ decursum unum unicum impediat peccatum mortale: ita, ita est: repeto, quod dixi: non pigeat diurni, nocturnique laboris: erit operæ pretium, dummodo per omnem vitæ decursum impediat unum unicum peccatum mortale. Ne admiremini, Auditores, quod asseroo: ille ille veritatem hujus asserti capiet, qui Deo illuminante agnoscit, quam grande, quam enorme, quam terribile malum sit peccatum.

§. III. *Est Sacrificium Satisfactorium.*

8. Tertio incruentum Altaris Sacrificium est Sacrificium *Satisfactorium*, quo apud Deum reatus pœnæ, id est, supplicia ex peccato residua expunguntur. Si furum aliquis Regi coronam regiam abstulit, hanquaquam satisfacit ablatum diadema restituendo, sed remanet supplicium atroci flagitio dignum. Parem in modum se res habet in offensa Supremi Regis: quamquam peccati culpa per pœnitentiam remissa esse possitur, remanet tamen pœna. Exemplo sit pœnitens David, tametsi commissi sceleris veniam, caduceatore Prophetæ Nathan, impetrarit, nihilominus morte præmatura filioli, ac populi strage severe castigatus fuit. O mi bone Rex! utinam jam tum ad manus habuisses sacrosanctum hoc Sacrificium! profecto illo, tamquam spongia, reatum omnem pœnæ delere, & extinguere potuisses. Ponamus enim millenos esse mundos, & unumquemque eorum sceleratissimum præsenti; revera unicum Missæ Sacrificium ex ipsis sufficeret, ut omnium fuisset ad immensum hunc debitorum cumulum sumul & semel expungendum. Dico: *Ex seipso* sufficerum fuisset; pœnæ nos quippe te tenet defectus, si in justitiæ Divinæ

protocollo nigerrime annotati reminemus; quis videlicet nostra tepiditate, & debitæ reverentiæ defectu salubertimas operationes sanctissimi hujus Sacrificii sustaminamus, &c. Hæc cum ita sint, clare consequitur, Sacerdotem nihil esse coram Deo aliquid, quum Legatum, & Advocatum totius humani generis, immensum illud pretium, quod totus mundus in thesauris non habet, quinque verbulis e cælo evocat, Divino Patri pro peccatorum nostrorum debito satisfacturus. Quid mirum, statum Sacerdotalem, saltem olim, summis in honoribus fuisse habitum? Dico, *saltem olim*; ubi enim sunt modo Magni illi Antonii, qui olivum sibi Sacerdotem pro impetranda benedictione de genu venerantur? Dico, *saltem olim*; ubi enim sunt modo illæ Catharinæ Senenses, quæ etiam vestigia Sacerdotum pio oculo colere solebant? Dico, *saltem olim*, ubi enim sunt modo illi Phryges, & Athenienses, qui vel lumine naturæ agnoverunt, Sacerdotem in populo idem esse, quod solem inter sidera? O bone Deus! sine dubio colitur Sacerdos, velut sol inter sidera; ille enim numquam omnium oculos in se rapit, nisi cum ecclypsim patitur: &c. &c.

§. IV. *Est Sacrificium Impetratorium.*

9. Quarto denique Sacrificium Missæ est Sacrificium *Impetratorium*, quo Divinæ Benedictionis gratiæ, ac dona largiter e cælo super hanc terram evocantur. O quam profusa liberalitate benedixit Deus Patriarchæ Abrahæ! nox ubi filium suum unigenitum Isaac immolaturus, gladium evaginavit, continere se haud amplius potuit Deus, quin suam benedictionem illi liberalissime appromitteret: *Benedicens benedicam tibi.* Jam retlectamus oculos a figura ad figuratum: quis non confidat sacrosanctum Altaris Holocaustum ad promerendam Dei benedictionem tanto fore efficacius, quanto sacrificio Isaaci est præstantius? (*Oforius T. 4. de sacr. Missæ.*) Isaacus erat purus homo, Christus simul homo, & Deus; Isaacus nequaquam reipsa vitam posuit, Christus cruenta in cruce Victima vitam, ac sanguinem fudit. Isaacus oblatio non fuit, nisi mere finita, Christus ob dignitatem Theandricam fuit Sacrificium pretii infiniti. Quid sequitur? sequitur, si sacrificium Abrahæ adeo fuit potens ad promerenda Divinæ largitatis beneficia, multo magis sanctissimum Altaris sacrificium potens fore, quo (sit audacis dictionis venia) Divino Patri cælestes gratias, tum corpori, quam animæ proficuas, quasi vi extorquere valeamus. De Molossitis, barbaro alias, sed in hoc ingenioso populo perhibetur, (*P. Mandel in Oct. Corp. Chr. allocut. 7.*) quod a Rege suo gratiam sollicitaturi, regium Prolem brachiis gestare; itaque Regi se sistere jussant, indubitanter confidentes, nihil eorum, quæ petituri essent, sibi a Rege intuitu dilectissimi sui filioli denegatum iri. Subintrat jam Doctis mus

Olo-

Otorius, (*loc. cit.*) interrogans: *Quid denegabit offerenti Christum?* Nihil, nihil denegabit: &c. Proinde Domine Neo-Mysta, gratulor ipsi felicitatem sane maximam, quam hodie, ad thronum Divinæ Bonitatis prima vice admissus, potenter valet emendicare: Ea, votorum suorum arrham paullo post habebit in manibus: roget ergo Divinum tam corpore, quam anima tenus largissimum Benedictionem: roget gratiam confortantem, ut sacerdotale Munus, quod nunc laudabilissime suscipit, usque ad finem vitæ ad Dei gloriam, & animarum salutem magno cum fervore, ac zelo administret, &c. Verum & unum mihi licrat submonere. De Christo Domino in hodierno Evangelio dicitur, quod post comestum assum piscem reliquias distribuerit: *Sumens reliquias, dedit illis.* (*Luc.* 24.) Ita & ille, Domine Neo-Mysta, reliquias sanctissimi hujus convivii dispertire dignetur.

10. *Epilogus.* Ex primo quidem ex reliquiis partem aliquam largiatur dilectissimo Patri, rogans Deum, uti ingentes sumptus in educationem suam, & studia liberaliter impensi, celitus illi compensentur, producatque longævam senectutem plenam consolatione, eo quod viderit prolem a se progenitam sacerdotali dignitate fulgere. Secundo ex reliquiis partem tribuat Matri, ut si forte ob noxas, in hac vita contractas, piacularibus adhuc flammis detineatur, hodie ad beatam Dei fruitionem admittatur. Legitur de anima, in lustrico carcere detenta, (*Pratum Spirituat. c.* 3.) quod aliquando exultabundis vocibus repente cantare occeperit: quæsita, quam haberet inter tormenta lætandi materiem? repositi, sibi ab Angelo suo Custode revelatum esse, jam nunc familia sua genitam esse prolem, quæ post viginti quatuor annos Sacerdos futura, & se ex emendatoriæ fornacis cruciatibus liberatura esset. O Domine Neo-Mysta! quis scit, an non defuncta Parens, aut consanguinei, purgantibus flammis detenti, jam a multis annis hodiernam diem, tanquam diem suæ redemptionis exspectarint? Tertio denique partem ex reliquiis hujus sancti Sacrificii tribuat patronis, ac promotoribus suis, quin immo omnibus præsentibus, ut virtute hujus sancti Mysterii *omni benedictione cælesti, & gratia repleamur*, per Christum Dominum nostrum. Amen.

Feria III. Pascha tis.

CONCEPTUS III.

Felicitas maxima, quam anima Religiosa per tria Vota sacræ Professionis adquirit, est individuum Christi Domini consortium.

Cum fores essent clausæ, ubi Discipuli erant congregati, venit Jesus, & stetit in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis. Joan. 20.

EXORDIUM.

Jesus non invenitur in mundo, sed in monasterio.

1. Lugubre nuntium, terribile infortunium retulit Sancta Magdalena Apostolis, videlicet Jesum esse perditum: *Tulerunt Dominum de monumento.* (*Joann.* 20.) Quo animo exceperint Apostoli hæc nova, facilius cogitatu est, quam dictu: certe minori cum luctu audissent, cælum & terram ruinam meditari: hoc enim quantum quantum damnum est, saltem finitum est; sed Jesum perdere, jactura infinita. Sine mora igitur omnes, præprimis autem amans Magdalena decrevere islipsum, quod olim Sponsa in Canticis. *Surgam, & circuibo civitatem per vicos, & plateas, quæram, quem diligit anima mea.* (*Cant.* 6.) Non me viarum pericula, non indaginis difficultas, non solis æstus, non noctis tenebræ dimorentur, donec invenirem amatum. Verum eheu! quis non condoleat infelici Magdalenæ? quemadmodum Sponsa, ita & illa, frustraneo labore fatigata, ingemiscit: *Quæsivi illum, & non inveni.* Quamquam quod Sponsa Dilectum non invenerit, haud adeo admirabundum me habet; quia teste Ambrosio (*l.* 3. *de Virg.*) competente loco, & modo non quæsivit: quæsivit *per vicos, & plateas*, factum male! *Non est Christus circumferaneus.* At enim mirabilius est, Magdalenam non invenisse Amatum, cujus conversationem quam optime noverat: ubi ergo quæsivit? quæsivit in sepulcro. O Sancta Mulier erras, erras. Dei Filius non detinetur amplius in sepulcro: ubinam ergo? hodie versatur in Monasterio. Quid ajo? quid hoc novi? an eo tempore, statim post Passionem Dominicam, jam erant Monasteria? erant sine dubio, & hodierno quidem in Evangelio invenio primum: quid enim ni? ubi video clausuram, Religiosam Congregationem, & Jesum in medio illius, ibi videre me arbitror Monasterium: atqui hodie cerno clausuram, id quod infinuatur per verba illa: *cum fores essent clausæ*: cerno Conventum sacrum, seu Congregationem, id quod indicatur per illud: *ubi Discipuli erant congregati*: cerno denique Jesum *in medio eorum*: consequenter intueor Monasterium: Ita est: suffragatur huic meæ opinioni Mellifluus Bernardus: (*serm.* 6. *de ascens.*) in hodierno enim Apostolorum Collegio vitæ Religiosæ, ac Monasteriorum primitias contemplatus, ita affatur incredulum Thomam: *Fallaris, Thoma sancte fallaris, si videre Dominum speras, ab Apostolorum Collegio separatus: In medio stat, id est, disciplina communi, vita communi, communibus studiis delectatur.*

Cur Jesus in monasterio?

2. *Propositio.* Agedum, Sancta Magdalena, & tu Sponsa in Canticis, jam probe agnoscitis, ubi quærendus, & inveniendus sit Dilectus... Verum quid video? aliam ego hodie Magdalenam, aliam Sponsam sacram ante oculos habeo, nempe nostram Neo-Professam, quæ Jesum Dilectum suum, in mundo diu quæsitum, nullibi securius invenit, quam in Religioso Ordine, quam in hoc sacro Parthenone; experta nimirum sacro Novitiatus tempore, Jesum in medio Religiosorum mentium consortio habitare. Id quod fusius in præsenti explicare constituo. Favete.

§. I. *Primo quia amat pauperta tem.*

3. *Confirmatio. Stetit in medio eorum*, id est, Jesus versatur in medio Religiosarum mentium: quare? propter sanctam, & voluntariam paupertatem. Non opus est prolixis argumentis dilucidare, qua ratione Christus Dominus a teneris paupertatem amaverit, cum id ex omni vitæ illius ratione satis elucear. Quinam erant parentes Christi Domini? erant pauperculi: noluit opulentos mundi Principes, sed inopem feminam, & fabrum lignarium eligere, quorum opera sustentaretur. Quinam erant Natales Christi Domini? pauperrimi; non in palatiis, & castellis, sed in rudi stabulo; non in pluviis, sed in paleis; non inter famulorum catervas, sed inter brutorum consortium natus fuit. Quid posset fingi pauperius? in illo triduo, quo in templo morabatur, ad mentem S. Bernardi, Bonaventuræ, Alensis, (*apud Corn. a Lap. in Luc.* 2. v. 46.) aliorumque obstitisse fertur cibum collegit. Quid posset fingi pauperius? ad propagationem Legis Evangelicæ inopes piscatores elegit, quorum omnis supellex in obsoleto rete; & carioso cymbalo constabat. Quid mirum, Christinæ animæ, voluntariam paupertatem *Sanctum* vocari? illud enim omne Sanctum est, quod contactu Christi Corporis sanctificatum est: nihil autem, quantum amore Corpori Christi tenacius, & propinquius adhæsit, quam paupertas, dicente Ambrosio; (*ap. Sporanz. script. fel. pauli.* 154.) *Retardare totam vitam Christi, & non invenire, nisi stigmata paupertatis.*

4. Ex hoc amore pauperitatis conclusionem deducit Bernardus inquiens: *si Deus adeo dilexit eos, qui necessitate erant pauperes, quanto plus diligit pauperes voluntarios, qui ejus amore reliquerunt omnia, qua in mundo possidebant?* quinam sunt hi pauperes voluntarii? sunt homines Religiosi. Ridet quidem ad hoc mundi Naturale, & frequenter organizat: Bella pauperies, ubi Religiosi plura possidentur sub Christo paupere, quam sperare poterant sub manibo divite! Verum expeditis est responsio: Distinguo: plura possident, si termo sit de temporalibus. Nego: temporalia enim, quod concernit, quilibet Religiosorum in particulari pauperior est pauperrimo Mendicabulo; huic enim de vestimento fino, aut obsoleto, fas est dicere: hæc vestis mea est: *seu meum, & ratio stipulum illud verbum*, teste Cassiano, (*l.* 4. *c.* 13.) locum non habet inter Religiosos: Nemini fas est hanc dialectum loqui: tot vestis, meus calamus, meus cultellus; quia hæc omnia ad nutum Superioris cedere, ac relinquere oportet. Plura possident, si termo sit de bonis spiritualibus, & æternis. Concedo: Hoc quippe illud ipsum punctum est, quod probandum suscepi, nimirum paupertatem voluntariam esse diviniorem, quia Deum possidet: Sanctus Ambrosius (*serm.* 5.) adstipulatur asserto, inquiens: *qui mundum non possidet, hic totum possidet Salvatorem.*

4. Ex quibus rationem desumere potestis Auditores, qua de causa millieni Regum, Principum, ac Nobilium filii superna Divini Spiritus gratia illustrati, amplissimas hereditates cum Religiosa paupertate commutarint. Nolim de altero, quam de glorioso Sancti Benedicti Ordine mentionem facere. Ille enim numerat quaternos Romanorum Imperatores, duodecim Imperatrices, quadraginta coronatos Reges, quinquaginta Reginas, ultra quingentos Regum, ac Principum filios, filiasque, qui, coronis, sceptrisque generose calcatis, ad Divi Benedicti sollitudinem convolarunt. Quo motivo autem impulsi unusquisque divitem despicere, & Christum pauperem sectari amarunt? Respondeo, ex mera avaritia, verum extincta avaritia: terrena bona indigna reputarunt, quibus immortalem animum affigerent, sico anhelirant æterna. Horum numero accenseri potest noster eriam Neo-Professa; potuisset in mundo vitam agere satis delicatam, & commodam; sed maluit perituris omnibus se exuere, ut tanto securius cælestia consequeretur.

§. II. *Secundo quia amat castitatem.*

6. *Stetit in medio eorum*, id est, Christus habitat in medio Religiosarum mentium: quare? Propter illibatam castitatem. Quisquis nosse cupit, quorum amore Christus Dominus præstantissimam hanc virtutem prosequatur, percipiat eruditam animadversionem Doctissimi Ruperti, (*l.* 3. *in Joann.*) Quæstionem instituit hic auctor, cur Dei Filius, de cælo descendens, non assumpserit adultam, sed potius ignobilem infantis ætatem? hunc certe in finem potuisset sibimet formare corpus prout olim Adamo in agio Damasceno formaverat, & tali modo prima statim die Evangelicæ Prædicationi, ac operi Redemptionis manum admovere, &c. Audite, qua ratione laudatus auctor huic quæstioni satisfaciat: *Peperat quidem de terra Eva sponsore, & plasmator novum hominem*, poterat inducere adultam ætatem, verum tali modo *non esset Filius Virginis Mariæ.* Interneram castitas sanctissimæ Deiparentis adeo illi placuit, ut infantilis ætatis incommoda subens subire, & potius ardentissimi desiderii, quibus Redemptionis humanæ opus perficere exhibat, ad triginta annos prorogare, quam non esse Filius Virginis voluerit. Perfecte mur omnem Dei Humanis vitam, & certe experiemur, quod ubicumque detinebatur, singulariter semper amaverit puritatem: Vultis Jesum videre infantulum in præsepio? & ecce, ejus sacrificia, aut pauperculæ, erant tamen candidissimæ. Vultis Jesum videre gloriosum in Monte Thabor? & ecce, ejus vestimenta erant supra nivem radiosa. Vultis Jesum videre tumulo illatum? & ecce, ejus sepulcrum erat ex lapide orientum, in quo nullum adhuc cadaver jacuerat. Vultis Jesum vide-

videre ut Agnum immaculatum? & ecce, ejus pascua sunt inter lilia; *qui pascitur inter lilia*. Vultis denique Jesum videre ut Regem, & Dominum sanctarum animarum? & ecce, ejus thalamus, thronusque non minus, quam ille Salomonis, ex candidissimo ebore debet parari; &c.

7. Jam si Virginis Filius usque adeo astimat Angelicam puritatem, consurgit quæstio, ubinam locorum inveniatur pulcherrima hæc virtus? quid multis? Respondebit subridens aliquis mundi trossulus: invenitur non minus in mundo, quam in Monasteriis. Itane in mundo puritas? quid posset esse immundius mundo? omne quod est in mundo, ait Dilectus Christi Discipulus, est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. (*Joan. 2. v.*) Hi capitales inimici conjunctis fœdere castitatem persecuti, e mundo eam exceserunt. Quo dein confugit ejecta? ubi asylum invenit? certe in Monasteriis: ibi fruitur perpetuo jure hospitalitatis, ibi seminaria sunt liliorum, ibi supra portam Parthenii cujusque asceterii trabalibus litteris inscripta videntur Psalmistæ verba: *Adducentur Regi Virgines post eam*. Sed quid mirum in sacro hoc recessu inveniri illibatam animorum munditiem; quippe a qualibet felicis anima, quæ Christo despondetur, in ipso statim ingressu idipsum exigit Divinus Sponsus, quod olim a Sponsa in Canticis: *Pone me ut signaculum super cor tuum*. (*Cant. 8.*) Quale est hoc signaculum? nempe requirit Divinus animarum Sponsus ex ipsa tuum cordibus Sponsarum cum in moreni imprimi, quo modo imprimitur litteris annuli sigillatoris effigies: quemadmodum igitur arcam, aut literas ita figillatas nemini alteri, quam sigilli Domino fas est referre; ita vult Dominus Deus, ut ad cor sibi desponsatæ Virginis nulli alteri, quam sibi soli accessus pateat. Attendite, Dilectissimi, videbitis paullo post, qua ratione nostra Neo-Professa omni mundano amori renuntiet, teliique Deo cor integrum contiguet. Quid faciam aliud, quam gratulabundus illi acclamem verba S. Hieronymi: (*in Epist.*) *O felix confessio, in cujus corde nullius alterius amor, quam Christi invenitur! &c.*

§. III. *Tertio: quia amat obedientiam.*

8. *Stetit in medio eorum*, id est, Christus habitat in medio Religiosarum mentium. Quare? propter virtutem obedientiæ. O quanto studio, & amore complectebatur Dei Filius hanc sanctam virtutem! Doctissimus Suarez (*de stat. Relig. T. 6. l. 3. de Voto c. 2.*) cum numerosa Theologorum appendice defendit, Christum Dominum in claustro Virginei corporis fuisse Religiosum, & in primo Conceptionis suæ momento emisisse Votum obedientiæ: fundamentum hujus opinionis desumit ex verbis illis Psalmistæ: (*Ps. 15.*) *Juravit Domino, Votum vovit Deo Jacob*; ab hoc voto totius vitæ illius actiones, verba, & opera dependebant. Quamquam enim magna Vitæ Divinæ pars a sacris Historiographis non fuerit descripta, nihilominus omnium eorum, quæ Christus in vita solitaria a duodecimo, usque ad trigesimum annum egit, compendium edidit S. Evangelista Lucas, verbis illis: (*c. 2.*) *Et erat subditus illis*. O compendium admiratione dignissimum! Interroga, mi Christiane, cum S. Bernardo: *Quicui illi subditus?* & respondebit Propheta Isaias: Est *qui appendit tenues digitis molem terræ*. (*Isa. 40.*) Interrogo, quis est ille subditus? & respondebit coronatus Psalter: Est *magnus Dominus, cujus magnitudinis non est finis*. (*Psal. 144.*) Interroga, quis est ille subditus? & respondebit Propheta Daniel: Est ille Dominus, cui *millia millium ministrant, & decies centena millia assistunt*. (*Dan. 7.*) Ulterius interroga, quibus erat subditus? & respondebo, pauperculæ Virgini Matri suæ, & fabro lignario Sancto Josepho. Consequenter, si millies interrogaveris, mi homo, cur illud, vel illud fecerit Salvator tuus, millies responsum tibi dabo: ex obedientia: cur dormit Jesus? ex obedientia: cur bibit, ac comedit? ex obedientia: cur vitam diu absconditam egit? ex obedientia: cur denique amarissimam Passionem subiit? ex obedientia. *Nec perderet obedientiam, perdidit vitam*, ait S. Gregorius. (*ap. Engelgr. ad Emp. T. 2. in Fest. Mat. Dom.*)

9. Quodsi nobilis hæc virtus tam pretiosa est Dei Filio, jam iterum quæstio oritur, ubinam locorum illa inveniatur? ah! nullibi minus, quam in mundo, ubi plenis fuis furiis dominatur voluntas propria: obedientia est instar laderæ, muris adhærei, id est, muris monasterium. Ibi habitant homines sine oculis, quia ceco modo jussa facere; homines sine intellectu, quia mandatorum rationes nullo modo scrutari; homines sine voluntate, quia illud *velle*, vel *nolle* in primo statim Ordinis ingressu cedere, relinquere, ac repudiare debent. Habetur pro miraculo, quod S. Dionysius, S. Albanus, S. Ursicinus Martyres abscisa capita propriis manibus tulerint; verum hoc miraculum nihil novi est in monasteriis, ubi Religiosorum quilibet caput suum Superioris manibus portandum relinquere debet. Attendite bene, Dilectissimi! & statim videbitis, qua ratione nostra Neo-Professa mundanum caput suum depositura, illudque in manus suæ Antistitis irrevocabiliter consignatura sit, &c.

10. *Epilogus*. Felix anima! gratulor illi tantam sortem: cum enim hodie cor suum tribus Religiosis Virtutibus exornat, *stetit in medio eorum*, certe illud in perpetuum Dei inhabitantis palatium præparat, & dum voluntaria paupertate, castitate, ac obedientia mundana omnia abjicit, felicissimo cambio promissum illud æternæ beatitudis *centuplum* adquirit. Vivat igitur dives in paupertate, vivat virtuosa fecunda in castitate, vivat Deo propria in obedientia, & Divini Sponsi sui consortio in tempore, & æternitate inseparabiliter fruatur. Amen.

Domi-

Dominica I. post Pascha.

CONCEPTUS I.

De Pace servanda cum Deo, cum proximo, & secum ipso.

Pax vobis. Joann. 20.

EXORDIUM.

Pejs utroque diluvium tam aquæ, quam sanguinis pax donatur mundo.

1. GEminæ vices Dominus Deus mundo extremæ infensus, geminas etiam vices diluvium super universum effudit. Itane? gemina vice? quis scriptor hæc nova? Ne miremini: primum illud diluvium in aqua fuit tempore Noemi, alterum illud contigit in sanguine Filii Dei: utroque lavacro mundus mundatus est: primum illud diluvium provenit a justitia Dei, alterum a misericordia; in primo non ultra octo animas salvatæ sunt, in altero salvum factum est totum humanum genus. Illud autem singulariter admiror ego, quod, finito utroque Divinæ Justitiæ spectaculo, Dominus Deus in reconciliationis tesseram mundo semper pacem donarit: post primum illum cataclysmum aquæ columba in arcam rediit, *portans ramum olivæ virentibus foliis*. (*Genes. 8. v. 11.*) qui erat signaculum pacis. Post alterum vero sanguinis, Christus ipse ore proprio olivam tulit, Apostolis suis apprecatus: *Pax vobis*. Neque satis hoc. Verum insuper diserte præcepit Apostolis, ut tam nobile pacis donum una cum Evangelii semine per universum, qua late patet, Orbem circumferrent: *In quamcunque domum intraveritis, dicite pax huic domui*. (*Luc. 10. v. 5.*) Unde est, quod hodiedum in mutuis salutationibus, in amicorum adventu, aut abitu, in Sacramentorum administratione, & in ipso Missæ Sacrificio pacem populo apprecari soleamus: felicior esset Orbis, si hac apprecatio ubique suum sortiretur effectum; est enim pax, teste Augustino, (*serm. de Verb. Dom.*) *quæ simultates tollit, bella compescit, iram comprimit, superbiat calcat, humiliter amat, discordes fedat, inimicas contendat, cunctis est placita, odium extollit, nescit insidiari*. Pax est juxta Philonem, (*apud Antonin. serm. de caritate.*) *maximum, & Divinum Bonum*. Pax est, ex qua pendet Orbis universi felicitas.

Pax triplex cum Deo cum proximo, & secum ipso.

2. *Propositio*. Quid aliud agam hodie, nisi ut de præstantia Divini hujus Boni differam? & quonam triplex pax potest bellum, contra Deum, contra proximum, & contra seipsum, ideo de triplici hac pace loquar; felicem me, immo feliciores vos, si persuadeam. Favete.

§. I. *Pax cum Deo. Deus cur Deus pacis vocetur?*

3. *Confirmatio*. Sanctus Apostolus Paulus, ubi Romanis Benedictionem Divinam apprecatur, hac verborum formula utitur: (*Rom. 15. n. 33.*) *Deus pacis sit cum omnibus vobis*. Idemmet alibi repetit: *Deus pacis conterat Satanam*. (*Rom. 16. v. 20.*) Si quis dubitat, cur hanc loquendi formulam usurpet, cur non ajat, Deus Potentiæ, Deus Majestatis, Deus Misericordiæ, Deus Justitiæ, &c. Audiat explicationem doctissimi Stapletoni: (*text. 4. Dem. Pent.*) Si quis Regum plura possidet regna, ab eo titulum maxime gerit, quod celebrius amplius, & honorificentius est: ita dicimus: Rex Hispaniarum, tacito Cataloniæ, Murciæ, Andaluziæ, aliisque regnis. Ita dicimus Romanorum Imperator, nulla mentione facta Bohemiæ, Hungariæ, Neapolis, & Siciliæ, &c. Parem fere in modum Dominus Deus audire vult *Deus pacis*: usque adeo pacem æstimat, ut hujus titulum fere ceteris attributis præferat, & hoc ipso significet, ex se nihil deesse, quo minus integra, & inviolata pax inter Deum & hominem constanter servetur.

Deus punit exules.

4. Hæc cum ita sint, cur ergo Pacificus Deus adeo frequenter in iras exardescit? cur minatur bella, cædes, sterilitates, pestilentias? cur fulmine, grandine, procellis, pruinis mundum ferit? &c. O Christiana pectora! nolite quærere, coactus, provocatus, lacessitus hæc facit; Peccatum est illa rebellio, quæ pacem cum Deo frangit, fulmina etiam nolenti extorquet. Quis terrenorum Principum inultus sustinet perfidiam contra pacta, & fœdera? certe vires omnes Regni convocat, ut fœdifragum puniat. Et Rex Regum, ac Dominus Dominantium impune patiatur se a vermiculo terræ, a cleba lutea, a patredinis seminario contra millies repetita monita, pacta, ac proposita offendi, contemni, despici, ac provocari? Vultis igitur Deum Protectorem, non Adversarium experiri? vultis in anima, in corpore, in fortunis, in rebus vestris omnibus indemnes, felicesque vivere? vultis Dei indignantis supplicia amoliri? ponenda sunt arma rebellia peccatorum, vita instituenda est secundum sanctissimas Divinæ voluntatis leges: *quis enim restitit ei, & pacem habuit?* (*Job. 9.*) Nemo, nemo: nullibi legitur, peccatum, & pax, impietas, & pax osculatæ sunt: nullibi! verum illud decantat Psalmista: (*Psal. 8.*) *Justitia, & pax osculatæ sunt*. Justitia, & pax sunt germanæ sorores, teste Augustino: (*ap. Sellar. hic.*) amas pacem? necesse est, ut & ames justitiam: est autem justitia perpetua voluntas cuilibet tribuendi suum, & consequenter tribuendi Deo honorem, obedientiam, ac mandatorum observantiam; Hæc sine frustra pa-

pacem quæris: *Non est pax impiis.* (*Isa.* 48. v. 22.) &c. Atque hæc de pace cum Deo.

§. II. *Pax cum proximo servanda.*

5. At enim hæc ipsa pax cum Deo inviolata consistere nequit, sine pace cum proximo; iterat alia enim præcepit, & per Apostolum Paulum (*Hebr.* 12. v. 14.) promulgavit Deus: *Pacem sequimini cum omnibus*; obtemperandum ergo est: pax cum proximo sancienda est; neque audiam pusillo hanc legem, quippe quæ ab ipsa etiam natura nobis indita, & congenita est. Intueamur primam mundi Genesim: (*c.* 2.) ibi sollicitudine adverto, quod rerum omnium Plasmator Deus diversissimas animalium, pilcium, herbarumque species produxerit, non tamen ita, ut exempli causa, ex primo equo equum, ex primo leone leonem, ex prima herba herbas ceteras produxerit: cum autem ad creationem hominis ventum est, ex ipso primo homine matrimam, videlicet costam ad procreandam mulierem deprompsit; adeoque est nunquam verum sit ab uno equo equos omnes; ab uno leone leones omnes defendere; verum extimen verissimum est, ab uno homine homines omnes originem trahere: cur ita? quem in finem ab uno genus humanum inchoatum est? respondet Augustinus: (*serm.* 20.) non alium in finem, nisi *ut generi humano unitas commendetur*. Unitatem inter nos firmare vult Divinus Creator. Ideo ab uno produxit omnes, sicut ab una radice omnes pullulant rami. O sancta Unitas! mirum foret, si tibi illaceraret, adeo discordiis, & dissensionibus convelleris. *Natura nos cognatos edidit*, ait Seneca. (*Ep.* 43.) & tamen mutuo in se sæviunt homines, discrepant amici, colliduntur fratres, bellantur invicem conjuges, tamquam non ab uno luto, sed ille ex ferro, alter ex auro, ille a pardo, hic a leone originem traheret. Heu! quantæ in aulis invidiæ, in curiis dissensiones, in tribunalibus litigia, in capiendis hereditatibus dilceptationes, in domibus jurgia; res nauci, unicus sæpe florenus est illud pomum discordiæ, quod amicos etiam intimos ad arma concitat: Merito, si status hominum omnes a summo ad infimum, a primo ad ultimum percurram, dubitare de singulis possum, ac quærere: *Quis est homo, qui... inquirat pacem, & sequatur eam?* (1. *Petr.* 3.) Miraculo simillimum est, quod in vita Sancti Macarii (*Rosweid.*) perhibetur, nimirum in urbe Alexandria duas mulieres conjugatas tam inter se, quam maritis in eadem domo adeo pacifice conversatas fuisse, ut per viginti omnino annos nulla unquam discordia animorum consensio fuerit interrupta. Hæc autem pax domestica usque adeo placuit Domino Deo, ut Sancto Macario post plurimum annorum austeritatem revelatum sit, has duas mulieres Alexandrias in meritis ipsi esse æquales. Auditis hæc talia, o conjuges? audiamus, inquiunt: at enim meus maritus, mea uxor, meus vicinus, meus contubernalis genium habent bellicosum, asperum, morosum, tigridem, ac leone ferociorem: bellua est, non homo: quid tum? Audivi alia in arca; erat natura fera, & indomita, ita tamen perfecte Noemo subdita fuerunt, ut quamdiu in arca convixerunt, mansueta, ac pacifica fuerint. Et homo Christianus, qui versatur in arca salvifica Ecclesiæ non possit ita perfecte subesse Deo, ejusque legi præcipienti. *Differre silentium?* &c. Vah! piget me porro colloqui cum hominibus feris ferocioribus: prodeat ad tertium pacis genus festino.

§. III. *Pax rerum ipsos Appetitus hominis (unde) pacem internam.*

6. Atque hæc tandem pax illa est, quæ sanciendo est rerum ipso: quemadmodum enim, affirmante sancto Chrysostomo, (*hom.* 31. *in Gen.*) nihil miserabilius est civitate, quæ præsidiis quidem, ac muris munita est, intus tamen fovet proditores: ita parum proficit pax externa cum proximo, si intus in animo residerant domestici tentatores. Quinam sunt isti turbatores pacis? sunt sensualitates carnales, sunt genuini appetitus hominis inferioris, concupiscibilis, & irascibilis, bi semper reluctantes, semper rebellionem moventes, semper spiritui contradicentes, &c. Subjugandi ergo sunt sensitivi appetitus, ac subjiciendi sunt voluntati, voluntas rationi, ratio Divinæ Legi, atque ita per hanc subordinationem consurget illa animi tranquillitas, quam Psalmographus dilucidat: (*Psal.* 118. v. 165.) *Pax multa diligentibus legem tuam.* Dionysius Carthusianus, (*in Matth. tract. 6. dict. 1. num.*) hanc Psalmistæ versiculum in rem nostram explicans, adjungit, Sanctum Augustinum hic nomine pacis intelligere bonum concupiscentiæ, neque ipse subjungit: *Dilectio legis Divinæ, est causa pacis internæ, & quanto legem Dei perfectius amamus, & observamus, tanto plenissimam in nobis pacem sentimus.* O Christiana pectora, ad hanc pacem obsecro, aspirate! hæc enim sola est unicum, verum, ac solidum veræ lætitiæ, & felicitatis fundamentum. Audite vos Reges, vos Principes, vos magna mundi Idola, vos vanitatis Tantali, vos mundanæ felicitatis aucupes, audite: nollem ego cum vestris conferre, cum vestris thesauris, cum vestra, quantacunque est, gloria, cum vestris bellis, ac triumphis, cum vestris commessationibus, & tripudiis, cum vestro auro, & argento, cum vestris lætitiis, ac voluptatibus &c. Nollem, inquam, hanc internæ pacis, ac tranquillitatis thesaurum commutare; de hoc enim, & non alio, enuntiasse videtur Augustinus: (*de Civit. Dei.*) *Tale bonum est bonum pacis, ut in rebus creatis nihil gratius sue concupiscat, nihil nullius possit possideri.*

7. *Epilogus.* Auditis, Auditores, præstantium, triplicis pacis, cum Deo, cum proximo, & secum ipso: Felicem me! si pertuli, ut hodierna dies sit dies triplicis pacificationis: quare aliquiescite meis consiliis: Julius II. Pontifex (*Gerardus Rho. l.* 10. *hist. aust. p.* 95.) cum Cæsare, & Rege Gallo fœdus iniens, Sacrosanctam Hostiam in tres partes divisit, & singulis distribuit, in signum, & pignus, quod unanimiter confœderationis sacrosanctum habere cupiret. Ita & vos facite: pauci sunt dies, ex quo Sacramentum Paschale in reconciliationis humanæ fœdere vobis collatum est, (*Eccl. in oct. fer. sext. infra Oct. Paschæ.*) hujus sacrosanctæ hostiæ partem unam conjungite Deo, in testimonium deinceps evitandi peccatum, causam unicam Divinæ inimicitiæ; alteram partem consignate proximo, in tesseram inviolabilis concordiæ: tertium partem reservate vobismet ipsis in stabilimentum internæ pacis, ac tranquillitatis. Ita felices eritis in hac vita, & post hanc experiemini, quod *Beati pacifici, quoniam Filii Dei vocabuntur.* (*Matth.* 5. v. 9.) Pax vobis. Amen.

Dominica I. post Paschæ.

CONCEPTUS II.

Deliberatur, utrum pax ineunda sit cum dæmone, illique de novo bellum denuncietur.

Pax vobis. Joann. 20.

EXORDIUM.

Dæmon offert conditiones pacis, sed fraudulenter.

1. BOna nova vobis fero, O Christiani, qui hactenus inter decumanas dæmonis tentationes miserandum ingemuistis, bona nova: videtur invetteratum tentatoris odium, bellumque ad finem vergere: affulget spes pacis, ipseque hostis, jam tandem tentando lassatus, ad amicam compositionem inclinatus esse apparet: Pacem offert, atque palam demonstrat serio se agere; præliminares pacis conditiones per me vobis insinuat. Placet audire? audite. Primo vult infernalis tentator, ut porro nullos contiliarios, ministrosque, sibi adeo hactenus infensos, concilio admittamus. Secundo petit, ut finium, seu terminorum propugnacula demoliamur, & destruamus. Tertio, ut illi locum munitum, tanquam pignus, & subarrhationem fidei, concedamus. Quarto denique, ut liberum illi auditum, redituinque indulgeamus. Has conditiones si nos subscribere, ratasque habere velimus, spondet fidem, jurat amicitiam, offert pacem perpetuam. Quid vos ad hæc, Christiani Auditores? ego subtimeo, nescio, quæ mala suspecta mihi sunt omnia, novi hostem, novi astutiam, metuo, ne sub schemate pacis crudelissimas insidias machinetur: quot blanditiis, promissionibus, & lenociniis fallacissima Sachel deceptæ infelicem Silaram: *Intro ad me, Domine vir intra, ne timeas*, (*Jud.* 4.) *Claus Spicileg. Concionat.* Pars I.

spondit pacem, ac securitatem; dein miserum, clavo per tempora adacto, confixit; crudele hoc latrocinium miseratus Berchorius, (*l.* 7. *Mor. Script. c.* 3.) exclamat: *Talis mulier est diabolus*; blanditur, experimat, invitat ad amicitiam dæmonissimum, offertque pacem ipso bello nocentiorem. Dubitatis de hac veritate?

2. *Propositio.* Ergo agite, instituamus deliberationem supra conditiones a Diabolo nobis propositas, videamusque, utrum serio aut, *Pax vobis*; sicut Christus hodie ad Apostolos. Tu interim, infernalis tentator, abscede: finita deliberatione, responsum tibi referemus, an pacem amplecti, aut bellum profequi expediat. Vos vero, Auditores, rem gravissimi momenti bene expendite, & me patienter audite.

§. I. *Prima est, ut nullus consiliarius admittatur.*

3. *Confirmatio.* Prima pacis conditio est, ut Consiliarios omnes faceffere jubeamus: quid hoc rei? quinam sunt hi Consiliarii? sunt Parentes, sunt Institutores, sunt Confessarii, & Sacri Prædicatores, qui iteratis monitis nos a semita iniquitatis revocant, & ad vitam virtutis impellunt: his faceffere jussis, quid fieret? mundus de facto plenus est vitiis, & scelcribus, cum tamen in cathedris, in tribunalibus sacris, in scholis, in domibus privatis infiniti monitores, se opponant, quid quaso fieret his omnibus obmutescentibus, profecto tunc homini, præsertim improvidæ juventuti idem contingeret, quod teneræ arbusculæ, quæ, si suo fulcimento destituitur, facile a vento evellitur, eradicatur, idem illi contingeret, quod equo infrunito, qui si capistro ecuitur, indomito cursu in præcipitia fertur: idem illi contingeret, quod torrentibus, qui si riparum repagulis non coercentur, alveum egressi, in arva, ac agros cum damnosissima segetum strage exundant, Nemo sibi soli tuto sapit, utut ceteroquin sapientissimus, & sanctissimus sit; nam vires animæ tam imbecilles sunt, quam vires corporis. Sicut ergo vires corporis ab extrinseco alimentari, nutritique debent, ita & vires animæ videlicet intellectus, & voluntas ab alieno consilio confortamentum capiant, necesse est. Quis erat Moyses? erat Vir Spiri tu Dei plenus, erat potens verbo, & opere, imperitabat creaturis, operabatur prodigia stupenda, & tamen a socero suo homine barbaro, & obscuro consilium cæpit, dicente Scriptura: *Quibus auditis, Moyses fecit omnia, quæ suggesserat.* (*Exod.* 18.) Cur non restitit socero homini inculto? cur non repulsit, illi Deus loquitur, quid agere debeam? cælesti nuntio admoneor, non indigeo consilio hominis alieni, & gentilis: nimirum tam salutosa reflexione abstinuit, uti annotat Origenes, (*in Ex.* 18.) quia noverat, quod etiam ma-

magni, & admirabiles Viri multa ignorent, quæ tamen parvi, abjectique calleant, & quod nemo sit tam sanctus, & prudens, qui non indigeat consiliario. &c.

4. Præterea per Consiliarios convenienter intelligi possunt Præcepta Dei, quæ in omnibus negotiis nostris instar speculi consulenda sunt: O quam circumspecte sanctus Rex David in rebus agendis hos consiliarios adhibuit! *Consilium meum justificationes tuæ*, inquit, (*Ps.* 118.) seu, uti legit textus Hebræus: *Justificationes tuæ Viri consilii mei*. Hos ille in Regni negotiis, in moderandis populis, in ordinandis Divinis, & profanis consuluit; ait Doctissimus Spezza, (*Script. Sel. punct.* 37.) hos etiam non in rebus omnibus consulere debemus: felices, qui ad hos semper respiciunt, miseros, qui negligant: &c. Quod meum igitur opinionem concernit, puto, hanc primam suspectæ pacis conditionem nullatenus posse fieri: astutia dæmonis tanta est, ut etiam millenos animarum curatores fatiget, millena monitorum consilia eludat. Quid fieret, si nullos omnino haberemus Consultores? perditissimi essemus.

§. II. *Secunda, ut fraum propugnacula destruamus.*

5. Secunda pacis conditio a dæmone proposita est, ut finium, seu terminorum propugnacula demoliamur, & destruamus: ubi sciendum est, quod Regni alicujus securitas maxime in terminorum, seu limitum propugnaculis consistat. Hæc si bene munita, ac custodita sint, regno præstant contra hostiles incursus immunitatem, sin minus, aperiunt hostibus liberum adiitum, & nocendi facultatem. Quid intelligitur in sensu mystico per finium propugnacula? intelliguntur quinque sensus, eorumque custodia, quæ, si sollicita non sit, proh quanto malorum agmini portam refert! sensus humani sapissime lenones sunt; quia blandis illecebris mentem in vitium flectunt: Nuntii sunt quia ad voluptatem invitant: raptores sunt, quia animum ad inordinatos rerum creatarum usus abripiunt: fenestræ sunt, per quas omnium scelerum contagio irrepit: ostium sunt, per quod animus clanculum evolat ad prohibitam pabulationem: denique Tyranni sunt, quia, si liberiori dominio detentur, crudelissime in animam sæviunt. Ajat Rex David, quantum nocumentum passus sit ab oculis male custoditis? in solario domus cythurizans vidit Bethsabeam, vidit, deperiit, & vix non perit: in carpsibus crimina prolapsus, ingemiscere cum Propheta potuit: *Oculus meus depredatus est animam meam*. (*Thren.* 3.) Ajant Proto-Parentes nostri, quantum nocumenti passi sint ab auribus male custoditis? dum infernalis nequam ingeniabat mendax illud *nequaquam*: *Nequaquam morte moriemini*, illi credidere, fructum vetitum attrectarunt, comederunt, Paradisum perdiderunt. Ajat infelix Esau, quid nocumenti passus sit ex odorata male custodito? per vestimentorum fragrantiam, quibus fuit ad oblectationem odoratus ambram, aut cinnamomum aspergere consuevit, fusturatus est Jacob primoge nituram, & paternam Benedictionem. Ajat Noemus, quid nocumenti passus sit a gustu male custodito? vino gustato non minus, quam liberaliter hausto, ebrius, turpissime denudatus, a filio illusus, irrisus fuit. Ajat denique matrimonius Samsonis, quid nocumenti passus sit a sensu tactus? voluptatis illi fuit, cum Dalila conversari, in sinu ejus foveri, dormire? verum turpissime proditus, ligatus, ad molam adductus, denique miserando obitu periit.

6. Hæc pacificationis est quinque sensuum, nisi intentissime custodiis munitantur, nisi dominio subjiciantur, nisi mortificentur. Non absque consilio Josue quinque Reges supra quinque stipites suspendi jussit, (*Jos.* 10.) nempe Adonisedech Regem Jerusalem, Oham Regem Hebron, Pharam Regem Jarmoth, Japhia Regem Lachnis, & Dabir Regem Eglon; si enim mysticus hujus rei sensus requiratur; per quinque Reges subauditur tus quinque sensus, ait Lyranus, (*hic.*) qui rationis imperio subjici, nec ante solis occasum e patibulis deponendi, hoc est ante mortem e cruce abnegationis liberandi non sunt. Et petat infernalis deceptor, ut hac animæ munimenta, ejusque custodiam subvertamus? actum est de nobis, si fidem tribuimus veteratori; idemque nobis evenit, quod vineæ destructa sepe, quod urbi diruti muris, quod domui apertis ostiis. Quare, quod me concernit clamo, iterumque clamo, in hanc fraudulentam conditionem nulla ratione non posse contentire.

§. III. *Tertia, ut locum munitum illi concedamus.*

7. Tertia infernales pacificatoris conditio est, ut locum illi munitum instar pignoris, & arrhæ tribuamus. Quem locum munitum ille somniat? non subodoratis, Auditores? cor nostrum possidere desiderat. Quid? nobilem illam cogitationum, sensuumque officinam, Dei Optimi Maximi Regiam? Quid est Cor? juxta Cornelium a Lapide, si litteras ejus symbolice interpretari libeat, *Cor* est *Camera Omnipotentis Regis*. Hanc Cameram Divinus rerum omnium Psalmator vel in ipsa hominis creatione singulari jure sibi reservavit; quippe non desunt Auctores, qui formationem hominis e limo Angelis demandatam fuisse, e contra Deum plasmationem cordium sibi singulariter reservasse putent justa illud: (*Ps.* 32.) *Qui fingit singillatim corda eorum*: Præterea dicite, cur forma cordis pyramidalis est, ioferne in cuspidem desinens, superne vero amplum, & cavolum? certe non ex alia ratione, nisi ut signiscet Deus, quod cor humanum parum terrena curare, eaque quasi in puncto duntaxat attingere, e contra cælo, ac Deo pleno sina patere debeat. Quid multis? cor nostrum Dei proprium est; hinc est, quod sacer Proverbialles tam sollicite moneat: *Omni custodia serva cor tuum* (*Prov.* 4.) cui monito fidelitas adeo mortem gesserunt sacri illi Eremorum, & Asceteriorum Incolæ, ut senex ille discipulum lædulo instruxerit: *Esto Janitor cordis tui, ne furet peccatum*: & Magnus ille Joannes Abbas (*Mosc. in Pratospir. c.* 110.) suis hoc documentum dederit: *Constanter, & sophisticanter præcipua adhibenda est cura; observandum namque est, neque cupiditas, neque voluntas prava, ne quod desiderium, quod vas est secundum Deum, radices in corde vestro defigat*. (*Rufin. in Vit. Pat. c.* 1.) Absit igitur a nobis, & mille parasangis absit, ut Arcem tam pretiosam, & Dei proprium inimicis tradamus: repugno, reclamo contra hanc conditionem.

§. IV. *Quarta, ut illi libertum adiitum concedamus.*

8. Quarta denique damnatæ pacis conditio est, ut liberum dæmoni adiitum veditumque in animam concedamus. Quis non indigeatur imprudentis peccati? perditum est Regnum, cui liberum est cum hoste commercium: terreni Principes inter alias politicæ regulas diligenter cavent, ne alieno exercitui, cujus potentia magna, & fides suspecta est, transitum per sua Regna concedant: & *hos* infensissimo hosti facilem in fulgeamus adiitum in animas nostras? væ nobis, si consensum impertiet! scitis Auditores, quid eventurum foret? id explico per eruditam parabolam, qua Aristoteles (*ap. Barz. sorm.* 49. *n.* 19.) liberas civitates dehortatus est, ne ullius dominio se subjiciant: Equus, injuria noncullorum animalium concitatus, vindictæ consilium ab homine quodam petit: ille fide sua interposita, promisit inimicos se castigaturum, modo aquis insideri a se vellet: placuit equo consilium: age igitur, mi bone, ajebat eques, ut insideri valeas, ephippio opus est, ut gubernari, freno, ut ad cursum inciti, calcaribus: tum effuso cursu hostem indagare, sternere, mactare poterimus. Ubi assensum in omnibus impetravit, conscendit equum, freno regit, calcaribus adigit; verum non ad hostium vindictam, sed ad usus suos in stabulum. Ita deceptorie agit diabolus; si quando dominium animæ, aditumque impetrat, tyrannica crudelitate illam possidet, vinculat, capsivat: nunc quidem blandissimis promissionibus admonitionem eblanditur; sed admissus sævissimam exercet tyrannidem, nihilque aliud, nisi ruinam, & interitum animæ quærit: O quot millenæ animæ ardent modo in inferno, quæ stygio impostori plus æquo confiderunt, suo cum irreparabili damno experta sunt, quod illius promissa fint fallaciæ, illius dona decipulæ, illius vina venena, illius voluptates miseriæ æternæ! O Christianæ animæ! ne fidite igitur deceptoriæ paci, si bonus vobis consul sum: præstat belligerare, præstat præliari, præstat inter tentationes luctari: pereat subpedissima pax, bellum te poscimus omnes. Admittis Auditores? ita est, annuimus, dicitis; ergo infernalem caduceatorem finite rursus ingredi, & ego illi nomine omnium bellum denuntiabo.

9. *Epilogus*. Audi infernalis bellua! deliberavimus supra quaternas conditiones, tibique resolutionem captam significamus, nullam a nobis posse acceptari: pax tua, quam offers omni bello est nocentior, quia fallax, deceptoria, fraudulenta, periculosa, ac proditoria: latrocinium queris, non amicitiam animarum nostrarum. Proinde tibi bellum noviter denuntiamus: frena, frende, ringere, tenta, laqueos tende, quantumcumque vis: non formidamus vires tuas, si Dei Gratia nobis auxilio sit: præstat bellum prosequi, quam tecum amicitiam inire. Amen.

Dominica I. post Pascha.

CONCEPTUS III.

De primo Remedio peccati, videlicet Timore Domini.

Ubi erant Discipuli congregati propter metum Judæorum. Joan. 20.

EXORDIUM.

Timor Domini est optimus custos cordis humani.

1. Postquam prævaricator Adamus ex horto deliciosissimo fuit expulsus, Dominus Deus ante ostium Paradisi collocavit Cherubinum, cum igneo gladio excubantem, tum ut lignum vitæ in medio paradisi situm custodiret, tum ut Adamo, si forte regressum tentaret, aditum præcluderet. Dilectissimi Christiani! non dubito corda vestra per Paschalem Exomologesin in florentissimum virtutum paradisum migrasse! Non dubito, in medio cordis vestri reperiri lignum vitæ, volo dicere, gratiam vivificantem, quam Salvator nobis ligno Crucis promerit. Non dubito, e cordibus vestris antiquum habitatorem, peccatum esse penitus eliminatum. At quoniam vestra perseverantia valde sollicitum me habet, nunc certe cuperem ante ostium cordis vestri constituere Cherubinum, qui conservandis virtutibus excubias agret, & a peccato omnem regrediendi viam præmuniret. Quem putatis esse illum Cherubinum? dico, est Timor Domini juxta citatum S. Hieron.: (*Ep.* 127. *ad Pabiol.*) *Timor virtutum custos est*. Quemadmodum fidelis excubitor, qui portas munitæ civitatis custodit, neminem Viatorum absque accurato examine permeare, aut temere ire permittit: ita, ait Guerricus Abbas, (*serm. 5. de S. Bened.*) salutaris Dei timor actiones nullas, quæ in cor intrant, vel exeunt, inexploratas relinquit. Certissimum est, ubi sanctus hic timor animam pervadit, continuo expulsa omni iniquitate, si progressus de virtute in virtutem,

tem; e diverso, ubi timor hic abest, dominatur effrænis vitæ licentia. & non lento gradu itur ad infernum. &c. Quid timor etiam humanus in animum valeat, exemplum hodie habemus in trepidantibus Apostolis: sicut columbæ, visu accipitre, intra columbarium sese recipiunt; ita illi intra ædium parietes clausis foribus concluduntur: quare? *propter metum Judæorum*, a quibus post Magistrum in crucem actum etiam se tanquam Discipulos eadem crudelitate interfectos iri metuebant. Ita quo argumentum duco: si adeo potens est etiam humanus timor, ut Apostolos, qui antea in synagogis, in conviviis, in plateis, in hortis, in patratis miraculis, in Pontificum atriis publice comitabantur Magistrum, jam in tristus domus angulis meticulosos concludat: credendum est utique, sanctum timorem Domini pariter id effecturum, ut animum, quantumvis alias pravis peccatorum habitibus depravatum, intra modestiæ limites, & præceptorum orbitam cohibeat; cum ajat æterna Veritas Christus: (*Matth. 10.*) *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam vero non possunt occidere, sed potius timete eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam.*

Ubi tres præcipue effectus operatur.

2. *Propositio.* Dilectissimi Auditores! Per elapsum quatragesimæ tempus consideravimus gravitatem peccati: jam quoniam cogito pro aliquot sequentes Dominicas Remedia peccati præstare, ante omnia hodie vobis commendatum cupio Timorem Domini, quo nullum aliud est efficacius iniquitatis antidotum. Materiam, & divisionem materiæ subministrabit nobis S. Petrus Chrysologus inquiens: (*serm. de S. Joann. Bapt.*) *Solus Dei timor est, qui mentes corrigit, fugat crimina, innocentiam servat*; quibus verbis innuit salutares effectus, quos timor Dei in animo hominis operatur, tam ante-quam in- & post peccatum. Expendamus unum punctum post aliud. Pavete.

§. I. *Præservat innocentes a peccatis.*

3. *Confirmatio.* Primo igitur sanctus Dei timor perquam salutaris est ante peccatum homini innocenti; quia *innocentiam servat*. Quæritis, quomodo? in quantum nempe ipsorum animi passiones in officio continet. Quamdiu Domina domus præsens est, constanter ancillæ, ad omnem modestiam compositæ, opus suum perficiunt: at, cum discedit Domina, tumultuose, ac garrule in risus, in nugas, in ritus petulanter effunduntur: Parem in modum, cum Dei timor animæ gubernaculum tenet, affectus omnes intra honestatis limites conquiescunt; at cum defecerit ille, repente sensualitas, & inordinati concupiscentiæ appetitus contra rationem rebellant: similitudo est S. Laurentii Justiniani. (*in Lign. Vit. c. 2. de Tim. Dei*)

4. Idipsum ponderosissimis verbis inculcatum nobis voluit Ecclesiasticus, inquiens: (*c. 27. v. 6.*) *Si non in timore Domini tenueris te instanter, cito subvertetur domus tua.* Notatu dignissima est hæc allegoria. O quanti moliminis res, quantisque laboribus opus est, ut de terra surgat spiritualis structura! quot requiruntur actus abnegationis, obedientiæ, demissionis, orationis, & mortificationis! Et tamen hoc ædificium, tam operose extructum in momento potest everti: unicum peccatum lethale hoc valet; & eo articulo Deus mortem immittat, actum, & æternum actum est. O mi Christiane! quæ fabrica longe pulcherior tua in hunc modum videbatur! Istis est cogitare rursus alicujus Divitis, Origenis, Ofii, Tertulliani, & aliorum, de quibus dicere licet: *præcipitavit Dominus, ut deperiit, omnia speciosa Jacob.* (*Thren. 2. v. 2.*) Cum igitur illi ceciderunt tam magni, tam gloriosi, numquid meritò de te quoque potes formidare, qui nec minimam bonorum partem fecisti, quæ illi fecerunt? Adverte autem quam optime, hoc tamen grande periculum fundatur in eo, quod homo, quantumcumque boni præsteterit, nunquam possit obstringere Deum, ut negare non possit novam illam gratiam, deinceps ad perseverandum necessariam: adeoque potest Deus absque ulla injuria omni momento tibi subtrahere manum, & permittere, ut labaris: quia perseverantia est donum gratuitum non solum quoad vitæ terminum, sed etiam minimam ejus portionem. Quid agendum in tanto periculo? cum etiam sanctissimi, ac innocentissimi nunquam sint a lapsu securi, quid consilii? *In timore Domini tene te instanter*: instanter quoad modum, instanter quoad tempus; sicut viator, qui capite vertiginoso angustissimum transiit ponticulum, fortiter manum stringit sibi ductoris; ita necesse est, ut homo Christianus, qui a lapsu vult esse securus, teneat timorem Dei; quia iste solus moralem contra peccata præstat securitatem, dicente S. Chrysostomo: (*hom. 15. ad pop. ant.*) *Cum timore viventem impossibile est peccare.*

5. Atque hoc timoris remedium contra peccata efficacim singulariter tibi commendatum habuere homines sancti, & innocentes, contra quoscumque tentationum insultus: Castissimus Joseph, cum ab impudica Putipharis uxore ad nefas sollicitabatur, quo umbone repulit scelestas blanditias? timore Domini: id quod luculenter indicat his verbis: *quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* (*Gen. 39.*) Innocens Susanna, cum in horto a duobus senibus ad turpissimum facinus invitabatur, quibus armis illibatam conservavit castimoniam? timore Domini: id quod satis insinuat ea sententia: *Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.* (*Dan. 13.*) S. Arsenius, cum nullum lacrimandi haberet, causam lacrimarum rogatus, respondit, Fratres mei,

mei, metuo, & nec momento sine metu fui, ex quo Deo me consecravi. S. Cæsida Episcopus in omnibus operibus novissimorum suorum memor, cum fortior procella, aut nimbus insurgeret, vel etiam fulmina, ac tonitrua audirentur, ad Ecclesiam confugiens, sollicite cum lacrimis orabare causam interrogatus, reponebat: Non legistis, *quia initium sapientiæ timor Domini, & altissimus dedit vocem suam.* Movet enim acta Dominus, ut nos terribilis judicii commoneaceret, & a peccatis deterreret. Sanctus Philippus Nerius (*Mens. Bibl. Tit. timor. Dom. diff. 8. n. 3.*) eo tempore, quo jam erat in maxima existimatione sanctitatis, dictus extasibus, revelationibus, visionibus, donis miraculorum, & prophetiæ, quando penetrabat secreta cordium, oracula Summorum Pontificum, & apud omnes in summa veneratione degebat, haud tamen satis tutum se arbitrabatur absque timore Domini; hinc mire ipsi diffidens ad Deum confidenter dicere solebat: Domine noli mihi fidere, quia ego te tradam, & prodam. O mi Christiane! si serio perpenderes fragilitatem tuam, voluntatis inconstantiam, & abyssum judiciorum Dei, nec tu semper in timore, & tremore ingredes. &c.

§. II. *Adducit peccatores ad pœnitentiam.*

6. Secundo, sanctus Dei timor perquam salutaris est homini in peccato existenti, quia *fugat crimina*, ait Chrysologus. Nunquam auditis, quid coronatus Psaltes de cerva enuntiet. *Vox Domini præparantis cervos* (*Ps. 28.*)? Aquila legit, *parturire facit cervos.* Quid vult dicere? cerva, si Varablo (*apud Pined. in Job. 39.*) credimus, præcæteris animalibus subterfugit partus dolores, & fœtum jam diu generationi maturum contra naturam violenter cohibet: cum vero forte contingit horridum tempestatem in aere consurgere, mugire tonitrua, micare fulmina, tum enimvero præ timore parturit. Parem in modum nonnunquam hic, ut obstinatus peccator commissum scelus diuturno tempore in corde reservet, non vult per Confessionem vitus evomere, non vult ablata restituere, non vult occasionem vitare; cum vero ingruit infortunium, cum ingravescit lethalis morbus, cum Dei punientis supplicia metuuntur, tum sane ad seriam animi expiationem, & morum emendationem festinat: ideo indubitanter affirmat sacer Proverbiator: *Per timorem declinat omnis homo a malo.* (*Prov. 15. v. 27.*) Quis obstinatior in malo, quam Imperator Mauritius? Erat avaritiosissimus, & ex hac ipsa avaritiæ Monasteriorum, & Ecclesiarum proventus sacrilege usurpabat. (*S. Antonin. p. 2. tit. 21. c. 6. §. 10.*) Cumque ob tanti piaculi indignitatem a tanto Pontifice Gregorio graviter increparetur, adeo exasperatus in furias, ut errorem majori errore cumulare, atque Ecclesiam aperta hostilitate persequi decreverit: factum est eo tempore, ut ignotus quidam Monachus, strictum acinacem manu gestans, per compita, ac fora publica civitatis fre-

quenter curritaret, ac clamosa voce intrepidus promulgaret, hoc gladio Imperatorem Mauritium jugulatum iri. Et ecce! terribili quodam somnio, & his minis, quas tanquam Divinitus missas venerabatur, adeo conterritus fuit Mauritius, ut pacem Ecclesiæ dederit, Deum etiam supplicabundus rogerit, dignaretur sua crimina ponius in hac, quam in altera vita condignis supplicijs expiare. Neque quemadmodum navigantes, exorta gravi tempestate, merces etiam carissimas in mare exonerant, ita peccatores cum Dei ferientis manum experiuntur, pravos habitus, utut diuturna assuetudine inveteratos, derelinquunt.

7. Neque saris hoc, inquit S. Laurentius Justinianus (*lib. 2. de fine animæ refuse.*); non tantum derelinquunt suas scelera, sed insuper salutaria concipiunt desideria, consilia providæ, sanctæ coelitatis, affectus pios, vota castissima, ex quibus pariunt laudabilia opera virtutum. &c. Vides, quam fecundus sit hujus sancti timoris Domini conceptus, quamque fraudatos exitus, per quos anima efficitur placens Deo, comendabilis proximo, & utilis sibi. Ita S. Patriarcha. Jam progrediamur ad ultimum punctum.

§. III. *Pœnitentes confirmat in bono.*

8. Tertio denique sanctus Dei timor est perquam salutaris homini pœnitenti post peccatum: quia *corrigit mentes*, id est expulsis pravis habitibus, animum virtutibus imbuit, hominemque in negotio suæ salutis sollicitum, ac circumspectum reddit, juxta illud Ecclesiastici: *qui timet Deum, nihil negligit.* (*c. 7.*) Non alteri magis hominis infernalis tentator insestus est, quam pœnitenti, qui ejuratis paullo ante peccatis, jam ad seriam vitæ emendationem aspirat, ut hanc prædam, e retibus suis dilapsam, recuperet, nullum non movet lapidem: quid fictis opus est? qui in cœpta boni semita perseverare cupit, obarmet se timore Domini, & ita juxta monitum Apostoli cum timore, ac tremore salutem suam operetur. Cogitet frequenter secum ipso, ac serio perpendat: O Bone Deus! Ego jam medius vivo inter cælum, & gehennam, quocumque oculos converto, ubique timoris argumenta reperio: si cælum intuetor, ignoro, quid in arcanis Dei Judiciis de me scriptum sit; forsan hæc ultima fuit Confessio Paschalis: forsan, si iterum cado, non dabitur amplius resurgendi gratia; &c. Quodli oculos ad gehennam deflecto, nescio, an non & mihi ibi præparata iter ignea feles. Certe damnatorum ordines perlustranti millenos occurrunt longe innocentiores, quam ego sum. Ehen! tempus hoc velociter transit, finis autem nullus est æternitati: non diu post ad terribile Dei tribunal citandus ero, ubi nullæ excusationes, nullæ appellationes valebunt: quis scit, an non Judex, quem remotum, atque distantem credo, jam ad januam sit, & pulset? &c. Hæc, inquam, mi Christiane, frequenter cogi-

ra, & stygii tentatoris insidiæ nihil tibi nocebunt; diserte enim promittit Spiritus sanctus per Ecclesiasticum: *Timenti Deum nihil occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conservabit, & liberabit a malis.* (*Eccli.* 33. v. 1.)

9. Ignavi milites sebedas quasdam, & incantationes quærunt, quibus se invulnerabiles reddere queant, idque in militia mundi certe ignobilem, femineumque animum denotat: Verum in militia spirituali ejusmodi amuletum invulnerabilitatis est timor Domini, illudque e contrario designat animum generosum. Hoc amuletum instanter a Deo rogitabat pœnitens David, inquiens: (*Psal.* 118. v. 120.) *Confige timore tuo carnes meas.* Quid vult dicere? Sanctus Basilius Magnus (*in Psal.* 33.) explicat a simili: sicut illi, qui membra habent clavis confixa, ad actionem quamlibet immobiles, ac inutiles sunt; ita optavit Jessæus Rex omnes corporis, & animi facultates sancti timoris clavo configi, ut ad actiones, Divinis præceptis contrariantes, penitus redderetur, inhabilis, ac ineptus: configantur oculi, ne illicita aspiciant: configantur aures, ne inhonesta audiant; configatur lingua, ne nociturn garriat; configantur manus, ne alienæ attrectent; configantur pedes, ne extra semitam honestatis exorbitent; configantur memoria, intellectus & voluntas, ne cogitent, sapiant, aut appetant, quidquid Deo repugnat. O amuletum pretiosissimum! &c. &c.

10. *Epilogus.* Dilectissimi Christiani, hoc amuletum vobis offero: utimini, fruimini: efficacissimum est contra peccata: probatum est: Vallisoleni in Hispania (*Hist. Soc. p. 1. lib. 5. num. 63.*) anno millesimo quingentesimo quadragesimo quinto instar Miraculi habebatur, quod Patres Societatis Jesu, & inter hos Pater Faber, & Pater Araozius cum omni genere, sexuque hominum promiscue versarentur innocui, ac mira cum sanctitatis, & castimoniæ nota insignes. Non dubitavit quidam aulicorum in media aula jocari, ac spargere, Patres Societatis habere herbam quamdam, quæ vim haberet interimendæ libidinis. Ea vox pervenit ad aures Regis, ille misit Joannem de Zuniga Magistrum morum ad Patres inquisiturum de herba, cui Pater Araozius respondit: omnino se habere talem herbam, quæ non modo contra libidinem, sed etiam contra alia vitia præstantissimum esset remedium, eam autem herbam communiter vocari, *Timorem Domini.* Retulit Zuniga hoc responsum Regi, totaque id aula cum approbatione audiit: accipe, mi Christiane hanc herbam, illam contra diabolicas tentationes constanter tecum defer, sicque ego finem dicendi facio cum verbis Apostoli monentis (2. *Cor.* 7.): *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei.* Amen.

Dominica II. post Pascha.

CONCEPTUS LI.

De duplici remedio, quo Pastor divinus oviculas suas ad cæleste ovile trahit, videlicet lenitate, & severitate.

Ego sum Pastor bonus, & cognosco oves meas. Joan. 10.

EXORDIUM.

Pastor ovium & lenitate, & severitate utitur, ita Christus erga animas.

1. In ovium Pastore duplicem industriam adverto, qua oviculas ad pascua ducit, & reducit, videlicet lenitatem, & severitatem: lenitatem indicit fistula pastoralis, qua gregem omnem post se trahit, adeo accurate agnoscunt vocem oviculæ, ut ad primum sibilum sequantur. Severitatem repræsentat baculus pastoralis, quo oves refractarias percutit, & vi in ovile compellit. Hunc ob causam, arbitror, Christus se comparat Pastori, quia duplici hoc remedio & dudum usus est, & hodiedum utitur, ut animas in cæleste ovile congreget: usus est, inquam, dudum; in id quod patet in vocatione Principum Apostolorum: Petrum enim, in mari piscantem, mansuetissima voce ad se traxit: *Venite post me* (*Matth.* 4.) Econtra Paulum vi compulit, fulmine ex equo dejecit, & quasi violentia annuum extorsit: *Domine, quid me vis facere?* (*Act.* 9. v. 6.) &c. Hodiedum autem utitur eo, quod in præsentiarum.

2. *Propositio.* Edocebo. Videlicet Divinum animarum Pastorem & fistulam adhibere, & baculum, ut animas ad se trahat; alias enim allicit beneficiis, alias cogit adversitatibus: sive autem beneficiat, sive affligat, non alio fine facit utrumque, nisi ut nos salvos faciat, &c. Favete.

§. 1. *Deus multas animas demulcet ut infantulas.*

3. *Confirmatio.* Antequam teneri infantulis viribus crescere, ac corroborari incipit, a fidula matre lacte, pulmentis, sischaro, & dulciariis pascitur. Si mucidum panem, aut frustum bubulæ carnis pusioni porrigeret, certo certius imbecillis stomachus confestim deturbaretur. O Divina Misericordia! vere tu benignissima mater es de qua merito intelligo illud Isaiæ: *Numquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? etsi illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui.* (*Isa.* 49. v. 15.) Sunt animæ adeo delicati stomachi, & in virtute nec dum solidæ, ut a Deo non nisi dulciter, ac mansuetissime haberi cupiant, horrent, nauseant, aversantur adversitates: Et quod magis mirandum est, Deus, tanquam illarum egere indigeret, credit illarum deliciis, benigne fovet, beneficiis demulcet, felicitate cumulat: quare? quia facile prævidet, eas, si duriuscule tractaret, e virtutis semita adoreti, ad scelerum tramitem devicturas. Præ millenis aliis illud spectaculum Divinæ benignitatis intuemur in muliere Samaritana, (*Joan.* 4.) quæ aquam hauriebat apud fontem Jacob, ubi Christus requievit. Quomodo se habuit Salvator mundi erga lascivam, fornicariam, & urbis scandalum? mansuetissime, affabilissime: cur non erumpit in furias? cur non adulteram aperte objurgat? Ideo, prout insinuat Cornelius a Lapide (*hic*), ut blando alloquio eam ad pœnitentiam, & salutem adduceret. Et vero adduxit; illa enim mulier, qua exinde peccatrix exerat, in urbem rediit Evangelii prædicatrix; quin immo postliminio, teste Francisco Bivario (*in comentar. chron. L. Dexter. ad annum Christi* 60.), hæc ipsa Photina (id nominis erat mulieri) apud Carthaginem in Africa Evangelium Jesu Christi genitibus prædicavit, ac demum eum ductus filius Josepho, & Victore gloriosum pro fide Martyrium subiit, prout Martyrologium tam Romanum, quam Græcum ad diem vicesimam Martii aperte testantur. Tantæ Virtutis erat benignitas Christi: id præstitit beneficiis, & dulci alloquio, quod fonte austeritate non emicuisset. &c. &c.

Beneficia Dei sunt voces, quibus nos vocat.

4. Ne quæras igitur, mi Christiane, cur Dominus Deus tibi integram sanitatem per plurium annorum decursum conservet, postquam per decumanos fraudus, & inordinatam vivendi methodum dudum meritus fuisses illius destructionem? an forte putas non posse Deum te morbis affligere, prout afflictus erat ille apud piscinam triginta octo annos habens in infirmitate sua? Ne quæras, mi Christiane, cur Dominus Deus agros tuos, campos, vineas, ac oliveta a grandine, & tempestatibus immunia servet, postquam quotidianis blasphemiis, ac juramentis tuis, & sulphurea de cælo evocasti? an putas Deo decisse nubium, ac tonitruorum obsequia? Ne quæras, mi Christiane, cur Dominus Deus fortunas tuas fedulo protegat, postquam scelerata vivendi ratione dudum dignus fuisses, incendiis, latrociniis, rapinis depauperari? an putas, Deum irrogatus tibi injurias ulcisci non posse? &c. &c. Erras, si ita putas: ideo enim solum non afflictionibus, sed beneficiis te cumulat Deus, ut cor tuum ad se trahat; non enim est potentius vinculum trahendi corda quam beneficium. Josephum Ægyptium exemplo adsisco.

5. Ille quondam a lasciviente Domina ad nefas fuit sollicitatus: quid egit? horruit, obstupuit, & contortis in cælum oculis admirandum reposuit: *Quomodo possum hoc malum facere?* (*Gen.* 31.) dicere voluit: Dominus meus me constituit administratorem domus suæ pretiosa omnia, eleutheria, preciosa, cellam culinam, frumentum, vinum, oleum, & quidquid in omni re œconomica repositum habet, fidei meæ concredidit; quomodo ergo possum consensum dare in offensam Domini mei? &c. En! Christiana anima, Josephus iste pro beneficiis adeo obstrictum se sensit, ut impossibile reputet offendere Dominum &c. Tu quid agis? contulit tibi Deus tot beneficia, quot momenta: & dum sese offert peccati occasio, necdum exclamas: *quomodo possum hoc malum facere?* Ah! per ego te amorem tui Divini Pastoris obtestor, saltem id age, offendere eum desine eo tempore, cum tibi beneficit; dum vero benefacere tibi cesset, tum, ma pace, offende: parum utique homo ab homine petit, si solum tum temporis ab eo diligi postulat, cum acta in eum aliqua beneficia confert. At scias velim, Deus omni tempore, omni hora, omni momento collatis beneficiis plura, ac plura, majora, ac majora superaddit: supra belluas igitur obbrutuisti, si vel unico momento Divinum benefactorem offendas. Quod si nihil efficiunt beneficia;

§. II. *Deus multos afflictionibus trahit.*

6. Si fistulam blandientis Pastoris contemnas, senties baculum ferientis. Volo dicere, utut oviculæ Christi lenitate non trahatur, non tamen ideo aliquid cit Divinus Pastor; sed eum ovili suo aggregare severitate allaborat. Davidem exemplo sit nus: ille gemi cit: *Erravi, sicut ovis, quæ perit.* (*Ps.* 118.) Quomodo erravit? Notum est: in felicitate constitutus, sepia honestatis transiliit. Bethsabæam adulterio amore deperiit. Quid egit Dominus, ut errantem reduceret oviculam? adversitatibus compescuit: proles recens nata prænuntio obitu abrepta est: Absalon filius contra patrem rebellia animo induit; contagiosa lues populum horrenda strage funestavit: tum eniscerero exercitus Rex ad mentem rediit: ferienti Dei manum agnovit, exclamavitque: (*Psal.* 118. v. 71.) *Bonum mihi, quia humiliasti me.* Quare bonum? *ut discam justificationes tuas*: non est profundior Pædagogus, qui hominem in lege Dei erudiat, quam adversitas. &c.

Adversitates sunt remedia salutis.

7. Mi Christiane homo, quid conqueris de tribulationibus tuis? quid lamentaris? non proveniunt illæ a Deo irato, sed amante, & beneficio; remedia sunt, quibus ad sanitatem mandatorum reduceris, a qua forsan in prosperitate exorbitasti. Eheu! inquis, Deus mihi ademit sanitatem: noli conqueri; die potius. *Bonum mihi, quia humiliasti me*: dum enim sanitate corporis ad decumanas comportationes, ad rixas, ad infrunitam vitæ libertatem abusus es, beneficium tibi præstat Deus, quia per ægritudinem corporis sanare vult ægritudinem mentis. Scis, Regem Abimelech dum amoribus exarsit erga Saram Uxorem Abrahæ, gravi

morbos fuisse correptum : (*Gen.* 30.) cur? Respondet Josephus Judaicus, (*hic*) ut Saram non violaret. Quis scit, an non similem finem tua illa ægritudine tibi præfixerit Deus? &c. Eheu! lamentatus alius, mihi præmatura mors filios, aut amicos eripuit! Noli conqueri: dic potius: *Bonum mihi, quia humiliasti me*; dum enim filius, aut amicus tibi forsan impedimentum fuit, quo minus Divinis obtequiis vacares, beneficium tibi præstitit Deus, dum per mortem hæc impedimenta remota voluit. Scis, quid Melania egerit, conjuge, & duobus filiis orbata? S. Hieronymus, (*ap. Sperang. punct.* 41. *ex.* 22.) describit: ad pedes Christi Crucifixi advoluta dixit: Domine, nunc expeditior tibi servitura sum; quia tanto onere me liberasti. Quis scit, an non velit Deus, ut similiter agas? &c. Eheu! lamentatur tertius: ego eras fregi. Noli conqueri: dic potius: *Bonum mihi, quia humiliasti me*: dum enim pedes tui frequenter te in hanc, aut illam domum, peccati occasionem, ac dæmonis decipulam porta verint, beneficium tibi præstitit Deus, dum occasionis pedicas abrupit. Scis Prophetæ Balaam a jumento, cui intidebat, pedem attritum fuisse? quare? quia contra voluntatem Dei perexit ad Regem Balac, ut malediceret populo electo. Quis scit, an non Dominus Deus per fractionem cruris impedire te velit a frequentatione illius consortii, ubi Deus parum benedicitur? Eheu! lamentatur quartus: Ego fortunas omnes incendio, fulmine, rapina perdidi: Noli conqueri: dic potius: *Bonum mihi, quia humiliasti me*: cum enim facilius camelus per foramen acus, quam dives per cæli portam transiturus sit, beneficium tibi præstitit Deus, quod semota farcina, expeditiorem te fecerit ad cæli ingressum: scis, quod Rebecca omnem moverit lapidem, ut filium Esau paterna Hereditate excluderet: cur? causam dat S. Ambrosius; (*apud Barz. Gen.* 37. *n.* 39.) quia divitiis in suam perniciem abusurum prævidit. Quis scit, an non idemmet de te prævideri Deus? &c. Eheu! deplorat quintus, ego multo tempore febri, pleuritide, dolore capitis, aut stomachi laboro. Noli conqueri: dic potius: *Bonum mihi quia humiliasti me*: cum enim in offensa valetudo contra concepta multoties propolita infrunitum vitæ libertatem tibi pertulerit, beneficium tibi confert Deus, quod ejusmodi infirmitatibus tead vitæ meliorem habitam reducere satagat. Scis, quod S. Augustinus (*l.* 1. *Conf.* 11. *& l.* 5. *c.* 9.) acutissimis stomachi doloribus fuerit afflictatus: cur? quia sancta propolita eluctandi ex hæreticis pravitate, & suscipiendi baptismum de die, in diem distulit: quem secunda valetudo retinuit, hunc infirmus ad Deum adduxit. Quis scit, an non æque Deo nonnulla propolita, aut vota debeas, quæ ille per ejusmodi dolorum molestias vult extorquere? &c. Prolixior esse possem in explicandis id genus afflictionibus, quibus Dominus Deus salutis nostræ negotium mirum quantum promovet: sed abrumpo.

8. *Epilogus*. Contentus in hodierna dissertationis coronidem adduxisse verba Sancti Gregorii: (*apud Speranz. punct.* 68.) *vocat nos aliquando Dominus per mundi prospera, aliquando per adversa*. Illi ergo, qui per prospera vocantur, imitentur canalem aquatilem, qui tanto altius aquam versus cælum attollit, quanto impletur uberius. Illi autem, qui vocantur per adversa, imitentur olivam, quæ quanto cumulatius verberibus affligitur, tanto fecundius fructificerat. Utrique autem tam illi, quam isti, credant se Divini Pastoris oviculas esse, quarum illas fistula, id est, beneficiis, istz baculo, id est tribulationibus satragit in cælestem ovile congregare. Amen.

Dominica II. post Pascha.

CONCEPTUS II.

Afferuntur rationes, propter quas Dominus Deus homini suam prædestinationem occultet.

Cognosco meas, & cognoscunt me meæ. Joan. 10.

EXORDIUM.

Homo non conquiratur de salutis incertitudine.

1. Sancta Virgo Mechtildis, cum ex hodierno Evangelio Divini Pastoris amorem, & dilectæ oviculæ proprietates meditabatur, insolito devotionis ardore succensa, inter lacrimas, & suspiria in hæc verba erupit: O mi Jesu, egone quoque sum e numero tuarum ovicularum, quæ vocem tuam audiunt, & olim in cælestis gloriæ ovile congregabuntur? Cum ecce Christus, quem e cruce pendulum ante se habebat, articulata voce solatus est animam. Filia mea! ne dubita, es ex numero mearum ovium, & ut omne tibi dubium eximam, en condono tibi cor meum in pignus, & arram tuæ salutis. &c. Quid vos ad hæc, Dilectissimi Auditores? sentio, quæ mens vos habeat: gratulamini quidem felicissimæ Virgini, sed non sine sancta quadam invidia; quia eamdem habere de beatitudine fecuritatem, & tam nobili pignore ad salutis certitudinem subarrhari desideratis. Heu! quanta hæc est consternationis materies, ingemiscit nonnemo, quod inter cælum, & infernum medius vivam, nec ubi æternum futurus sim, sciam? hæc incertitudo Sancto Ludovico Beltramo amarissimas expressit lacrimas: & non exprimas & unibi dum quidem opera pia frequento, adversitates millenas pertero, & tamen utrum salvandus sim, ignoro? ergone Divina Prædestinatio ita *posuit tenebras latibulum suum* (*Psl.* 17.) ergone *ita nubes & caligo in circuitu ejus*, (*Psal.* 96.) ut nesciam amore, an odio dignus sim? quemadmodum Moyses inter caliginem ac montis fumantis nebulam ascendere debuit: *ingressus est medium nebulæ ascendit in montem*, (*Exod.* 24.) ita & ego eheu! inter tenebras inambulo, quid mihi eventurum sit, incertus. O cælum mene aliquando inquilinum, O inferne, mene aliquando titionem habebis? Verum, ad quid hæc lamenta, mi Christiane? si expediret magis nos salutis esse securos, certe de hac securitate indubitanter nos Deus certificasset, ait Novarinus: (*ap. Barz. Gen.* 32. *n.* 2.) cur non certificavit? quia non expedit:

Quia hæc incertitudo nobis profecta.

1. *Propositio*. Proinde, ut hanc anxietatem, quæ sine haud pauconum est, tibi eximam, adducam hodie nonnullas rationes, propter quas Dominus Deus prædestinationem nostram occultat, nosque in salutis incertitudine versari velit. Multa nosse desideramus, quæ tamen nosse non expedit, saltem loquendo universaliter. Osculemur Dei Providilissimi manum, ejusque judicia demississima humilitate adoremus. Favete.

§. I. *Primo, ut in humilitate conservemur.*

2. *Confirmatio*. Prima ratio, cur homini occulterur sua prædestinatio, est, ne superbire, seque supra alios efferre incipiat: qui salutis suæ securus est, nonne superciliose sibi de sua felicitate applauderet, aliosque, qui in salutis incertitudine versantur, despicatui habere posset? certissimo ingenio boni extollit animum, nec facile fieri potest, ut hominem elatum, tumentem, & præsumptuosum reperiamus: consulamus Scripturam! Patriarcha Jacob, (*Gen.* 31.) postquam in domo Labani plurium annorum servitia absolvit, tandem, impetrata in patriam redeundi licentia, una cum sponsa Rachele, cum familia, ancillis, & gregibus in viam se contulit: jam multum itineris confecerat, cum ecce Labanum, a tergo insequentem habuit, clamantem, & ejulantem: subsistit Jacob, obstupuit, & quid rerum sibi vellet interrogavit: cui auferre vultis, ait voce Labanus: *our furatus es Deos meos?* cur penatus, ac idola furto abstulisti? exhorruit Jacob ad impactum scelus, & lenissimis verbis ferocientem mollire, calpain a se amoliri, & oculos omnes prævestigare contendit. Cum perscrutatis impedimentis omnibus, *non invenit*, ecce Jacob jam totus alius contra socerum exconduit: *tumultue cum jurgio* algerrimis verbis injurium illi exprobrare cœpit. Quæso jam, unde fit, quod Jacob nunc insolito intumescat, qui paullo ante humillimus, ac mansuetissimus fuit? rationem dat Doctissimus Oleaster: antea ignorabat Jacob, an non idola Labani vel casu, vel malitia unius e suis domesticis inter res suas fuerint ablcondita, atque hæc incertitudo eum humilem, mansuetum, ac pavidum fecit: postquam autem de sua, & suorum innocentia certior redditus est, sepolita omni reverentia, ac humilitate, in fastuosa verba contra socerum erupit. Audimus verba Oleastri: (*Gen.* 31.)

Quamdiu timuit, ut forte fecer effet idola inventurus, tacuit: postquam vero non invenit, audax factus est. En Christiana anima! quam pathetice certitudo animum inflet: si beatitudinis certus fores, indubitanter omnia pia meditata, consilia, ipsumque Dei Verbum tuisti haberes, identidem ingeniens illud: quid lita ad me, cum salutis fecurus sim? quapropter voluit te Deus in incertitudine fluctuari: ut animum tuum tum in humilitate, tum in amore proximi radicaret: in humilitate quidem, quia inter salutem, & interitum in dubio hæres: in amore proximi autem, quia necesse, an non ille ad cælestem gloriam evehendus sit, a qua tu forsan æternum salutis es exsul, & extorris, &c.

§. II. *Secundo, negligenter sollicitos simus in salutis negotio.*

4. Altera ratio, cur homini occulterur sua prædestinatio, est, ne in salutis negotio desides, ac negligens sit; nam *Mater negligentiæ solet esse fecuritas*, ait S. Gregorius (*l.* 9. *Ep.* 22.) Cum Dominus Deus Protoparentes nostros in paradiso collocavit, severissime illis arborem scientiæ boni, & mali interdixit, minas etiam addidit: *In quacumque die comederis, morte morieris*. (*Gen.* 2.) Nihilominus Eva, a serpente decepta, ausa est fructum vetitum attrectare: Non miror; quia feminea levitate deliquit. Verum qui fieri potuit, ut etiam Adamus, qui Divini præcepti recentem habebat memoriam, culpæque gravitatem pro virili capacitate melius expendere poterat, prohibitum pomum gustaret? an inductus fuit per insinuationem Evæ? non puto: sed rei seriem ita exensile censeo: Adamus, ubi Evam comedentem vidit, tantisper subsistit, eamque indubitanter post degustatum bolum repentina morte huni collapsuram credidit: cum nihil simile evenit, ita secum argumentari cœpit: Ecce Eva comedit pomum vetitum, nec tamen moritur: ergo & ego comedens, non obstantibus Dei minis, a morte fecurus ero: hac imaginatione concepta, jam non formidolose ad vetitas fruges manum extendit, comedit, peccavit. Ita hunc locum annotat S. Augustinus, inquiens: (*l.* 11. *de Gen. ad lit. c.* 30.) *Ne fraudet tam apta occasione, quando illum ex eâre mortuum non esse cernebat*. Ecce, mi Christiane, impunitas, & (licet tantum imaginaria) fecuritas Adamum audaciorem, & Divinæ Legis neglectorem fecit: quid parvi fieret, si tu ex Dei promisso contra mortem æternam fecurus fieres? profecto præceptorum Dei negligentissimus, ad patrandu peccata audacissimus. Ita a Dei timore prorsus alienus existeres, nihil curans, monita sine fine recoquentes crudum illud: quid opus est sollicitudine, ac cautela? salutis certus sum &c. Præsertim cum salutis ignarum, quam negligentem esse: atque hoc est, quod Sanctus Gregorius Nazeni suum Gregorium in responsis docet; rogabat illa fratrem sanctissimum,

mum, ut sibi sua beatitudini revelationem a Deo impetraret, cui Gregorius respondit: Rem difficilem, & inutilem postulas; difficilem; quia ego indignus sum, cui talis revelationis gratia exhibeatur: inutilem; quia ea scientia non ad majorem spiritus fervorem, sed ad remissionem, ac desidiam tibi conducet. Benignissimus Deus vult nos velut infantes bene moratos gubernare: quid agitur cum teneris prolibus, aut desidiosum in litteris excitemur? ex una parte ante oculos illis statuuntur virga, & altera parte dulciaria, & bellaria saccharata: ita Deus agit, quotidie nobis coelum & gehennam digito ostendit, illud, ut amore, istam, ut timore ad virtutis exercitium excitemur. Consideremus tantum, quam petulanter agat immoriger filiolus, si pater virgas e fenestra amoveat: ita & nos infrunitam vitæ licentiam amplexaturi essemus, si metus gehennæ abesset. Unde Devotissimus Spiritus Magister Leibus dicere solebat: se vehementer gaudere, quod infernus esset: quare? ut si coelestium præmiorum amor forte intepuisset, tunc infernalium pœnarum timore posset ad Dei servitium animari.

5. Hic incidenter convellere debeo non nullos nasutulos, qui pro curta sua ingenii supellectile nonnunquam pipire audiuntur intricatum illud, ut putant, & Calvinianum argumentum. Vel sum a Deo prædestinatus ad coelum, vel præscitus ad infernum: si ad coelum, nil mihi nocebit, quidquid mali: si ad infernum, nil mihi proderit, quidquid boni operer: ni argutule, desine fatigare cerebellum tuum, illudque ad stivas, & aratra converte: quod lupa te, nihil ad te: interim certus esto, si prævisus es ad coelum, prævisa etiam esse tua merita, dependenter a quibus salvari debes: si prævisus es ad infernum, prævisa etiam esse tua demerita, ob quæ damnari debes: utraque autem tam merita, quam demerita esse in tua libera potestate. Narrat Crisarius (*l. 1. hist. c. 27.*), Ludovicum Landgravium propter deploratum vitæ licentium a Vitis Religiosis non semel correptum, ut relipisceret, illud semper retorsisse: si prædestinatus sum, nulla peccata poterunt mihi regnum calorum auferre: si reprobus nulla bona opera conferre. Subinde in lethalem morbum incidit, vocatur Medicus, qui, ut erat Vir prudens, ajebat frustra se esse vocatum: si enim venit dies mortis tuæ, non poterit te cura mea eripere; si vero morituras non es, superflua erit medicina. Hac retorsione agit sapere dicit, & argumenti deceptionem, ac animæ periculum agnovit. O si ad nullam rem, quam Deus prævidit, prudenter adhiberentur humana remedia, ad nullam denique rem possent adhiberi, quia Deus prævidit omnia.

§. III. *Tertia, ut ex puro Dei amore virtutem sectemur.*

6. Tertia demum ratio, cur homini occultetur sua prædestinatio, est, ne Domino Deo solum inuitu æternæ mercedis, sed etiam amore Dei propter seipsum serviamus: id quod singulariter ad augmentum meritorum nostrorum conducit. Operari bonum ex spe cœlestis præmii non quidem illaudabile est: nihilominus fecit Deus nos purissimo amore absque sua commodo dilexit, ita etiam a nobis vicissim puerissime, & absque interessato, ut ita dicam, mercedis respectu cupit amari. Apud eum autem, qui æternæ retributionis esset securus, qui fieri posset, ut hoc præmiorum allicium non in omnia ejus opera influeret? Cum duo Filii Zebedæi primas in regno Christi sedes affectarent, seque ad bibendum passionis calicem in hunc finem paratos affirmarent, inexspectatum illis Mundi Salvator responsum retulit: (*Matth. 20.*) *Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dextram meam, vel sinistram non est meum dare vobis.* Quid hoc, Benignissime Domine, non est tuum hoc date? quid sentiet de te blasphemus Arius, si te hac potestate carere ex proprio testimonio audiet? S. Ambrosius (*l. 5. de Fide c. 2.*) opinatur, voluisse Dominum suum potestatem quodammodo dissimulare, ut Discipulorum dilectionem tanto vehementius inflammaret: *Bonus Dominus, qui malum aliquid dissimulare de sure, quam detestatione deponere.* Quæritis, quomodo hæc res intelligenda veniat? percipite: Duo Discipuli postulant primas sedes, & se vicissim ad calicem passionis offerebant, Christus in calicem passionis quidem consentit, primas sedes autem eis denegat, ut, cum illi gloriam obtentu impossibilem crederent, non illius intuitu pathonem subirent: occultat eis retributionis mercedem, ut tanto generosiores in exantlanda morte, ac martyrio non præmium, sed solum purissimum Dei amorem respicerent. Hac est, Dilectissimi, perfectissima Dei dilectio, quæ propter se ipsum, non propter compensationem diligitur, atque hanc, ut a nobis extorqueat, prædestinationem occultat. *Deus non amatur sine præmio*, ait Bernardus, (*de Dilig. Deo.*) *non tamen debet amari pro præmio.*

7. Cuidam seni appurit infernalis Sycophanta transfiguratus in Angelum lucis, dixitque se missum, ut secretorum Dei cum eo redderet conscium: (*Hort. Pad. tract. de Char. sect. 2.*) noveris ergo, inquit, fratrem juniorem, qui tecum versatur, esse e numero reprobrorum, atque in vanum bonis operibus insudare. Senex ab ea hora, quoties discipulum aspiciebat, cœpit amare flore: inquirit multocies junior, urgetque lacrimarum causam, cui tandem importunitate victus senior rem omnem aperuit: at ille sortis Dei amator nihil turbatus respondit: Deus, quod in oculis ejus beneplacitum est, impleat; ego non servio ei propter regnum calorum, sed propter bonitatem suam, amoremque, quem erga me monstre, ac passione sua testatum reliquit. Hac dilectionis generositas adeo placuit Deo, ut sequenti nocte miserit Angelum verum senioni, eique Sathanæ fraude detecta, revelarit, juniorem illum ex constantia amoris plus meriti sibi ea die comparasse, quam reliquis diebus vitæ suæ. &c. &c.

8. *Epilogus.* Age, mi Christiane! Diligamus Deum Optimum Maximum, omnesque corporis, & animæ vires ad ejus beneplacitum conferamus, quidquid de cetero in posterum futurum sit. Si salvemur, æternum ambimus Deum: si damnemur, saltem nunc amemus; quia dignus est etiam a damnatis amari. Si ajas, te longe ardentius amaturum, siquidem de tua tibi salute constaret, quæro, quid ergo tunc facturus esses? Ponamus, quod hoc momento in hac Ecclesia Angelus a Deo missus comparet, qui nos omnes quotquot præsentes adsumus, prædestinatorum catalogo inscriptos referretur; quid tunc rerum ageres? O! inquis, tunc diu nocteque orarem, meditarer, bona opera præstarem, Bonitatem Dei cum magna Spiritus exultatione benedicerem: Quod ergo tunc futurus esses, jam modo sic, haud secus, ac si felix ejusmodi nuntius jam comparuisset, & hac vitæ methodo, prædestinationem tuam ne dubita, reddes securam. Amen.

Dominica II. post Pascha.

CONCEPTUS III.

De secundo peccati Remedio pœnitentibus summopere necessario, videlicet fuga malæ occasionis.

Et lupus rapit, & dispergit oves. Joann. 10.

EXORDIUM.

Sicut aviculæ interiturus forent, si cum lupo colluderent, ita oneusti in peccata labuntur, quæ occasiones non declinant.

1. COgitanti mihi, quæ causa subsit, quod non obstante Divini Pastoris sollicitudine non obstantibus millenis salutis remediis, nihilominus innumerabiles oviculæ infernali lupo in prædam cedant, plane inter alias rationes fere præcipua esse videtur, quia quasque versum evigantes, & improvidæ nimis oviculæ periculi pericula haud satis reformidant; si caute se intra ovile concluderent, & locum omnem, quo a pastore longius recedent, suspectum haberent, utique suæ securitati melius consuleretur; at quoniam licentiosius, quam par est, palantur, pascuorum septa transiliunt, & loca, ubi aliaque frequenter interierunt, adire non verentur: quid mirum, quod in lupi incidant lanienam? Dilectissimi Auditores! quid per hunc prologum vobis insinuatum cupiam, haud difficile est animadvertere. Nimirum tot peccatorum, quæ in orbe invalescunt, fons, & scaturigo maxima est, quod occasiones non fugiantur: occasio glacies est, qua justi ad lapsum inducuntur; viscus est, quo peccatores suis voluptatibus agglutinantur; pedica est, qua pœnitentes e scelerum vetero elabi desiderantes, retrahuntur. Proinde mirari haud satis possum præposterum multorum pœnitentium conversionem, qui dum jubentur peccata fugere, promptos se, paratosque exhibent; dum vero de fugiendis occasionibus monentur, id facere tergiversantur, & mille excusationes prætexunt: dicunt, non esse amplius periculum lapsus, non posse se valedicere familiaritate circa honoris dispendium, esse animis difficile exire servitio, & quæ sunt similia. Mi Christiane! an serio averseris peccatum? serio: inquis: quemadmodum ergo ita oportet averseri peccatum, ut paratus sis potius quodcumque subire incommodum, quam contra Deum derelinquere; ita parem in modum averseri oportet occasionem, ut paratus sis potius quodvis tolerare malum, quam in occasione persistere. Samsonem intuere: cum in urbem Thamnata itineraret, juxta vineas oppidi obvium habuit terribilem leonem. (*Judic. 14.*) Quid ageret? fugeret in vineas? at sic in periculum deveniret, ne contra legem Nazarzorum gustaret vinum, & peccaret. Non fugeret? at sic de morte periclitabatur, quam sibi intentabat minax bellua. Generosus athleta detrexit cum leone in pugnam congredi, & potius vitæ, quam peccati subire discrimen; ait Serrarius: (*in Judic. 14. q. 12. n. 11.*) *Sobrietate sua leonem ad vineas ipsas correpsit, contrivit, ac dissipavit:* Sic, sic fugiendæ occasiones: &c.

2. *Propositio.* Quapropter, cum ante oculum de primo peccati remedio egimus, videlicet de timore Domini, jam de altero agemus, nimirum de fuga occasionis, quam quidem ad seriam hominis conversionem adeo necessariam esse pronuntio, ut pœnitentiam, quæ post se non trahit fugam occasionis, prorsus spuriam, & inferno, quam calo digniorem esse arbitror. Favete.

Eva peccatum ex accidente arium traxit.

3. *Confirmatio.* Adeo pernitiosum peccati fomentum est occasio, ut aseveranter non dubitet, etiam primum peccatum, in paradiso, ad pernicium totius humani generis commissum, fuisse genitum obstetricante occasione. Eva a latere mariti se incaute propipiens feminea curiositate perambulabat hortum deliciosissimum, ibi avido obtutu contemplabatur viridia prata, proceras arbores, argenteos rivulorum strepitus, dulces volucrum concentus, aliaque visu oblectabilia. Vidit infernalis serpens solam, & Viri præsidio destitutam, sicque occasionem nactus est periculosi illius colloquii, quo Evam miserime in peccatum induxit. *Mulierem separatam, & a Viro suo procul remotam invasit, & decepit serpens*, ait S. Ambrosius, (*l. 10. in Hexam.*) O femina incauta, fuge: haud bene convertit inter te, & hoc animal: decipieris, sub discursu serpentis laqueus latet, redi ad maritum, sine illius arbitrio nihil colloque-

loquere? Adum ago. Ex familiariter agit cum colubro, deluditur, & maritum una cum nobis omnibus in ruinam præcipitat, &c. Discant, concludit hic Lippomanus; discant insolentiores fœminæ ad exemplum primæ Matris multiloquium cum exteris evere, dicunt inusitatos aliorum affatus formidare; discant declinare soliloquia; quæ sine majorum fructu milcentur: inter anguis in herba, aperitur viæ innumeris malis.

Etiam negatio Petri ex occasione facta.

4. Neque solum hæc regula debilibus fœminis, sed & viris notanda. Petrus in horto Gethsemani, cum inter nocturnas umbras subito irruere laces, & arma conspexit, sine mora excusso sopore contra illum uehementius fœce animosus consurrexit, gladium evaginavit, invasit, percussit, & nisi a Magistro fuisset cohibitus, ecce novus Samson inter Philistæos comparuisset. Verum irruerunt Petrum in atrio Pontificis; *sit ac ecce ad unam ancillæ.* (*Matth. 26.*) dicens malo tibi sit, Calvo, quia & tu unus es ex affectis hujus corporis: quid Petrus? negavit, & pernegavit: repetente illa assertum, reperiit & negationem; instante illa, corpis jurare, & pejerare. Hem Petre! quid hoc rei? tu, qui antea adeo generosus ea tes vam libertatem non expavisti, jam non sustines assultum unius fœminæ inermis? O periculosam vim malæ occasionis! Petrus, fic turpissimo casu voluisset esse ormonis, debuisset fugere nefariam hominum fœcem, & allocutum fœminas? at quoniam non fugit, miserrime cecidit, dicente Augustino: (*Serm. 214.*) *Petrus labia puella non sustinuit, sed ubi locuta est, ille exhorruit, præcessit ferum puella, & immobilis columna ruinæ fuit.* Vos vero, Dilecti Christiani, perpendite obsecro: si Petrus proternitur in materia fidei ex eo, quod inconsiderate loquutur cum una puella, quid non fiet in materia carnis illi, qui respectu Petri est unum folium? si Petrus enumeratur ad confessionem labi tinus puellæ, quæ tamen ex colina vestebat mutida, fumida, fuliginosa, non nisi olus, & cantinum olens, quomodo debilitas illius juvenis stare poterit ad blandirias illius adolescentulæ comptæ, ornatæ, adulantis, consultantis, combibentis? O S. Petre! instilla in animos incautorum juvenum hos sensus, ut discant argumentari a majori ad minus.

5. Poetæ finxerunt, Venerem fuisse natam ex aquis. Itane ex frigido elemento? ita est: & nostri juvenes non volunt credere, Venerem etiam nasci posse ex vinos & cerevisia. Sanctus Gentium Doctor sollicite monuit Discipulum suum Timotheum, *reliquam castam custodi.* (*1. Tim. 5.*) Quid ais S. Paule? ergone Timotheo, Episcopo Sanctissimo, qui ab infantia abstinentiam, inediam, & aquæ potum graviter infirmatur, custodiam castitatis inculcas? &c. O Boni Deus! quomodo ergo illi juvenes securos se existimant, qui toto anno bibunt, epulantur, & ingerunt? tota die ligna, & quidem arida igni subministrant, cum quo accendant follibus vanorum discursuum, jocorum, ac cantuum parum honestorum, & tamen prætendant se vitam vivere castum, toti deliciis inhiant, non oculos, non aures, non linguam honestatis frano coercent, aspectus, & actus non curant, occasionibus se pro libitu exponunt, & tamen volunt esse securi a lapsu: cecidit fortis Samson; cecidit pius David; cecidit sapiens Salomon; & tamen illi debiles, imperfecti, ac ignorantes volunt super glaciem currere, nec tamen cadere. Eheu! hallucinantur. Patriarcha Loth adeo fuit sanctus, & castus, ut mereretur, a duobus Angelis ex incendio Sodomorum eripi: & tamen cum in caverna montis Segor una cum filiabus lateret: Ah! loquar an silebo? loquar ut terrorem nostrum: ille, inquam, homo justus totus nivolus in corde, glacialus in sanguine, lapideus in medullis, exhaustus, debilitatus, paralyticus, lapsus est in incestum cum filiabus: quis non obstupescat exclamat Olcaster, (*in Monal.*) *quod fuerit ab incendio liberatus, & non ab incestu.* Si justus cecidit in Apehanca, in hostere, in meru, quomodo Christiani securos se fore sperent a lapsu in choreis, in epulis, in musica, in aurium, & oculorum oblectamentis? fallimur, falluntur; turpiter prolabentur in peccatum, nisi occasiones declinent.

Si justus in occasione securus non est, peccatori quid fet? Pœnitentia seria desumitur ex fuga occasionis.

6. Quod si justus erret vehementer, exponens se periculo peccati, non minus errabit peccator, credens se exiturum a peccatis, quamvis se non ex pediat occasione peccati; non enim est luculentius indicium seriæ emendationis, quam fuga occasionis. Inter omnes Reges Juda, qui a Salomone regnarunt, nullus in Scripturis excellentius præconium promeruit, quam Josiæ: de illo dicitur, quod *in toto corde suo, & in tota anima sua, & in omni virtute sua reverterit ad Dominum.* (*2. Reg. 23.*) Quæro, quo indicio prodidit tam efficacem pœnitentiam & conversionem? nimirum ex eo, quia *Pythones, & ariolos, & figuras idolorum, & immunditias, & abominationes abstulit.* O mei Christiani! velite mihi persuadere, quod ille Pater-familias non amplius adoret suam Venerem, cui tamen victum, vestitum, ac dona tribuit, & necdum pium mercatorat, e domo ejecit. Est falsum: necdum destruxit altare, brevi redibit ad sacrificium turpe. Nolite mihi persuadere, quod ille juvenis serio se emendarit, qui adhuc vadit in illam plateam, frequentat illam domum, ac fœminæ illi respondet litteris, ac nutibus: est falsum: necdum destruxit altare, &c. Nolite mihi persuadere, quod illa puella serio abjuraris scelera, quæ tamen retinet munuscula, ectypa, litteras, easque nonnunquam haud sine

sine animi teneritudine relegit: est falsum: impudica pellex est, Veneris idololatra est, necdum destruxit altare. &c.

Dæmon non curat Confessiones, sed fugam occasionis.

7. Quid dicitis, mei Christiani! de extincto domus incendio, cum cernitis adhuc fumum in altum evolare? dicitis, necdum omnem ignem esse sopitum, elliciere adhuc sub favilla fomitem, brevi, nisi provenietur, in novas flammas eruptarum. Ita res se habet in præsenti. Ille Dominus confessus, & inimico suo reconciliatus est: Laudetur Deus; verum an ejus salvatur? non salvatur, sed tamen ignovit: Fumus est: ignis ira mox reaccendetur: ille lusor confessus, & sancte pollicitus est, se a blasphemiis linguam cohibiturum: Laudetur Deus: verum an abstinet jam a chartifoliis, ab aleis? non abstinet, sed tamen non amplius blasphemabit: Fumus est: videbimus ignem brevi reaccensum. Ille juvenis confessus, & suas libidines serio detestatus est: Laudetur Deus. Verum an noctu non amplius exagatur, an ædes amasiæ devitat? non devitat quidem, sed non amplius cadet: Fumus est: paullo post atrocius exardescet ignis: ita discurrendum est de aliis quibusque vitiis, de quibus indiscriminatim enumerat Cyprianus: (*lib. 1. Epist. 11.*) *Nemo ita natus est periculo parcimus.* &c. &c. O miseri peccatores! quis palpum vobis obtrudit, quod de Confessionibus vestris vobis blandiamini, & per eas salva omnia effe credatis? Diabolus haud multum negotii sibi facessit, ut impediat vestras Confessiones: non causæ sua metuit, ut vos cernat coram conscientiæ arbitro genuflexos; sed tunc expavescit, si videat familiaritates abrumpi, chartifolia lacerari, litteras amatorias in ignem conjici. Rex Pharao nunquam desperavit de Dominio Israelitarum, quamdiu illi remanserunt in Ægypto; verum cum fugere eos conspexit, tunc armata manu fugientes insecutus est, tunc lapidem omnem movit, ut fugitivos sub ditione conservaret. Parem in modum haud male habet dæmonem; cum videt illam puellam in paschate confiteri, dummodo interim maneat in Ægypto mala occasionis; sed cum videt, quod illa amasio januam in faciem occludat, turpes cantilenas concernet, minuscula remittat, tunc enimvero maxime affligetur. Diabolus non curat, quod ille procus in paschate confiteatur, sed cum videt, quod illam plateam non amplius adeat, videt alloquia, salutationes, choreas, & conventicula, hoc ipsum summe angit, &c. Obmurabit hic nonnemo, quo jure ego animi contremere illas Confessiones, quæ tamen, ut ajunt, sacra magna devotione sunt peracta, etiamsi postea redeatur ad antiquam sylvam. Respondeo, jure optimo: dico confiteri, nec hilum valeat, sacrilega sunt, melius fuissent omissæ, quam geruntur; quia cedunt potius ad damnationem, quam ad salutem confitentium, nisi ex occasionibus excutur. Dic, mi bone, nonne quod furatus es, tunc non est, & nulla est pœna te rei illius possessio? ita est; verum scis velim, furatus es sacram absolutionem, quam per pigrum *ita* vel *non* a Confessario fuisti abbanditus: ita igitur non est absolutio, invalida est illius confectio: id quod longe magis intellectum volo de iis, qui de industria quærunt Confessarium indoctum, aut indiscrete manuetum, qui juxtar muti canis latrare non audet: simul Confitens, & Confessarius peribunt; iste quidem, quia sanctum projicit canibus; ille vero, quia sacramentum usurpat sine proposito, utpote cujus efficaciam Sancti Patres, & Spiritus Magistri universum delumant, non ex nudo affectu, sed ex effectu, id est, ex fuga occasionis. Quid multis? occasio si non fugiatur, cetera nihil profunt.

Sine fuga occasionis nil prodest pœnitentia.

8. S. Petrus, in carcere detentus, noctu exaetatur ab Angelo, catenis solvitur, carcere educitur; & tamen vix sibi ipsi credebat, somniare se putabat, *existimabat se visum videre.* (*Act. 12.*) Verum postquam portam ferream transisset, & vidisset se procul a carcere constitutum, exclamavit: *Nunc scio vere, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis.* Ita mi pœnitens, cum te videam confiteri, communicare, Ecclesias frequentare, orare, eleemosinas facere, hæc omnia pro vilius, pro somnio habeo; at cum videro te occasiones fugere, illa confortia declinare, tunc tibi gratulabor, & dicam: *nunc scio vere.* &c.

Nec quævis bona opera, aut confessaria in Angelo custode.

9. Ah! mi Concionator, possum cum veritate dicere, antequam ad istam domum redii, ubi metuebam relapsus periculum, sedulo me commendavi Angelo Custodi, imo etiam Angelorum Reginæ, ut cadere me non permitterent: Its aliqui temerit stem sum palliare præsumunt. O frivolam spem, de qua S. Job, (*c. 4.*) *Spes ejus frustrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur!* Quæso, si mihi cadus quis spem ex confidentia turris Angelicæ præfumeret in cætima horrendi præcipitii crepidine dormire, nonne ex hac ipsa temeritate mezeretur ab Angelo deseri? pariter se res habet in præsenti: Deus quidem *Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis*: (*Ps. 90.*) verum nostis, *in Vita, non in præcipitio.* Percipe, quæ hanc in rem enarrat Zelosissimus Pater Seguri. Eo, (*homil. Christ. part. 3. disc. numer. 12.*) tempore, ait, quo Apostolicus Vir Nicolaus Zacchius Romæ prædicatione Verbi Divini ingentem animarum messem colligebat, quendam audiit cum quidam ordinem in militia ductur, qui compluribus annis turpis mulieculæ amore irretitus fuerat. Materia, quam tractabat

facer orator, erat contra relapsum, qua proponebat, peccatori e foribus suis emergere cupienti præter fugam occasionis apprime utilem, ac necessariam esse spem, atque quotidianum refugium ad Angelorum Reginam. Hæc audiens miles ille decrevit illico huic devotioni se dare, atque tam feliciter res illi cessit, ut non diu post, abrupto turpi commercio, totus alius vixerit. Cum autem de sua constantia plus æquo confideret, elapso jam sex mensium spatio, decrevit adire illium, quondam suæ ædes, ut cognosceret, an & ipsa prava vivendi assuetudini renuntiasset, an vero alteri culpiam perditæ adhæreret. At ecce: cum jam haud procul abesset a limine, ubi aperto se exponebat perpetuæ discriminis, occulta quadam vi repelli se sensit, tanto spatio, per quantum illa se platea porrigebat, sic ut tandem submota ex oculis illa domo, ad suæ ostium consisteret. Alium eventum huic persimilem enarrat Menochius, de studioso, qui, cum e prava occasione, cui temere se commiserat, ægre evasit. Ab Angelo sonante alapa fuit castigatus. &c. &c. (*Vide Fest. SS. Angel. cust. 2. n. 5.*)

10. *Epilogus.* Tu igitur, mi Christiane, ex his, aliisque hujusmodi eventibus disce, nihil tibi profuturum Sanctorum patrocinium, nisi ex triplo adhibeas remedium malo medicando unice necessarium, nempe fugam occasionis: fine hac, quidquid agis, actum agis. Hoc remedium differte præscripsit Divinus animarum Pastor Christus, inquiens: (*Marc. 9.*) *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te.* Non satis ille est oculum aliquamdiu claudi, sed jubet erui, & projici, ut tollatur occasio. Noli confidere viribus tuis, nec vana spe de tua constantia tibi blandiri; crede, nemo citius cadit, quam qui non casurum se præsumit: denique semper in corde tene effatum S. Hieronymi, dicentis: *Tutius est, perire non posse, quam juxta periculum non perire.* Amen.

Dominica III. post Pascha.

CONCEPTUS I.

De vanitate rerum mundanarum, & brevitate Vitæ mortalis.

Modicum, & jam non videbitis me. Joann. 16.

EXORDIUM.

Hæc vita instar comœdiæ est.

1. NUnquam vidistis comœdiam, seu ludum theatralem? hic varia exhibentur spectacula: prodit magnificus Rex: Atreum crederes Tyestis fratrem, capite coronam, manu sceptrum gestans, toto corpore auro contextus: dat jura, distribuit imperia, a servis adorationem recipit. (*Senec. in tragœdia.*) Alia parte venit insignis ad invidiam Agamemnonis armatus Bellidus, milites in aciem disponit, obsidiones urbium adornat, consilia cum tribunis agitat, stratagemata excogitat. Paullo post comparet dives Euclio, uti Vetustius Cremes, nummos censet, a famulis rationes exigit, officia familiæ distribuit: sed ecce sibi omnia? nihil minus: ludus sunt, oculorum deceptio, fabula: post unam, aut alteram horam evanescunt omnia, ponuntur larvæ, orchestra evacuatur, spectaculum transiit. &c. Qua aptius similitudine vitam præsentem adumbrem, quam comica id genus fabula? In hoc mundi theatro magnates imperant, subditi obsequuntur, gens illa belligeratur, alia pacem, ac fœdera pangit, navia navigationibus fatigantur, divitiæ cumulantur, ædificatur, habitatur, ædificatur, consectatur, tripudiatur, voluptatibus inhiatur. Et cum ista omnia mundus intuetur, qui non plus intelligit, quam oculis capit, felices reputant, qui fortunæ apicem tenent, qui rerum omnium affluxu potiuntur. &c. O Christiana pectora! erratis: non ferio res istæ agiuntur. Spectantur, non possidentur: comœdia sunt, ait S. Basilius, (*hom. 7. Hexam.*) momento claudentur omnia. Et S. Chrysostomus: (*Epist. 6.*) *Non est theatralibus scenis vita nostra assimilis; nam ut istic ille Imperatoris, hic Judicis, & alter militis implet officium; ubi autem consumatum fuerit, nec Imperator a nascitur*, sed cortina clauditur, & persona exuitur.

2. *Propositio.* Quare in gratiam eorum, qui inordinato nimis animo res istas hujus mundi adhærent, exponam hodie hanc comœdiam, offeramque, quam revera *modicum* sit omne illud, quidquid mundus magni facit, inculcans illud Augustini: (*tr. 101. in Joann.*) *Modicum est hoc totum spatium, quod præsens pervolat sæculum.* Favete.

§. I. *Terrenus honor vanus, ac transitorius.*

3. *Scena Prima.* Ecce, prodeunt in hoc mundi theatrum Magnates, Reges, Principes cum innumerabili famulatu: ut fulgerant coronæ, ut ardent purpuræ, ut gemmis corruscant sceptra! Macte! hæc sunt mundi idola: hi fortunæ filii: &c. O christianæ animæ! nolite errare: figura sunt hæc omnia: *præterit figura hujus mundi.* (*1. Cor. 7.*) vix dixerunt isti a Regibus scenicis, vix apparent, jam iterum disparent. Non inepte vanitatem terreni honoris quidam hoc symbolo adumbravit: picta erat præalta rupes, in cujus vertice cernebantur coronæ, fasces, purpuræ, totumque fortunæ armamentarium: ex una parte rupis per scalas tortuosas ascendebat populus: via autem quidem ista, ubi fatigiam attigit, & fortunæ spolium, quod allubuit, arripuit, ecce, ex altera rupis parte retro præcipitari in scrobem mortualem decidebant, ubi inscripta legebantur hæc verba, *Regnabo, regno, regnavi, fuimus Reges.* Qui ascendebant ambitiosi dicebant: *Regnabo*: qui in summitate stabant, gloriabantur: *Regno*: qui

qui delabebantur, ingemiscebant: *Regnavi*: qui in scrobe jacuere, ejulabant: *Fuimus Reges.* O quam modico temporis intervallo differunt, *regnabo, & regnavi!* Narrat Sanctus Hieronymus: (*Ep. 3. ad Heliodor.*) de Xerxe Persarum Monarcha, quod olim ex præalto monte numerosum exercitum suum contuens, amare flevérit, rogantibus causam fletus, repositi: an non illacrimer cogitans, ex tot armatorum millibus intra unius sæculi spatium, nec unicum superfuturum? An non merito illacrimemur & nos, dum intuemur ex tot potentibus sæculi, quos orbis adoravit, nullum superesse amplius? Dic Hispaniarum Monarchia, ubi sunt modo illi tui octoginta tres Monarchæ? Dic Gallia, ubi tui sexaginta duo Reges? Dic Romanum Imperium, ubi tui viginti septem supra centenos Imperatores? Dic Roma, ubi tui illi decenti quadraginta tres Pontifices? Dic Bohemia, ubi tui quadraginta Reges, ac Principes? Dic Polonia, ubi tui triginta? Dic Hungaria, ubi tui quadraginta duo? Dic Anglia, ubi tui sexaginta septem? Dic Suecia, ubi tui triginta octo supra centenos? Dic Dania, ubi tui duodecim supra centenos? &c. Eheu disparuere omnes, nec jam tot pulveres ex tot Monarchis supersunt, quot antea Regna, & Principatus sub tributo censuerunt. At vero inquis, aliqui diu, ac feliciter regnarunt; quid tum? præterquam enim, quod multi regimen non tam possederunt, quam gustarunt, dabo aliquos ad quadraginta, quinquaginta annos solium tenuisse: jam modo autem quingentis, sexcentis, millenis annis in æternitate sunt: quid sunt quinquaginta anni, computati ad mille? immo computati ad æternitatem? ah! momentum sunt, & momento minus. Nunc, mi homo, longum reputas vitæ tuæ spatium; at cum moriendum erit, agnosces, quantillum fuerit. Audi Augustinum: (*tr. 101. Joann.*) *Hoc autem modicum longum nobis videtur, quantum adhuc agitur: cum finitum fuerit, tunc sentietur, quam modicum fuerit.* Tunc honores hujus mundi, quos ambiebas, ploranti tibi, & anguistato valde ultimum dicent: Vale: *modicum, & jam non videbitis me.* O furtivum honorem, qui desinere potest! At ecce, prodit.

§. II. *Divitiæ sunt vanæ & transitoriæ.*

4. *Scena Secunda.* In hoc mundi theatro sudant, laborant, fatigantur, divitias cumulant, aurum fitiunt divites Euclliones. Nec desunt spectatores, qui illis applaudunt: Ecce, inquiunt, illi homines feliciter vivunt, fortunam famulam habent, rerum affluxu potiuntur. &c. O Christiana pectora, *nolite errare*: deceptio est, non nisi comica illusio est, modica, & momentanea felicitas est. In Gallia quondam contra Regem Pipinum gravis conjuratio adornata est, sed detectis mature funestis consiliis, conjurati omnes ferro exoculati sunt: inter seditionis corisphæos erat Bernardus Regis germanus frater: in hunc mitius sevit: Rex, non ferro illi visum eripuit, sed auro; quippe in aureum vas, foliatibus radiis coruscans, tamdiu intueri debebat, donec ex radiorum reflexione excæcatus est. Ita dæmon hodiedum sævit in animos: auro illas excæcat, eamque pro dolor! cæcitatem causat, ut in terrenas opes defixæ, æternas veritates, vitæ brevitatem, & mortis jamjam vicinæ inevitabilem ictum non intueantur. Proto-Parentibus olim persuasit: *Non morientur*: (*Gen. 1.*) & persuadere poterat, quia mortis exemplum necdum viderant; cum autem hodie homini fidem facere non possit, se immortalem esse, saltem id agit, ut mortem quam longissime abesse persuadeat, eum fere in modum, quo, qui rubum optimum præponere oculo appetunt, res e vicino stantes quam remotissimas credit. O talpa in terram demersa! non vides amicos, vicinos, contubernales, qui iisdem viribus valuerunt, iisdem fortunæ dotibus ditati fuerant, nunc in sepulcris computrescere? an divitiæ tibi prodierunt, quo minus vita tua tener flosculus sit, qui ab æstu emarcescit, a frigore flaccescit, a pluviis putrescit, a pedibus conteritur, a tempore consumitur? an divitæ tibi ferunt sunt contra aerem, ne intoxicet, contra æstum, ne exsiccet, contra cibum, ne noceat, contra potum, ne officiat? &c. errris, imprudens, erras: etsi supra Crœsum diteseas, mortem corrumpere pretio non vales: pecunia expugnantur omnia, omnia, sed non mors. O quam apposite Salomon divitias comparat arenæ exiguæ: *Omne aurum in comparatione illius arenæ est exigua.* (*Sap. 7.*) Cur arenæ? intuere clepsydram, qua horam metiri solemus: en, per illa tot arenæ exigua ab una ampulla vitrea in aliam, & lapsu unius horæ evacuatur: &c. O fluxæ divitiæ! vere estis arena exigua: quoties miserum Eucliones vix una hora beatis! ille unice in res terrenas defixus, & longævum vitam sibi pollicitus, insudabat cumulandis divitiis mundi, & veras illas Cæli neglexit: interim effluxit mortualis clepsydra, raptus est ad tumulum, antequam has adquireret, & illas non impetraret. Eheu! quot infelices damnati deplorant errorem suum illis Jeremiæ lamentis: *Væ nobis: quia declinavit dies, quia longiores factæ sunt umbræ vesperi.* (*Jerem. 6.*) Quæ hæc lamenta? percipe in simili: Viator mane obdormiscens, & vesperi evigilans, cum videt longissimam montium umbram, putat solem non ita pridem ortum, & fas temporis superesse: verum, cum minime putat, nox ingruit, & tenebris in via obruitur. &c. Hæc sunt lamenta damnatorum: Væ nobis, inquiunt, putabamus vitæ nostræ diem ab occasu quam distissime adhuc remotam, & subitanea mortis nox nos oppressit: ita Cajetanus: (*in Psal. 101.*) *Væ nobis! similes umbræ declinavit sunt dies vitæ nostræ, qui apparent nobis valde longi, & tamen in intrinseco vitæ, parum temporis superest*

rest vivendi. Christiana anima! noli inordinato affectu, & supra necessitatis exigentiam pecuniis opum crepundiis cor affigere, more insipientis illius populi, qui vitis opimis pascuis *pro nihilo habuerunt terram desiderabilem* (Ps.105.) crede, haud procul abest fatalis hora: tunc omnes divitiæ tuæ ultimum tibi vale dicent: Vale: *Medicum, & jam non videbitis me*; si sapis, anhela ad divitias æternum mansuras. Jam apparet eccε.

§. III. *Voluptates sunt fluxæ & transitoriæ.*

5. *Scena Tertia.* In theatrum prodeunt delicioli voluptatum sectatores: en, ut insruitum vitæ licentiam spirant: en, ut in omne facinus pruriunt, quod volupe est: en, ut idem eodem decantant illud: *Venite, coronemus nos rosis, nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra.* &c. (*Sap.* 2.) Christiana anima: qui placet hæc cantilena? felices putas hos vanitatis Tantalos? Eheu falleris; edicite, fingamus quod Dominus Deus hic nobis jactuentibus hominem producat, non ultra duas horas victurum: nihilominus homo ibo, unice in res mundanas intentus, visus, theatrales ludos, convivia, comportationes, opulentæ conjugia, neraque vanitates cogitat: nonne discretis: O infelix homo, infanis? perituras delicias quæris post duas horas moriturus? &c. Agite, hos cavillos in vosmet ipsos retorquete: voluptatibus inhiatis, vix duabus horis victuri. Quid? dicitis, nos? vix duabus horis? ita cito omnis enim vita vestra, quantumcunque senescat, si æternitati conferatur, aut Divino oculo mensuretur, vix geminæ horæ spatium adæquat. Demonstro: Scriptura accurate describit Veterum Patrum ætates: dicit Adamum nongentos triginta annos, Seth nongentos duodecim, Jareth nongentos sexaginta duos, Lamech septingentos septuaginta septem, Noemum nongentos quinquaginta, Mathusalem nongentos sexaginta novem habuisse &c. Ubi tamen notandum neminem antiquorum Patrum ad millesimum usque contenuisse: quare non? ut palam fit neminem integram diem vixisse: quid ni dixim, qui vixere tot sæcula? repeto, nullus coram Deo vel unicam diem vixit; nam *mille anni ante oculos tuos, sicut dies hesterna, quæ præterit.* (*Psal.* 19.) Attendite obsecro: si mille anni ante oculos Dei vix diem adæquant, quid erunt ante oculos Dei quinquaginta, sexaginta, aut in potentatibus octoginta anni? certe vix unam, aut alteram horam efficiunt. Nunc intelligo, cur Sancti Dei, & specialim sanctus Job vitæ suæ dies pro nihilo reputet: *Nihil enim sunt dies mei.* Quare nihil? Respondet Sanctus Gregorius: (*l. 8. Mor. c. 20.*) *Iccirco prosectus vitæ dies nihil esse existimat, quia illuminata mentis oculos in contemplatione æternitatis figunt.* Audite grandem veritatem ex parte mendacissimam: quæritis datorem ex oberrantibus, quando, & quam diu damnatus esset? heri, respondit: quid? heri? mentiris: utique jam ultra quinquaginta sæcula damnatus es: repsuit malus spiritus: *Si scires æternitatem, totum tempus a constitutione mundi unam horam reputares.* (*Hugo Card. in Ps. 87. S. Aug. in Ps. 16.*) O brevis vita! O longa æternitas! Repeto gemitum: O brevis vita! O longa æternitas! At nunc statuendus est contemptus hujus vitæ brevitatem tibi ante oculos statuam? non alium in finem, nisi ut æternitati, non hujus vitæ brevitati labores. Ridemus Esau, quod pro pulmento primogenituram, ridemus Lysimachum, quod pro haustu frigidæ regnum vendiderit; & quoties eheu! æternitatem vendimus pro hoc modico? Age ergo, tu ambitiose, time in momenta singula, ne Divina manus tibi scribat feralem sententiam, quam Balthasari scripsit: (*Dan. 5.*) *Dividetur Regnum tuum. Age* avare, time ne hac nocte audias. *Stulte hac nocte repetent animam tuam a te, & quæ parasti, cujus erunt?* (*Luc.* 12.) Age voluptuose, time in momenta singula, ne te rapiat illud: *Ducunt in bonis dies suos, & in punto ad infernum descendunt.* (*Job.* 21.) Audis? *in punto?* hoc punctum *modicum* est, momentaneum sit: id vero, quod consequitur, æternum est, interminabile est. &c. &c.

Dominica III. post Pascha.

CONCEPTUS II.

Quæ ratione hominem Christianum per actiones modicas, & minimas ad magnam Virtutem, ac meritum assurgere oporteat.

Medicum, & videbitis me. Joann. 16.

EXORDIUM.

Minuta sæpe sunt æstimabiliora magnis.

1. QUisquis rerum pretia ex earum magnitudine metiri vellet, vehementer deciperetur: sunt enim res exiguæ, & exiles sæpe immensis corporibus pretiosiores: immensum est solare corpus, quod ultra centies sexagies sexies orbis terraqui globum magnitudine superat; nihilominus unica formica, unicus pediculus, aliaque minutissima animalcula, utpote substantiæ animatæ solem perfectione transcendunt: una libra auri integro centenario plumbi, una margarita ingenti supræstimabilior est. Neque solum in natura, sed & in artefactis hanc veritatem comperam habemus: Miratur Galenus (*l. 17. de usu part. c. 1.*) vitam a se annuli geminam, in qua Pharetra, quatuor equis invectus, inculpatus cernebatur; frena equorum, ora, dentes erant minutissime discernibiles, & crura, imo biliter articulata, cruris pulicis non excedebant. Myrmecides, teste Plinio, (*l. 7. c. 21.*) fabricavit quadrigam ex ebore, quam musca alis contegere poterat, & navem, quam apicula pennis obscondebat. Alius, ut nomen magnum ex re parva sibi compararet, totam Homeri Iliadem charta, quæ in nuce concludi poterat, comprehendit. (*Nigronus p. 3. de aur. min. lor. To. 4.*) Repeto igitur, in rebus etiam modicis magnam reperiri posse æstimabilitatem, ac perfectionem. &c. Quod in natura, & arte, idipsum in sensu morali nimis quam verum est: coram Divinis oculis non tantum æstimantur ea Christianorum opera, quæ sunt admiranda, portentosa, ac heroica, sed etiam modica, & quotidiana: Esto, quod homines sancti in eremis, & solitudinibus diurna, nocturnaque contemplatione Deum adorarint, nihilominus tu, mi Christiane, per repetitas preces jaculatorias, per diurna opera Vocationi tuæ congrua tantumdem Deo placere poteris, si velis. Esto, quod illi crudelia tormenta, ac martyria exantlarint, nihilominus tu dimmet meritum colligere poteris, si leves molestias quotidie occurrentes amore Dei toleres. Esto, quod illi ingentia patrimonia in pauperes distribuerint, nihilominus tu non inferius meritum refores, si inopi amore Dei lautium frigidæ porrigas. An posset esse excellentius opus, quam mortuos suscitare? Nihilo tamen minus affirmat Blosius; (*Institut. spirit. cap. 2.*) *Qui sensualitati, voluntatique propriæ propter Deum etiam in minimis rebus refragatur, ac se mortificat, rem ipsi Deo magis gratam facit, quam si multas meritas excitaret.* &c.

Opera modica Deo nonnunquam gratiora magnis.

2. *Propositio.* Quare in gratiam eorum, qui deceptorie sibi immaginantur, Virtutem, ac perfectionem Christianam solum in actibus prodigiosis, ac heroicis sunduri, ostendam hodie, salutis nostræ meritum ut plurimum ex actionibus modicis, & minimis pendere. Est hæc materia scitu necessaria hominibus præsertim plebeis, uti agricolis, operariis, ancillis, famulis, qui vix aliam habent methodum in meritis direscendi, nisi per opera, ac labores diurnos. Proinde verba Evangelii hanc in eumdem sensum intelligere volui: *Medicum, & videbitis me*, id est, curare debetis *Medicum*, & tunc in præmium hujus modici vilione beatifica *videbitis me.* &c. Pavete,

Divitiæ etiam temporales colliguntur per multa modica.

3. *Confirmatio.* Si rem penitus considerare lubeat, intendum est, divitias etiam temporales colligi per mera modica multiplicata: unde quis dives dicitur ex frumento? ex multis granis, aut aristis: unde quis dives dicitur ex vino? ex multis uvis: unde quis dives dicitur in oleo? ex multis fabis oleariis. Unde ditescit textor? ex multis filis: unde ditescit lanior aut sutor? ex multis acus, aut subulæ puncturis: unde ditescit faber? ex multis mallei ictibus: & sic de ceteris loquendo, universim verum

est, cujuscumque generis divitias ex modicis lucris sæpe multiplicatis consurgere; unde rei œconomicæ periti pro primo principio habent, eum, qui ad amplam fortunam aspirat, tam parum debere negligere obolum, quam florenum, eumque nunquam facturum insigne lucrum, qui non curat lucellum. Quemadmodum in lucro rerum temporalium, ita etiam res se habet in spirituali lucro meritorum: qui quis cupit animi ditescere, modica non negligat, necesse est: ita S. Chrysostomus: (*apud Leon. Bibl. V. Minimorum cura §. 7.*) *Sicut apes carperis accumulantur, cum amatores illorum ne minimum quidem lucellum negligunt, ita spirituales divitiæ per minimorum sedulam curam augentur.*

4. Considerate rivum exiguum, qui per pascua fluitat: tam inops est aquis, ut arido tempore nonnunquam penitus exsiccari videatur: ponamus aut ingruere nimbos, & aliquoties jam ita increvit, ut ingenti fluvio, ipsique Danubio similis, aquarum exundatione vallem integram occuparit: unde tanta undarum copia? ex meris pluvialibus guttulis. Jam percipite doctrinam moralem S. Basilii: (*orat. 6. ex collect.*) *qui diligenter ex unaquaque re frustum decerpunt, ita perinde, ac magnis fluminibus multa ex omni parte accessiones fieri consueverc.* Quinam autem sunt illi, qui ex unaquaque re fructum decerpunt? respondeo, sunt illi, qui ad modica intenti ex quavis actione meritum colligere satagunt. Vis, mi Christiane, ut hanc doctrinam tibi practice demonstrem? Age, quamprimum a nocturna quiete te leva, statim per sanctas intentiones totius diei opera Deo offer; dein antequam opus aliquod in particulari aggrediaris, semper animum recollige, & ex Dei amore laborare decerne: si curiositas aliquid suadeat, quod mortificatio vetat, amore Dei sensus cohibe, exempli causa, jubet curiositas per senestras prospicere? non prospice: occurrit in colloquio, quod dictum ostentationi, aut pompæ faceret? non dic; est occasio alterum dictis pungendi? non punge; arridet singulariter in mensa aliquod obsonium? subtrahe tibi bolum unicum; in horto invitat flosculus ad carpendum? ne carpe; transis arborem, & invitat te cupiditas ad gustandum pomum? ne gusta: in platea vides mendicum? porrige unicum obolum; aut hoc deficiente, saltem commiserationem elice; Verbo: nullam prætermitte occationem merendi: *Qui timet Deum nihil negligit*, ait Ecclesiastes. (*c. 7. v. 19.*) Senex quidam, rogatus a fratribus, quomodo posset sustinere voces puerorum pecora pascentium? respondit: ideo sustineo, ut fiat mihi consuetudo sustinendi. Nemo credit, quam hæ levissimæ actiones homini comparent meritorum thesaurum: ideo affirmat S. Augustinus: (*l. 4. de Doctr. Chr. c. 18.*) *In minimo esse fidelem, maximum est.*

Modica sunt securiora actibus heroicis.

5. Preterea hoc exercitium merendi per modica securius est, quam actus generosi, ac heroici,

quia minus habet periculum vanæ gloriæ, & jactantiæ; quis est in virtute adeo solidatus, qui ab applausu hominum, qui ordinarie generosa facta consequitur, non tangatur? O quam multi, qui in ejusmodi factis vanam conceperunt complacentiam, meritum omne perdiderunt! est enim teste Basilio (*Cogit. Monit. c.* 12.) inanis gloria *dulcis spiritualium operum spoliatrix, tinea virtutum, blandissima bonorum nostrorum depræ datrix.* Huic Virtutum tineæ, huic operum prædatrici in exercitio modicorum, de quo loquimur, porta omnis occlusa est: cum enim hæ modicæ actiones hominum admirationem, ac applausum non post se trahant, etiam ab inani complacentia securæ sunt. Hinc vehementer decipiuntur, qui ad opera tantum magna, & admiranda aspirant, putant se felices fore, si pro Deo martyria subire, si mundum universum convertere, si jejunia ad integras septimanas prorogare, si mortuos suscitare, si miracula facere possent: decipiuntur, inquam, quia meritum ex his actionibus admirandis facile perdunt, & aliud ex actionibus modicis non asequuntur.

Per modica probat homo fidelitatem in magnis.

6. Quæro ex te, mi Christiane, putas te Deo in actionibus hujusmodi magnis fidelem fore, si tibi conferret occasionem ad martyria, ad gentilium conversiones? omnino, ais, vires omnes impenderem: respondeo: ergo hanc fidelitatem tuam prius in levibus demonstra: in parvis enim experimentum a te vult capere Deus, quid facturus esses in magnis: *qui fidelis est, in minimo, & majori fidelis est, & qui in modico iniquus est, & in majori iniquus erit*, ait Divinum oraculum per S. Lucam: (*c.* 16. *v.* 10.) Numquam advertisti, quid in militari disciplina fieri soleat? Juveni militi non statim concreditur integer exercitus, sed primo demandatur illi unicus cuneus; tum si fidem suam probet, promovetur ad officium centurionis, denique ad supremam dignitatem Generalis ascendit; necesse est, ut antea per leves velitationes demonstret, quid facturus esset in magnis: Eadem se res habet in nostro proposito: ait S. Ambrosius, (*l.* 1. *Off. c.* 10.) *in minimis probandus est cautissimus, quam viriliter in majori certamine stare possimus.* Putas igitur, mi Christiane, te pro Deo magna facinora agere, ipsaque martyria subire posse? obtende fortitudinem tuam prius in levibus: supera tentationem, ut pateat, an superaturus esses equuleum; sustine patienter modicam injuriam, ut pateat, an resisturus esses tyrannicæ persecutioni: & sic de ceteris loquendo: dicere enim solebat Sanctus Indiarum Apostolus Xaverius: *Non posse quemquam in rebus magnis excellere, qui non prius excellat in parvis.* (*Hist. Soc. l.* 3. *Ep.* 5.)

Modica non minus placent Deo, quam magna.

7. Atque hæc est ratio, cur Domino Deo opera levia, ac quotidiana non minus placeant, quam magna, & excellentia, illaque non minus, quam ista æterna mercede coronet. Divinus Sponsus, ubi suum amoris affectum erga dilectam declarat, inter alia ait: (*Cant.* 4.) *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, in uno oculorum tuorum, in uno crine colli tui*, ubi specialiter notandum, quod Dominus Deus hac loquendi methodo res valde diliparatas, invicem comparet, nimirum unum oculum, & unum crinem colli: Etenim mirum non est, quod Divinus Sponsus in oculo Dilectæ sibi complaceat; est enim oculus membrum humani corporis præstantissimum, dicente Divo Chrysologo: (*Serm.* 129.) *Oculus est animæ fenestra, speculum mentis, lumen corporis, membrorum dux.* Verum quid hoc rei, quod Dominus non minorum complacentiam ostendat in uno crine, re vilissima, quam in ipso oculo sponsæ? S. Franciscus Salesius (*prax. Spirit. p.* 3. *c.* 35.) enodat hoc dubium, inquiens, sponsum non minus laudasse crinem, quam oculum, *ut ostenderet, non tantum sibi grata esse opera magna justorum, sed etiam minima, ac infima.* Idipsum supra illa Evangelii verba: *Vestri capilli capitis omnes numerati sunt*, affirmans S. Cyrillus (*ap. Engelgr. Dom. sept.* §. 1.) ait: *quid capilli, & capitis pili, nih minutissimæ affectus significant, quæ Deus exacte observat, ac præmiat?* O quoties in Scriptura, & in Vitis Sanctorum hæc veritas nobis inculcatur! Legimus de S. Stephano, (*Corn. a Lap. in c.* 31. *Proverb.*) quod cælos viderit apertos, dum martyrium lapidum exantlabat, sed & legimus de S. Elisabetha Thuringiæ Principissa, quod cælum aperum, & Jesum stantem viderit, dum lanam, & linum pro sua, aliorumque pauperalorum sustentatione operabatur: quo viso ostendere voluit Deus, sibi non minus placuisse hæc opera sanctæ mulieris, quam martyrium Proto-martyris. Legimus de arida Virga Aaronis, (*Ribadeneyra. 8. Oct.*) quod prodigiole floruerit; sed & legimus de arida colu S. Liberiæ Virginis, quod frondescere cœperit, ut ostenderet Deus, sibi non minus laborem placere Virginis, quam sacerdotale regimen Aaronis. Legimus de S. Catharina Senensi, quod præ devotionis ardore frequenter in extasim rapta sit, & tamen affirmat S. Franciscus Salesius, eam Domino Deo non minus inter culinæ ollas, & abjectissima operis domestici officia, quam in extasi placuisse. Quid multis? craticulæ Laurentii, Leones Ignatii, boves Eustachii, Martyrum tormenta, Confessorum vigiliæ, Anachoretarum austeritates commendantur quidem: sed & exiguæ corporis afflictiones, leves injuriæ, modicæ molestiæ, amore Dei exantlatæ, apud cælestem sponsum in pretio sunt. Miratur quidem mundus, quod Herodes unicum levem saltum dimidio regni compensarit: miratur, quod Carolus V. Marchioni de Villareal ob id solum, quod Regium suum honoris causa Hispalim comitatus sit, quadraginta ducatorum millia donarit: sed miretur potius quod Dominus Deus unicum gressum, amore sui factum, integro cælorum

lorum regno compenset. Notissimum est illud de Vitis Patrum: (*Evergr. Dom. sept.* §. 2.) Eremicola quidam cellam incolebat, a fonte, e quo aquam haurire solebat, remotissimam: tot gressuum impatiens jam in eo erat, ut domicilio mutato, cellam propinquius ad fontem admoveret, cum ecce aliquando aquam bajulans, audit prone se insequentem, ac gressus suos dinumerantem, miratus, & circumspiciens edocetur, Angelum e cælo fuisse missum, qui gressus suos annotaret, quondam in cælesti patria gloriosa mercede coronandos. His auditis, eremicola laudans Dei bonitatem, quæ etiam unicum gressum amore sui factum, non impræmiatum sineret, amplioris meriti intuitu tuguriolum adhuc uno milliari remotius a fonte reparavit, &c.

8. *Epilogus*. En, mi Christiane, quam verum sit illud Sancti Job: (*c.* 14.) *Tu quidem gressus meos dinumerasti*. Deus nec unicum pulsum, nec unicum suspirium, nec unicum verbulum, nec unicum hausturn frigidæ pauperi porrectum, nec unicum laborem, amore sui factum, incompensatum relinquit, sed æterna mercede coronat. Si miseris, quomodo opus aliquod vilissimum proportionem habeat ad æternam mercedem, cogita Indos, Americanos: sicut enim apud Indos testea, & vitrea crepundia multo auro, gemmisque permutantur; ita si loqui hoc in sensum liceat, minima opera apud Deum pro incomparabilibus cæli gaudiis accipiuntur. Tu igitur, mi Christiane, occasionem mercedi nullam neglige, in operibus tuis omnibus Dei beneplacitum attende, & hac industria immensum meritorum thesaurum colliges. Deus enim omnia tibi facta diligenter annotat: Precaris? voces supputat; stipem erogas? tenuicos numerat: legis, scribis? apices notat: laboras? halitus omnes ponderat. O felicem te, si huic industriæ invigiles! quia propter *modicum* impetrabis æternum. Amen.

Dominica III. post Pascha.

CONCEPTUS III.

De tertio peccati remedio, quod est, tentationum initiis resistere.

Medicum. Joann. 16.

EXORDIUM.

Securissimum remedium peccati est, resistere principiis.

1. HAud longe tempore post obitum S. Francisci aliquot ejus Religiosi, conferentiam, ut ajunt, spiritualem instituentes, confilium agitarunt, quanam sit expeditissima methodus vincendi tentationes, ac peccata, præsertim immunditiæ. (*Surius in Vita B. Ægydii Franciscæ.*) In varias itum est sententias. Dicebat unus: cum tentatione impugnor, ante oculos mihi pono deformitatem hujus vitii, quod non solum Deo, sed & hominibus abominabile est. Alius inferebat; cum sentio tentationem, provolvor in genua, & cum lacrimis, ac precibus imploro auxilium interemeratæ Virginis. Alii alia remedia recitabant. Quibus auditis, demum Beatus Juniperus, Vir Spiritu Dei plenus mentem suam aperuit, inquiens: Ego, cum procul venientem hostem prospicio, absque mora portas animi occludo, & intus sublata voce exclamo: procul, procul, occupatus est diversorii locus: quo pronuntiatio, indicare voluit Dei famulus, non esse artem faciliorem obmunicndi animum contra quævis peccata, quam celerem resistentiam, qua tentationum initiis sine mora occurritur. Atque ita est, Dilecti Christiani. O quam cito peccata omnia ex orbe eliminata forent, si hanc vincendi artem Christiani omnes sibi commendaram haberent! præveniendus est inimicus, antequam invalescat, extinguendum est incendium, dum adhuc viget in scintilla: extirpanda sunt Zizania in semine, &c. Quapropter, quid dicere voluit Sapientissimus Salomon per mirabile illud effatum in Canticis: *Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas?* (*Cant.* 2. *v.* 15.) quid per vineas? quid per vulpes, & quidem parvulas, subaudit? nempe analogice explicare voluit hanc ipsam necessitatem refutandi tentationibus, dum adhuc teneræ, ac modicæ sunt. Vulpes, quibus, teste Cornelio a Lapide, (*hic.*) Judæa abundat, vineis admodum infidiosa, ac nociva est; depascit enim uvas, eradicat vites, terram juxta radices suffodit, & tandem vineam omnem ad vastitatem reducit. Quid facto opus est? capiendæ sunt vulpes, & quidem parvulæ, dum adhuc inexpertæ, & captu faciles sunt; si enim subolescere, annescere, & crescere finantur, haud facile in rctia inducuntur justa illud: *Annosa vulpes haud capitur laqueo.* Pereunt modum suggestiones diaboli præveniendæ sunt, antequam invalescant; si non opprimantur, dum adhuc sunt parvulæ, heu! quorum poterunt vineæ, hoc est, humanæ animæ asserre nocumentum!

2. *Propositio*. Carissimi Auditores! cum igitur proposuerim per aliquot conciones perscribere peccati remedia, hodie explicabo remedium in paucis esse efficacissimum tentationum initiis propediem resistere. *Medicum, medicum* incendium facile restinguitur; *medicum* lolium facile eradicatur; *medicum* propugnaculum facile debellatur; *medicum* vulnus facile sanatur; *medica* tentatio facile superatur; sed si invalescere ista finantur, incendium fit inextinguibile, propugnaculum inexpugnabile, lolium inextirpabile, vulnus insanabile, & tentationis certamen insuperabile. Favete.

In prælio bellico res fere omnis dependet ex initiis.

3. *Confirmatio*. Generosi bellatores, qui militari peritia florent, quam optime norunt, quanti interfit præliorum initiis rem bene agere;

hinc omnem virtutem impendunt, ut initia feliciter succedant. Intueamur duos pugiles in valle Therebinti, videlicet Davidem, ac Goliathum. (1. Reg. 17.) Ibi, quamvis armatus Gigas jactabunde insultarit fideli populo, in arena tamen imperterrite comparuit juvenis David, dicitque de illo Scriptura, quod accelleranter, & festinabunde comparuerit: *Festinavit David*. Generose Juvenis, festina lente, age mature, metire jactum, & adversarium vicinioren exspecta, ut securius ferias. Non, non respondet David: festinandum est, eminus agendum est: si enim Gigas jam impenderet jugulo, certe funda, ac lapis, in quibus victoriæ spem repono, non amplius esset usui. Prævenit igitur adversarium, lapidem projecit, vicit, triumphum retulit. Eumdem in morem agendum est in pugna spirituali contra tentationes; eminus feriendus est hostis, nec indulgendus; vicinior illi congressus timendus est, dum adhuc est debilis, ac infirmus, & necdum per obtentas victorias invaluit. O quanta mala consequuntur, si primi tentatoris insultus non statim eludantur! vultis scire, mei Christiani, quanam sint hæc mala?

Si tentationibus non statim resistitur, mox ad majora proceditur.

4. Respondeo, inter cetera maximum est, quod, si initiis non resistatur, mox ad majora hat progressus, & sic sensim sine sensu eatur in vitiorum incrementa: In mentem hic mihi venit ridicula narratio, quam de quodam Stratagemate Studiosorum Pragensium multoties audivi: contigit ibi in Universitate Studiosorum nonnemimem, nescio cujus delicti causa, in vincula trahi, & in præaltæ turris ergastulo concludi. Illius consodales, ut captum redimerent, hanc stropham invenerunt; formicæ e majoribus alicui tenuissimum filum sericum illigarunt, filo huic serico annexuerunt filum crassius, filo crassiori funiculum, funiculo rudentem: hanc igitur formicam muro turris applicarunt, ejusque frontem modicissima mellis stillula tinxerunt. Animalcum mellis odore allectum, recta e muro turris ascendens, post se traxit filum tenuissimum, illudque demum post multas ambages ad fenestram captivi sursum detulit, quod ille apprehendens, primo filum illud crassius, tum funiculum, denique rudentem attraxit, quo e sublimi sese demisit, ac in libertatem asservit. Ita plane contingit in nostro proposito; semper procreatur ad majora; infernalis tentator ab initio tantum petit filum tenuissimum, hoc est, modicam somodentiam in resistentia tentationis; hoc obtento, novit adeo prosequi suas fraudes, ut successive funiculis, ac rudentibus liget peccatorem. Hinc Sanctus Franciscus Seraphicus, (*Drexel. in palestr. p. 3. c. 2. §. 2.*) illud miraculum Sanctitatis, monere solebat suos Fratres, caverent sibi, ne vel unicum capillum traderent diabolo; quia callet ille ex hoc capillo funem nauticum texere, quo eos pertraheret ad gehennam. Quibus incrementis crescit hic funis nauticus dæmonis? percipite Sanctum Bernardum dicentem: (*in tract. de intern. domo.*) *In initio cogitationis iniquæ resiste, & fuge a te, cogitata prava delectationem parit, delectatio consensum, consensus actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem, necessitas mortem.* En gressus: en incrementa.

5. Jam intelligo textum illum captu valde difficilem, quo Spiritus Sanctus per Prophetam comminatur: *Væ, qui cogitatis inutile*: (*Mich. 2.*) mirabile dictum: cum enim, teste Gregorio, (*hom. 9. in Ezech.*) particula *Væ* in Scripturis ordinarie significat minas æternæ damnationis, qui fieri potest, ut propter inutilem cogitationem intentetur tam grave supplicium? Nimirum, ab inutili cogitatione paullatim devenitur ad iniquam, & ab hac semper profundius, ac profundius in abyssum &c. Age modo, mi peccator, & tibi ipsi blandire, te serio pœnitentiam acturum, e scelerum cœno resurrecturum, postquam iteratis vicibus diabolo victas manus dediisti: quæso, cui eventui hanc spem intædificas? an putas tentatorem lassatum iri, tentationes, cum tempore cessaturas? falleris, falleris: dico tibi cum morali Seneca: (*ap. Manst Titulo Tentatio disc. 16. n. 2.*) *Non obtinebit, ut desinat, si incipere permiserit.* Vis consulere saluti tuæ? non permitte incipere. Principiis obsta, sero medicina paratur, cum mala per longas invaluere moras. Rex Pharao, cum videret Israelitas in regno suo multiplicari, præcepit masculos infantes statim post partum aquis suffocari: quare? ne adolescerent, & cum tempore contra se arma caperent. Ita in cunis suffocandus est fœtus malarum tentationum.

Peccatum Evæ, & fere omnia alia ex eo facta sunt, quia non resistebatur initiis.

6. Verum quid juvat hanc rem Scripturæ testimoniis, & doctrinis moralibus dilucidare, quæ optime comprobatur ab exemplis. Ab exemplis, inquam; existimo enim, aut nullum, aut paucissima peccata fuisse in mundo patrata, quæ non ortum traxerunt a negligentia resistendi initiis: perpendamus hunc veritatem in primo peccato Proto-Parentum: Eva, mulierbri curiositate Paradisum perlustrans, in dæmonem personatum serpentem incidit, cum eoque ferronem miscuit. O mulier incauta, fuge, abrumpe sermonis initia, paratur tibi laqueus, fuge: Frustra moneo, pergit Eva colloqui, decipitur, præceptum Dei prævertitur, & infelici esu posti una secum nos omnes in ruinam præcipitat. Dic, Sancte Chrysostome, quid opportuisset facere Evam, ut a turpi lapsu manuisset immunis? audite verba S. Doctoris: (*hom. 16. in Gen.*) *Oportebat initio colloquio ejus non ferre.* Notate, notate: initia tentationum oportet aversari: O mei Christiani! ne quæso, cum a stygio tentatore in pudenda scelera alco frequenter abripiamini: ratio est, quia tentationi colleditis, quia initis non formidatis, quia modica permittis, & dein ad magna prorumpitis. Non est disputandum cum diabolo, sed fugiendum.

Sicut in temporalibus prævertitur damnum modicum, ita fieri debet, quod animam concernit.

7. O quanta est vestra sedulitas, ac circumspectio in rebus temporalibus, ut damna, ac pericula, quæ metuuntur, mature præveniantur! Quid agitis, si forte scintilla quædam contempta in paleam incidat, & domus incendium minitetur? currigur statim, fertur aqua, extinguitur ignis. Quid agitis, si venenolum carcinoma membrum aliquod corripiat, & per totum corpus serpere metuatur? curritur statim, vocatur Chyrurgus, fiunt ustiones, sectiones. Quid agitis, si forte murus rimas agat, & ruinam domus intentet? curritur statim, reparatur ruina, fulcitur murus. Quid agitis, si ignitus carbo in vestem insiliat? curritur statim, excutitur, aut extinguitur. Supersedeo plura hujusmodi exempla producere, & interrogo: cur ergo non pari industria festinatis obluctari tentationibus, cum tamen earum nocumenta sint incomparabiliter graviora, quam omnia hæc recensita? &c.

Diabolus indubitanter sperat victoriam, si initiis non resistatur.

8. Dicit forsan nonnemo: Etiamsi tentationem non in ipso semine extinguam, non est tamen periculum delectationis, & consensus. &c. O mi bone! hæc ipsa responsio plane gravis est tentatio: crassissima, ut sentio, laboris ignorantia: scias enim velim, si initiis tentationis locum tribuas, jam omne id obtinuit diabolus, quod vult. Itane omne id? Ita est: nihil amplius pro nunc desiderat tentator, nisi ut tentationis initia acceptes: quemadmodum ille, qui unice eoque extremo catenæ annulo ligatus est, dicitur integra catena teneri; ita si unico tentationis initio vinculari te sinas, profecto ordinus insidiator spem indubitatam concipit, fore, ut successu temporis integra scelerum catena te teneat captivum. Dicitur echinus, pluvia tempestate venisse ad vulpem, rogasseque, ut sese, donec rediret serenitas, in specum hospitem admitteret, velle se extemo spelunceæ angulo libenter esse contentum. Exarata vulpes recepit advenam, sed ecce: Echinus exertis utrinque aculeis ita se dilatavit, ut demum habitatione sua expulerit incolam. Hunc ipsum in morem agit diabolus: rogat unicum cordis angulum, petit unicam tentationis inoram; si admittitur, successive fit non hospes, sed Dominus cordis. Propterea monet Apostolus: (*Ephes. 4.*) *Nolite locum dare diabolo.* Nolite: quare? quia ubi locum impetrat exiguum, paullatim occupat totam domum. *Diabolus serpens est*, ait S. Hieronymus, *in c. 9. Eccl.*) *cujus capiti, hoc est, primæ suggestioni, si non resistatur, non est dubitandum, quin in penetrale cordis nostri furtim illabatur.* Lubetne hanc in rem audire historiam? audite ex Sancto Gregorio. (*l. 4. Dial. c. 7.*)

9. Beatus Andreas, Fundanæ civitatis Episcopus, *Claut Spicileg. Coccienii.* Pars I.

P 3 10. *Epi-*

hinc omnem virtutem impendunt, ut initia feliciter succedant. Intueamur duos pugiles in valle Therebinti, videlicet Davidem, ac Goliathum. (1. Reg. 17.) Ibi, quamvis armatus Gigas jactabunde insultarit fideli populo, in arena tamen imperterrite comparuit juvenis David, dicitque de illo Scriptura, quod accelleranter, & festinabunde comparuerit: *Festinavit David*. Generose Juvenis, festina lente, age mature, metire jactum, & adversarium vicinioren exspecta, ut securius ferias. Non, non respondet David: festinandum est, eminus agendum est: si enim Gigas jam impenderet jugulo, certe funda, ac lapis, in quibus victoriæ spem repono, non amplius esset usui. Prævenit igitur adversarium, lapidem projecit, vicit, triumphum retulit. Eumdem in morem agendum est in pugna spirituali contra tentationes; eminus feriendus est hostis, nec indulgendus; vicinior illi congressus timendus est, dum adhuc est debilis, ac infirmus, & necdum per obtentas victorias invaluit. O quanta mala consequuntur, si primi tentatoris insultus non statim eludantur! vultis scire, mei Christiani, quanam sint hæc mala?

Si tentationibus non statim resistitur, mox ad majora proceditur.

4. Respondeo, inter cetera maximum est, quod, si initiis non resistatur, mox ad majora hat progressus, & sic sensim sine sensu eatur in vitiorum incrementa: In mentem hic mihi venit ridicula narratio, quam de quodam Stratagemate Studiosorum Pragensium multoties audivi: contigit ibi in Universitate Studiosorum nonnemimem, nescio cujus delicti causa, in vincula trahi, & in præaltæ turris ergastulo concludi. Illius consodales, ut captum redimerent, hanc stropham invenerunt; formicæ e majoribus alicui tenuissimum filum sericum illigarunt, filo huic serico annexuerunt filum crassius, filo crassiori funiculum, funiculo rudentem: hanc igitur formicam muro turris applicarunt, ejusque frontem modicissima mellis stillula tinxerunt. Animalcum mellis odore allectum, recta e muro turris ascendens, post se traxit filum tenuissimum, illudque demum post multas ambages ad fenestram captivi sursum detulit, quod ille apprehendens, primo filum illud crassius, tum funiculum, denique rudentem attraxit, quo e sublimi sese demisit, ac in libertatem asservit. Ita plane contingit in nostro proposito; semper procreatur ad majora; infernalis tentator ab initio tantum petit filum tenuissimum, hoc est, modicam somodentiam in resistentia tentationis; hoc obtento, novit adeo prosequi suas fraudes, ut successive funiculis, ac rudentibus liget peccatorem. Hinc Sanctus Franciscus Seraphicus, (*Drexel. in palestr. p. 3. c. 2. §. 2.*) illud miraculum Sanctitatis, monere solebat suos Fratres, caverent sibi, ne vel unicum capillum traderent diabolo; quia callet ille ex hoc capillo funem nauticum texere, quo eos pertraheret ad gehennam. Quibus incrementis crescit hic funis nauticus dæmonis? percipite Sanctum Bernardum dicentem: (*in tract. de intern. domo.*) *In initio cogitationis iniquæ resiste, & fuge a te, cogitata prava delectationem parit, delectatio consensum, consensus actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem, necessitas mortem.* En gressus: en incrementa.

5. Jam intelligo textum illum captu valde difficilem, quo Spiritus Sanctus per Prophetam comminatur: *Væ, qui cogitatis inutile*: (*Mich. 2.*) mirabile dictum: cum enim, teste Gregorio, (*hom. 9. in Ezech.*) particula *Væ* in Scripturis ordinarie significat minas æternæ damnationis, qui fieri potest, ut propter inutilem cogitationem intentetur tam grave supplicium? Nimirum, ab inutili cogitatione paullatim devenitur ad iniquam, & ab hac semper profundius, ac profundius in abyssum &c. Age modo, mi peccator, & tibi ipsi blandire, te serio pœnitentiam acturum, e scelerum cœno resurrecturum, postquam iteratis vicibus diabolo victas manus dediisti: quæso, cui eventui hanc spem intædificas? an putas tentatorem lassatum iri, tentationes, cum tempore cessaturas? falleris, falleris: dico tibi cum morali Seneca: (*ap. Manst Titulo Tentatio disc. 16. n. 2.*) *Non obtinebit, ut desinat, si incipere permiserit.* Vis consulere saluti tuæ? non permitte incipere. Principiis obsta, sero medicina paratur, cum mala per longas invaluere moras. Rex Pharao, cum videret Israelitas in regno suo multiplicari, præcepit masculos infantes statim post partum aquis suffocari: quare? ne adolescerent, & cum tempore contra se arma caperent. Ita in cunis suffocandus est fœtus malarum tentationum.

Peccatum Evæ, & fere omnia alia ex eo facta sunt, quia non resistebatur initiis.

6. Verum quid juvat hanc rem Scripturæ testimoniis, & doctrinis moralibus dilucidare, quæ optime comprobatur ab exemplis. Ab exemplis, inquam; existimo enim, aut nullum, aut paucissima peccata fuisse in mundo patrata, quæ non ortum traxerunt a negligentia resistendi initiis: perpendamus hunc veritatem in primo peccato Proto-Parentum: Eva, mulierbri curiositate Paradisum perlustrans, in dæmonem personatum serpentem incidit, cum eoque ferronem miscuit. O mulier incauta, fuge, abrumpe sermonis initia, paratur tibi laqueus, fuge: Frustra moneo, pergit Eva colloqui, decipitur, præceptum Dei prævertitur, & infelici esu posti una secum nos omnes in ruinam præcipitat. Dic, Sancte Chrysostome, quid opportuisset facere Evam, ut a turpi lapsu manuisset immunis? audite verba S. Doctoris: (*hom. 16. in Gen.*) *Oportebat initio colloquio ejus non ferre.* Notate, notate: initia tentationum oportet aversari: O mei Christiani! ne quæso, cum a stygio tentatore in pudenda scelera alco frequenter abripiamini: ratio est, quia tentationi colleditis, quia initis non formidatis, quia modica permittis, & dein ad magna prorumpitis. Non est disputandum cum diabolo, sed fugiendum.

Sicut in temporalibus prævertitur damnum modicum, ita fieri debet, quod animam concernit.

7. O quanta est vestra sedulitas, ac circumspectio in rebus temporalibus, ut damna, ac pericula, quæ metuuntur, mature præveniantur! Quid agitis, si forte scintilla quædam contempta in paleam incidat, & domus incendium minitetur? currigur statim, fertur aqua, extinguitur ignis. Quid agitis, si venenolum carcinoma membrum aliquod corripiat, & per totum corpus serpere metuatur? curritur statim, vocatur Chyrurgus, fiunt ustiones, sectiones. Quid agitis, si forte murus rimas agat, & ruinam domus intentet? curritur statim, reparatur ruina, fulcitur murus. Quid agitis, si ignitus carbo in vestem insiliat? curritur statim, excutitur, aut extinguitur. Supersedeo plura hujusmodi exempla producere, & interrogo: cur ergo non pari industria festinatis obluctari tentationibus, cum tamen earum nocumenta sint incomparabiliter graviora, quam omnia hæc recensita? &c.

Diabolus indubitanter sperat victoriam, si initiis non resistatur.

8. Dicit forsan nonnemo: Etiamsi tentationem non in ipso semine extinguam, non est tamen periculum delectationis, & consensus. &c. O mi bone! hæc ipsa responsio plane gravis est tentatio: crassissima, ut sentio, laboris ignorantia: scias enim velim, si initiis tentationis locum tribuas, jam omne id obtinuit diabolus, quod vult. Itane omne id? Ita est: nihil amplius pro nunc desiderat tentator, nisi ut tentationis initia acceptes: quemadmodum ille, qui unice eoque extremo catenæ annulo ligatus est, dicitur integra catena teneri; ita si unico tentationis initio vinculari te sinas, profecto ordinus insidiator spem indubitatam concipit, fore, ut successu temporis integra scelerum catena te teneat captivum. Dicitur echinus, pluvia tempestate venisse ad vulpem, rogasseque, ut sese, donec rediret serenitas, in specum hospitem admitteret, velle se extemo spelunceæ angulo libenter esse contentum. Exarata vulpes recepit advenam, sed ecce: Echinus exertis utrinque aculeis ita se dilatavit, ut demum habitatione sua expulerit incolam. Hunc ipsum in morem agit diabolus: rogat unicum cordis angulum, petit unicam tentationis inoram; si admittitur, successive fit non hospes, sed Dominus cordis. Propterea monet Apostolus: (*Ephes. 4.*) *Nolite locum dare diabolo.* Nolite: quare? quia ubi locum impetrat exiguum, paullatim occupat totam domum. *Diabolus serpens est*, ait S. Hieronymus, *in c. 9. Eccl.*) *cujus capiti, hoc est, primæ suggestioni, si non resistatur, non est dubitandum, quin in penetrale cordis nostri furtim illabatur.* Lubetne hanc in rem audire historiam? audite ex Sancto Gregorio. (*l. 4. Dial. c. 7.*)

9. Beatus Andreas, Fundanæ civitatis Episcopus, *Claut Spicileg. Coccienii.* Pars I.

P 3 10. *Epi-*

10. *Epilogus*. Tu igitur, mi Christiane, si ignem vis fugere, time fumum; si formidas leonem, expavesce rugitum. Cautissimus esto in moribus, in conversatione, in sensibus externis, & internis. Quid agit honesta, & viro suo fidelis mulier, si forte per litteras ab adultero amatore missas, ad nefas invitatur? nec dignatur oculo scripturam; offendit sine mora marito, dilacerat, & igni tradit: ita agere debet anima, quæ Domino Deo vult esse fidelis: debet custodire oculos a periculosis aspectibus, aures a lascivis discursibus, manum a contrectatione alienæ manus, præsertim diversi sexus; quia hæc omnia jam sunt initiales litteræ, quibus a dæmone ad nefas invitatur.

Verbo cavenda sunt *Medita*, ne ad majora fat progressus. Amen.

Dominica IV. Post Pascha.

CONCEPTUS I.

De frequenti consideratione Finis ultimi.

Vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Joan. 16.

EXORDIUM.

Homo sæpe se interroget: quo vadis?

1. Divinus Mundi Redemptor reprehendere videtur Apostolos, quod, cum de abitu suo ex hoc mundo frequenter mentionem faceret, nemo tamen eorum interroget Domine, quorsum? quare? *Quo vadis?* ex hac enim interrogatione occasionem nactus fuisset fuse disserendi de Regno cœlesti, ejusque gloria, ad quam paullo post erat abiturus, prout annotat Cornelius a Lapide. (*hic.*) Christiani Auditores! patimini, ut & ego hodie deplorem, paucissimos esse hominum, qui non Christum Redemptorem, sed se ipsos non interrogant: *quo vadis?* quid tamdem erit? quæ est destinatio nostra? quis finis? &c. Sicut volucris in cavea lætabunda exultat, nec tamen libertatem, ad quam nata est, cogitat: sicut Israelitæ, pascuorum, ac optimæ vallis amore detenti, non anhelabant ad terram promissam; sicut porci sub ilice glandes quidem devorant, nunquam autem oculos sursum in arboris ramos attollunt; ita proh dolor! multi homines in hoc orbe vivunt, comedunt, bibunt, delectantur, jocantur, divitiis, ac voluptatibus inhiant, nec tamen finis sui ultimi recordantur. Quid mirum si mundus plenus sit vitiis, si enim omnis operatio recta dependet a cognitione finis, etiam vitæ bonæ institutio dependet a cognitione finis. *Non recte curritur*, ait Augustinus: (*ap. Sanguet. Via Vit. cons. 2.*) *si, quo currendum est, nesciatur.*

2. *Propositio*. Christianæ animæ! excludite paullisper cogitationes ceteras ex animo & hanc seriam mecum perpendite; *quo vadis?* cur hanc vitam vivis? cur intellectu, voluntate, ac sensibus præditus es? Est hæc veritas inter primarias, ac fundamentales Orthodoxæ Fidei. Favete.

Homines agunt cum fine.

2. *Divisio*. Rationalis creatura ab irrationali in hoc differt, ait Sanctus Thomas, quod operetur ad certum finem; bruta autem cæco impetu agantur. Advocatus diu, noctuque studiis vacat, ut favorabilem sententiam extorqueat: Agricola nulli labori parcit, ut locupletem messem consequatur. Mercator mille pericula terra marique adit, ut grande lucrum faciat, &c. Quis ergo finis quis scopus est hominis, in hoc mundo degentis? Audite: adeste animis, Sanctus Augustinus (*de Disc. Dei*) rem omnem paucis expedit: *Creatus est homo, ut summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur*. O beneficia te Dei Bonitas, quæ ad finem tam sublimem nos vocavit! inhæremus punctatim huic doctrinæ.

§. I. *Homo ex creatione sua agnoscere potest finem suum. Creatio quantum beneficium.*

4. *Confirmatio*. Punctum primum est: *Creatus est homo, ut summum Bonum intelligeret*. Quæris, O homo, qua ratione in cognitionem summi Boni pervenire possis? recole creationis tuæ negotium. En, in prima mundi Genesi creati a Deo sunt Adamus, & Eva, Proto-parentes nostri, ab illo tempore usque ad Christum natum fluxere fere quadraginta sæcula, a Christo nato usque huc iterum sæcula septendecim, & per hæc omnia temporum spatia, immo per totam retro æternitatem nihil eras. Cum nihil fuisti, mereri non poteras, ut aliquid esses; quod enim nihil est, meritum habere non potest: ergo primum esse tuum ex mera liberalitate, ac gratia recepisti; a quo? a Deo Creatore tuo; ille millenas alias creaturas producibiles in suo nihilo deseruit, & te in lucem produxit. O quanti faciendum est hoc creationis beneficium! si enim magni facimus beneficium, quo perditam nostri partem recuperamus, uti sanitatem, quanto magis æstimanda venit Dei liberalitas, qua totum accepimus, quidquid sumus? enumera, O homo, omnia ran naturalia, quam supernaturalia dona tua, intuere intellectum, voluntatem, corporis sensus, membrorum symmetriam, considera creaturas inferiores, terram, elementa, animalia, volucres aeris, pisces maris, herbas, plantas, arbores, cæteraque omnia in tui emolumentum producta. Quis non obstupescat Bonitatem, Liberalitatem, Potentiam ac Majestatem Divini Creatoris? Verum agnosce, O homo, non cæco quodam modo, sed summa cum Providentia te produxit Deus, & quoniam infinitæ perfectionis est, non potuit totius creationis ipsum figere alium, nisi seipsum. Non ergo, tuus est, non alterius creaturæ es, sed Dei solius es; quia a solo Deo omnia recepisti. *Universa propter semetipsum operatus est Dominus*, ait Salomon, (*Prov. 16.*) additque Cornelius: (*a Lap. hic*) propter semetipsum, *tamquam propter finem ultimum rerum omnium*. Magna fuisset miserationis dignatio, si te Deus creasset, ut servires supremo cuidam Angelo: sed, adverte dignitatem tuam: creatus es, ut Deo servires, Angelorum Domino.

§. II. *Homo debet amare Creatorem suum.*

5. Alterum punctum nobis insinuat Augustinus his verbis: *Creatus est homo, ut summum Bonum intelligendo amaret*. Frustra agit homo, si Deum intellectu agnoscat, nisi etiam voluntate amet: sed postquam illius potentiam, magnitudinem, perfectionemque infinitam ex ira, aliarumque rerum creatione agnovit, suam etiam ordinationem ad Deum, tamquam creaturæ ad Creatorem intellexit, necesse est, ut in illius amorem affurgas, ejusque obtemperare, suaque omnia momentis singulis consecrare. Quid agis, O homo? putas te in mundo versari, ut tibi vivas? ut commodis tuis servias? erras; ideo vivis, ut Deum ames. Arguite advertit Picus Mirandulanus, quod Dominus Deus in productione mundi singulis quibusque creaturis proprium locum constituerit: Angelos in Cælo, animalia in terra, pisces in aqua, solem, ac lunam in firmamento, volucres in aere collocavit. Homini autem nullum stabilem locum dedit; in Paradiso enim collocatus non est, ut ibi permaneret, sed *ut operaretur, & custodiret*. (*Gen. 2.*) Quis ergo locus, quæ sedes, quæ requies homini convenit? audiamus civitatum Auctorem; (*l. 2. de op. sex. dierum.*) *Nullum constituerit locum homini, ut edoceretur, in Deo, qui proprius ejus locus, vivendum esse*. Audis ista, O homo, non ideo in hoc mundo es, ut alteri homini placeas, non ut divitias corradas, non ut honores aucuparis, non ut voluptatibus fruaris, non ut magnas scientias compares, non ut sensuum oblectamenta capias. Non: non: si in hac terrena animum affigas, a scopo tuo recedis, centrum tuum solus Deus est. Dubitas de hac veritate? conjice oculos iterum in Paradisum: ibi Dominus Deus, postquam Adamus peccaverat, alta voce indagavit: *Adam, ubi es?* scivit persane, ubi tripodus delituerat, nihilominus interrogat: *ubi es?* quare? Rationem affignat sanctus Ambrosius: (*l. de Paradiso. c. 14.*) postquam peccavit Adamus, Deus eum non amplius invenit in se: quamdiu in statu gratiæ erat, erat in Deo, tamquam centro suo, per peccatum autem ab hoc scopo recessit, ideo dicere vult Dominus: O mi Adam *qua te perduxerunt peccata tua, ut fugias Deum tuum?* O infelices Adæ posteri, quid agitis? cur creaturis corda affigitis? *fursum corda*: fursum ad Creatorem: vestrum est, ut illi serviatis, cui totum esse vestrum debetis: quid posset esse æquius? vestrum est, ut illi soli placere studeatis, qui quam optime de vobis meritus est: quid posset esse rationabilius? vestrum est, ut illi obsequium omne impendatis, qui infinitæ Majestatis est: quid posset esse nobilius? vestrum est, ut illi soli laudem dicatis, qui omni laude dignissimus est; quid posset esse exoptabilius? vestrum est, ut illius solius gratiam quæratis, qui merita vestra æternum remuneraturus est; quid posset esse utilius? &c.

§. III. *Solus Deus satiat hominem.*

6. Tertium punctum nobis inculcat Augustinus: *Creatus est homo, ut summum Bonum amando possideret*. Hæc est illa felix possessio, quæ sola hominis animam tranquillat: circumfer O homo, oculos per universum orbem; en, aliqui coronis, infulis, titulis, honoribus, officiis superbiunt; alii divitiis, auro, argento, gemmisque affluunt, &c. Quare singulos, an tenecant desideriorum suorum apicem? quid putas, respondebunt? certe nil aliud, quam quod Magnus Alexander, teste Plutarcho, (*in Vita Alex.*) respondisse fertur: Tenuit orbem, & cum audiret superesse adhuc alium, lacrimatus est, non alio animi dolore, quam quod non utrumque possideret. Infelix, in mundi totius possessione pauper erat. O mi homo, etiamsi orbis totius opes possideas, semper tamen infelicius eris, nisi Deum habeas, de quo Psalmista, (*Psal. 102.*) *qui replet in bonis desiderium tuum*. Res illæ terrenæ non possidentur, sed spectantur; non afficiunt animam, sed sensus. Sicut ergo, ait Vincentius Ferrerius, (*serm. de Samar.*) qui calida febri æstuat, sitim non restinguit, dum aquam solum aspicit, quia aqua non intrat illuc, ubi sitis est: ita, etiamsi homo honores, divitias, pulchritudinem, sapientiam, & quidquid in creatis delectabile est, possideat, non tamen saturabitur erit; quia hæc omnia non animam, sed sensus afficiunt; *Sitivit anima mea*, (*Psal. 62.*) *Desiderat anima mea ad te Deus* (*Psal. 41.*) exclamat David. Rationem hujus totius paucis affignat Augustinus; (*l. 13. conf. c. 1.*) *Excitat nos Domine, ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te*. Tua sola Majestas cor nostrum potest implere (ita contemplatur Devotissimus Alvarez de Paz (*l. 3. p. 3. decad. 9. contempl. 80.*) tua Bonitas & dulcedo satiare; hanc capacitatem nostram nec digaitates, nec divitiæ, nec voluptates, neque universa bona creata replent; sed unum tantum Bonum infinitum, & increatum, quod tu ipse es, replere potest, & felicem efficere. Lingula magnetica nulla arte avelli potest ab intima stellæ polaris, non solem, non lunam, non Siturnum, non Venerem respicit: quare? quia ad stellulam polarem nata est: ita cor humanum inquietum est, *donec requiescat in te*. &c.

§. IV. *Homo creatus est, ut æternum Deo fruatur.*

7. Quartum denique punctum considerandum proponit Augustinus: *Creatus est homo, ut summum Bonum possidendo frueretur*. O infinitæ

Bonitatis dignationem! potuisset Dominus Deus hominem ordinare ad finem, a quo consumeretur; ita ut post aliquot annorum obsequia, denuo in nihilum suum recideret, non aliter, ac cibi, aut vestimenta ipso usu consumuntur: & poterat hoc sine injuria hominis facere; quia partim infinita Dei Majestas, partim creationis, & conservationis beneficium absque ulteriori remuneratione hominis obsequia tibi vindicaret. Verum non hoc fecit Deus; non creavit hominem ad finem, a quo consumitur, sed a quo perficitur, & æternum felicitatur. Servire Deo non solum honorificum, sed & utile est: quam utilitatem confert? æternam fruitionem Dei. Eia O homo! attolle oculos supra solem, supra sidera: ibi locus quietis tuæ est: ad hoc natus, factusque es, ut Dei pulchritudinem æternum intueatis, ames, & interminabili beatitate fruaris. Hæc gloriæ cælestis repromissio, Dilectissimi, in omnibus actionibus, in omnibus mundi adversitatibus indefinenter respicienda est: hæc gloriæ cælestis terributio mirum quantum animavit Apostolos in suis laboribus, Martyres in tormentis, Confessores in pœnitentiis, sanctas Virgines in solitudine: audiamus unice, quos ille secallocutus est: Quid existimatis, O Dilecti? an putatis, quod levi de caulla hunc conflictum susceperim? minime vero. Non pro re vili tam arduum certamen inivi; lubenti animo hæc vulnera sustineo, ut his brevi pertunctus periculis, gloriæ sempiternæ in cælis præmio fruar: Pugnate & vos læto animo: mentis vestræ oculos non ad ea, quæ sustinetis, sed ad futuram retributionem verzite: certi estote, qui nihil præter futuras coronas cogitat, gloriole vincit, ac triumphat, &c.

8. *Epilogus*. O Christiana anima! quid ergo agis? cur in rebus perituris frustra detineris? quid ita vivis, tamquam non Deus, sed mundus, & transitoriæ voluptates finis tuus essent? notine mirum tibi foret, si grande saxum in medio aere penderet, si flumen in medio cursu se retroageret, si ignis desursum tenderet? mirare potius monstruosam deordinationem qua homo salutis suæ oblivisus a fine ultimo, ad quem factus est, recedit. Te igitur per hanc ipsam salutem tuam obtestor, ut quamvis corpore tenus in terra hæreas, frequenter tamen animo in Cælo conversetis; confiste nonnunquam inter negotia, & actiones, teque ipsam interroga: *quo vadis?* ac responde: Vado ad æternitatem, ad cælestis Patriæ perennitatem. Amen.

Dominica IV. post Pascha.

CONCEPTUS II.

Arguitur injustitia hominum peccatorum: plus curant temporalia, quam æterna.

Cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de justitia. Joann. 16.

EXORDIUM.

Spiritus Sanctus accusat mundum de justitia. Quia plus æstimant terrena, quam æterna.

1. IPsane res oppido admiranda esse videtur, quod, cum mundus sit omni scelerum genere plenissimus, nihilominus, Spiritus Veritatis non aliam mundo accusationem comminetur, quam de justitia: *Arguet mundum de justitia*, id est, defectu justitiæ, prout annotat Cardinalis Hugo. (*in Joan.* 16.) Cur non accusat mundum de defectu caritatis? cur non de defectu castitatis? cur non de defectu pietatis? Dilectissimi, percipite responsionem: Spiritus Sanctus accusabit mundum de defectu justitiæ; quia defectus justitiæ est radix fere omnium peccatorum in mundo. O si justitia dominaretur in humanis cordibus! brevi ex orbe exularent omnia scelera: quid ergo est justitia? audite Imperatorem Justinianum: *Justitia est constans, & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi*. Hoc est, est seria voluntas nulli rei plus, aut minus juris tribuendi, quam illi ex æquo competat: consequenter exigit justitia, ut homo res omnes, quas seu intra, seu extra se possidet, eo in pretio habeat, quod illis convenit: quæ sunt illæ res, quas homo possidet? Possidet animam: justum est, ut æstimetur: possidet corpus: justum est, ut æstimetur: possidet famam: justum est, ut æstimetur: possidet bona fortunæ: justum est, ut æstimentur! ita tamen, ut anima, quæ bonum immortale est, cæteris omnibus, quæ mortalia, & transitoria sunt, præferatur. O si hæc æstimationis æquitas in humanis animis viguisset, quam brevi extirparentur peccata omnia! unde est, quod homines per illicitas artes diteſcere satagant? unde est, quod pro modica voluptate animam dæmoni vendant? unde est, quod pro vindictæ studio saluti renuntient? unde, nisi ex hoc præpostero ordine, quod plus æstimetur corpus, quam anima? præferuntur terrena cælestibus, peritura æternis: Dubitatis de hac veritate, Auditores?

2. *Propositio*. Ergo convincam, ostendamque, quam turpiter in mundo violetur justitia in iniqua rerum æstimatione, dum ea, quæ transitoria sunt, magno cum studio, ac sollicitudine curantur; ea vero, quæ concernunt animam, negliguntur. Erit hæc salutaris admonitio nobis in cautelam, ut nos ab execu-

cutione, quam Spiritus Sanctus mundo comminatur, securos reddamus. Favete.

Bona hominis triplicis generis.

3. *Divisio*. Bona omnia, quæ homo in hoc mundo possidet, ad triplicem classem reduci possunt; sunt bona animæ, bona corporis, & bona fortunæ: Jam in eo versatur totius rei cardo, ut anima principem locum, alterum corpus, tertium bona fortunæ teneant. Æstimanda sunt bona fortunæ, sed minus, quam corpus: æstimandum est corpus, sed minus, quam animæ. Ita justitia exigit: Verum pro dolor! hunc ordinem pervertunt miseri peccatores, dum plerumque & corpus, & bona fortunæ, animæ antecedent. Demonstro.

§. I. *Peccator plus æstimat bona fortunæ, quam animam.*

4. *Confirmatio*. Oriamur a bonis fortunæ: Per hæc nihil aliud intelligo, quam opes terrenas, uti sunt agri, vineæ, pecuniæ, quas industria, opificio aut arte congregamus: item utensilia domus, uti pecora, vestes, instrumenta artis, aliaque. Quæsito hac bona sollicitius custodiantur, tenerius amantur, cautius asservantur, quam anima! Edic, mi Christiane, quoties e sacris cathedris, & tribunalibus amice monemur, ut exteriores sensus, præsertim oculos, aureasque in officio cæcitæ contineas; quia sunt fenestræ, & ostia mentis, per quæ mors animæ, tamquam fur, intrat, nihilominus vitium in periculosa forma incompositæ curiositate exuari finis. Quodsi vero quis esset, qui tibi suaderet, ut ostium domus de nocte apertum, patulumque esse finas, quid agis? abit hoc a me; ais, quia irrumpere possent raptores, & mea me pecuniis expoliare. Eia mi bone! pro custodiendo pecunio a depredatione, ostium claudis; pro custodienda autem anima a peccato, tergiversaris claudere sensus: nonne pro pecunia vigilantior es, quam pro anima? Edic, mi bone agricola! quam impenso labore agros colis, & vineas, toto anno laboras, fudas, nunc in evertendo solo, nunc in putandis ceppis, nunc in eligendis fepibus, taceo innumeras alias industrias; quodsi vero pie admonearis, quinam tuam esse virtutibus sterilem, & peccatorum lollo plenam, necesse esse, ut tandem eradicantis vitia manum ferio admoveas: quid agis? negligis pia monita, aut egennis, jam nunc non vacare tempus. Eia, quomodo revera minus sollicitus es pro anima, quam pro agris, & vineis.

Immo plus asinum, quam animam.

5. Pauca hæc forent lamentationis materies, nisi animam tuam minus peculibus tuis, minus asino tuo æstimares; ponamus tibi venire nuntium, asinum tuum, ponderi oppressum, humi collapsum, in lacuna jacere virium ex se solo impotem: quid agis? cito, relictis cæteris omnibus, curris, festinas, prolapsum subleyas. Quid autem agis, cum anima tua, in lethale crimen prolapsa, profunde in scelerum sordibus demersa jacet? an ad sacrum tribunal eadem celeritate properas? nihil minus: vix cogitas unquam de remedio. O deploranda socordia! exclamat Bernardus: (*serm. 14. in Cant.*) *Cadit asinus, & invenit, qui se sublevet; cadit anima, & non est, qui manum apponat*. Plus dico: Minus animam tuam in pretio habes, quam vestem, qua indueris: Vis probationem? ponamus, quod penes focum assidens, ignitum carbonem in vestem tuam insiliisse conspicias: quid agis? an cum carbone ludis? an diu in vestimento jacere permittis? Nihil minus: cito citissime excutis, ne tunicæ turpem maculam inurat: quid autem agis, cum obscena tentatio, quæ ex infernali clibano ignea titio est, in animam insiliit? ehcu! cum tentatione diu colludis, quasi volupe tibi esset, animam orcino flagrante aduri. Nonne animam minus vestimento æstimas?

6. Prosequamur hanc veritatem: Vidi non raro euntes ad propolia, ad nundinas, qui emebant, vendebant, negotiabantur. Est, qui calceos emere cupit, & statim interrogat, an sint boni; alius tibialia, & statim interrogat, an sint bona; alius pileum, & statim interrogat, an sit bonus: si de talibus quibuscunque mercibus loquendo: Ergone bonio equum, agrum, habitaculum, vestem, & omnia alia vult habere bona? ita est: O Bone Deus! ingemiscit hic Augustinus, (*serm. de Verb. Dom. in Matth.*) cur non de anima æqualis habetur sollicitudo, mi Christiane, cur *talem animam vis habere malam*? cur non pari industria fugis animam habere bonam? an anima tibi infra calceos, infra tibialia, infra pileum, infra equum, agrum, & habitaculum vilescit? ubi ratio, ubi æqua rerum æstimatio? ubi justitia? Damnamus sæpe injustitiam Judæ proditoris, cujus ipsimet rei sumus. Judas in ultima Cœna a Salvatore audito: *quod facis, fac citius*. (*Joan.* 13.) quibus verbis, teste Theophylacto, (*hom. 72. in Joan.*) in reprobum sensum datus, & Sathanæ potestati traditus est. *Tunc plane fallus est Sathanæ, & repletus est inexcusabilis*. Sanctus Ambrosius autumat, hanc terribilem sententiam fuisse fulminatam in proditorem non tam propter substantiam proditionis, quam propter modum: percipite explicationem: Cum pœnitens Magdalena pedes Christi lavit, & inunxit, obmurmurare Judas, & unguentum trecentis denariis æstimare cœpit: *quare hoc unguentum non venditi trecentis denariis, & datum est paupertibus?* tanto pretio taxavit unguentum: cum vero postea ventum est ad proditionem Christi, cum primo Judæorum arbitrio reliquit: *quid salvis*

vultis mihi dare? & demum pro triginta denariis vendidit. *O Juda proditor*, exclamat Ambrosius, (*l. 3. de Spirit. S. c. 8.*) *unguentum trecentis denariis æstimas, & passionem ejus triginta denariis vendis.* Hujus ejusdem injustitiæ, inquam, nonnunquam rei sumus; quia in trutina nostra plus ponderant temporalia, quam æterna, plus modicum lucrum, quam anima. Vidi nonnullos, qui propter damnum, & jacturam unius floreni lamentabantur, ejulabant, crines sibi vellicabant; cum vero per peccatum amiserunt gratiam Divinam in facto tribunali, ne unam quidem lacrimam, nec unum quidem suspirium fuderunt, id quod satis indicio est, plus apud ipsos valere unum florenum, quam gratiam, quam animam. O imprudentia! O injustitia! Væ vobis miseris, cum *venerit Paracletus, & arguet mundum de justitia*, &c.

§. II. *Corpus plus æstimatur, quam anima.*

7. Hæc de bonis fortunæ: jam ad alterum orationis propositum progrediamur, videamusque, qua ratione bona corporis plus animæ æstimentur: per bona corporis intelligo vanitatem, membrorum integritatem, ipsamque vitam mortalem: O quanta cum sollicitudine custodiuntur hæc bona! Nonne verisimum est, mi Christiane, domum illam, in qua infirmus contagioso morbo decumbit, non ingrederis, etiamsi fit amicus tuus intimus? ita est, inquis non ingrediar, ne morbum contrahas; quid tum? audi, quid tum: cur ergo non pari cautela declinas hanc, aut illam domum, in qua animæ tuæ scelerum pestis affligitur? moneris a Confessario, ut illa conventicula, illas choreas, illas occasiones fugias, O tum perstricte respondes: non possum abesse sine honoris dispendio, amicus me invitavit, vitio mihi verteretur, si emanerem. O bellam excusationem! ubi agitur de morbo corporis, fugis periculum, non attenta quavis amicitia: ubi autem sermo est de peste, & interitu animæ, in gratiam amici damnabili levitate subis periculum. O mendaces filii hominum in stateris! væ vobis cum Spiritus Veritatis arguerit mundum de justitia: verum ulterius promoveamus argumentum.

Corpori omnia tribuuntur effluenter. Anima autem parce & tenuiter.

8. Loquamur parum de operibus illis, quæ a Spiritus magistris supererogatoria vocantur, & sunt illa, quæ quidem sub præcepto non obstringunt, nihilominus vel majoris securitatis, vel majoris perfectionis gratia ultro eliguntur, uti sunt voluntariæ cunis afflictiones, meditationes, Sacramentorum frequentior usus, & similia. Jam siquando ad ejusmodi opera suscipienda admonentur Christiani, si excitantur, ut lapius Divino Epulo accumbant, statim opponunt: *Non teneor*, hoc pertinet ad monasteria, non est necessarium ad salutem. Esto, ut ais, mi Christiane: cur autem pro corpore multa facis, quæ non sunt necessaria ad vitam? nonne posses solo pane, & aqua victitare? cur ergo exquisitis cibis, & delicato vino uteris? nonne posses hirsuto panno indutus incedere? cur ergo politissimas vestes ex panno subtili, aut serico usurpas? respondes forsan, cibos delicatiores non quidem esse necessarios, nihilominus esse conducibiles ad sanitatem; item in vestibus te debere æmulari morem hominum mundanorum. O responsionem, quæ tibi aliquando in judicio ruborem excutiet! Ergone cum de corpore agitur, non vis sequi regulam puræ necessitatis, sed attendis etiam ad ea, quæ conducibilia sunt? econtra, cum de anima sermo est, nihil vis agere ultra ea, quæ ad salutem necessaria, & strictè obligatoria sunt? Item in vanitatibus desideras æmulari mores mundanorum; in rebus sacris autem ne in minimo quidem vis æmulari mores hominum sanctorum? O perversitatem! O injustitiam! pro corpore in omnibus quæritur major securitas, major commoditas, pro anima attenditur sola necessitas. Væ vobis, cum Spiritus Veritatis arguet mundum de justitia. Neque dicas, mi Christiane, tibi non suppetere tempus ad ejusmodi opera supererogatoria; frustra enim obtendis similia; nonne tibi suppetit tempus ad ludus, ad comœdias, ad jocos, ad visitationes inutiles, ad convivia, ad somnum immoderatum? O! si serio velles, ne tibi certo tot temporis foret ab Sacramentorum frequentatione, ad negotium salutis: hanc excusationem profecto refutabunt tot otiosæ horæ, quas perdidisti; refutabit ipsa tua suppellex, quam undequaque bonam, ac splendidam comparasti; refutabit tuum corpus, cui nutriendo, amando tot horas impendisti: si enim tot temporis habuisti ad ea, quæ inferioris ordinis sunt, cur non tempus habere poteras ad animam, quæ inter omnes curas principem locum tenere debebat? ita Augustinus: (*serm. 12. de Verb. Dom.*) *Tam ista vace interpellant contra te Dominum tuum: ecce bona tua tanta, & ipse matus es: Quid ei prodest, quod habet, quando eum, qui omnia dedit, non habet?* &c.

9. *Epilogus.* Agite igitur, mei Christiani: *discite justitiam moniti*, discite æquam rerum æstimationem, & ordinem. Amari quidem possunt bona terrena, sed ante omnia principem locum teneat anima: amentur bona corporis, sed prius anima: amentur bona fortunæ, sed prius anima. Ita fiet, ut contra terribilem accusationem Spiritus Veritatis, quam mundo circa justitiam inventat, securi in judicio stare, & dicere possimus, Domine *feci judicium, & justitiam, non tradas me calumniantibus me*, (*Ps.* 118.) Amen.

Domi-

Dominica IV. Post Pascha

CONCEPTUS III.

De quarto Remedio peccati, nempe fuga otii, & amore honestæ occupationis.

Vade ad eum, qui misit me. Joan. 16.

EXORDIUM.

Dei Filius a primo adventu in mundum usque ad abitum semper in laboribus.

1. ITinerantes, qui in dissitas regiones peregre abeunt, authentica testimonia, ac credentiales litteras secum deferunt, quibus gentes, ac populi, ad quos perveniunt, de vitæ, artis, ac professionis suæ conditione edocentur. Vim quidem magnam habent hæ litteræ commendandi peregrinum: nihilominus aliter visum est Romano Catoni; is enim, (*Engelgr. Dom. Se. pent. p. 2.*) dum Censoris munere fungebatur, peregrinorum qui ab exteris regionibus adventabant, Romanæ civitatis municipium sollicitabant, non tam testimoniales scripturas inspiciebat, quam manus: cur manus? si manus erant nitidæ, ac molles, rejiciebat hominem, tanquam otio affluentem, & Reipublicæ perniciosum; si vero erant duræ, ac callosæ, civitate dignum censebat, tanquam laboribus deditum. Christus Dei Filius post peractam vitæ mortalis peregrinationem hodie indicat Apostolis suum abitum ad Patrem: *Vade ad eum, qui misit me.* (*Jo.* 16.) An etiam testimoniales litteras in cœlestem civitatem secum detulit? omnino: detulit eas, quæ in domo Nazarethana erant conceptæ, Bethleemi primo in lucem editæ, ac tandem in officina montis Golgothaï signatæ, id est, detulit secum sanctissimum corpus, mille vulneribus sauciatum; ostendit Patri manus pertusas, ac dicere potest cum propheta: ecce vixi *in laboribus a juventute mea*. Testari æternæ veritatis oraculo potuit, opera sua in infantia fuisse gemitus, suspiria, vagitus; in pueritia se una cum Patre adscititio officinæ fabrilis operibus insudasse; in ætate autem virili prædicando civitates, oppida, castella percurrisse, miracula patrasse, sanitatem corporibus, ac animabus contulisse; verbo; per omnem vitam nec momento unico fuisse otiosum. Exemplum Christi Domini secuti sunt homines sancti, & præ primis sanctissima Dei Mater, de qua Marcus Marulus (*in Catechis. Historial. de occasio c. 6. tit. 22. Exemp. 1.*) testatur, quod hunc ordinem diurnum constanter servaverit: a primo mane usque ad horam tertiam precationes extendit, a tertia usque ad nonam lanificio se occupavit, inde sumpto cibo usque ad occasum solis lectitavit Scripturas, & in earum meditatione pernoctavit. Apostoli quoque illud tempus, quod a prædicatione Verbi Divini habebant vacuum, operi manuali tribuebant: *Laboramus*, ait Vas Electionis (1. *Cor.* 4.) *operantes manibus nostris*. &c. Verum quem in finem ista omnia percenseo?

2. *Propositio.* Dilectissimi Auditores! In ea adhuc versamur materia, qua decrevimus peccato remedia dare. Audivimus remedium tale efficax esse Timorem Domini, esse fugam occasionum, esse resistentiam initiis tentationum. Hodie ad quartum progredimur, quo demonstrare proposui, remedium peccati salutare esse fugam otii, & amorem honestæ occupationis. Tolle ex orbe otia, & maximum peccati fomitem sustulisti. Favete.

Homo ad laborem natus.

3. *Confirmatio.* Labor, & honesta occupatio adeo homini conveniens est, ut ex ipso suæ creationis fine ad laborem natus, factusque videatur: *Tulit Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur, custodiret illum*: destinatio Protoparentum non fuit, in paradiso otiari, sed operari, & laboribus invigilare: idem finis est omnium Adæ nepotum dicente S. Job. (*c. 5.*) *Homo nascitur ad laborem, & avis ad volatum*. Quemadmodum igitur avis ad volatum inepta, monstrum est; quia a naturæ suæ ordinatione deflectit: ita homo otiosus monstrum est; quia fini creationis suæ repugnat. Nulla est creatura, quæ non continuo labore sit occupata: si intuemur solem, lunam, ac sydera, videmus, quod irrequieta gyratione circumvolvantur: si intuemur terram, videmus, quod ad animalium sustentationem multiplicis generis herbas, radices, arbores, ac plantas progerminet: si oculos in animalia, in equos, boves, asinos conjicimus, videmus, quod laborando, arando onera ferendo homini deserviant. &c. Hæc ubi prolixo discursu Sanctus Augustinus (*serm. 17. ad fratres in Eremo.*) amplificat, tandem pro coronide subnectit: *Omnia subobediunt sunt, omnia agunt, quod agere debent: solus homo a suo officio frequenter recedit, & Dei imaginem in se deturpat, in acedia perseverat.*

Res etiam inanimatæ sine labore corrumpuntur. Ita homo otiosus sit vitiosus.

4. Quanta autem malorum seges ex hac ipsa vitæ desidia oriatur, id certe in his ipsis creaturis clare licet perspicere: Aer, si nullo ventorum motu agitetur, corrumpitur, & virulentis contagionibus humanum genus inficit: terra, si nec vomere, nec farculo scindatur, tribulos, ac spinas parturit. Aqua, si continuo in lacunis stagnet, putrescit, ac infecta turpissima nutrit. Equus si in stabulo otiose saginatur, torpescit: instrumenta musica, si non tractentur, dissonantiam contrahunt: gladius in vagina rubiginat; navis in portu verminat. &c. Parem in modum, si homo inerti desidia diffluat, nec honesto labore occupetur, turpissimos

mores,

nigres, omniumque scelerum putredinem confiscit. *Multam malitiam dixit otiositas*, ait Ecclesiasticus. (c. 33.) Ostendite mihi hominem, qui mane circa octavam lente e plumis se provolvit, tum inter primas curas de senticulo quærit, procedit foras, ad appetitum provocandum nonnihil obambulat, quæ nova spargantur, apud consortes explorat, deinde prandendi causa domum redit, non sumo meridiano decumbit, postea reliquam diem chartarum, aut taxillorum lusui conferat: interim libros omnes, calamos, dolabras, mallens, aratra & quævis suæ artis instrumenta cane pejus, & lupe odit: talem, inquam, hominem mihi ostendite, & ego cum S. Chrysostomo (*hom. 35. in Act. Apost.*) indubitanter dicam, esse impium, esse sceleratum. *Talem facile excitativa, & concupiscentia, & invidia, & omnia.* &c. Circuite orbem universum, & patibula, rotas, rogos, triremium transtra, ac infames catastas intuimini; videbitis, hanc justitiæ punientis scholam non habuisse alios discipulos, quam otiosos. Unde factum est, quod ille fur, qui ibi e finea penitet, elegantes adeo manus habuerit? fuit otiosus: unde factum est, quod ille latro, qui ibi tota innexus jacet, ex tapinis, & latrocinijs, vixerit? fuit otiosus: unde factum est, quod infamis illa pellex, quæ virgis ecivitate fuit pulsa, obsceno quæstui pudicitiam venalem prostituerit? fuit otiosa: &c. Interroga, mi Christiane! de mille aliis sceleribus, ac sceleratis, & millies tibi respondebo, fuit otiosus, fuit otiosa; indubitanter enim cum S. Chrysostomo (*hom. 36. in Matth.*) persuasus sum: *Omnium vitiorum quasi Magistra quædam, atque origo est otiositas.* &c.

5. Quæso, unde Idolatriæ, scelerum omnium maximum originem duxit? ex otio: cum enim Moyses, in monte diu versatus inter orationes, & colloquia cum Deo, tabulas Decalogi reciperet, interim populus, in valle deinde diffluens, vitulum conflatilem fecit, eique Divinos honores detulit: *Sedit populus*, inquit Scriptura, (*Exod. 32.*) *manducare, & bibere, & surrexerunt ludere*: neque mirum: ubi enim sedetur, ubi manducatur, ubi bibitur, ubi otio vacatur, facile ad turpissima quævis flagitia consurgitur. Incidenter hic vellem autem vellicare illis parentibus, qui liberos a teneris negligunt labori assuefacere, nec honestæ arti, aut officio tractando applicant: O quinorum malorum illi causa sunt? præterquam enim, quod proles suas in egestatem, ac miserias corporalem conjiciant, juxta illud Salomonis, (*Prov. 20.*) *Piger arare noluit: mendicabit ergo*: multoties etiam illas videbunt amissa tenus miseras, sceleribus plenas, lusibus, furtis, ac prostitutionibus deditas, & denique patibularias appendices. Verum de hoc aliàs: nunc proposito insistamus.

Præsertim ex otio nascitur libidinosa.

6. Quamquam autem otium vitiorum omnium, specialiter tamen impudicitiæ Mater est; sicut enim cognata sunt vitia mentiri, & furari juxta vulgare proverbium: *Mendica mihi mendacem, & ego tibi furem mendicabo*: ita conjuncta sunt nihil agere, & male agere, otiari, & luxuriæ frena laxare. Hinc S. Bernardus (*serm. 5. de modo bene vivendi.*) otium tentationum, & cogitationum malarum colluvies, summum mentis malitiam, malorum omnium sentinam, & mortem animæ nominat: & alibi ait: *Lascivia, cito decipit homines otio deditos, & gravius urit, si quem otiosum invenis industria, & labori cedit.* Non opus est hanc rem exemplis firmare, quorum millena sunt. Nonne Viri alioquin sancti, ac sapientes, cum otio se commisserunt, turpissimam carnis labem contraxerunt? quis erat David? Vir sanctus, Vir secundum cor Dei. (*2. Reg. 11.*) & tamen in adulterium infeliciter prolapsus est: qua de causa? Otium tanto scelerum homitem ministravit; cum enim eo tempore, quo solent alias Reges ad bella procedere, domi sterteret, vidit, ac concupivit, quam non debuit, vitam deperiit, ac periit: ad hunc excessum nunquam venisset, nec tam enormia scelera patrasset, si illo tempore rem aliquam regia magnificentia dignam egisset. Quis erat Salomon? Regum Sapientissimus: (*3. Reg. 11.*) hic quamdiu occupatus erat in ædificatione templi, luxuriam non sensit; postquam vero cœpit quiescere, & otiari, gentilibus feminis adamavit, itaque depravatus est, ut, relicto vero Deo, idolis gentium sacrificia offerret. Quis erat Samson? hominum fortissimus: dum prælijs intentus cum Philistæis pugnabat, ab hostibus capi non potuit: (*Judic. 16.*) quamprimum vero otio diffluere cœpit, & amore lenoæ in ejus sinum se conjecit, turpiter prostratus, captus, & nefi confixatus est. O deresiandum otii periculum, quam turpi labe viros clarissimos conspurcasti! O quam vere, & bene Diogenes, teste Laertio, (*lib. 6.*) edixit, otiosorum negotium esse amorem carnalem: portentum enim foret hominem otiosum esse, & castum remanere. Cupit quis ab infami libidinis fugitiva esse illæsus? fugiat otium, semperque laboriosa occupatione se detineat, erit illæsus: probatum est: ita enim Porta, *otia si tollas, periere cupidinis arcus.*

Dæmon ad homines otiosos liber patet accessus.

7. Quodsi quis rationem hujus rei fundamentalem edoceri cupiat, sciat, velim, ideo otium esse incentivum impudicitiæ, quia infernalis tentatori ad homines otiosos liber patet accessus. Quidam veterum Patrum vidit dæmonem e suæris cujusdam cella modo egredientem, modo ingredientem: sci novitate obstupefactus, quæsivit ex suare, quidnam ageret? (*Sabellicus 11. spec. p. l. 7.*) deprehenditque, tunc ingressum esse dæmonem, quando otiosus fuerat, iterumque exisse, quando laboribus honestis, ac utilibus se occupabat. Ita nempe fieri assolet: ubi ityglus animarum insidiator hominem laboriosum conspicit, mox tergum vertit, & de lucro desperat; cum autem videt desidem, ac otio

otio torpentem, ibi tela sua expandit. Nunquam vidistis industrias aucupis? quid agit ille? capit aviculas: sed quando? quomodo? quamdiu aviculæ in nidis extruendis, in ovis excludendis, in pullis nutriendis, in muscis capiendis? in cantibus modulandis foletes, ac industriæ sunt, frustraneæ sunt aucupis insidiæ: verum cum ex ære ille demittunt, a labore cessant, in racemis saltant, pabulo fruuntur: tunc enim vero facile in classes insidiatoris incidunt, aut fugitivis confisiuntur. Eumdem in modum se res habet in præsenti: quamdiu homo animi potentias, ac corporis sensus honesta occupatione habet detentos; in vanum recidunt tentatoris insidiæ; cum vero inertia, ac torpore diffluens, rebus inutilibus inhiat, facili negotio in casses dæmonis pertrahitur; hinc veteribus instar a lagi fuit, hominem laboriosum a mille dæmonibus non posse superari, dum contra otiosus ab uno unico levi brachio prosternitur. Lubet hanc veritatem exemplo firmatam audire, ex eoque perspicere, quam bene dæmonem inter, ac homines otiosos conveniat.

8. Sanctus Antoninus, Florentiorum Archi-Episcopus, cum quondam hanc eamdemmet urbem peramabulabat, vidit fortuito, dum oculos levaret supra pauperculæ domus fastigium Angelos psallentes, ac triumphantes. Obstupuit Sanctus, inquisivit, quinam eas ædes inhabitaret, comperitque, honestissimam Viduam una cum tribus filiabus ibi morari, tanta in paupertate, ut summa rerum inopia pressa, labore manuum vitam agre sustentarent. Condoluit tanta inopia Archi-Episcopus, & prout in omnes indiscriminatim pauperes erat benevolus, ita in hanc viduam, ac filias profusus, crumenam replet liberali auro, mittit ad Matrem, hortaturque, pergerent lanam, ac linum texere, sanctis operibus inhærere, ac Numinis servitia profequi, se non minus perfecturum curam gerere pro earum sustentatione. Verum quis credat? sancti Viri liberalitas hac vice mulierculis illis in venenum cessit; cum enim filiæ egere desistent, jam omnem curam in vestium luxu convertebant, omisso labore, tota die sub fenestris excubabant, & in omnem vicinam procaces oculos emittebant; unde paullo post factum est, ut tres ha columbæ in noctuas degenerarent. Contigit, ut sanctus Archi-Præsul, paucos post menses eamdem plateam obiens, rursus oculos deliciolo illo Angelorum spectaculo pascere desideraret: sed ecce, scenam terribiliter mutatam: videtis in tecto dæmones choreantes, ac tripudiantes: ingemuit tragice metamorphosi mirtit, qui explorarent, quid in ædibus illis acciderit, comperitque, filias, quæ antea die noctuque laboribus insudabant, jam otio torpescere, &, quod ex otio confectaneum est, rebus amatoriis operam dare: quapropter, veni fomentum subtraheret, liberales manus salubriter retraxit, malut quefilias pauperem vitam cum Angelorum consortio, quam divitem, ac otiosam cum dæmonum applausu ducere. &c.

9. *Epilogus.* Agnoscis, mi Christiane, quid otium noceat? vides, quam apprime in rem diaboli faciat? quapropter pro coronide monito te cum S. Hieronymo: (*apud Lohn. in Bibl. V. Otium. §. 3. n. 7.*) *facito aliquid operis, ut te semper diabolus inveniat occupatum.* Si te occupatum invenerit, securus eris ab ejus insidiis, securus a peccatis. O quoties ingeniosis diabolicis tentationibus, quoties fere ad pusillanimitatem redigeris a naturæ concupiscentiis, & perversis orci suggestionibus! vis remedium? Remedium postulavit a Deo magnus eremi incola Antonius: & quodnam impetravit? non aliud, quam istud ipsum; e cælo enim vocem audiit: *Antoni cupis Deo placere? ora, & dum orare non poteris, manibus labora.* (*S. Aug. serm. 17. ad fratr. in Eremo.*) O Christiane, vis placere Deo? vis ab omni peccato esse immunis? ora, & labora. Quomodo laborandum sit, hodie audivimus, quomodo orandum, post octiduum audiemus. Amen.

Dominica V. Post Pascha.

CONCEPTUS II.

Cur preces nostræ, ac orationes ad Deum sæpe non exaudiantur,

Si quid petieritis Patrem in Nomine meo, dabit vobis. Joann. 16.

EXORDIUM.

Oratio nostra sæpe defectuosa est.

1. ROmani olim, teste Plutarcho, Legationem miserunt in Bythiniam, ad quam elegerunt ex populo civem, sed rudem, & illiteratum; ex exercitu militem, sed meticulosum, ac fungum; ex senatu nemen, sed chyragra, ac podagra laborantem. De hac legatione jocatus Cato dixisse fertur: Legatio Romanorum nec habet caput, nec cor, nec manus, nec pedes. Christiani Auditores! adest septimana rogationum, qua in Cælum Legationem mittimus, & pro necessitatibus nostris peraturus. Putatis, quod rogata simus impetraturi? spero, quam optime: Deus enim mera Bonitas est, & delectatur, si de homini munifica cum liberalitate communicare possit: præterea diserte promisit: *Si quid petieritis Patrem in Nomine meo, dabit vobis.* (*Joc 16.*) Quærgo causa subest, quod multi in afflictionibus suis clament, nec exaudiantur? Moyses exulum Deus fuerit; David structor complures, Isaias Vocatum lacrymatum cernere; Elias meri, voluerunt, & non impetravunt ita multi hodiedum, & sæcu-

ctionem Dietum implorant, & infortuniis obruuntur? &c. Quæ causa subest alia, nisi quod Oratio nostra istidem sæpe defectibus laboret, quibus Legatio Romanorum.

2. *Propositio*. Nimirum Oratio nostra sæpe deficit, cum rem inutilem, infantilem, aut nocivam petimus; cor non habet, cum confidentia caret; manibus destituitur, cum opera non consentiunt; pedes non habet, cum perseverantia deest. Id, quod in præsentiarum didactius ostendendum proposui. Favete.

Deus semper paratus est audire vestras orationes. Cur ergo non obtinemus, quod rogamus?

3. *Confirmatio*. Terreni Principes haud facile possunt convenire; nunc excubitores introeuntem repellunt, nunc dicitur esse tempus cœnæ, nunc somni, nunc negotiorum &c. Aliter se res habet apud Dominum Deum: quovis tempore conveniri potest, inquit Chrysostomus: (*hom. 4. de Pœnit.*) *Non affligit miser, qui expellatur, vel fatelles, qui tempus interrumpat, non est, qui dicat: non est tempus audiendi, veni postea. Sed quando venis, stat audiens, est tempore gaudii, est tempore luctus, est nullo tempore, semper potes cum interpellare, neque apud est janitoribus, qui te introducant.* &c. Quod si tam facilis interpellatio Numinis, & quidem tam propitii, promtique ad miserandum, unde tot miseriæ in mundo? cur sæpe cœlum ferreum, surdumque videtur in afflictionibus nostris? audite rationes.

§. I. *Prima, quia petimus rem noxiam.*

4. Prima ratio est, quod Oratio nostra non habeat caput: sæpe enim rem prorsus nocivam, aut inutilem petimus; imaginamini vobis ægrum, qui calida febre æstuans, supplici clamore frigidam postulat: an exaudit Medicus? nequaquam; perbene enim novit, ægrotanti haustum instar veneni fore: *Non audit Medicus ad voluntatem, sed audit ad sanitatem*, ait Sanctus Augustinus, in (*Ps.* 21.) Imaginamini vobis dilectum præ cæteris filiolum, qui plorans, clamansque a Matre cultrum petit: an annuit Mater? neutiquam; potiet enim impudens proles vultus sibi impingere, aut oculum ladere: ita Chrysostomus: (*hom. 2. in Ada.*) *Tunc exultate, quod concupiscit, offendimus ei manus vestras dicentes: esse non habemus.* Advertis, o Christiane, cur sæpe ad raucedinem usque in cælum clames, nec tamen exaudiaris? Dominus Deus Medicum agit, Matrem se exhibet erga te; cum enim ex una parte infinitus plus amet te, quam tu ames te ipsum, ex altera parte, quam optime noscat, quid tibi prosit, quidve noceat, pro certo habe, non esse adutilitatem tuam, quod tibi denegat. Regat aliquis honores, dignitates: Deus negat: quia prævidet, eum infulminibus honorum fastigiis perversum ita, veluti Davidem, (2. *Reg.* 11.) qui pastor quidem probus, Rex autem impius fuit. Rogat alius divitias, Deus negat; quia prævidet has roganti nocituras, sicut nocuerant diviti Epuloni. (*Luc.* 16.) Rogat captivus libertatem, Deus negat; quia prævidet, eum fore insanum filium prodigi. (*Luc.* 15.) Rogat æger sanitatem, Deus negat: quia arritudo illi prodest, sicut Josiæ Abimelech, ne corrumperet Saram. &c. (*Gen.* 20.) &c. Hinc in precibus ad Deum fusis bene advertenda est illa differentia: vel enim petis a Deo aliquid, quod concernit animam, & æternum est, vel aliquid, quod corpus concernit, & temporaneum est: si primum; oratio fiat *absolute*: Domine, da veniam peccatorum, conserva me in tua gratia, custodi me ab insidiis diaboli, concede mihi finalem perseverantiam &c. Si secundum; Oratio fundenda est *conditionate*: Domine, redde mihi sanitatem, si conducat ad meam salutem; compesce maledicentiam detractorum meorum, si mihi prosit ad virtutem; ea mihi divitias, si tibi placeat &c. &c.

§. II. *Secunda: quia non habemus confidentiam.*

5. Secunda ratio, cur nostræ orationi sæpe cælum obturdescat, est, quia non habet cor, volo dicere, quia filiali confidentia destituitur. Sunt aliqui, qui ideo timido, ac dejecto animo Deum improrant, ut semper in corde cogitent, *ah! Deus meus non me exaudiet*, adeoque quasi hæsitant, an Deus possit, aut aliter, an velit invocatus opitulari: per primum injuriam faciunt Potentiæ, per alterum Misericordiæ Dei; hac timiditas, aut diffidentia summopere displicet Deo, & inefficacem reddit orationem. Hac de causa Christus Dominus, in oratione instruens Discipulos, signate monuit: *Omnia, quæcumque orantes petitis, credite, quia accipietis*: (*Marc.* 11. 24.) per hoc *credite* autem specialem confidentiam in Dei Bonitate collocandam vult insinuare. O quam pauci hac confidentia muniti sunt! cum afflictione premuntur, non ad Deum, sed ad humana recurrunt auxilia; quid mirum, si afflictione opprimantur? Rex Asa in infirmitate sua non tantus est: (2. *Paralip.* 16.) quid? ille mortuus, qui Medicorum ingenti caterva erat stipatus, cujus *lectulus plenus erat aromatibus, & unguentis meretricis, quæ erant pigmentariorum arte confecta*. Ita est, mortuus est; hoc ipso enim dignus erat, qui periret, quia *nec in infirmitate sua quæsivit Dominum, sed potius in Medicorum arte confisus est*. Utinam solus esset Rex Asa, qui ex defectu confidentiæ, in Deo collocatæ, interiit; sunt hodiedum, qui in ærumnis, ac infirmitatibus, ad amicos, ad archiatros, ad pharmacopœias, ut omnino ad aulos, ad pythonissas, ad vetulas superstitiosas, ad rhythmos incantatorios, ad Deum Asarum confugiunt, & tum demum ad Deum supplices manus tendunt, cum cetera omnia desperata sint remedia. O quoties hujusmodi homini-

bus exprobrari posset, quod sanctus Hilarion exprobravit illi cæcæ mulieri ad se adductæ, & conquerenti, se omnem substantiam expendisse in Medicos: cui Sanctus: si quæ in Medicis perdidisti, dedisses pauperibus, curasset te verus Medicus Jesus. &c. (*S. Hieron. in Vita S. Hilarion.*)

§. III. *Tertia: quia opera non consentiunt orationi.*

6. Tertia ratio, cur oratio nostra nihil efficiat, est, quia non habet manus: hoc est, quia opera nostra non consentiunt orationi. Mulier Chananæa prolixe rogavit: *Domine, miserere mei*, & repulsum tulit: repetit clamorem, repetit Christus repulsam. O infelix mulier, quamdiu incassum rogabis? nempe tamdiu, donec rectam, ordinatamque institues orationem. Ergo iterum repete preces: repetit illa, clamans: *Domine, adjuva me.* (*Matth.* 15.) & ecce: his verbis permotus Dominus in vota annuit: *Fiat tibi, sicut vis.* Quæro hic, cur antea exaudita non fuit, cur nunc secunda vice exauditur? Nimirum prima vice solum misericordiam imploravit, nec suam cooperationem appromisit; altera autem vice clamans, *adjuva me*, satis indicavit, paratam se esse, etiam quod ex parte sua est, cooperandi: ita in hunc locum advertit Palacius: (*in Matth.* 15.) *Mulier dicit, adjuva me: non dicit, tu sana, fac, præsta.* Ei, Christiana anima, clamare non sufficit, sed requiritur etiam cooperari: *Exhibe Deo a nobis materiam, cui præstet ipse formam.* Materia sunt nostra opera, forma est Dei gratia. Quid prodest, siquis magna cum contentione in cælum clamet: Domine, libera me a sarcina peccatorum, interim non fugiat occasiones pravas? quid prodest, si quis clamet: Domine, da mihi panem, & sustentationem convenientem, interim otio, ac desidia torpescat? quid prodest, si quis clamet: Domine, conserva mihi segetes, camposque immunes a grandine, pruinis, & tempestatibus noxiis, interim aliena derineat, quod debitum est, non præstet, aut mille juramenta contra Superos spuat, sicque iram Dei de cælo provocet? &c. frustranea est oratio, quæ factis non concordat. &c.

§. IV. *Quarta: quia desit perseverantia.*

7. Denique inefficax est oratio, cum pectus, volo dicere, cum constantia, ac perseverantia caret; quam cassum subesse putaris, quod Christus Dominus inter tot ægros solum conjecerit oculos in languidum, qui triginta octo annos habebat in infirmitate sua: causa erat illius perseverantia: per tot annos nunquam desperavit, nunquam conquestus est, nunquam interrogavit: quando sanabor? sed exspectavit, donec Deo placeret eum sanare. Subintrat hic Chrysostomus, (*hom.* 33. *in Jo.*) & severe in nos invehitur: *Pudeat nos, si vel decem diei orationibus instantes non exaudiamur, jam tepescimus*, si Deus non sine mora promptus, paratusque sit ad exaudiendum, animo cadimus, spem omnem abscimus. O Christiana anima; non famulus tuus est Deus, sed Dominus; famulo, si bis vocaveris indignaris, at Deus rogandus est: perge, insta, obsecra: non exauditus repete preces; interdum enim importunitate expugnari vult Deus, id quod ipsemet insinuat per Evangelium, quod his rogationum diebus legi solet: amicus, qui media nocte ostium pulsans, petit tres panes, si perseveraverit pulsans, utut non propter amicitiam, certe propter importunitatem impetrabit. &c. (*Luc.* 11.)

8. *Epilogus*. Agite ergo, Christiana pectora: hæc norma sit nostræ orationis hac septimana frequentandæ. Absit a nobis, ut noxium quid, aut inutile petamus. Absit absque filiali confidentia ad Deum clamemus. Absit, ut opera nostra non conveniant orationis intento. Absit, ut statim pusillanimes sine constantia, ac perseverantia oremus. Ita spero, verum fiet Domini promissum: *Æquid petieritis Patrem in Meo nomine meo, dabit vobis.* Amen.

Dominica V. Post Pascha.

CONCEPTUS II.

Quomodo orationem constitutam esse oporteat, ut sit efficax ad impetrandum.

Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. Joan. 16.

EXORDIUM.

Supplicationes Deo factæ debent esse sine nova.

1. Siquis subditorum, a Principe suo beneficium rogitans, in supplici libello crassum quemdam errorem admittat, exempli gratia, si charta spurcitie, & lituris sit fœdata, si stylus orationis sit obscurus, & intelligibilis, si petat rem jocularem, & indecentem, is plane petita impetrandi nullam sibi spem facere poterit: favores enim Magnatum non sunt adeo facile parabiles, ut non exactam in supplicante industriam, subunisionemque expoſcant. Dilectissimi Auditores, jam in eo est, ut Domino Dominorum, ac Regi Regum suplicem libellum præsentare debeamus; hunc in finem, hac ineunte septimana, Ecclesia instituit supplicationes, hortaturque verbis Evangelii: *Petite, petite!* omnia enim bona, quibus in hoc mundo fruitur, a Deo, tanquam bonorum omnium fonte, emendicare debemus; cito exaresceimus, nisi ab hoc fonte salutaribus gratiarum pluviis irrigemur. An putatis, nos exauditos iri? confido equidem; statim enim post verbum *petite* addit idemmet Evangelium: *Et accipietis.* Deus liberalissimus, ac munificentissimus est Dominus, gaudetque, si suas Bonitatis immensæ divitias in nos effundere valeat. Percurrite totius Scripturæ seriem universam, & videbitis vix unquam

quam Dominum Deum rogantibus repulsam dedisse, nisi defectus forte fuerit ex parte supplicantis. Quin immo videbitis, Deum ea, quæ rogabantur, semper cum abundantia, & multiplicitate præstitisse. Petiit Ezechias incolumitatem ab hostibus (*4. Reg. 19.*); dedit Deus, & insuper inauditam inimicorum stragem subjecit. Petiit Salomon sapientiam (*3. Reg. 3.*); dedit Deus, & insuper innumerabiles divitias ei contulit. Petiit servus Evangelicus dilationem debiti; dedit Dominus, & insuper ultra spem supplicantis debitum illi omne remisit. Hæc cum ita sint, quid ergo frequenter contingit, multos supplicantes inexauditos recedere? petit aliquis sanitatem, & morbo oppetit; petit alius agrorum fecunditatem, & tegetes grandine percutiuntur &c. Dilectissimi! defectus ex parte nostra est, supplicatio est mendosa, ait Jacobus Apostolus: *Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis.* (*Jac. 6.*)

Quomodo oratio constituta esse debeat.

2. *Propositio.* Quapropter, ut non infructuosæ sint nostræ supplicationes, ostendam, quomodo oratio efficax, & impetratoria constituta esse debeat, idque tripliciter, nempe, ex parte subjecti, quod rogat, ex parte mundi, quo rogat, & ex parte rei, quam rogat. Magni momenti est hæc dissertatio: attenti estote, favete.

§. I. *Primo, orans debet esse in statu gratiæ.*

3. *Confirmatio.* Primo igitur, ut oratio sit Deo accepta, ex parte subjecti orantis requiritur, ut sit in statu gratiæ, & cor habeat a peccatorum sordibus immune: cor orantis se habet instar thuribuli: si hoc sordibus, amaris pilorum quisquiliis refertum sit, quam ingratum odorem exhalabit? parem in modum, si cor orantis impuris scelerum factoribus repletum sit, fieri aliter non potest, quam ut talis oratio a Deo nauseabundis naribus excipiatur; hac de causa, existimo, desideravit David: *Dirigatur oratio mea sicut incensum, in conspectu tuo.* (*Ps. 140.*) Notate, *sicut incensum*, hoc est, sicut pretiosa aromata, & thus Sabæum, quod nullum habeat admixtum lætorem. Duo fratres Cainus, & Abel obtulerunt una cum sacrificio suas preces: quid factum est? *Respexit Deus ad Abel, & ad munera ejus, ad Cain vero, & ad munera illius non respexit.* (*Gen. 4.*) Quare? quia Cain erat fugitivus, Abel autem innocens: præclare S. Cyprianus; (*tract. de orat. Dom.*) *Non munera Deus, sed corda inspectator, ut ille placeret in munere, qui placeat in corde.*

Inimicus nihil impetrat.

4. Si quæritis rationem ex natura rei, cur peccatorem non exaudiat Deus, dico, quia hostis, & capitalis inimicus est Dei: dicite obsecro, quæsit ex vobis S. Basilius, (*in com. in c. 1. Isaiæ*) si quis truculentus homicida, postquam filium alicujus unice dilectum occidisset, manus, adhuc filii sanguine cruentatas, ad patrem porrigeret, veniam ab eo postulans, an exaudiri mereretur? nequaquam sane: si veniam speraret, saltem prius cruorem de manibus abstergere debuisset! Quid est peccator, nisi crudelis latro Filii Dei? peccata enim nostra non solum crucifixerunt amarissimam Passionem Divini Redemptoris, sed eamdem hodiedum renovant; quia peccator, quoties in lethale crimen consentit, toties, quantum est in se, rursus crucifigit Filium Dei. Accedendo dein ad orationem in statu peccati, quid aliud facit, quam manus tendit ad Deum Patrem, adhuc recenti sanguine Filii sui cruentas? quid mirum, si non exaudiatur, & loco miserationis, Divinam indignationem referat? certe ejusmodi peccaminosis oratoribus indignabundus Deus respondisse videtur illud Prophetæ: *Cum multiplicaveritis orationes vestras, non exaudiam; manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* (*Isai. 1.*)

Præterea falsificat orationem Dominicam.

5. Sed & alia ratio subest, cur peccatorem non audiat Deus, & fundatur in eo; quia videlicet tota oratio Dominica, quæ omnium orationum princeps, & primaria est, inutiliter proferetur a peccatore, & in omnibus petitionibus quasi falsificatur: dicite, qua fronte dicere poterit peccator, *Pater noster*, postquam transgrediendo præcepta Domini, desit esse filius Dei? qua fronte dicere poterit *Sanctificetur nomen tuum*, quod ipse verbis, aut saltem factis blasphemet? qua fronte dicere poterit, *adveniat regnum tuum*, cum paullo ante hinc regno per peccatum renuntiarit, & nunc in corde illius regnet peccatum, & diabolus? qua fronte dicere poterit, *fiat voluntas tua*, cui ille per voluntatem propriam contrariatur? qua fronte dicere poterit, *panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, cum ille panem suum, elurienti frangere reculat? qua fronte dicere poterit, *dimitte nobis debita nostra*, cum non facit id, quod sequitur, *sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*? qua fronte dicere poterit: *Et ne nos inducas in tentationem*, cum ille pergrecando, litigando, luxuriando, pravas occasiones frequentando, seipsum in mille tentationes inducat? qua fronte dicere poterit: *Sed libera nos a malo*, cum ipse non fugiat malum culpæ, & sic quotidie mereatur malum pœnæ? En, tota oratio Dominica, a peccatore prolata, sibi ipsi contradicit: an putatis, Auditores, orationem tali ratione mendacem Deo acceptam, & oranti profuturam fore? nulla ratione: non propitiat Deum, sed magis irritat. Quare, mi peccator, consilium meum amplectere: vis orare, & a Deo Divina beneficia impetrare? jubus animam a scelleribus per Confessionem eximde, aut si opportunitas non erat, saltem contritionem una cum proposito Confessionis elice; non enim cuicumque orationi suam misericordiam promisit Deus, sed orationi justi: *Si manserit in me* (per gratiam) *& verba mea in vobis manserint* (per timorem Domini) *quodcumque voluerits, petetis, & fiet vobis.* (*Jo. 15.*) Lapis quidam, Diascorides dictus, excellentissimas habet virtutes; si tamen in ore hominis mortui includatur, eas omnes amittit: ita oratio, etsi secundum se efficacissima sit, si tamen in ore peccatoris Deo mortui reponatur, inefficax, & ingrata est.

§. II. *Secundo: oratio debet esse attenta.*

6. Altera conditio utilis orationis se tenet ex parte ipsius orationis, & consistit in eo, ut hæc cum attentione, & collectione animi: hæc attentio continua tendere debet, si non in verba singula, saltem in sensum verborum, aut si non in sensum integrum, saltem in finem orationis, qui semper est aut Deus ipse, aut res Deo grata, pro qua oramus. Hæc attentio proh dolor! multoties turbatur per distractiones, & evagationes animi ad res huc non pertinentes. Atque hæ distractiones bene vocantur vermes, seu tineæ orationis, quia eam intus edunt. Sed quæret forte nonnemo, an omnis indiscriminatim distractio orationem vitiet? respondeo:

Quando per distractionem vitietur oratio.

7. Duplicis generis est distractio, prout explicat S. Basilius, una quæ ex fragilitate, altera, quæ ex negligentia oritur. Prima illa ex fragilitate plerumque vitio phantasiæ subrepit, quæ instabilis est potentia, & si non solertissime coerceatur, ex naturali volubilitate ad alia objecta evagatur: quamdiu hæc evagatio absque advertentia continuit, nondum vitiatur oratio, dicente S. Doctore (*conflit. Monast. c. 2.*) *Si itaque cernit, inspicet tibi Deus, quoniam non ex contemptione, sed ex infirmitate ea mens, quæ per erat, coram Deo stare non valet.* Altera distractio ex negligentia resultat, & est voluntaria; quia fit cum advertentia. Atque hæc distractio si non quantocyus abrumpitur, fine dubio orationem corrumpit, immo demeritoriam facit, dicente iterum S. Basilio: *Si in oratione aliud agens animo minus attenta sis, cum possis omnem a te repellere distractionem, vide, ne præsidentur ossi confidere coram Deo, & ne fiat oratio tua tibi in peccatum.* Dantur Christiani, qui putant satis solerter se orationes suas persolvere, si ore solum verba blaterent, quamvis ceteroquin animo per totum orbem excurrant: loquuntur cum Deo, & nihil minus quam Deum cogitant: *Pater noster, qui es in cœlis*: quæso quid nunc domi facient mei famuli, ancillæ, & domestici? *Sanctificetur nomen tuum*, quid illis parabo in prandium? *adveniat regnum tuum*, quomodo rem agam, ut mihi bene succedat ille, vel ille contractus emptionis & venditionis? *Fiat voluntas tua*, qua ratione litem mihi motam prosequar? *panem nostrum quotidianum*, quale lucrum, lucrum in futuris nundinis? &c. &c. Io id genus oratores acerbe invehitur Chrysost. inquiens: (*hom. 16. in Matth.*) *curasti quidem genua, sed mens tua vagatur, corpus tuum istic, sed sensus*

foris; ut quidem loquebatur, sed mentis usurarcetabat, possessionem reddituræ supputabat, descriptiones domorum videbat, amicorum verba volebat, negotiantibus intuebatur familiarum, mulierum faciem considerabat. Quid ergo factu opus est, mi Christiane? percipe consilium: Abraham a Deo vocatus ad sacrificium, in pede montis Moriæ dixit ad famulos, exspectate hic cum asino: (*Gen. 22.*) ita tu, cum ecclesiam ingrederis, præ foribus dic ad tuas curas domesticas, exspectate hic; si veniat tibi in mentem, quid fiat domi, quid in culina, quin in agro, respondete, exspectate finito Dei obsequio, tunc vos curas omnes resumam, &c. &c.

§. III. *Tertio res petita debet esse salutaris.*

8. Tertia denique orationis conditio se tenet ex parte rei rogatæ, quæ videlicet debet esse salutaris, & ad salutem animæ nostræ proficua: Christus Dominus in hodierno Evangelio Discipulos instruens circa orationem, ait: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*: (*Jo. 16.*) omnia ergo petenda sunt in nomine Dei Filii, & quidquid in ejus nomine petitur, impetratur: ita est: atqui, quod saluti nostræ contrarium est, plane non petitur in nomine Christi; expresse enim docet August. (*tr. 73. in Jo.*): *Quidquid petimus adversus utilitatem salutis, non petimus in nomine Salvatoris.* Quid mirum, si petita non impetremus?

9. Quæso, si homo insanus, & mentis inops ab amico enixe rogaret, nonne expedit, ut illi petitio denegetur? ita multi apud Christianorum, importunis precibus nonnunquam a Deo extorquent rem, quæ tamen cedit in illorum perniciem. Potest Deus tandem importunitate precum vinci, prout Christus ipse explicat in Evangelio, quod his rogationum diebus legi solet, per amicum de nocte rogantem sibi commodari panes, & tunc quasi indignabundus concedit, quod alias fuisset negaturus, *Multa Deus concedit iratus, quæ negat propitius*, ait August. (*ser. 53. de Verb. Dom.*) quamvis prævideat rem concessam cedere in rogantis detrimentum. Nonne melius fuisset Racheli (*Gen. 35.*) si non impetrasset liberos, quos petiit? fine dubio; quia in partu mortua est: Nonne melius fuisset Balaamo (*Num. 22.*) si non impetrasset licentiam abeundi ad regem Balac? fine dubio; quia in itinere pedem periculose læsit. Nonne melius fuisset prodigo (*Luc. 15.*) si non impetrasset paternam hereditatem? fine dubio; quia in turpissima scelera, & extremam paupertatem prolapsus est. Ita & tu agi crede, mi Christiane! petis sanitatem, & morbo corriperis, petis fructuum ubertatem, & ad incitas redigeris &c. quare? quia prævidet Deus, rem, quam petis, non fore ad animæ salutem. Plus prodest tibi negatio, quam concessio. Audiamus brevem historiam (*Nucleus Catechet. Lect. 25.*): ager quidam, qui gravissimo morbo diu lecto affixus, jacebat, ad sepulcrum S. Thomæ Can-

tuariensis Episcopi deserti petiit, ibique pro recuperanda sanitate voto facto repente convaluit. Domum reversus, & ab amicis subsannatus, an sanitatem sub ea conditione rogasset, si ad salutem animæ conduceret, ad sepulcrum sancti Martyris rediit, ibique instanter petiit, si sanitas non prodesset, ut rursus pristina ægritudine afficeretur. Ecce prodigium: confestim, Deo sic ordinante, & Sancto intercedente, in morbum relapsus, maluit æger cælum, quam vegetus infernum subire, &c. &c.

10. *Epilogus*. Tu igitur, mi Christiane! hanc doctrinam bene tibi inculcatam habe: in primis antequam ores, statum gratiæ per Confessionem procurare stude, deinde ad attentionem orationis sensus omnes collige, & demum, si temporale quid a Deo roges, semper cum adjecta hac conditione roga, si ad salutem animæ meæ cedat: Ita fiet spero, ut in te verificetur Divina promissio; *Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum*. Amen.

Dominica V. post Pascha.

CONCEPTUS III.

De quinto peccati Remedio, videlicet oratione.

Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. Joann. 16.

EXORDIUM.

Indoganti remedium contra peccata, præscribitur oratio.

1. QUi per omnem vitæ decursum inoffensa semper valetudine, internoque corporis robore fruiti sunt, in exquirendis herbarum, ac medicamentorum virtutibus cerebrum parum fatigant: econtra, qui variis infirmitatibus febribusque conculi, vitam semper medicam agunt, de diversis sibi pharmacis tam præservantibus, quam curantibus, & confortantibus sibi circumspiciunt; ita se res habet in morbis spiritualibus animæ. Qui vitam hactenus innocentem, & honestatis regulæ conformem duxerunt, minus habent, quod de peccati remediis solliciti sint; at qui in semita mandatorum fere tot lapsus fecerunt, quot gressus, & nunc ad seriam emendationem, salutisque curam aspirant, utique de vitæ rectæ ordinandæ remediis debent esse solliciti, ac circumspecti. Hinc tot anxiæ quæstiones pœnitentium e confessariorum suarum Directoribus interrogantium: quæso, quomodo possim deinceps in incepta virtutis semita constanter progredi? quomodo tentationes vincere? quomodo naturæ, ac concupiscentiæ rebelliones compescere? quomodo vitam ad æternæ beatitudinis metam recte coordinare? Mi peccator, hocusque varia tibi submini stravi remedia: hodie dico tibi breviter cum Augustino (*hom. 4. ex 50.*): *Recte novit vivere, qui recte novit orare*. Quamquam enim homo ex sua natura in bono sit instabilis, & contra infernales tentatoris insultus valde imbecillis; nihilominus constantiam, & robur facile impetrare e cælo poterit, postquam Christus, interposita sua Divina auctoritate, promisit (*Jo: 16.*) *Petite, & accipietis: si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*. &c. Age igitur, mi peccator, si tentationum fluctibus, velut marina tempestate, jactaris, ora; nam & Jonas in tempestate oravit: si dura te sentias pravorum habituum, & inveteratæ consuetudinis captivitate detinere, ora; nam & Israelitæ in captivitate oraverunt: si omnes animæ potentias per peccati venenum ægras, malesque afflictas experiaris, ora; nam & Job ulceribus, & languoribus oravit: si insidias infernalis inimici pertimescas, ora; nam & Jacob per orationem insidias fratris Esau declinavit: si denique a stygio tentatore in grave certamen provocaris, ora; nam & David per orationem Gigante triumphavit &c.

2. *Propositio*. Ego autem in præsentiarum ostendam tibi, quam efficax contra peccata remedium sit oratio. Videbis, nimis quam verum esse effatum S. Chrysostomi (*l. 1. de remed. Dev.*) dicentis, quod ficut homini, qui orationis studio est deditus, perfacile sit in virtutis semita constanter progredi, ita *simpliciter impossibile sit, absque precationis præsidio cum virtute degere, eamque hac vitæ hujus cursus peragere*. Favete.

Medicina est triplex.

3. *Divisio*. Tria sunt medicamentorum genera ad sanitatem corporis tum conservandam, tum reparandam perquam utilia: aliqua dicuntur *præservativa*, quibus corpus contra morborum grassantium incursus opportune præmunitur; aliqua dicuntur *curativa*, quibus maligni, ac febrium incentivi humores salutariter expelluntur: aliqua denique dicuntur *confortativa*, quibus per æquitudinem deperditæ vires in convalescentibus denuo reparantur. Hanc eamdemmet triplicem virtutem in sensu spirituali habet oratio contra peccatum: Est medicamentum præservans, est medicamentum curans, est medicamentum confortans. Dilucidius unum post alterum.

§. I. *Oratio est Medicina præservativa contra peccata.*

4. *Confirmatio*. Primo quidem oratio est efficax medicamentum contra peccata *præservans*, in quantum nimirum orantem contra tentationes præmunit, aut in tentatione contra lapsum corroborat. Hinc Divinus Mundi Magister præcepit, ut in oratione Dominica fic oremus: *Et ne nos inducas in tentationem*; item ante Passionem suam, in horto Discipulos contra tentationem communire volens, edixit illis: *orate, ut non intretis in tentationem*. (*Matth. 16.*)

5. Postquam Patriarcha Moyses (*Exod. 34.*) supra montem Sinai diu in colloquio Dei, & oratione perseverasset, tandem post quadraginta dierum spatium ad populum rediit, & ecce totus alius apparuit; ex facie enim illius ejus bant radii adinstar duorum cornuum. Quid hoc rei? quid cornua in homine sanctissimo, quæ alias sunt brutorum insignia? S. Chrysostomus (*ap. Speranz. Script. sel. punct. 31.*) respondet, cornua esse symbolum fortitudinis, voluisseque Deum, indicare, quod per orationem, qua cum Deo colloquimur, fortitudo, ac robur adquiratur, quo diaboli tentationes, ac insultus frangere, atque eludere possimus. Esto, quod infernalis bellua, tanquam leo rugiens, circumeat, quærens, quem devoret; esto, quod mille artes nocendi excogitet, mille machinas admoveat: retrocedere tamen debet cum omnibus suis insidiis, ubi videt hominem, orationis studio deditum. Exemplum hujus rei inculcatum habemus in Vitis Patrum (*l. 6. tit. 2. n. 12.*): Imperator Julianus, sceleratus a fide Apostata, & dæmonum contubernalis, cum in Perside bella gereret, quondam infernalem spiritum sibi familiariter missit in occidentem, ut quantocyus inde sibi aliqua responsa referret. Abiit emissarius dæmon: at ubi ad sylvam pervenit, ubi Monachorum quidam orationi vacabat, stare immobilis, & tandem infecta legatione regredi debuit. Quæsivit Julianus, quare tardasti? cui dæmon: substiti decem dies Publium Monachum, si forte cessaret ab oratione, ut transirem; at non cessante illo ab oratione, cessare ego a negotio debui. En, quanta sit virtus, ac efficacia orationis contra orcinos spiritus: victa est, ausim dicere, victa est tentatio, ubi pro armis sumitur oratio.

6. Ex his facile patet, quanta sit orationis necessitas homini, præsertim viventi in seculo, ubi maxima quotidie sunt, ac frequentissima animarum pericula: sunt homines nonnulli ex sacularibus, qui orationis assiduitatem inter claustra Monachorum, atque Anachoretarum relegant; sed perperam: quis enim magis indiget acu nautica & mappa geographica, illi, qui inter fluctus navigant, an, qui in litore securi consistunt? quis militum magis scuto opus habet, qui sub tentorio stertit, an qui in actuali conflictu inter sagittarum imbres consistit? certe hæc vita mortalis continua est militia, ubi modo iste, modo ille inter hos homines etiam sancti saucinatur: unde cum Galfrido (*apud Nicremb. l. 1. doctr. asc. c. 72. doctr. 6.*) statuendum est: *Nunquam desse arandi necessitatem, ubi nunquam est vera securitas*. &c.

§. II. *Oratio est medicina curativa peccati.*

7. Secundo, oratio est efficax medicina *curativa* peccati, non quidem eo sensu, quod per se culpa reatum expungat, cum iste solum per pœnitentiam deleri possit; sed eo sensu, quod vel reatum pœnæ magna ex parte extinguat, vel saltem animam a pravis habitibus, malis consuetudinibus, & passionum rebellione, peccatorum reliquiis expurget: hoc certe in sensu intelligenda esse videntur verba S. Chrysostomi (*apud Bucer. par. 1. fol. 46.*) dicentis: *Quemadmodum ignis exterget æruginem, sic preces peccatorum vestrorum sordes expungunt*. Sunt hi pravi habitus, & inveteratæ consuetudines, veluti venenosum semen, quod facile in pristina peccata propullulat, nisi omni cum industria eradicetur. O quot miseri peccatores in sacro tribunali deponunt quidem conscientiæ noxas; sed quoniam in animo gliscit habituata passio, & vivax radicati mali assuetudo, paullo post in eadem scelera relabuntur! Quid agendum est? adhibendum est farculum, id est, orationis assiduitas, qua gratiæ Divinæ assistentia implorata ad extirpanda zizania. Oratio perficit, quod Confessio incipit. Confessio est emendationis initium, Oratio perfectivum. &c. Ex his facile desumere potestis rationem, cur infernalis dæmon non adeo laboret in impediendis hominum Confessionibus, quam Orationibus: ubi orantes videt, mox mille detractionibus, mille speciebus alienis, mille phantasmatis animum orantis turbare contendit. (*In Vitæ Patr. p. 1. §. 39. Ruffin. lib. 3. n. 43.*) S. Macario gloriabundus edixit diabolus, nullam inter fratres haberi collectam, nullas preces, quibus ipse cum sociis non interesset: hujus jactantiæ veritatem explaraturus sanctus Vir, rogavit Dominum, ut sibi ostenderet fratrum, in choro psallentium, animos: Et ecce mox vidit per totam Ecclesiam parvulos quosdam Æthiopes discurrere, & Monachis, in oratione positis, illudere: interdum psallentibus oculos digitis comprimebant, & statim illi obdormiebant: alteri digitum in os immergebant, & ille ofcitare cœpit: interdum in mulierum specie se fratribus sistebant; interdum quasi ædificantes, aut onera portantes aut diversa quæque agentes apparebant, & quæcumque dæmones quasi ludendo formabant: hæc orantes illi in cordibus suis cogitando versabant, &c. Jam quæro, cur orcinus hostis tam operosa industria laboret fructum orationis millenis distractionibus pervertere? nimirum, quia ex oratione fere plus nocumenti sibi pertimescit, quam ex ipsa Sacramentali Confessione: esto enim, quod per Confessionem ex animo peccatoris ejiciatur: hoc non adeo male habet dæmonem, dummodo remaneant pravi habitus, & malæ consuetudines, quarum adminiculo spem sibi facit regressus: at cum videt etiam his plantis venenosis aciam admoveri per orationem, tunc enimvero quascumque potest machinas contra movet. Hostilis bellidux de occupanda, quam obsidet, urbe tamdiu spem non abjicit, quamdiu scit gliscere in urbe malum intestinum, uti proditiones, famem, morbos, aliaque: at quando comperitur omnia esse optime composita, nec urbem malo domestico intus turbari, tunc enimvero de occupanda desperat, &c.

§. III. *Oratio est medicina confortativa contra peccata.*

8. Tertio denique oratio etiam rationem habet medicinæ *confortativæ*: qui ex lethali ægritudine paullo ante convaluerunt in sumendis

pharmacis, in adhibendis balneis, & phlebotomiis, vel maxime attendunt ad constellationes, conjunctionesque corporum supernorum, opinantes ad recolligendas infirmæ naturæ vires ante alia omnia necessarios esse benignos syderum influxus. Par ratio se habet cum eo, qui a spirituali morbo peccati convalescit: ad perseverantiam in bono vel maxime opus habet cælesti gratia; sine hoc comfortamento non recuperabit animæ vires, nec in virtutis semita firmus progredietur: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens a Patre luminum.* (*Jacob.* 1.) Quo autem medio impetrantur hæc gratiarum auxilia, & Divinæ Bonitatis influxus? percipite responsionem S. Vincentii Ferrerii: quemadmodum ille, qui aquæ ductu hortum suum irrigare cupit, canalem, quo aqua perfluat, ponere debet; ita qui confortantes gratiarum influxus cælitus obtinere desiderat, necesse est, ut per canalem illos in cor suum dirigat: quis est iste canalis? est *oratio devota*, ait S. hic animarum zelator, (*Serm. 6. Dom. 5. post Trinit.*) *mediante ipsa, veniunt ad nos bona temporalia, corporalia, & spiritualia.* Sine oratione actum est: nemo perseverabit in bono. Salomon, fragilitatem carnis agnoscens, quæ facile illicitis suggestionibus succumbit, de seipso fatetur, sine oratione subsistere se non posse: unde sic, *scivi, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det.* (*Sap. 8.*) quid ergo facis? ad orationem confugit: *adii illum, & deprecatus sum illum.*

9. Nunquam notatis, Auditores! quid rerum fiat, cum magni ædificii structura erigitur? in primis impedimenta omnia removentur, repedes excisuntur, area complanatur. Dein fundamentum foditur, lapides, tigna, cæmenta convehuntur, denique lapis lapidi imponitur, eximieque cuntur, ut calx, & cæmentum, quam optime sint compositi, quibus saxa saxis firmiter conglutinantur: Eadem fere methodo Christianæ perfectionis ædificium in altum consurgere debet: in primis removenda sunt peccatorum impedimenta, id quod fit per pœnitentiam, ac Sacramentalem Confessionem: dein successive lapis lapidi, id est, virtus virtuti superponenda est. Quid autem in hoc spirituali ædificio vices cæmenti suppleat? nempe oratio: sine hac nulla est virtutum firmitas, sine hac structura brevi post seu ruinosa: id quod luculenter S. Bonaventura (*de exercitat.*) hac ipsa allegoria ait: *Infallibile est bonorum operum fundamentum, quæ devota orationis frequentia non compaginatur.* Proinde nunquam non admiratus sum hereroclitam multorum Christianorum conversionem qui per ipsam Confessionem latis omnia computa arbitrantes, postliminio tam laxe vivunt, quam antea; agnoscunt quidem carnis imbecillitatem, tentationum frequentiam, diaboli insidias, peccati pericula; & tamen parum solliciti sunt, ut de gratia Divinæ adjutorio per orationis assiduitatem sibi circumspiciant. In hos certe invehitur Bernardus, (*Serm. 1. de Quadrag.*) inquiens: *Qui sumus nos aut quæ fortitudo nostra, ut tam multis tentationibus resistere valeamus? Hoc est certe, quod queritis Deus, ut videntes defectum nostrum ad ejus misericordiam tota humilitate curramus. Propterea vos vos fratres, ut semper ad manum habeatis suffragium orationis refugium.* &c. &c.

10. *Epilogus.* Quid concludendum est ex his omnibus? Id certo concludes, mi Christiane, quod ante Dei tribunal nullam labituras sis tuæ iniquitatis excusationem; quæret enim Judex; vel potuisti resistere tentationibus allicientibus ad peccatum, vel non? si potuisti, cur non restitisti? si non potuisti, cur meum auxilium per devotæ orationis frequentationem non petisti? adhibuisses orationis remedium, & certe expertus fuisses, orationem esse medicamentum contra peccata efficacissimum, & quidem medicamentum præservativum, curativum, & confortativum. Amen.

Dominica VI. post Pascha.

CONCEPTUS I.

De obligatione, qua homo Christianus vitæ, ac moribus Christum Dominum referre, ac imitari debet.

Vos testimonium perhibebitis de me; quia ab initio mecum estis. Joan. 15.

EXORDIUM.

Christiani a non Christianis sola imitatione debent discerni.

1. CUm terreni Principes bello dissident, eorum milites ex certo quodam signaculo, baltheo, aut armatura discernuntur, ita cogitis facile est: Hic Gallo militat, hic Hispano, ille Germano. &c. Dimicant hactenus acri conflictu Res Cæli, & princeps tenebrarum; res decretoria erat de toto humano genere. Vicit tamen Rex gloriæ Christus, & postquam Regnum suum, id est, Ecclesiam stabilivit, paucis ante diebus triumphali cum pompa cæli atrium ingressus est, suis tamen in terra relictis Discipulis præcepto reliquit. *Vos testimonium perhibebitis de me:* Vos prædicando, baptizando, sanctisque operibus inhærendo Ecclesiam meam, doctrinamque propagabitis. &c. Paruerunt præcepto, & *virtute ea qua redierant Apostoli testimonium reddebant Jesu Christi Domini nostri.* &c. (*Act. 4.*) Patratis sortium, Auditores, id solum Apostolis dictum fuisse? absit: dictum est & nobis omnibus: omnes nos testes esse oportet Christi Domini, non quidem voce, non prædicatione, non miraculis, sed moribus, & imitatione. In Concilio quidem Antiocheno, (*Turrian. in act. concil. antioch. Can. 1.*) tempore Apostolorum habito, decretum est: *ut credentes in Dominum Jesum Christum, Christiani deinceps vocarentur*; verum hæc nominis dignitas ita moribus repræsentanda est, ut vel ex solo vitæ genere Christianus miles a non Christiano discerni queat.

Quæ-

Qualis Christianus esse debeat.

2. *Propositio.* Date animum, Auditores, describam hodie, qualem Christianum esse oporteat, nempe talem, ut solum conspecta vitæ, ac morum integritate, hæretici, pagani, idololatræ, Machometani, aliique dicere queant: Ecce: hic Christianus est: hoc enim revera est *testimonium perhibere* Jesu Christo. Favete.

3. *Divisio.* Mysterio plenum est, quod Sponsus in Canticis a Dilecta petit: *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.* (*Cant. 3.*) Quid mysterii subest? audiamus S. Ambros. (*apud Bart. ser. 44.*); ait ille, voluisse Christum sub nomine Sponsi, ut dilecta anima sua tam intrinsecus, quam extrinsecus vivam sui imaginem referat. *Signaculum Christus in fronte est, signaculum in corde, signaculum in brachio*, quod idem est, ac Christum Dominum ore, cogitatione, ac opere imitandum esse. Inhæreamus huic doctrinæ, ac singula expendamus.

§. I. *Christianus debet cum Christo convenire in cogitatione.*

4. *Confirmatio.* Ordiamur a cogitationibus: quænam ergo fuerunt cogitationes Christi Domini? Id explicat S. David, nomine Redemptoris ita loquens: *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam, Deus meus volui.* (*Ps. 39.*) Cogitationes omnes Christi Domini huc collimabant, ut expleret voluntatem Patris, & satisfaceret pro humano genere. Ut primum in Virginali utero conceptus fuit, se obtulit Divinæ voluntati: Vis, O Deus meus, ut in hoc ergastulo novem mensibus delitescam? Vis, ut in sordido stabulo nascar? Vis, ut in circumcisione sanguinem fundere incipiam? Vis, ut ab Herode in exsilium pellar? Vis, ut triginta tribus annis in mundo exsulem? Vis, ut proditionibus, angustiis, injuriis, spinis, flagris, alapis, sputis, vulneribus, ac morte crudelissima conficiar? &c. *Deus meus volui*, paratus, promptusque sum ad hæc omnia, & longe acerbiora perferenda. En Christiane homo, *respice, & fac secundum exemplar* (*Exod. 25.*) in cogitationibus tuis. Cum mille adversitates obruunt, clamandum est: *Deus meus volui.* Cum pauperie premeris, cum detractorum linguis proscinderis, cum a falsis amicis deciperis, cum persecutionibus, & injuriis oneraris, cum morbis affligeris, cum doloribus corporis conflictaris &c. Invicta animi patientia Christum imitare, dicens: *Deus meus volui.* Ita cogitandum ita voluntate tenendum est; nam, ut ait Augustinus (*l. de Ver. Relig. c. 15.*): *Tota vita Christi in terris pro homine, quem fecit, disciplina morum fuit.* &c.

Multi autem in cogitatione contrarii sunt Christo.

5. Edic modo, qua ratione hactenus imitatus es prototypon tuum? discute cogitationes tuas, & fateri debebis te a cogitationibus Christi, hactenus quam longissime abfuisse. Eheu! quot inveniuntur ex Christianis ambitiosi, qui ad aucupandas dignitates, ad scandenda honorum fastigia omnis animi sensa applicant? quot inveniuntur avari, qui cumulandis divitiis diu noctuque inhiant? quot inveniuntur luxuriosi, qui captandis voluptatibus insudant? quot inveniuntur vindictæ studiosi, qui illatas, ut opinantur, injurias indefinenter animo recoquent? &c. Infelix Christiane! an hoc est *testimonium perhibere* Christo? nonne & Ethnici, & gentiles hoc faciant; qui testimonium perhibent diabolo? &c.

§. II. *Christianus in verbis Christum imitari debet.*

6. Pergamus ad verba: quænam erant verba Christi Domini? respondit olim Petrus Apostolus (*Joan. 6.*) *Verba vitæ æternæ habes.* Omnia quippe verba Christi Domini ad Dei gloriam, ad peccati fugam, ac virtutum incrementum, ad salutem animarum erant ordinata. Præcipue autem præ ceteris celebria sunt septem ultima verba, quæ in cruce pendens inter extremos mortis anhelitus eloquius est; Primo ad Divinum Patrem clamavit: *Pater, dimitte illis:* (*Luc. 23.*) En verba misericordiæ, ac reconciliationis: secundo latroni dixit: *Hodie mecum eris in paradiso.* (*ibid.*) En verba liberalissimæ promissionis. Tertio, ad amantissimam Matrem conversus, eam allocutus est: *Mulier, ecce filius tuus* (*Joan. 19.*) en verba plena consolationis. Quarto clamavit: *Pater, Pater, ut quid derelinquisti me.* (*Matth. 27.*) En verba confidentiæ, & refugii ad Divinum præsidium. Quinto vociferatus est; *Sitio* (*Joan. 19.*) en verba desiderii plura, ac plura patiendi. Sexto enuntiavit: *Consummatum est.* (*ibid.*) En verba gratulationis, & lætitiæ ob completum Redemptionis humanæ opus. Septimo denique clamavit: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum* (*Luc. 23.*) en verba commendationis, ac plenissimæ resignationis. &c. Age, Christiane! *respice, & fac secundum exemplar*, (*Exod. 25.*) quidquid loqueris, ad Dei gloriam, vel ad tuam, & aliorum salutem vergere debet; ita expresse enuntiat Card. Hugo (*in Luc. 11.*) *Loquela data est ad laudandum Deum, ad ædificandum proximum, ad accusandum seipsum.* &c.

Multi autem in verbis a Christo maxime dissident.

7. Edic modo, quæ hactenus verba tua fuerunt? Eheu! quam dissonia Christo! Si percurro Principum aulas, quid aliud audio nisi adulationes, ac simulationes? Si ingredior curias, ac tribunalia, quid aliud audio, nisi oppressiones pauperum, & injustas sententias? Si perlustro nobilium palatia, quid aliud audio, nisi jactantias, & vanitates? Si scrutor mercatorum tabernas, quid aliud audio, nisi mendacia,

cia, & fallacias? Si perspicio opificum officinas, quid aliud audio, nisi convitia, & detractiones? Si subintro tabernas vinarias, quid aliud audio, nisi calumnias, injurias, blasphemias, juramenta, & turpia Veneris ructamenta? O infelix Christiane! hoccine est Christo *testimonium perhibere*? nonne hoc & Ethnici, & gentiles faciunt, qui testimonium perhibent diabolo? &c.

§. III. *Christianus cum Christo convenire debet in operibus.*

8. Denique perspiciamus opera Christi. Et quamam fuere illa? S. Bernardus satis declarat, inquiens: (*ser. 1. de Assumpt.*) *Cum nomine Jesum, hominem mihi propone virtutem, & humilem corde, benignum, sobrium, castum, misericordem, & omni denique bonitate, & sanctitate conspicuum.* De Christi Domini operibus optimum habemus testimonium ex ipsius doctrina, quam in monte proposuit: *Beati pauperes spiritu*: a fabulo usque ad crucem pauperrimus fuit, ut nec in morte habuerit, ubi caput reclinaret. *Beati mites*; injurias sibi illatas non tantum condonavit, sed beneficiis compensavit. *Beati, qui lugent*: peccata nostra membris omnibus, & quidem sanguineis lacrimis deflevit. *Beati, qui esuriunt, & sitiunt justitiam* (*Matth. 5.*): cibus illius semper fuit voluntas Dei. *Beati misericordes*: præstitit beneficia etiam inimicis. *Beati mundo corde*: luxuriam habuit castissimam corporis, & animi. *Beati pacifici*: pacem fanxit inter Deum, & hominem. *Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam*. Ob sanctissimam legem suam extremis semper odiis ad mortem usque oppressus est. Age, Christiane! *Inspice, & fac secundum exemplar* (*Exod. 25.*): tuum est, ut Christi doctrinam, & exempla sectatus, ad Evangelicæ perfectionis exercitationem connitaris: tuum est, ut Deo serviens, & in lege ejus die, ac nocte meditans carnem cum sideriis suis crucifigis, nullis adversitatibus vincaris, nullis prosperitatibus depraveris. Tuum est, ut virtutes Christianas in gradu heroico pomiferis, ita ut mirentur hæretici, gentiles, ac infideles, fateanturque, se ad tantam morum, vitæque perfectionem pervenire non posse. O si ita constituti essent Christiani, non dubito, paullo post totus orbis Christianus foret.

Multi autem ab operibus Christi longe discrepant.

9. Edic autem, quæ opera tua? nonne corpus tuum, ejusque commoda nimis amans, faculi legibus pertinaciter adhæres, ut pene te Christianum esse erubescas; nonne foves peccata, & vitiis in consuetudinem versis, etiam verecundiam exuisti? nonne nihil ultra terrena sapis, & cum brutis animantibus voluptates aucuparis? &c. Infelix Christiane, an hoc est *testimonium perhibere* Christo? nonne hoc & Ethnici faciunt, qui testimonium perhibent diabolo? quid mirum, si infideles non convertantur, cum Christianos signis deteriores conspiciant?

Hæretici non convertuntur propter vitia Catholicorum.

10. Memini a Patribus Missionariis audisse, haud procul Brisco officiarii bellicum Lutheranæ fidei addictum, ad orthodoxæ hæreditatis transisse; inter alia quæsitus a Patribus, an nunquam dubia, & anxietates animi ob suam fidem perpessus esset, tepuisset, perpessus quidem fuisse; sed cum vidi Catholicos non minus scelerate vivere, quam Lutheranos, torqueri ambitione, dissolvi libidine, inflari superbia, lacerari invidia, agitari cupiditatibus, ventri, & Veneri litare; &c. facile ingenium salutaria animi sensa, ac stimulos consopivi. Et Christiane! quantum Ecclesiæ nocuis tua illa vivendi laxitate; &c.

11. *Epilogus*. Age ergo, vitam tuam coarctans, ut vel ipsa vivendi ratione *testimonium perhibeas* Jesu Christo. Audi, quid moneat Apostolus: (*2. Cor. 4.*) *Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris*. Ecce, per mortificationem efficere debes, ut vita tua vitam Jesu Christi referat: oculi tui non debent esse procaces, ut Ethnicorum. Lingua tui non impudens, ut Turcarum. Gula tua non intemperans, ut brutorum. Mores tui non debent convenire cum aliquo Epicuro, & Sardanapalo, sed tentiani omnes, qui tuam morum modestiam, & compositionem intuentur, te non tantum nomine, sed & re ipsa esse Christianum, Crucifixi sequacem, & olim Regni cælestis heredem. Amen.

Dominica VI. Post Pascha.

CONCEPTUS II.

De damnabili astutia, & perversitate mundi, qui plerumque vicio sub schemate virtutum palliare, & excusare contendit.

Venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Joan. 15.

EXORDIUM.

Peccatum nesciens virtutis suum pallium.

1. PEccatum, cum illi Proto-parentes ostium aperuerunt, in hunc mundum primo ingressum est nativa sua deformitate horribile, monstrum deformis, ingens, & infernali fuligine obscurum: unde factum est, ut a nemine, nisi ab imprudentissimo quovis amaretur: siquidem homines portentosæ turpitudinis consortium, & certatim ad virtutis, quæ contraria venustate fulgebat, amicitiam anhelabant. Quid ergo astuta bellua? cum aliquando bella virtutes obdormierunt, laneo pede adrepit, illisque sua fur pallia furto adimit, hoc pallio sedeinceps vestire, & sub eo venustatis indumento se potentias in corda hominum insinuare cœpit. Ita paullatim amabant mortales peccatum, quod virtutem credebant, tandemque infernalis bellua dominium per totum orbem propagarum est; quia fere nullum peccatum invenitur, quod non sub schemate alicujus virtutis palliatur. Nonne verissimum dico? audi, respondet S. Basilius (*hom. 15. in Psal.*) *Vitia vicinis virtutibus honestare conantur*, & hodiedum scelera omnia per orbem personata ingrediuntur: Superbia incedit sub pallio decentiæ, & honestatis; avaritia sub schemate providentiæ; galeas fronti se sub tegmine necessitatis; accedit palliatur sub velo defatigationis: adulator dicitur urbanus, vindicativus dicitur generosus, prodigus dicitur liberalis, carpiloquus dicitur ingeniosus. Verbo: *antiquus hostis tanta se arte palliat, ut plerumque vitia virtutes fingat*, ait S. Gregorius. (*lib. 30. Mor. c. 17.*) Hinc verissimum in hodierno Evangelio Christus edocuit Apostolos, inquiens (*Joc 15.*): *Venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur, obsequium se præstare Deo*. Quid? obsequium Deo, per interfectionem Apostolorum? ita est: in sensu litterali loquitur Sacer textus de Judæis, & gentibus, qui Apostolos, & Christianos, tamquam impios, scelestos, & mundi calamitates ex orbe eliminare fatagebant, & per hanc crudelitatem Deo gratum præstari obsequium putabant: in sensu autem mystico per hunc textum intelligi possunt omnia ea peccata, quæ ab impiis sub honestatis titulis celebrantur; quia astutissimo mundo portaelle est invenire prætextus justitiæ, aut beneplaciti Dei: sub hoc crudelissima sua flagitia palliare novit.

Et nunc sub larva virtutis procedit.

2. *Propositio*. Christiani Auditores! ejusmodi prætextus, ac pallia hodiedum apud multos Christianorum regnant, qui callide nocerunt suis sceleribus larvam honestatis, vel necessitatis, vel zeli gloriæ Divinæ, vel justitiæ obtexere. Agite, detegamus has cuniculos, ideque non aliam in finem, nisi ut edoceamur illis, id genus prætextus non prosade coram Dei tribunali, quam coram oculis mundi valituros. *Væ, qui dicitis bonum malum, & malum bonum!* minatur Dominus per Isaiam, *c. 5.* Favete.

Homines sæpe peccata lethalia sæpe habent pro venialibus.

3. *Confirmatio*. Ante omnia graviter culpendi venit nonnullorum laxitas, qui nefario quo judicii libertate actiones periculosas, & deprecato suspectas, non obstantibus conscientiæ monitis, ritum pro venili declarant, dicuntque est tantum peccatum leve, quod dum veniale non reformidant, multotics in mortale prolabuntur. Hac Adami fuit deceptio, ti Augustinus (*l. 14. de Civ. Dei c. 11.*) creditus; dicit etiam S. Doct. relatus a Corn. a Lap. (*in Gen. 3.*) *Adamum, eo quod non esset expertus Dei severitatem, putasse venale esse hoc unum peccatum, facileque illius veniam se a Deo impetraturum*. Mi Christiane, quis tibi jus contulit pro arbitrio tuo censendi actiones tuas, absque consilio majorum, non obstante conscientiæ remorsu? alii adhuc crassius decipiuntur, qui omnino erroribus suis fucum virtutis illinunt.

Vindicta larvatio sub tegmine justitiæ.

4. Loquamur parum de vindictæ studio: Vindicam, qua injuriæ, a proximo acceptæ, graviter ulcisci cogitamus, eumque in finem proximo vel aperte, vel ex insidiis ferobem, ut ajunt, struimus, esse peccatum lethale, nemo sapientum est, qui dubitat; & tamen eheu! quoties hæc vindicta sub prætextu zeli, aut justitiæ, aut correctionis fraternæ palliatur! consultissimus Scripturam. Abner superemus belli dux Regis Saul post ejus mortem filium illius Isbosetli ad thronum regni Hinelitici contra zma Davidis pretensionem evexit. Postliminio corrigit, aut cum Respha emortui Regis concubina impudice conversatus, graviter ab Isbosetho de impudentia argueretur; & ecce, confestim Abner se jurejurando obstrinxit: *Hæc faciat Deus Abner, & hæc addat ei, nisicquemadmodum juravit Dominus David, sic faciam cum eo*, (*2. Reg. 3.*) quasi diceret, quam vere vivit Dominus, Davidem in regni thronum instituam: verum quid agis, O bellua? vel enim Davidi de æquitate competit coronæ, vel non? si competit, cur non jam antea paratus illius remansisti? si non competit cur nunc tenes? Nimirum sentio, quod reseram antea non male illi convenerat cum Isbosetli, ex propter ea causa illius fuerit; nunc, postquam inter se utrumque dissensio orta est, in causam Davidis inclinat, ut hac ratione impietatem corruptionem vindicet, atque hanc vindictam sub regnante justitiæ larvat: *quændo ulcisci Dominus Deum*. O bellam justitiam, quæ revera vindicta est! O Judices! O superiores! quoties audiorum cultissimis crimina sub prætexto justitiæ, & vindictæ est! Est Pater-familias, qui odit, famulum esse impudentem, de nocte vagabundum, luxuriosum; stillumque tamen laborioso præstitit ejus vitia; postea oritur inter eos litigium, & ecce! statim exprobrare, proclamare, fremere, minari, pugnalem accipere, quærere nunc quid teneor, inquit, ex lege correctionis fraternæ. O deceptionem excusationem! rancor est, vindicta est. Est forte famula, quæ fatt, cum eo ancillam esse clepacem: tacet studiose delicti; postea oritur inter eas dissensio, & ecce! statim defert ad Dominum, ad Dominum: quæ nunc? ut non gravetur conscientia mea, inquit, alienis delictis. O deceptionem excusationem! rancor est: Vindicta est: cui versimile caput erat posset illud Prophetæ (*Isa. 43.*): *Possuit me vomerem, & telum electum*, &c.

Avaritia tegitur pallio humeris Divini.

5. Loquamur parum de avaritia: avaritiam, præsertim eam, quæ pauperes immisericorditer repellunatur, debita non expunguntur, caque, quæ Deo debentur, in deteriori materia præstantur, in certis circumstantiis posse esse peccatum lethale, nemo sapientum est, qui dubitet; & tamen, quoties hæc avaritia sub specie necessitatis, providentiæ, aut Religionis excusatur! Ingrediamur iterum Scripturam: Rex Saul præceptum accepit a Domino, ut Regnum Amalecitarum una cum Rege, cum habitatoribus, ipsisque gregibus, & armentis inmisericorditer, & absque ulla ventæ gratia demoliretur. Abiit Saul cum ingenti exercitu, & immensam Amalecitarum stragem fecit; nihilominus opimis gregibus, & selectiori pecori pepercit, secumque in prædam abduxit: exprobravit illi Propheta Samuel hanc avaritiam; & ecce statim se excusare noverat, inquiens, hæc armenta ceteris meliora Deo in oblationem, & holocaustum fuisse reservata: *Tulit populus oves, & boves, ut immolet Domino Deo suo in Galgalis.* (1. *Reg.* 15.) O bellam Religiositatem, quæ revera avaritia fuit! O Christiani! quoties hunc eumdemmet fucum nonnulli illinere student suæ tenacitati! quæritus aliquis pater-familias satis fortunatus, cur erga egenos nimis tenax, & illiberalis esset, respondit, non posse se præjudicare patrimoniis liberorum, & quod plus est, cogitare se post suam mortem fundare anniversarium, ideo necesse esse, ut omnes nummulos congereret. Aliqua in confessionali se accusans, quod adipem porcinum diebus efurialibus usurparet, interrogata, an non ad manus haberet butyrum ex lacte, respondit, habere se quidem, sed illud debere reservari ad jejunia angarialia, & ad quadragesimam. Alia quæsita, cur illas panni ulnas, quas familiis pro mercede annua largiri tenetur, in hirsuta aleo, & vili materia illis præstaret, retulit, quod velit mappam lineam pro altaris tegumento Ecclesiæ donare. Ecce quam ingeniosa sit avaritia ke excusandi etiam sub prætextu providentiæ, & cultus Divini, &c. *Luxuria queritur sub schemate peregrinationis.*

6. Loquamur parum de peccato luxuriæ: Luxuriam, illaque suspecta conventicula, quæ contra parentum voluntatem inter personas fragiles condicuntur, pro diversitate circumstantiarum posse esse lethalia delicta, nemo sapientum est, qui dubitet: & tamen cheu! quoties sub specie pietatis larvantur! Symbolizemur denuo hanc rem ex Scriptura. Absalon, cum scelestissimum perduellionis crimen contra parentem machinaretur, licentiam ab eo petiit peregrinandi in Hebron, inquiens: *Votum vovi, si reduxerit me Dominus in Jerusalem, sacrificabo Domino.* (2. *Reg.* 15.) Impetrata licentia, abiit, populum congregavit, rebellia arma arripuit, patrem persecutus est. O bellam votorum religionem, quæ revera damnabile crimen fuit! O Christiani! quoties sub eodem schemate tegantur perniciosa conventicula? sunt duæ personæ, quæ lavicem amant, & amantur: sed occasio conveniendi illis præscinditur; quia sollicite ab oculis superiorum observantur; quid agunt? peregrinationem instituunt, sub eoque prætextu sua conventicula adornant, ac negotia amatoria pegtractant. O devotas peregrinationes, si Superis placet, sub quarum cortice procorum alloquia, & consortia delitescunt!

Damna proximi celantur sub larva Religionis.

7. Loquamur parum de inimicitiis. Inimicitias, & hostilitates, præsertim si eum nocumento proximi, aut detractionibus famæ conjunctæ sunt, esse peccata lethalia, nemo sapientum est, qui dubitet: & tamen cheu! quoties sub larva justitiæ, aut defensionis, aut Religionis excusantur! Rex Herodes (*Marc.* 6.) suæ Herodiadi in remunerationem saltus promisit quidquid esset petitura, eamque promissionem juramenti fide confirmavit: scelerata filia, instigata a scelleratiore Matre, petiit caput captivi Joannis Baptistæ, & ecce, absque mora mittitur lictor, qui sanctum Virum in carcere obtruncaret: an non deterruit Herodem criminis immanitas? nihil minus: putavit se obligari ad nefas propter juramentum, *contristatus est propter juramentum.* O vulpinam calliditatem, de qua August. (*ser.* 11. *de sanctis in Anniv.*) *Temere promittitur; sed temerarie magis impletur!* O mei Christiani! quoties eodem colore scelera vestra dealbare contenditis? insidiatur quis proximo, atque tanto evidentius nocent, juramento se obstringit; non adquiescam, donec injuriam ultus fuero: & quamvis postliminio demoneatur, putat tamen se teneri, se obstringi ex jureiurando. O calliditatem! alius, provocatus ad duellum, ad rixas, convitiatur, de periculo monetur, & ecce, respondet, se fidem suam interposuisse, juramentum fecisse, se in arenam compariturum. O calliditatem! alia, dum pie rogatur, ut illas choreas, & conventicula fugeret, quibus hactenus sine damno animæ nunquam interfuisset, audacter reponit, se promisisse invitantibus, non posse se sine honoris dispendio abesse. O calliditatem! &c.

8. Hanc catillenam possem prosequi per mille alia scelera: Non sit mendacium, quod non dicatur esse necessarium propter officiositatem: non sit furtum a famulo, quod non competere sibi autumet ob labores stipendio majores: non sit detractio, quæ non pallietur sub tegmine veritatis: non sit dilatio restitutionis sive in fama, sive in bonis fortunæ, quæ non excusetur per impossibilitatem: Verbo: verissimum est effatum Senecæ (*Epist.* 117.): *Nullum vitium est sine patrocinio: Vitia nostra, quæ amamus, defendimus, & malumus excusare, quam excutere.* &c.

9. Verum, abrupto orationis filo, jam eadem interroga, mi Christiane! an putas hæc effugia, has oppalliationes coram Divino tribunali aque, ac coram mundo valituras? Eben deciperis! si ejusmodi excusationes robur haberent, quis tandem peccare, quis damnari posset? plane nemo; quia ab origine mundi usque hunc

hunc nullum unquam scelus patratum est, quod excusatione caruit. Quin immo si hæc pallia sustectura essent, quo? bene notes, velim, nemo vel ex ipsis crucifixoribus Christi reus foret de crudelissimo Deicidii crimine; quia nullus erat absque excusatione: an reus erat Judas? atqui ille excusare se potuit, dicens: ego Pharisæis adhuc in tempore palam annuntiavi innocentiam Christi, *Peccavi tradens sanguinem justum.* (*Matth.* 26.) An reus erat Synagoga? atqui hæc excusare se potuit, dicendo: ego Christum reliqui judicio Pilati, & de cetero protestata sum, (*Joan.* 18.) *nobis non licet interficere quemquam.* Ergo reus erit Pilatus? atqui ille excusare se potuit, dicens: ego nullum non movi lapidem pro liberatione Christi, publice manus lavi, eumque pro innocente declaravi, neque partem iniquæ mortis habere volui: *Innocens ego sum a sanguine justi hujus.* (*Matth.* 26.) Ergo tandem dæmon reus erit, qui hos omnes instigavit; sed & ille excusatione non caret: esto, inquit, quod primitus instigarim Judæos ad mortem Christi; sed postliminio omnem adhibui operam, ut eamdem impedirem: hunc in finem somniis terrui uxorem Pilati, ut maritum ab iniqua sententia dehortaretur: &c. Res mira mirissima! moritur Christus in cruce, & nemo valet esse Deicida: omnes excusationem obtendunt, & tamen omnes in inferno ardent: &c. &c.

10. *Epilogus.* Ea mi Christiane! quod excusationes, & pallia scelerum, quæ ad stylum, & genium versipellis mundi, inveniuntur, coram Deo nullius momenti sint: nihil valent, etiamsi millenas necessitates, honestates, justitias, Dei gloriam, aliosque coloratos titulos obtendas: ardent in inferno millones damnatorum, & tamen fere nullos iis excusationibus caruit, quibus tu securitatem tuam frivole inædificas: Quare in actionibus tuis cum simplicitate secundum nudam Dei legem progredere: si veliat iniqui te captiosis perfugiunculis ad nefas detorquere, cogita semper illud Davidicum: *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua.* Amen.

Dominica VI. post Pascha.

CONCEPTUS III.

De sexto peccati remedio, videlicet frequenti usu Sacramentorum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ.

Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum Veritatis. Joan. 15.

EXORDIUM.

Per Paraclitum intelligi potest Christus, ob triplex hujus vocis significatum. Atque hoc triplex munus maxime Christus exequitur in Eucharistia.

1. QUamquam per hanc vocem *Paraclitus* communiter, ac ordinarie intelligatur tertia Divinitatis Persona, nihilorum Spiritus Sanctus; nihilominus indubitatum est per eumdem intelligi etiam posse Secundam Deitatis Personam Christum Dominum, qui humana carne velatus, triginta tribus annis in hoc mundo conversatus fuit, & hodiedum nobiscum in Sanctissimo Eucharistiæ Mysterio perseverat. Id quod ipse Redemptor insinuans, ait: (*Joan.* 14.) *Rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis.* Notate verba: *Alium Paraclitum*, supra quæ verba Doctissimus Cornelius (*a Lap. hic v.* 16.) annotans, inquit: *Hinc patet, quod Christus quoque fuerit Apostolorum, & fidelium Paraclitus.* Idem affirmat S. Augustinus, inquiens: (*tr.* 74. & 75. *in Joan.*) *Quid ait, rogabo Paraclitum dabit vobis; ostendit & seipsum esse Paraclitum.* Ita est: omnia significata hujus vocis appolite conveniunt Christo: quid enim significat hæc vox *Paraclitus?* significat, ait idem interpres, Advocatum, Exhortatorem, & consolatorem. Christus Advocatus noster est, quia causam totius humani generis in se suscepit, & coram Divini Patris Tribunali evicit, dicente Apostolo: *Advocatum habemus apud Deum Patrem Jesum Christum.* Christus Exhortator noster est; quia præceptis, monitis, ac exemplis ad virtutem, vitæque sanctimoniam potenter nos excitmulat. Christus denique Consolator noster est; quia in tribulationibus est refugium, & unicum spei nostræ fundamentum. Singulariter hic advertu, omnia hæc tria munia Advocati, Exhortatoris, & Consolatoris esse talia, quæ cum multiplicitate, ac frequentia exerceri soleat: quis enim diens de lite intricata anxius, & de victoria dubius non sæpius recurrit ad Advocatum? quis dejecti animi miles non sæpius audire desiderat Ducis sui ad generosa certamina exhortantis monita? quis lethali infirmitate afflictus æger non sæpius vocari jubet Medicum, unicum in periculosa alea consolatorem? quid volo dicere? nempe sæpius, ac frequentius recurrere oportet ad Christum Eucharisticum, qui est nostrum in adversitate refugium, nostrum in afflictione solatium, nostrum in ægritudine pharmacum, nostrum in tentatione præsidium, nostrum in infirmitate fulcimentum.

2. *Propositio.* Dilectissimi Auditores! advertitis, ni fallor, cui materiæ in præsentiarum tractandæ præludam. Nimirum præscribum sextum, ultimumque peccati remedium, quod est perfrequens usus Sacramentorum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ: Multum valet contra peccata timor Domini, multum fuga occasionis, multum resistentia primæ tentationis, multum fuga otii, multum orationis devotio; sed frequens usus Sacramentorum est remediorum omnium quasi condimentum, & complementum. Fruitra pescator e suis sordibus emergere nititur, nisi hic pharmaco salutari frequenter utatur. Pavete. *Christus instituit Eucharistiam, ut frequenter ea utamur.*

3. *Confirmatio.* Inexplicabilis est ejus caritatis im-

Avaritia tegitur pallio humeris Divini.

5. Loquamur parum de avaritia: avaritiam, præsertim eam, quæ pauperes immisericorditer repellunatur, debita non expunguntur, caque, quæ Deo debentur, in deteriori materia præstantur, in certis circumstantiis posse esse peccatum lethale, nemo sapientum est, qui dubitet; & tamen, quoties hæc avaritia sub specie necessitatis, providentiæ, aut Religionis excusatur! Ingrediamur iterum Scripturam: Rex Saul præceptum accepit a Domino, ut Regnum Amalecitarum una cum Rege, cum habitatoribus, ipsisque gregibus, & armentis inmisericorditer, & absque ulla ventæ gratia demoliretur. Abiit Saul cum ingenti exercitu, & immensam Amalecitarum stragem fecit; nihilominus opimis gregibus, & selectiori pecori pepercit, secumque in prædam abduxit: exprobravit illi Propheta Samuel hanc avaritiam; & ecce statim se excusare noverat, inquiens, hæc armenta ceteris meliora Deo in oblationem, & holocaustum fuisse reservata: *Tulit populus oves, & boves, ut immolet Domino Deo suo in Galgalis.* (1. *Reg.* 15.) O bellam Religiositatem, quæ revera avaritia fuit! O Christiani! quoties hunc eumdemmet fucum nonnulli illinere student suæ tenacitati! quæritus aliquis pater-familias satis fortunatus, cur erga egenos nimis tenax, & illiberalis esset, respondit, non posse se præjudicare patrimoniis liberorum, & quod plus est, cogitare se post suam mortem fundare anniversarium, ideo necesse esse, ut omnes nummulos congereret. Aliqua in confessionali se accusans, quod adipem porcinum diebus efurialibus usurparet, interrogata, an non ad manus haberet butyrum ex lacte, respondit, habere se quidem, sed illud debere reservari ad jejunia angarialia, & ad quadragesimam. Alia quæsita, cur illas panni ulnas, quas familiis pro mercede annua largiri tenetur, in hirsuta aleo, & vili materia illis præstaret, retulit, quod velit mappam lineam pro altaris tegumento Ecclesiæ donare. Ecce quam ingeniosa sit avaritia ke excusandi etiam sub prætextu providentiæ, & cultus Divini, &c. *Luxuria queritur sub schemate peregrinationis.*

6. Loquamur parum de peccato luxuriæ: Luxuriam, illaque suspecta conventicula, quæ contra parentum voluntatem inter personas fragiles condicuntur, pro diversitate circumstantiarum posse esse lethalia delicta, nemo sapientum est, qui dubitet: & tamen cheu! quoties sub specie pietatis larvantur! Symbolizemur denuo hanc rem ex Scriptura. Absalon, cum scelestissimum perduellionis crimen contra parentem machinaretur, licentiam ab eo petiit peregrinandi in Hebron, inquiens: *Votum vovi, si reduxerit me Dominus in Jerusalem, sacrificabo Domino.* (2. *Reg.* 15.) Impetrata licentia, abiit, populum congregavit, rebellia arma arripuit, patrem persecutus est. O bellam votorum religionem, quæ revera damnabile crimen fuit! O Christiani! quoties sub eodem schemate tegantur perniciosa conventicula? sunt duæ personæ, quæ lavicem amant, & amantur: sed occasio conveniendi illis præscinditur; quia sollicite ab oculis superiorum observantur; quid agunt? peregrinationem instituunt, sub eoque prætextu sua conventicula adornant, ac negotia amatoria pegtractant. O devotas peregrinationes, si Superis placet, sub quarum cortice procorum alloquia, & consortia delitescunt!

Damna proximi celantur sub larva Religionis.

7. Loquamur parum de inimicitiis. Inimicitias, & hostilitates, præsertim si eum nocumento proximi, aut detractionibus famæ conjunctæ sunt, esse peccata lethalia, nemo sapientum est, qui dubitet: & tamen cheu! quoties sub larva justitiæ, aut defensionis, aut Religionis excusantur! Rex Herodes (*Marc.* 6.) suæ Herodiadi in remunerationem saltus promisit quidquid esset petitura, eamque promissionem juramenti fide confirmavit: scelerata filia, instigata a scelleratiore Matre, petiit caput captivi Joannis Baptistæ, & ecce, absque mora mittitur lictor, qui sanctum Virum in carcere obtruncaret: an non deterruit Herodem criminis immanitas? nihil minus: putavit se obligari ad nefas propter juramentum, *contristatus est propter juramentum.* O vulpinam calliditatem, de qua August. (*ser.* 11. *de sanctis in Anniv.*) *Temere promittitur; sed temerarie magis impletur!* O mei Christiani! quoties eodem colore scelera vestra dealbare contenditis? insidiatur quis proximo, atque tanto evidentius nocent, juramento se obstringit; non adquiescam, donec injuriam ultus fuero: & quamvis postliminio demoneatur, putat tamen se teneri, se obstringi ex jureiurando. O calliditatem! alius, provocatus ad duellum, ad rixas, convitiatur, de periculo monetur, & ecce, respondet, se fidem suam interposuisse, juramentum fecisse, se in arenam compariturum. O calliditatem! alia, dum pie rogatur, ut illas choreas, & conventicula fugeret, quibus hactenus sine damno animæ nunquam interfuisset, audacter reponit, se promisisse invitantibus, non posse se sine honoris dispendio abesse. O calliditatem! &c.

8. Hanc catillenam possem prosequi per mille alia scelera: Non sit mendacium, quod non dicatur esse necessarium propter officiositatem: non sit furtum a famulo, quod non competere sibi autumet ob labores stipendio majores: non sit detractio, quæ non pallietur sub tegmine veritatis: non sit dilatio restitutionis sive in fama, sive in bonis fortunæ, quæ non excusetur per impossibilitatem: Verbo: verissimum est effatum Senecæ (*Epist.* 117.): *Nullum vitium est sine patrocinio: Vitia nostra, quæ amamus, defendimus, & malumus excusare, quam excutere.* &c.

9. Verum, abrupto orationis filo, jam eadem interroga, mi Christiane! an putas hæc effugia, has oppalliationes coram Divino tribunali aque, ac coram mundo valituras? Eben deciperis! si ejusmodi excusationes robur haberent, quis tandem peccare, quis damnari posset? plane nemo; quia ab origine mundi usque hunc

hunc nullum unquam scelus patratum est, quod excusatione caruit. Quin immo si hæc pallia sustectura essent, quo? bene notes, velim, nemo vel ex ipsis crucifixoribus Christi reus foret de crudelissimo Deicidii crimine; quia nullus erat absque excusatione: an reus erat Judas? atqui ille excusare se potuit, dicens: ego Pharisæis adhuc in tempore palam annuntiavi innocentiam Christi, *Peccavi tradens sanguinem justum.* (*Matth.* 26.) An reus erat Synagoga? atqui hæc excusare se potuit, dicendo: ego Christum reliqui judicio Pilati, & de cetero protestata sum, (*Joan.* 18.) *nobis non licet interficere quemquam.* Ergo reus erit Pilatus? atqui ille excusare se potuit, dicens: ego nullum non movi lapidem pro liberatione Christi, publice manus lavi, eumque pro innocente declaravi, neque partem iniquæ mortis habere volui: *Innocens ego sum a sanguine justi hujus.* (*Matth.* 26.) Ergo tandem dæmon reus erit, qui hos omnes instigavit; sed & ille excusatione non caret: esto, inquit, quod primitus instigarim Judæos ad mortem Christi; sed postliminio omnem adhibui operam, ut eamdem impedirem: hunc in finem somniis terrui uxorem Pilati, ut maritum ab iniqua sententia dehortaretur: &c. Res mira mirissima! moritur Christus in cruce, & nemo valet esse Deicida: omnes excusationem obtendunt, & tamen omnes in inferno ardent: &c. &c.

10. *Epilogus.* Ea mi Christiane! quod excusationes, & pallia scelerum, quæ ad stylum, & genium versipellis mundi, inveniuntur, coram Deo nullius momenti sint: nihil valent, etiamsi millenas necessitates, honestates, justitias, Dei gloriam, aliosque coloratos titulos obtendas: ardent in inferno millones damnatorum, & tamen fere nullos iis excusationibus caruit, quibus tu securitatem tuam frivole inædificas: Quare in actionibus tuis cum simplicitate secundum nudam Dei legem progredere: si veliat iniqui te captiosis perfugiunculis ad nefas detorquere, cogita semper illud Davidicum: *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua.* Amen.

Dominica VI. post Pascha.

CONCEPTUS III.

De sexto peccati remedio, videlicet frequenti usu Sacramentorum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ.

Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum Veritatis. Joan. 15.

EXORDIUM.

Per Paraclitum intelligi potest Christus, ob triplex hujus vocis significatum. Atque hoc triplex munus maxime Christus exequitur in Eucharistia.

1. QUamquam per hanc vocem *Paraclitus* communiter, ac ordinarie intelligatur tertia Divinitatis Persona, nihilorum Spiritus Sanctus; nihilominus indubitatum est per eumdem intelligi etiam posse Secundam Deitatis Personam Christum Dominum, qui humana carne velatus, triginta tribus annis in hoc mundo conversatus fuit, & hodiedum nobiscum in Sanctissimo Eucharistiæ Mysterio perseverat. Id quod ipse Redemptor insinuans, ait: (*Joan.* 14.) *Rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis.* Notate verba: *Alium Paraclitum*, supra quæ verba Doctissimus Cornelius (*a Lap. hic v.* 16.) annotans, inquit: *Hinc patet, quod Christus quoque fuerit Apostolorum, & fidelium Paraclitus.* Idem affirmat S. Augustinus, inquiens: (*tr.* 74. & 75. *in Joan.*) *Quid ait, rogabo Paraclitum dabit vobis; ostendit & seipsum esse Paraclitum.* Ita est: omnia significata hujus vocis appolite conveniunt Christo: quid enim significat hæc vox *Paraclitus?* significat, ait idem interpres, Advocatum, Exhortatorem, & consolatorem. Christus Advocatus noster est, quia causam totius humani generis in se suscepit, & coram Divini Patris Tribunali evicit, dicente Apostolo: *Advocatum habemus apud Deum Patrem Jesum Christum.* Christus Exhortator noster est; quia præceptis, monitis, ac exemplis ad virtutem, vitæque sanctimoniam potenter nos excitmulat. Christus denique Consolator noster est; quia in tribulationibus est refugium, & unicum spei nostræ fundamentum. Singulariter hic advertu, omnia hæc tria munia Advocati, Exhortatoris, & Consolatoris esse talia, quæ cum multiplicitate, ac frequentia exerceri soleat: quis enim diens de lite intricata anxius, & de victoria dubius non sæpius recurrit ad Advocatum? quis dejecti animi miles non sæpius audire desiderat Ducis sui ad generosa certamina exhortantis monita? quis lethali infirmitate afflictus æger non sæpius vocari jubet Medicum, unicum in periculosa alea consolatorem? quid volo dicere? nempe sæpius, ac frequentius recurrere oportet ad Christum Eucharisticum, qui est nostrum in adversitate refugium, nostrum in afflictione solatium, nostrum in ægritudine pharmacum, nostrum in tentatione præsidium, nostrum in infirmitate fulcimentum.

2. *Propositio.* Dilectissimi Auditores! advertitis, ni fallor, cui materiæ in præsentiarum tractandæ præludam. Nimirum præscribum sextum, ultimumque peccati remedium, quod est perfrequens usus Sacramentorum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ: Multum valet contra peccata timor Domini, multum fuga occasionis, multum resistentia primæ tentationis, multum fuga otii, multum orationis devotio; sed frequens usus Sacramentorum est remediorum omnium quasi condimentum, & complementum. Fruitra pescator e suis sordibus emergere nititur, nisi hic pharmaco salutari frequenter utatur. Pavete. *Christus instituit Eucharistiam, ut frequenter ea utamur.*

3. *Confirmatio.* Inexplicabilis est ejus caritatis im-

immensitas, qua Divinus mundi Redemptor se nobis in cibum dedit, non tamen inexplicabilis est tantæ caritatis suæ, ac sponsi, qui maxime in eo consistit, ut miseris peccatoribus efficacissimum contra peccata medicamentum selinquerere. Agit nobiscum Dei Filius, velut amantissima Mater cum filiolo, contingit forte, ut puerulus, e sinu genitricis dilapsus, ad marginem undosi fluminis accedat: exhorrescit Mater, dum videt periculum charæ sobolis, & quid agit? an voce, & manu revocat? at attendum est, ne immorigera proles vocí non obediat. An fugientem violenter infectari, & apprehendere tentavit? at periculum est, ut prius in undas fugiens labatur, quam teneatur. Audite ingeniosum amoris inventum: afflicta Mater in his angustiis aperto sinu ostendit filiolo ubera, ficque illicit, ut per eamdem viam, qua ad fluminis præcipitium arripuerat, lubens regrediatur. Prorsus similis esse videtur Christi in Sacramento amoris operatio, quamquam pro dolor! in multis Christianis non appareat similis effectus. Videt Christus fidelem animam, instar imprevidi pusionis, exanabilibus Providentiæ suæ brachiis fugientem ad ecclesiam infernalis barathri crepidinem, in omni fere æterni interitus periculo versari: quid agit? vociferari non expedit; quia obstinati peccatores vocem ejus non audiunt: minas intentare nil proficit; quia illi desperabundi in majus dispendium feriæ prorumpunt. Nempe hoc agit, sinum aperit, Divinisque mammillis peccatori exhibet, quibus ipsi Paradisi Principes lactantur, *Mammillæ Regum lactabitis.* (*Isa.* 60.) ut tali esca allectus intenta in sinum Domini sui se recipiat. O immensum Christi Domini Benignitatem, qui avidissime desiderat, ut quoties in peccati periculum adducimur, quoties insurgunt venti tentationum, quoties in corde nostro refrigescit caritas, toties ad hoc Eucharistica ubera recurramus! Inter alias ceremonias præcepit Dominus Moysi, ut singulis sepimanis in tabernaculo super mensam ponerentur panes propositionis: mensam autem non voluit esse amplioram, quam ut haberet *duas cubitor. longitudinis, & in latitudine cubitum.* Quorsnam ergo in spatio tam angusto collocari poterant duodecim panes, quorum immutaque, teste Cornelio, tredecim libras appendebat? Nempe panes debebant collocari unus super alium, ideque maxime ideo, ut, quamdiu fieri posset, contraherentur calidi: si panes fuissent collocati singillatim, brevi perdidissent calorem; sed Deus voluit, ut ponerentur panes calidi. Nota tibi hoc præceptum, mi Christiane: per Communionem Paschalem in corde tuo inflammatus fuit ardor Divini amoris: quid lucidum de filio timeret? ah! nil nisi teptiditas, & algidus: scis, qua arte conservare debeas calorem? ponendi sunt panes unus super alium, frequentanda una Communio super aliam, & quidem usque ad numerum duodenarium, id est, singulis mensibus per annum.

Idipsum optat Ecclesia.

4. Non oblatret hic quispiam, Ecclesia non præcepit sæpius sacram Communionem, quam unica vice per annum. Hæc, inquam, non audit quispiam opponere; compendiose enim respondeo non præcipit quidem, sed optat: fingo filiolum, gravi ægritudine decumbentem; accedit cara Mater, & dum æger medicinam, aut cibum sumere pertinaciter renuit, dicit illa, fili mi, amore mei sume bolum tantum unicum: contenta quidem est, si ille bucellam unicam masticet; interim tamen perquam avide desiderat, ut filius ex integro sanus ad salubritatem usque se vehere posset. Eadem modo tanta Mater Ecclesia, videns maximam Christianorum partem ob conscipiscentiæ forsan Divinum hunc cibum nauseare, etiam illa cuivis dicit? Fili mi, saltem semel quotannis ob amorem Patris tui cælestis, & mei Matris tuæ carissimæ hanc mensæ accumbito: Sed licet ita dicat, tamen ardentissime optat, ut omnes sæpius accumbant, imque vivant, ut quandoque accumbere possint. De hoc certe desiderio dubitare fas non est, cum in ærem Ecclesiæ luculenter explicet optimus interpres, Concilium Tridentinum, inquiens: (*Sess.* 22. *c.* 6.) optare Patres, ibi congregatos, antiquam illum primorum Christianorum fervorem, qui quotidie Pane hoc Eucharistico vescebantur: & quia ob temporum nostrorum frigiditatem, morumque corruptelam tantum ipsorum non poterat, prudenter omnes adhortatur, rogat, & obsecrat per Divinæ Misericordiæ viscera, ut saltem frequentius hoc cælesti cibo se reficiant. (*Sess.* 13. *c.* 8.) Similia semper fuere sanctorum Doctorum desideria, qui nobis Ecclesiæ voluntatem declarant: ut taceam SS. Augustinum, Ambrosium, aliosque, a S. Thoma (*3. p. q.* 80. *art.* 10.) citatos, huic sanctæ synodi verbis, ut Concilio Basileensi annoxia, quod asseverat, omnes Catholicos Doctores laudasse, admonuisse, & continuo scriptis suis SS. Eucharistiæ usum commendasse; tanquam rem non solum utilissimam, sed ad virtuose vivendum necessariam. *Quod sane accedere digne & devote sit valde præstantum, immo summe necessarium, omnes Doctores Catholici laudant, hortantur, admonent interessantes Ecclesiæ populum.*

Homo peccator haud perseverare potest in bona sine Eucharistiæ frequentia.

5. Dicitur frequentem Communionem non tantum esse *proficuam*, sed *summe necessariam*: Vultis rationem? percipite: Homo præsertim peccati veneno lubet, atque iterum infectus, ex se ipso est debilissimus, natura in malum proclivis, vires animæ per iteratos lapsus valde attritæ, concupiscentiæ ardor ingens, tentationis insidiæ incredibiles. Quocirca, qui peccator, in tanto mortali tuam fragilitatem cum gemitu deplorat, experientia doctus, quod vitam immaculatam Dei pluribus fere lapsibus, quam gravibus fignaveris? quid facto opus est?

Re-

Revera necesse est, ut vires supernaturales gratiæ sint tantæ, an sortiores, quibus animus continuo erigitur ad bonum, quantum caro depravata inclinat ad malum: Si verum sit, quod sopra, valde forte, & lethaliter operatum est, oportet, ut etiam alterius, & meliorum fortes, & operativam sit. Porro in malum, si infirmitates mentis, & prodigitas in malum unicum est, unicam etiam esse debere gratiæ confortans. Unde autem, ex quo fonte hauritur illa gratia? ex frequentia Sacramentorum. Quid prosit in anno semel exuisse peccata, nisi & conjungatur voluntas peccandi? ubi autem, & quomodo obtineatur iste effectus? per sacrum Communionem, dicente Sancto Paschasio: (*l. de Corp. & Sang. Dom.*) *Sacramentum Confessionis a peccatis nos liberat, Sacramentum Eucharistiæ nos liberat a voluntate peccandi.*

6. Quisquis de hoc effectu dubitat, pluribus opus non habet, quam ut illa primitivæ Ecclesiæ tempora cum nostris conferat: plane quemadmodum statua illa Nabuchodonosoris caput habebat ex auro, pectus ex argento, femora ex ære, & denique pedes ex luto; ita in Ecclesia contigisse videmus: primi illa nascentis Ecclesiæ tempora erant aurea; quia plena sanctitate: nostra sunt lutea; quia plena iniquitate: unde autem tanta morum differentia? Nempe ex diverso usu SS. Eucharistiæ: Primis illis temporibus tenebantur Christiani sub pœnis gravissimis quotidie communicare; uti S. Thomas (*3. p. q.* 80. *art.* 10. *ad* 5.) ex horrendis illis Sanctí Anacleti Papæ verbis colligit: (*De consf. d.* 2. *c. peractis.*) *Peracta consecratione, omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticis cadere Hostibus.* Et hæc consuetudo sat diu duravit, ita ut S. Hieronymus referat, ad sua usque tempora in Ecclesiis Hispaniæ perseverasse. En pulcherrimum caput ex auro: sed ecce, succesfit pectus ex argento: paullatim ardor ille cœpit intepescere, unde S. Basilius commemorat, suo jam tempore non amplius solitos esse Christianos quotidie communicare, sed quaternis tantum vicibus in hebdomade. Pectori argenteo succedit venter ex ære; quin, ut scribit Augustinus, quidam solum die Dominica cælesti mensæ accubuerunt: Nostris vero temporibus ignobilis illa luti pars obtigit; ferme enim valde devotus existimatur ille, qui quovis mense semel communicat: quin immo aliqui Christianorum a primis illis Christianis turpius, quam lutum ab auro degenerarunt, nempe illi, qui unica tantum vice de anno communicant. Nihil dicam de iis impudentibus, qui alios, frequentius ad sacram Synaxin accedentes, explodunt, subsannant, pro devotulis proclamant, ac mille vexationibus profequuntur: hi miluus digni sunt, quam ut luto comparentur: satellites sunt diaboli, emissarii damonis, qui dum in seipsis præverti sunt, sustinere haud possunt, ut alii boni sint. Quid mirum, quod virtuti jam succedente impietas, & ubi in Ecclesia olim floruit morum sanctitas, jam in tanta teptiditate virtus triumphet? restituatur Ecclesiæ prima illa Eucharistiæ refectionis frequentia, & una restituetur illi virtus, ac innocentia!

Præsertim qui sunt ante valde vitiis dediti.

7. Præprimis autem hoc cælesti pharmaco opus habet peccator, qui paullo ante peccatorum cœno profunde immersus, jamad vitæ melioris auspicia serio aspirat. Profecto sicut æger convalescens medicamine confortativo infigit, ut morbi recrudescentis vim præveriat; ita peccatori remedium tale necessarium est, quo contra animæ morbos, & tentatoris insidias fortificetur: Quale autem est illud remedium? audite effatum S. Ignatii Martyris: (*ad Ephes.*) Eucharistia est. *Medicamentum quoad vitæ, & omnia mala expellens.* Hæc virtutem habet omnes habituales infirmitates sanandi, & ab actualibus præservandi, passiones dico inordinatas componendi, sanctiores ingerendi cogitationes, animumque ad meliorem valetudinem, quam qua ante delictum gaudebat, reducendi. Verum quod bene notandum: hæc omnia paullatim, ac successive operatur; quia nostræ dispositioni, quæ ordinarie valde imperfecta est, se conformat. Ex quo clare sequitur, quod Eucharistia longe magis sit necessaria peccatoribus, quam virtuti dediti; licet enim innocens aliquis firmiter perseveret in gratia, utut rarius hac sacra mensa utatur, id tamen pœnitenti non periodo succedet. Quando fructus arboris sunt sani, ad eos fic conservandos sufficit parum straminis: at quando jam corrupti sunt, plus quam ordinaria opus est diligentia; bullienti enim saccharo immergendi & condiendi sunt; alias putrefient.

8. Neque solum homini peccatori post conversionem infesti sunt hostes domestici, illa nimirum, quam diximus, naturæ fragilitas, pravi habitus, & concupiscentiæ, ac passionum rebellio; sed insuper infernalis latro juratissimus animarum inimicus: ille post conversionem peccatoris dolenter videns, prædam dominio suo elapsam, machinas omnes admovet, ut perditum recuperet. Qua arte maxime utitur? Barbari quidam populi Abyssinis vicini, illique pertinaces infensi, expectant, donec Abyssini post rigidissimum jejunium, pro more sua Religionis observari solitum, debilitati sint, virelque amiserint: tunc ex improviso eos aggrediuntur, & stragem edunt. Eodem modo diabolus agit cum Christianis, si videt eos jejunos, & a cælesti hoc Epulo diu abstinentes: tunc eos ex insidiis aggreditur, bene gnarus, si hoc cælesti Confortamento non roborentur, facilem sibi fore victoriam. Audite, & obstupescite mirum hujus rei eventum. Adolescens quidam infano amore deperibat feminam matrimonio junctam, quam nulla arte (nam illa honestitis tenax erat) in sua perfida desideria pellicere potuit. Hinc, amore in odium verso, Magum adiit, qui rogatus, magicis suis incanta-

tatis-

rationibus effecit, ut mulier illa omnibus in equum mutata videretur. (*Pallad. l. 8. c. 19.*) Cogitate, quis mariti in hoc spectaculo fuerit Sensus! miseram alloquebatur; sed non aliud accipiebat responsum, quam recalcitrationes. Unde post tres dies, ubique ullius cibi fruitione transactos, suni alligatam ad S. Macarii cellam dedusit, qui spiritu illuminatus, id quod erat, agnovit. Accepta proin aqua lustrali seminam aspergens, sectilique super eam quibusdam precibus, pristinæ formæ restituit. Sed scitis, quam salutaria illi monita dederit? ut scilicet quam posset sæpissime communicaret, docendo illam, ideo tantum potestatis in eam habuisse diabolum, quia plus, quam integro mense a sacratissima Christi Mensa abstinuisset, &c. O mi Christiane! si tantum potuit dæmon in corpus hujus seminæ, quia sacram Communionem supra mensem distulit, quid mirum, si te anima tenus in equum, in mulum, in porcum, in asinum mutet, cum sanctissimo hoc Convivio sæpe anno integro abstineas? &c. &c.

9. *Epilogus*. Quæris fortasse pro coronide, quoties Christianum Eucharistici Epuli convivam esse oporteat? dico, singulis ad minimum mensibus: *Buccinate in Neomenia tuba*, admonet Psalmista, (*Psal.* 80.) id est, sicut peccator, cujus symbolum luna instabilis est, singulis mensibus cum luna deficit, ita singulis mensibus cum luna se reficere debet: *Buccinate in Neomenia tuba*, &c. &c. &c. Amen.

Dominica Pentecostes.

CONCEPTUS I.

De beneficiis, donisque, quæ Spiritus Sanctus Ecclesiæ contulit.

Paraclitus autem Spiritus Sanctus .. ille vos docebit omnia. Joan. 14.

EXORDIUM.

Magnum est beneficium creationis, & redemptionis. Sed non minus beneficium justificationis.

1. MAgna est, immensa est obligatio, qua Orbis universus, & præcipue pars melior Orbis, videlicet Ecclesia Catholica, tribus Divinis Personis obstringitur; Patri quidem ob beneficium Creationis, quod, teste Bernardo, (*in Psal. Qui habitat.*) tantum donum est, quam magna res est ipse homo, substantia, vita, anima, voluntas libera, corpus, sensus, rerumque omnium usus ex creationis dono nobis profluxerunt, dono tanto liberalior, quo minus ante homo, in suo nihilo constitutus, promereri quidquam poterat. Divino Filio obstricti sumus ob beneficium Redemptionis: creati sumus ex nihilo, sed non redempti ex nihilo, & dum creatio pluribus haud constitit, nisi unico verbulo, *Fiat*, certe Redemptio Incarnato Dei Filio labore, sudore, planctu, sputis, alapis, spinis, cruce, & immenso sanguinis profluvio constitit. Denique Spiritui Sancto obstricti sumus ob beneficium Justificationis, quod creato, redemptoque operi per infusionem gratiæ supernaturalis quasi ultimum colophon, perfectionemque addit. Tria requiruntur ad artefactum alicujus statum: materia, & hanc habemus ex Creatione: instrumenta, & hæc habemus ex Redemptione: & forma, & hanc habemus ex Justificatione. Sed quæret aliquis, cui ergo ex Divinis Personis maximo obligationis vinculo obstringamur? absit a me, hoc decidere: hoc potius vestro relinquam arbitrio.

Quanta beneficia Spiritus Sanctus Ecclesiæ præstiterit. Ecclesia bortus est: Spiritus Sanctus est ventus fecundans.

2. *Propositio*. Ec ego solum in medium proferam, quam innumeris, magnisque beneficiis Sancti Spiritus liberalitas Ecclesiam cumularit: hoc fructus inde hauriemus, ut profundissima gratitudine hanc Tertiam in Trinitate Personam hodierno festo adoremus. *Veni, Sancte Spiritus, & emitte cœlitus lucis tuæ radium*, &c. (*Est. in hymno.*)

3. *Divisio*. Dilecta illa Sponsa in Canticis amœnissimum construxit hortum: hunc arboribus, plantis, areolis, floribusque elegantissime distinxit; demum, rebus ita compositis, fecunda ventorum spiramina invitare cœpit: *Veni, auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius*, &c. (*Cant.* 4.) per amœnissimum hortum illum intelligit Cornelius a Lapide (*hic.*) Ecclesiam; per austrum autem Spiritum Sanctum: *Veniat auster, id est, Spiritus Sanctus, qui suæ gratiæ calore, & fervore faciat, ut Ecclesia, & fideles suavissimum virtutum omnium odorem per sanctas eorum operationes exspirent.* O quantum, flante Spiritus sancti gratia, in firmitate fidei creverunt cedri Apostolorum! quantum roboratæ sunt lauri Martyrum! quantum creverunt in sublimitate contemplationis cypressi Doctorum! quantum creverunt olivæ Confessorum ex ictibus tentationum fictæ fecunditates! quantum dealbata sunt lilia Virginum! quantum denique per perseverantiam fructificarunt palmæ omnes Eudelium! *Veni, auster, perfla hortum meum*; sine te enim arescunt omnia! Repetamus singula.

§. I. *Spiritus Sanctus animat Apostolos.*

4. Quantum gloriatur Ecclesia cum Sanctis Apostolis! En illi viri, qui antea ad unius ancillæ vocem conterriti, victi, prostrati sunt, nunc armatos mundi Principes non expaverunt. *Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia* ait Apostolus. (1. *Cor.* 1.) Quærat autem aliquis, cur Domino Deo placuerit ad propagationem Evangelicæ Legis tam infirma instrumenta eligere? potuisset habere doctos Platones, Stagiritas, Solones, aut Salomonem; cur ergo elegit rudes Piscatores? potuisset habere armatos Cæsares, aut Alexandros; cur ergo elegit inermes Discipulos? Percipe, mi Christiane rationem ex figura Scripturistica: fortissimus Bellidux Gedeon, (*Jud.* 7.) Madianitas expugnaturus, numerosum contra illos duxit exercitum. Deus autem præcepit illi, ut dimitteret ceteris, plures ad pugnam non adhiberet milites, quam trecentos illos, qui vola aquas fluminis lambebant. Cur ita? cur per tam paucos voluit Deus victoriam obtineri? nimirum ut tanto manifestius cognosceretur, reportatam victoriam non hominum, sed Dei opus fuisse: ita Theodoretus: (*q. 13. in l. Jud.*) *Ne tu ignavus, & secordem judices in hoste feriendo, ut omnibus perspicuum esset auxilium Divinum.* En, mi Christiane, hæc eadem ratio est, quare Deus ad propagandam in Orbe universo Fidem rudes, & infirmos piscatores elegerit, nempe, ut advertit S. Ambrosius: (*l. 5. in Luc.*) *Ne tradidisse potentia, ne redemisse divitiis, ne potentia, nobilitatisve auctoritate traxisse videretur.* Etenim quid posset esse mirabilius? Illi, qui ante in Passione Domini sui in fugam abierunt, nunc inter gentes regionibus dilatas, animo inculti, moribus barbaras, Christi doctrinam intrepide evangelizant: illi rudes piscatores, qui Divini sui Magistri causam apud impium Synagogam nec unico verbo tueri callebant, nunc diserti oratores linguis loquuntur omnium. (*Act.* 1.) stupebant Parthi, Medi, & Elamitæ, Proselyti, Cretes, & Arabes, stupebant advenæ, qui ex Meiopotamia, Judæa, Cappadocia, Ponto, & Asia, Phrygia, & Pamphilia, Ægypto, & partibus Lybiæ advenerant, stupebant, inquam, quod eos suis quisque linguis loquentes audirent. Et unde hæc mirabilis linguarum notitia? Audi Epiphanium: (*serm.* 52.) *Unde donum linguarum, & gratia sermonum, nisi ab illo spiritu, qui etiam usu infantium, & lactentium perficit?*

§. II. *Spiritus S. confortat Martyres.*

5. Quantum gloriatur Ecclesia cum Sanctis Martyribus! En, generosi pugiles, & fidei athletæ, ut cum Gregorio Nazianzeno (*orat. 20. de Machab.*) loquar, *tormenta quasi thesauros præripientes*, tanto numero suo sanguine Ecclesiam fecundarunt, ut solum sub Diocletiano, & Nerone fuerint centum sexaginta millia Martyrum, qui corpora sua ad cruciatus ultro pro Christi fide obtulerunt, ut taceam innumerabiles alios, *qui lanionia, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt*, (*Hebr.* 11.) quorum numerus eousque excrevit, ut Ecclesia singulis anni diebus ad quadragies Martyrum millia venerari posset. *Quid enim non perceptura multitudinem earum*, inquit Baronius, (*anno* 253. *n.* 108.) *qui insalubrius, & moribus vagi, errantesque, fame, sitt, fatigare, morbis, latronibus, bestiis, furoribus extinguit?* Et quod mirandum maxime est, insultabantur tortores, non insultabantur Martyres, victi illudebant victoribus, & alacriores erant ad vulnera recipienda, quam Tyranni ad inferenda. Quod magis mirandum est hæc prodigiosæ fortitudinis exempla non sub Herculeis Heroibus, qui a prima juventute ad arduas quævis certamina indurati fuerunt, sed ab imbelli sexu, & a puerulis, infantiam vix bene egressis, edita sunt. Quænam fuit Sancta agnes? tredecim annorum Virgunicula, & tamen cum post superatos colaphos, equuleos, & rogos capite plectenda esset, æque carnifex timens, ac tremens expalleseret, Virgo illi animos fecit, inquiens: *Quid percussor moraris? pereat corpus, quod amari potest oculis, quibus volo.* (*Vide Fasium S. Viti.*) Quænam erat Sancta Prisca? Nobilis Virgo Romana, tredecim annos nata, & tamen sub Claudio Imperatore Christiana fidei accusata, pugnis, carceribus, ferventi adipe, incdia, ungulis, & equuleis excarnificata, inaudituni, & vel ipsis Viris inimitabile fortitudinis exemplum reliquit. Quænam erat S. Basilissa? Novem annorum puellula: & tamen verbera, ignes, bestias, Divina virtute superavit, & in oratione purum Deo spiritum reddidit. Quisnam erat Sanctus Celsus? tenerrimis vix duodecim annorum adolescentulus: & tamen cum Magistro suo Nazario ad gladium damnatus, tanta cum generositate lictori cervicem præbuit, ut ausus fit in ipsa mortis arena Tyranno insultare. Quinam erat denique Sanctus Vitus? Quindecim annorum puerulus: & tamen exsilium, carceres, catastas, ac ferventem resinam perpessus, contemptis tam blandimentis, quam tormentis Tyranni gloriosus Martyr occubuit. Taceo plura hujusmodi Christianæ fortitudinis prodigia, jam alibi, nempe in Festo hujus ipsius sancti Martyris satis dilaudata, & solum interrogo, unde tam insuperabilis constantia? unde? possum certe respondere de singulis, quod Sanctus Leo (*in Natali S. Laurent.*) affirmavit de Sancto Laurentio. *Segnior fuit ignis, qui foris ussit, quam qui intus accendit.* Intus autem accendit ignis Spiritus Sancti, qui hostie in forma ignis apparuit.

§. III. *Spiritus S. erudit Doctores.*

6. Quantum gloriatur Ecclesia cum Sanctis Doctoribus! hi sunt fulcra Ecclesiæ, veritatis propugnatores, Scripturarum interpretes, & dei oracula, Evangelii præcones, hæresicorum mallei: hi protectoribus semper Ecclesiæ petra inconcussa stetit. Quotiescumque ex orci fluctibus monstrosa hæresis erumpens, hanc veritatis arcem oppugnavit, toties ex adverso nonnullus ex Sanctis Doctoribus se fulminat opposuit; ita Sanctus Irenæus contra Montanistas, Sanctus Antonius contra Donatistas, Sanctus Augustinus con-

contra Nestorianos, Sanctus Benedictus contra Severianos, Sanctus Eucherius contra Machumetanos, Sanctus Dominicus contra Albigenses, Sanctus Burchardus contra Albanenses, Sanctus Stanislaus contra Berengarios, Sanctus Andreas Cosinus contra Vvicleffenses, Sanctus Ignatius contra Lutheranos pugnarunt, ac triumpharunt. Quis Sanctus Doctoribus arcana Scripturæ sensa aperuit? Quis sublimissimæ doctrinæ lucem affudit? quis arma ad vincendos errores suppeditavit? quis, nisi ille Spiritus Sapientiæ, de quo Sanctus Lucas: (*c. 12.*) *Spiritus Sanctus docebit vos in illa hora, quid oporteat vos dicere.* Memorat Solinus (*de Mirab. mundi c. 3.*) in Mauritania esse populos, qui, nisi flante Borea, nihil articulate loqui calleant: felix iste Boreas Spiritus Sanctus est: hoc non flante, loqui nesciunt Augustini, Gregorii, Hieronymi, Ambrosii, Chrysostomi, Bernardi, &c. &c.

§. IV. *Spiritus S. excitat Confessores.*

7. Quantum Ecclesia gloriatur cum Sanctis Confessoribus! Heu! quantus erat eorum numerus, qui mundum florentem deflexerunt, & in voluntaria paupertate, ac corporis mortificatione Christum secuti sunt? in una Ægypti urbe, scilicet Oxirincho fuerunt viginti millia, unus Abbas Or habuit sub se tria millia, Abbas Serapion decem millia, Abbates Antonius, & Macarius octo millia Monachorum. (*Cornel. a Lapide in Isa. 19. v. 18.*) Quid memorem Sanctos Religionum ordinum Fundatores, ut Franciscum, Dominicum, Augustinum, Norbertum, Ignatium, aliosque, qui innumerabiles sequacium animas e mundo ad vitæ sanctioris institutum traxerunt? Solus Monachorum Patriarcha Benedictus, qui in montis Cassini eremum recessit, & anno Domini quingentesimo quadragesimo septimo ex hac vita migravit, innumeros sanctitatis instituti Sectatores habuit; nam teste Trithemio, anno millesimo post Christum numeravit ordo Sancti Benedicti quindecim millia monasteriorum, & teste Volaterrano, ex eodem ordine prodiere Sancti Canonizati centum & quinquaginta sex millia. Quod magis mirandum, non solum e masculo genere, sed & ex imbecilli sexu innumerabiles animæ, relictis Regiis, Principalibusque thalamis, mundo miserunt nuntium: sola Abbatissa Salzburga numerabat trecentas, S. Flora trecentas, Beata Terra quingentas, S. Florentia millenas Moniales in suo monasterio, earumque numerus in dies magis, magisque augebatur, &c. Quæso, unde tam generosus patriæ, parentum, amicorum, dignitarum, divitiarum, totiusque rei mundanæ contemptus? unde tam magnanimæ sui ipsius victoria? respondet S. Gregorius: (*l. 4. Mor.*) *Unde ignis amoris, unde fervor fidei, nisi ab illo spiritu qui omne desiderium sanctum inspirat? &c.*

§. V. *Spiritus S. omnibus fidelibus finalem perseverantiam dare debet, ut salventur.*

8. Quantum denique gloriatur Ecclesia cum innumerabilibus cæli incolis, quos ex vitæ militia ad æternæ felicitatis triumphum transmisit! Sicut Mater aliqua lætatur, dum filios ad sublimem dignitatem, ad thronos, & purpuras evectos videt; ita merito Ecclesia exultat, dum suos olim in terris filios nunc inter cives Sanctorum, & domesticos Dei receptos intuetur. Josephus Prorex Ægyptius, a fratribus vatiniano odio, & lethalibus insidiis oppressus, alienigenis venditus, in domo Putipharis falsi criminis arcessatus, in carcerem conjectus, calumnias, persecutiones, squalores, & mille mala biennio captivitatis suæ sustinuit. Verum ecce rem notatu dignissimam: postquam mira Divinæ Providentiæ dispositione ad regale solium evectus est, primogenito filiolo suo nomen *Manasse* imposuit, quod nomen interpretatum idem sonat, ac *Oblivio*. Quæ hoc? quasi nimirum adversa omnia, quæ perpessus fuerat, facile oblitus est, postquam illa sibi suprema regis dignitate tam copiose fuerunt compensata. Quod Josepho Ægyptio contigit, idiptum contingit omnibus Sanctis, & Electis Dei in cælesti patria. Esto, quod in hoc mundo juxta testimonium Pauli lapidati sint, secti sint, in occisione gladii mortui sint. Esto, quod egentes, angustiati in cavernis, & speluncis montium exulaverint; esto, quod fame, siti, nuditate, & mille persecutionibus fuerint oppressi: Nihilominus ubi ad supernæ patriæ gloriam fuerunt assumpti, adversitates omnes, in hac lacrimarum valle exantlatas, æterna oblivione obliterarunt. Tu, mi Christiane, cum innumeris tribulationibus, morbis, detractionibus, egestate, persecutionibus opprimeris: noli animo cadere, nisi a Deo, sanctaque ejus lege vel latum unguem recedere, sed potius oculos ad felices cæli incolas, eorumque exempla erige. En hi sunt, qui pro hujus sæculi arumnis interminabilem beatitudinis gloriam coemerunt: Hi sunt, qui cum Christo permanserunt in tentationibus, qui mundi tribulationes superarunt, qui supra mundana omnia altiores unice cælestia desiderarint, qui denique, superato fortiter mortis agone, finaliter perseverarunt. &c. Verum unde hæc victoria? unde triumphi? unde finalis perseverantia? unde, nisi ab illo Spiritu, a quo gratia omnis promanat ab illo Spiritu, de quo Apostolus (*1. Cor. 12.*) *Nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu Sancto?* &c. &c.

9. *Epilogus.* O Christiana anima! En quanta beneficia Ecclesiæ præstiterit Divinus iste Spiritus: en quanta idem tibi conferre possit dona, ac gratias: non abnuo multa tibi contulit Divinus Pater per Creationem, multa Divinus Filius per Redemptionem; sed age hodie humillima adoratione implora auxilium Divini Spiritus, ut gratiam tibi conferat, ut in periculoso mortis articulo confidenter possis dicere, *Dominus Jesus in Spiritu Sancto*, non denegabit petitionem; est enim Deus gratiarum, & misericordiarum. Amen.

Dominica Pentecostes.

CONCEPTUS II.

De cælesti sapientia, quam nobis hodie tradit Divinus Sapientiæ Magister, Spiritus Veritatis.

Paracletus autem Spiritus, quem Pater mittet in nomine meo, ille vos docebit omnia. Joann. 14.

EXORDIUM.

Invitamur ad scholam sancti Spiritus.

1. Ad scholas, Dilectissimi, ad scholas. Festinet, quisquis eruditi cupit; hodie enim Divinus Veritatis Magister cælestis sapientiæ thesauros explicare, & edocere nos paratus est *omnia*. Non ego vos invito ad Platonis ecedras, non ad Aristotelis peripatos, non ad Socratis Gymnasia, non ad Stoicorum porticus &c. Insudent alii ad humanæ eloquentiæ principia, & Romana Rostra facundis clamoribus perstrepant. Insudent alii ad Philosophiæ arcana, & rerum naicentium causas subtili ingeniorum conatu rimentur. Insudent alii ad Medicinæ aphorismos, & humani corporis harmonium, morborumque fontes perscrutentur. Insudent alii Jurisprudentiæ, & dirimendis litibus tribunalia erigant. Insudent alii Theologicis subtilitatibus, & suprema Divinitatis abdita vix non temerario ausu speculentur. &c. Vos, Auditores, ad scholam Divini Spiritus approperate: quæritis, quid sitis audituri? quærite Sanctos Apostolos, quærite Martyres, quærite Confessores, quærite Virgines, quærite Sanctos Cælites, hi omnes in schola Divini Spiritus addiderunt scientiam sanctorum, scientiam scientiarum, *Omnia*; nempe principium a quo pendent omnia; quod præhabendum est omnibus, quo salvo, salva sunt omnia.

2. *Propositio.* Attendite, ego hodie ex schola Sancti Spiritus unicam lectionem vobis prælegam, cujus scopus, ac objectum erit unica hæc vox *Omnia. Ille vos docebit omnia*, ea tamen lege, ut mihi appromittatis, quod Paulus Apostolus a suis Thessalonicensibus (*c. 2.*) petiit, ut *non cito moveamini a vestro sensu*, hoc est, ut hanc tanti momenti doctrinam nunquam oblivioni detis. Antequam autem schola inchoetur, justum est implorare gratiam Sancti Spiritus: *Veni Creator Spiritus, mentes tuorum visita:* &c. (*Eccl. in Hymno.*)

Humana sapientia supra quæritur ex vana sua.

3. *Divisio.* S. Justinus Philosophus (*Dialog. contra Tryphon.*) narrat se obiisse omnes Philosophorum scholas, puras Platonis, Aristotelis, Democriti, Epicuri, Stoicorum, aliorumque Magistrorum, & nusquam invenisse sapientiam, sed monitum a Viro gravi, qui ex improviso sibi apparuit, ut legeret Prophetas, eos lectitando reperisse, quod quærebat: unde conversus ad Christum, & Doctor, & Martyr gloriosus evasit. Ecce; sic Sancti eruditur in schola Sancti Spiritus: contra humanæ sapientiæ candidati diurnis, nocturnisque laboribus fatigantur, evolvunt integras Bibliotheeas, evisceranc ingenia, impalleteunt vigiliis, ut qualemcumque doctrinam, aut saltem doctrinæ existimationem aucupentur: & quo fine? Respondet certe Bernardus (*serm. 26. in Cant.*) si fine altiore caret, studium eorum omne, *turpis curiositas est, turpis vanitas est, turpis quæstus est.* &c. Insistamus hâ vestigiis.

§. I. *Scientia sancti Spiritus præstat Philosophia.*

4. *Confirmatio.* Et primo quidem ingrediamur Philosophorum peripatum: heu! quantæ vocum contentiones, quantæ ad odium usque altercationes, quantæ jurgiorum subtilitates? an hic resider vera sapientia? nihil minus: non est, nisi errorum orchestra: ridiculum est, quam monstrosos errores Philosophia in primis suis, quos oraculorum instar coluit, antesignanis produxerit: Plato ille, quem ob doctrinæ præstantiam Divinum dixerunt, docuit Deum esse corporeum, esse animam mundi, qui se magno ejus corpore misceat: Deos quosdam esse juniores, alios minores: animas corporis præexistisse, & in corpore quasi in carcere prioris vitæ scelera luere: hominum, sæculorum, rerumque omnium fore revolutionem, ita, ut post decem annorum millia iidem hic omnes studentes, docentes, audientes, sedeamus &c. Pythagoras docuit a corpore in corpus jam hominis, jam pecudis transmigrationem; unde de seipso mentitus est, se in obsidione Trojæ præsentem, & ab Atrida spiculo confossum fuisse:

Ipse ego me memini Trojani tempore belli
Panthoiden, Euphorbas eram, cui pectore quondam

Hæsit in adverso gravis hasta minoris Atridæ.

Aristoteles primum Motorem orienti affigit, asserit eum moveri fato, & naturali necessitate mundum hunc esse ab æterno, futurorum contingentium non esse determinatam veritatem, Deum ea determinate non scire; animæ vero immortalitatem, Deique Providentiam ita obscurat, ut intelligi, & explicari latis a nemine possit, dictus propterea ab aliquibus carnifex ingeniorum &c. Quid de misero hoc Sophistarum conatu arbitrandum crustetis? *tempestas curiositas est*, & mille errorum Geneseis: dum miseri naturæ arcana rimantur, non se, non animam, non Deum agnoscunt. Hæc scientia coram Divino judicio secura non reddit; consequenter non illud est, ex quo dependent *omnia*, dicente devotissimo Kempense: (*l. 1. c. 3. & c. 1.*) *Quid cure nobis de generibus, & speci-*

clebus? & alibi: *Vere alta verbo non faciunt sanctum, & justum; sed virtuosa vita efficit Deo carum. &c.*

§. II. *Scientia S. Spiritus præstat Mediterum scientia.*

5. Subeamus Medicorum Museas: heu! quantus iterum labor! hic evisceruntur cadavera, perlustrantur scelera, exploratur artuum humanorum symmetria: hic eliquantur plantarum succi, distillantur medicati liquores, pharmaca ad Galleni regulas instruuntur. &c. An hic residet vera sapientia? nihil minus: frustranei sunt plerumque conatus: contra vim mortis non est medicamen in hortis. Sanctus Rex David, cum decem plagus Ægypti recenset, specialiter memorat, moros omnes a prurina fuisse destructas: *Et mores eorum in prurina.* (*Ps. 77.*) singulariter hanc animadversionem adjungit: Respondetur; quia mori alias contra prurinas securæ sunt, ideo reflexe adhibit Psalmista, etiam has contra prurina Dei punientis non fuisse defensas: O quot homines sunt, qui contra morbos velut mori contra prurinas, se propugnant, & tamen *non est consilium contra Dominum*, ait Sapiens, (*V. mors prop. 4.*) omnes sollicitudines, ac præcautiones contra mortem nil valent. Heu! quantum mortalium plurimi sustinent, ut vel unum annum vitæ suæ adjiciant? quam pretiosam mercedem fletuum illi, qui ferro, & amaris potionibus in illos sæviunt? quid non Antigonus archiatro suo Erasistrato donavit? quid non Phalaris medico Policleti? numquid notorium est, celebrem illum Galliarum Regem Ludovicum undecimum sanitatis amore Medico sud in menses singulos decem scutatorum millia dedisse, quamvis ab illo nil nisi cruciatus, & tormenta reciperet? &c. Quid de his Medicorum industriis censendum putatis? bona eorum venia dixerim, sæpe non nisi *turpis quæstus est.* laborat insensatus homo, ut corpus non moriatur, quod tamen indispensabiliter mori debet: non laborat econtra, ne moriatur anima, quæ tamen ad vitam immortalem nata, factaque est. &c. Hæc igitur scientia non est vera Sapientia, quia contra mortem animæ non defendit, consequenter non est illud, a quo dependent *omnia*, dicente devotissimo Kempense: (*l. 1. de Imitat. Chr. c. 1.*) *Vanitas est longam vitam optare, & de bona vita parum curare: vanitas est, præsentem vitam solum attendere, & quæ futura sunt non providere.* &c.

§. III. *Scientia S. Spiritus præstat Juris-prudentia.*

6. Ingrediamur Juris-peritorum curias: heu! quantus iterum dissectationes, ac jurgia! hic causidici ventilantur, lites componuntur, Judiciarum edicta evolvuntur, *meum, & tuum* (horridum illud verbum) inter partes dividuntur. &c. An hic residet vera Sapientia? nihil minus: non infrequens est, quod Juris-consultorum responsa, Advocatorum litigia non cedant in partium solamen, sed depauperationem, & plus nocumenti inferatur litigantibus jure, quam illis unquam fuit illatum injuria. Disceptabant invicem leo, & aper, quorum uterque prærogativam honoris, ac precedentiæ sibi arrogabat, jamque in arena constituti litem conflictu decidere volebant; cum ecce numerosam in aere vulturum turmam circumvolitare conspiciebant: obstupuere ambo; & dum sanguinem suum sitiri animadverterant, dissidia sua amice composuerunt. O partes litigantes: vos judicio contenditis, & ecce: confestim adsunt scribæ, & legulei, quæ vestra inflammant odia, contentiones incendunt, ad processus judiciales invitant: sed quo fine? nempe vultures sunt, vestram crumenam, vestrum sanguinem sitiunt: ideo diserte monuit Christus: (*Matth. 5.*) *qui vult tecum in judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium*; satius enim est dimittere & pallium quam protrahi Advocatorum vexationibus speculari, qui sub prætextu justitiæ duplicas, replicas, exceptiones, protestationes, interlocutiones, aliaque innumera accumulant. Quid de hoc Juris-Consultorum labore censendum est? *Turpis ambitio est.* Sæpe misseri illi per alienæ felicitatis ruinas, ad magnas divitias, ad magnos honores enicantur; hæc autem Scientia vera Sapientia non est, quia coram Divino tribunali nil proderit novisse, sed seciffe justitiam, consequenter non est illud, a quo dependent *omnia*, dicente itenum Kempense: (*l. 1. de Imit. Ch. c. 1.*) *Vanitas est divitias perituras quærere, & in illis sperare: vanitas quoque est honores ambire, & in altum statum se extollere.*

§. IV. *Scientia S. Spiritus præstat Theologica scientia.*

7. Intremus denique Theologorum palæstras: heu! quanti iterum labores, quanta argumentorum subtilitas! hic in ipsa Divinitatis arcam oculorum acies defigitur, sublimissima Fidei mysteria acute explicantur, peccata, obligationesque sub consideration em trahuntur. &c. An hic residet vera Sapientia? nihil minus: multoties enim inanis, & inutilis speculatio est: sicut vir doctus, & eruditus in regione septentrionali, in qua nullæ sunt vites, de vineæ cultura, deque vini potu, ejusque effectibus copiose poterit differere, sed quia vinum numquam gustavit, practice nesciet, quid sit vinum, quomodo lætificet cor hominis, quomodo inebriet, quæ tamen omnino optime novit rusticanus vinitor in regione meridionali: ita plane contingit, ut aliquis de plebe, qui nec legere quidem novit altius de Deo, rebusque Divinis sciential experimentali loquatur, quam Vir magni nominis, qui totum vitæ suæ tempus in studiis Theologicis consumpsit. &c. Quid ergo de laboribus Theologicis censendum est? fruitioni fu-

ne careant, & pure in speculationum subtilitate quiescant; *turpis vanitas est.* Cum aliquando ad Divinum tribunal ventum fuerit, non instituetur quæstio, quam docti, sed quam sancti fuerimus, consequenter hæc scientia non est illud, ex quo pendent *omnia*, dicente iterum devotissimo Kempense: (*l. 1. de imit. Chr. c. 1.*) *quid prodest tibi alta de Trinitate disputare, si careas humilitate, unde displiceas Trinitati?* — *Obo magis sentire compunctionem, quam scire ejus definitionem.* &c.

8. *Epilogus.* Quid ergo demum est, quod Spiritus Sapientiæ insinuare vult per illud *omnia*? quid indicat ista gnome: *Ille vos docebit omnia?* Christianæ animæ: audite & alte cordi immergite Epiphonema ex eodem devotissimo Kempense: (*ibid.*) *Ita ea summa Sapientia per contemptum mundi tendere ad regna cœlestia*: Salvare animam, hoc est punctum maximum, ex quo pendent omnia: hoc quisquis consequitur, consecutus est omnia: hoc quisquis perdit, perdidit omnia. Cetera cuncta, quæ mundus æstimat, sint divitiæ, honores, scientiæ, aliaque sunt mera nugissima vanitas. &c. Atque sic dixerim, Auditores, in scholis Spiritus Sancti finita est hodierna lectio: felix, quisquis hoc cælestis sapientiæ punctum sedulo notat; ille enim in mortuali olim æstuo vere exclamare poterit: Amici, omnia invenimus. Econtra infelix, quisquis hoc summi momenti punctum negligit; ille enim cum misero illo Angliæ Rege exclamare cogetur: *omnia perdidimus.* Pavit Deus, ut primum illud, non hoc secundum assequamur, & sic finitur lectio: punctum satis est.

Dominica Pentecostes.

CONCEPTUS III.

Homini Christiano de salute sua, & perseverantia anxio exponitur, quid possit humana fragilitas adjuvante Divini Spiritus gratia.

Repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis. &c. Act. 2.

EXORDIUM.

Humana fragilitas potest fieri omnipotens per gratiam.

1. NTer alias deceptiones, quibus infernalis Veterator animos dementat, vel maxime ea est, qua hominibus Christianis multoties melancholicas apprehensiones de difficultate salvandi suggerit; proponit illis naturæ fragilitatem, præceptorum multiplicitatem, peccatorum pericula, occasionum frequentiam, viamque cæli illis adeo arduam depingit, ut pusillanimes nonnulli sæpe in tristes querimonias erumpant: Eheu! inquiunt, nostræ vires non sunt jugo Christi pares, nostri pedes non sunt idonei re-

rendis carduis, & sentibus: difficultates, quæ sé quotidie ingerunt in sequela Christi, fermefaciunt, ut cum calumniatore Averroe sentiamus, *legem Christianam esse legem impossibilium.* Cur inculcatur nobis contantia, si sumus vitris fragiliores? cur mansuetudo, si bilis omni bellua ferocius efferveat? cur continentia, si concupiscentia continuo exardescat? Vitia sunt nobis naturalia, quibus hominem interdicere idem est, ac avibus prohibere, ne volent, piscibus ne natent, quadrupedibus ne ambulent, ventis, ne spirent, fluminibus, ne inundent. Taceant ergo sacri animarum curatores, qui toto anno contra scelera clamitant, taceant, permittantque, ut cum Satigato Elia pusillanimes sub umbra consudam juniperi fragilitatem nostram deploremus. &c. Verum sistite, augusta pectora! cohibete querelas, quibus consultandis non est festum aliquod anni opportunius, quam hodiernum. Cur hodiernum? Intuimini infirmos piscatores, quos Divini Spiritus gratia in Apostolos mire metamorphosi transformavit: antea erant rudissimi, nunc linguis omnium gentium diserti; antea illiterati, nunc scientiis sublimissimis imbuti; antea ad alloquium unius ancillæ prostrati, nunc ad tyrannorum tormenta intrepidi; antea in tentatione fragiles, nunc inconcussi; antea arundines, nunc columnæ. Unde tam prodigiosa mutatio? Ex eo, quia *Repleti sunt omnes Spiritu sancto.* (*Act. 2.*)

2. *Propositio.* Quare in gratiam hujusmodi pusillanimium explicabo hodie, quantum valeat humana fragilitas, Divini Spiritus auxilio adjuta. Proponam vobis, ut cum Cyrillo Hierosolymitano (*Cat. 16.*) loquar, Spiritum sanctum, illum *Magnum Pene salem, & gratiarum Phœnicum, quadammodo in universo mundo alii cæteris, alibi properantis stadium strinxit.* Videbitis Dilectissimi, facilitatem salutis nemini deesse, modo seria voluntas non desit. Favete.

Lex Christi non solis naturæ viribus observanda.

3. *Confirmatio.* Si legis Evangelicæ onus solis viribus naturæ ferendum foret, plane fateor desperandum esse: sumus enim tam imbecilles, ut ne sanctissimum quidem Salvatoris Nomen absque Divini Spiritus adjutorio invocare valeamus, dicente Apostolo: (*1 Cor. 12.*) *Nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto.* Actum est, nisi virtus nobis extrinseca succurrat: Quænam est hæc virtus extrinseca? Dei gratia: Hæc ut primum nos videt derelictos, e suo solio clamat: *Noli timere, vermis Jacob, ego Dominus Deus tuus apprehendi manum tuam.* (*Isaiæ 41.*) Si auxilium meum implores, statim videbis quod ego sim Deus, qui neminem mihi confidentem deseri. Si aures præbeas meis vocationibus, cujuscumque magni operis difficultatem superabis; ego enim submittere possum & velle, & posse. Hanc in sensum ait S. Bernardus, (*serm. 2. de Pentecost.*) *quod per naturam est impossibile, per gratiam non solum possibile, sed & facile fieri.*

Apostoli per gratiam Sancti Spiritus mire mutati.

4. Huc adesse, delecti animi! qui ob lapsus præteritos crediti vos in via Sanctorum nec dum quidem passus posse progredi, adeste, inquam, *venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram.* (*Ps.* 25.) Videte, quomodo Dei gratia pastores transformat in Propheras, publicanos in Evangelistas, persecutores in Apostolos. Finxerunt quidem Poetæ millenas metamorphoses in maribus Siciliæ, in fontibus Arcadiæ, in arenis Lybiæ, in salibus Phaetontis, Cadmi, Pandionis, Priami, Licaonis, Danai: finxerunt lacrimas fuisse mutatas in uniones, sanguines in rosas, capillos in serpentes, puellas in arbores, venatores in cervos, rusticos in ranas; verum hæc omnia componi non possunt cum mutationibus, quæ quotidie fiunt in peccatoribus virtute Divinæ gratiæ: illeros Divini Spiritus, qui decidit hora tertia, invenit piscatores, & fecit principes; invenit reos, & fecit judices; invenit Discipulos, & fecit Magistros: ex leporibus fecit leones, ex talpis aquilas, ex pecoribus pastores. Jejunia corporum, trapsierunt in ebrietates spirituum, timores in generositatem, silentia in torrentes verborum, loquuntur uno idiomate, & intelliguntur ab omnibus. Unde tam subitanea litteratura? audite sanctum Leonem: (*serm. de Asens.*) *Ubi Deus Magister est, quam cito discitur, quod docetur.*

Sancti Martyres inter tormenta hilares.

5. Quid agitur in palæstris Martyrum? an homines ibi video, aut marmora ad omnes ictus insensibilia? expediuntur ibi tormenta, quibus crudeliora nec ipse dæmon potuisset invenire: & tamen in quatuordecim persecutionibus, quas Ecclesia sustinuit, stant generosi Athletæ, & imperterritis oculis aspiciunt vincula, quibus capiuntur, compedes, quibus vinciuntur, manicas, quibus liceantur, equuleos, quibus torquentur, uncinaces, rotas, sagittas, rogos, secures, quibus crudeliter excarnificantur. Inruuntur bestiis, fame ad immanitatem irritatis, fornaces accensas, cassides ignitas: vident vespas, quorum aculeis nudi exponi, fumos, quibus suspensi suffocari, scrobes, in quibus vivi sepeliri debebant. Et tamen [quid non potest Dei gratia?] & tamen lætantur, & exultant. Simeon centum viginti annorum senex instar cygni ecclesiæ cantat in cruce, eique respondent pueruli septem annorum Mammetes, & Vitus. In craticula gaudet Laurentius, in prunis ardentibus jubilat Theodorus. Pueruli adhuc lactantes suum sanguinem pro Christo fundere contendunt; ita Justus, & Pastor e trivialibus scholis ad theatrum accurrerunt, ut se Magistros confummator patientiæ ostenderent. Antonius candidis vestibus quasi ovans se neci obtulit. Philamon, ut libertatem barbaritas in se concitaret, cum Apollonia vestes mutavit. Cyprianus carnifici, a quo capite minuendus erat, bonorum suorum heredem scripsit. Unde ut de sexu etiam æquiore loquamur, nulla jucundior festinavit ad nuptias, quam Agnes ad mortem. Barbara gladium Catharinæ totam exultabunda salutat. Dicite, an non hæc sunt sancta incantamenta Divini Spiritus? Videte in valle Agarena plus quam tres millia Thebæorum, in monte Ararat centum millia occisa, prope Coloniam undecim millia Virginum trucidata. Patet luce meridiana clarius, has pugnas non naturæ viribus, sed altiori præsidio fuisse initas; quia & ipsi naturales affectus parentum erga proles, prolium erga parentes cedere debebant martyrum fortitudini. Quis non obstupescat, quod Martha illi filiorum Abacum, & Audifacis mortes plus exultarit, quam partu? quis non obstupescat, quod Mater illa Antiochena sub Valente filiolum, a lictoribus ex incuria, aut oblivione relictum, ultro ad Martyrium obtulerit? quis non obstupescat, quod Heroina illa Sebastensis suum, earum Melithonem femimortuum curroi injecerit, quo vehebantur quadraginta Martyres jam ante ex. isi? Præsecto veriffime enuntiat Chrysostomus: (*hom. 52. in Act.*) Sanctos Martyres *habuisse adamantina corpora*; quia adeo generosi inter tormenta tripudiarunt. Quis fragilem carnem ita consolidavit? Divini Spiritus gratia.

Sancti Confessores Divino Spiritu animati, mirum agunt pœnitentiam.

6. An lubet Divinæ gratiæ prodigia etiam in sanctis Confessoribus intueri? adeamus eremos, visuri ibi tot, ac tantos, qui conversationibus valedixerunt, ut solitariæ vitæ vacarent; crapulas ejurarunt, ut jejunii assuescerent; cultcitras reliquerunt, ut cubarent super saxa; vestes fericas abjecerunt, ut cilicijs se induerent? Viden quomodo pluribus annis ad ripam Nili convivant crocodilis? ini desertis. Pontus semper luctentur cum dæmone? inter nives Scythiæ congelentur, in æstis Lybiæ ardeant? quinam sunt eorum cedulæ? pugno olerum celebrant Pascha, modico aquæ sitim potius irritant, quam restinguunt: Sabinus nihil gustavit, nisi panem bis coctum, Julianus non nisi avenam, & hordeum. Quid dicam de pia sævitie, qua in seipsos immisericorditer animadvertebant? Hieronymus saxo pectus cruentat, Onuphrius se flagris lanat, Benedictus spinis se volvit, Bernardus aquis se mergit. En ibi Eusebium ducentis quinquaginta pondo chalybis onustum, Thaddæum cavæ arbori exsertis undique aculeis inclusum, Zenonem in tumba viventem sepultum. Vides illum senem prono corpore incurvatum? sunt viginti anni, quibus oculos ad cælum non levavit. Vides illum, qui stat erectus in columna? sunt quadraginta anni, quibus non descendit. Vides illam fœminam? ibi Macedonius quinquaginta quinque annis delituit.

Vides

Vides illud antrum? ibi Acepsima sexaginta annis se inclusit. Atque hæc voluntaria martyria tanto fuere mirabiliora, quia hi Sancti non inter saxa Deucalionis, non inter horridas Getuli montis solitudines, sed inter paternæ domus delicias molliter fuere educati; Antonius ditissimorum parentum heres fuit, Arsenius duorum Imperatorum Paulagegus, Ægidius nobilissimo sanguine natus. Quis illis mirabile robur addidit? Divini Spiritus gratia. Hæc gratia sanctos Dei Famulos ex hominibus ad esse fere Divinum elevavit; quia feras, elementa, totamque naturam habuerunt sibi prodigiose obsequentem: fuere, qui tempestates uno verbo sedarunt; fuere, qui incendia solo nutu extinxerunt; fuere, qui arcana cordium penetrarunt; fuere, qui montes transtulerunt; fuere, qui mutis linguam, cæcis visum, mortuis vitam dederunt; fuere, qui maria absque navigio transiniserunt; fuere, qui sine annona populos paverunt: fuere, qui Verbi Divini pisces auditores habuerunt; fuere denique, qui tigrides, ac leones provocaverunt illæsi. Compendio complectitur omnia S. Basilius de Spiritu sancto differens: *Hujus gratia Deus quisque est Sanctorum.*

Ita peccatores omnes possunt mutari, si velint.

7. O ambitiosi, ne dubitate: hujus gratiæ adjutorio potestis fieri humiles, si vultis. Videte Ambrosium fugam capientem, ne mitra coronetur. Gregorium sese occultantem, ne a dignitatibus quæratur. Ammonium aures sibi præsciendentem, ne cum præfatura infecteatur. O avari, potestis fieri pro Christo pauperes, qui vultis. Videte Carolomannum a sceptro ad pedum custodiam se demittentem. Gallicanum, abdicato consulatu, in hospitali ægris inservientem. Alexium in ædibus paternis sub scalis delitescentem. O impuri, potestis fieri continentes, si vultis: videte Pelagiam, quæ fuit Circe Antiochena, Mariam Ægyptiacam, quæ fuit ad Nilum fluvium Sirenæ propudiosa. O peccatores potestis fieri sancti, si velitis: videte Matthæum a telonio vocatum ad seminandas gratias; Zachæum ab uluris promotum ad prælaturas Ecclesiæ; Saulum ex duce lictorum factum Apostolum; Moysen ex latrone factum eremitam; Genesium factum ex pantomimo Martyrem Christi. Has metamorphoses operatur dextera Excelsi; hæc prodigia producit Divini Spiritus gratia.

8. Scntio, quid hic nonnemo reponat: Non est dubium, inquit, quod hæc omnia possit Deus, sed dubium est, utrum velit; Spiritus enim ubi vult, spirat, &c. O mi Christiane! tune aussis tam villiter sentire de Bonitate Dei? si hic rei cardo versatur, oportet me ad alia argumenta converti, & adducere S. Augustinum (*serm. 18. de temp.*) ita loquentem: *Cum Deus velit misereri, quia bonus est, & possit, quia omnipotens est, ipse contra se Divina Bonitatis januam claudit, qui Deum sibi misereri aut nolle, aut non posse credit.* Ergone Divinus Spiritus nolit excolere illa desideria, quæ ipsemet seminavit, utque in corde tuo radices agerent, omnem operam adhibuit, nunc faciendo promissa, nunc minas, nunc in subsidium vocando exhortationes sacrorum Præconum, efficaciam Sacramentorum, bona exempla sodalium, utiles sunasiones amicorum? &c. Percipe pro coronide historiam, quæ Divini Spiritus misericordiam luculenter demonstras, & tuam diffidentiam efficaciter refutat. (*Special. Exdiss.* 20) Duo fratres studiorum causa morabantur Parisiis, quorum natu minor plentissimus, major sceleratissimus erat: uta flagitiorum semita deflecteret, sæpissime monitus, risit, elusitque pie monentium industrias. Corripiebatur periculosa ægritudine, nec tamen de vitæ emendatione, de noxorum expiatione admisit consilium. Dum ingraveseceret morbus, quondam noctu spectabilem habuit Virum senio venerabilem, qui austero vultu, & verbis terribilibus exprobravit misero juveni: Creatura ingratissima, te ex nihilo extraxi, & mille beneficiis cumulavi, ut mihi servires; sed quoniam præcepta mea scelerate conculcasti, jam denuntio tibi feralem æternæ damnationis sententiam; Altera nocte infelici ægroto apparuit mundi Redemptor, toto corpore vulneribus plenus, eique volam sanguinis in faciem projiciens, horribili voce edixit: accipe cruorem in tuam perniciem, quem ad salutem scelerate recipere noluisti. Hæc omnia exarravit miser fratri tuo juniori, qui pro rei dignitate exhorrescens, voce, ac lacrimis desperabundam ad spem, & pœnitentiam excitavit: mi frater, ajebat, esto, te a geminis Divinitatis Personis reprobatum; superest tertia, quæ Deus est gratiarum, nec facile repellit pœnitens, ac contritum cor: quid multis? tanta verborum energia institit pius juvenis, ut ægri, elicito ardentissimæ contritionis actu, sacro confessionis arbitro suas animi noxas expalucerit. Quid evenit? proxima nocte adest tertia Deitatis Persona, quæ ægrum amabili vultu intuita, bono, jussit esse animo, eique peccatorum remissionem, ac salutem addixit. O Pater misericordiarum! exclamavit ager: egone salutem consequi post auditam a Patre, & Filio Divino damnationis sententiam? confido Fili, repositi Divinus Spiritus, post tres dies anima tua fruetur cali gaudiis, id quod revera factum est. &c.

9. *Epilogus.* En mi Christiane: Divini Spiritus Bonitate perficiuntur: ille dat utrumque tam velle, quam posse, *velle*, per suam voluntatem, quam excitat per gratiam, posse per suam voluntatem, quam confert per misericordiam. *Nunquid subtrahitur est Spiritus Domini, ut ad te quoque non pertingat?* ait Michæas Propheta, (*c.* 2.) Ne dubita: quamvis fragilis sit natura, potes & Apostolorum, & Martyrum, & Confessorum, & Virginum esse consors in gloria: potes id, inquam, modo velis. Amen.

Feria II. Pentecostes.

CONCEPTUS I.

Ostenditur portentum maximum esse in mundo, quod non ametur Christus.

Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Joc 3.

EXORDIUM.

Christus ab omnibus esse habendus, & judicatur, & Creditur, & Hæreticis. Et multis Catholicis.

1. NEgotio, an unquam sub sole exstiterit homo, in quem omnium nationum, totiusque mundi odium adeo universaliter conspiraverit, quam in Incarnatum Dei Filium. Ille quasi meta fuit, in quam Judæorum, Gentilium, Hæreticorum, & etiam Fidelium rancor, ac injuria se exonerarunt, & hodiedum exonerant. Jubeo an poterant furiosius persequi Christum, quem, dum paravit miracula, prodigiatorem; dum prædicavit fundamenta, impostorem, dum convivio intercrat, potatorem proclamarunt? Non satis fuit lapidæ Synagogæ, quod eum post mille tormenta in cruce egerit; sed hodiedum promovet injurias: Infimis ille Thalmud obligat locis, ut quotidie Christo trinis vicibus maledicant: insuper illum in sacris Imaginibus, & Hostiis, prout Romæ, Parisiis, Uratislaviæ, & alibi factum est, pugionibus usque ad sanguinem confoderunt. &c. Neque mitius Judæis in Christum sævierant Gentiles, præterquam enim, quod crucifixoribus operam contulerint, illum in suis Confessionibus, ac Martyribus extreme persecuti sunt: illos, qui Christum professi sunt, dignitatibus exuerunt, facultatibus privarunt, in exsilium pepulerunt, hastis transfixerunt, aquis submerserunt, ad ignem asservarunt, ungulis ferreis lacerarunt, & mille modis e mundo eliminarunt. &c. Porro hæretici quantis injuriis Christum profidevant! Samosatæni denegarunt illi æternitatem, Arriani consubstantialitatem cum Patre, Ebionitæ duplicem voluntatem, Eutichiani duplicem naturam, & super hos omnes Calvinistæ, ac Lutherani inficiantur ejus impeccabilitatem; dum Calvinus dicit, Christum fuisse peccatorem, & Lutherus cum augumento fuisse peccatorem maximum &c. Sed quid dicemus de Catholicis? Fatear inter eos inveniri complures, qui Christi mandatis, consiliis, & inspirationibus occlaudant; verum eheu! non sunt pauciores, qui ejus præcepta deficiant, in colloquiis blasphemant, in Ecclesiis irreverentiis afficiant. &c. Quæso, quis mihi dixerit, in quo fundetur tam enormis aversio hominum erga Dei Filium?

Id quod summopere admirandum.

2. *Propositio.* Christiani Auditores! hæc admiratio erit hodierni discursus materies: si Christus fuisset homo austerus, incultus, immisericors, qui vestiret in munditiis, non vestiret in munditiis, ut judicet, & condemnet mundum, mirum non foret, tam universale odium contra illum concipi: Verum cum sit amabilissimus, suavissimus, mansuetissimus, & cælitus jubilissimus, *ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam*, plane arbitror esse portentum maximum, quod non ametur. Pavete.

Fuit enim Homo perfectissimus.

3. *Confirmatio.* Naturæ, & gratiæ dotes, æque ingens in iis excellentia semper apud homines fundamentum fuit magnæ admirationis, & magni æstimatio fundamentum magni amoris. Proinde in eo solo totius rei cardo vertatur, ut ostendam in Christo, tanquam omnis bonitatis compendio, omnes eas perfectiones comprehendi, quæ, sicuti magnes ferrum, ita ad se solent trahere animorum affectum. Etenim quod Cassiodorus de urbe Romana enuntiavit: *Septem fuit in orbe miracula, sed unum Roma miraculum est*, id potiori jure de Christo pronuntiandum venit. Esto, in ordine naturæ sint prodigium dotes Angelorum, motus cælorum, claritas solis, influxus stellarum, pulchritudo Iridis, cantus philomelæ. Esto, in ordine gratiæ sint prodigium Fides Petri, Spes Pauli, Caritas Ignatii, Humilitas Francisci, Eruditio Hieronymi, Subtilitas Augustini, Patientia Jobi, ac Puritas Mariæ; nihilominus dico, Christus totus miraculum est: adstipulatur huic asserto Gentium Apostolus, (*Ephes. 1.*) inquiens: *In quo retinpinavit Deus omnia, & quæ in cælis, & quæ in terris.*

Habuit omnes amabilitates.

4. Poeta fingunt de quodam Phaone, cum tam belle fuisse ehormatum, ut Dii concertarint, quis in eum plus contulisset: fuit adeo gratiosus, ut omne cor raperit, &cum, qui vel semel obtutus in eum detinxerat, amoris necessitate inficinarit. Quod de Phaone fabula, hoc de Christo Historia est, utpote quem Divinus Pater, tanquam Filium sibi coæternum, omnibus prærogativis, quæ amorem conciliare possunt, abundantissime cumulavit. Quid amabilius in Christo, quam blandissima morum modestia? testatur Sancta Brigitta, (*in l. Rev. vel.*) desolatos omnes non habuisse expeditius se exhilarandi remedium, quam si picendo speciosum forma præ filiis hominum. Et Lentulus Romanus Præses, qui eum viderat, & agnoverat, scripto fassus est, omnes caritates gratiarum ita in ejus genis micasse, ut plane apparuerit ille, qui erat, hoc est Deus. *Erat quidam Divinum in oculis Jesu*, ita loquitur Hieronymus. (*de Stand. Paul.*) &c. Quid amabilius in Christo, quam admiranda ejus Sanctitas? Fama Sanctitatis tam magnam aliquibus conciliavit æstimationem, ut teste Theodoreto, non solum diversæ nationes concurrerint ad columnam Stylitæ, sed & Romæ piaculi instar haberetur, si quis imaginem tanti Viri zedibus suis non præfixisset. Quid ergo dicendum de Sancto Sanctorum, quem tot claræ cæli confessiones canonizarunt, tot miracula Sanctum proclamarunt, tot vel ipsorum dæmonum testimonia Deum comprobarunt? &c. Quid amabilius in Christo, quam suavis eloquentia? propter hanc Demosthenes fuit omnipotens Atheuis, & Tullius Romæ, & plures alii tantum retulere applausum, ut fabulari ausi sint Poetæ de Hercule Gallitio, eum catenis aureis, ex ore illius prodeuntibus, populorum aures alligasse. Sed quæ facundia componi possit cum facundia filius, qui ex natura sua est Verbum? cui alteri dictum est: *Verba vitæ æterna habes*: (*Joc 13.*) *diffusa est gratia in labiis tuis*: (*Cant. 4.*) *Facunde dissiliunt labia tua?* (*Ps. 44.*) &c. Quid amabilius in Christo, quam ejus Sapientia? quælibet ejus actio est Mysterium, quodlibet Verbum Oraculum, mediis nunquam præviis fines obtinuit inopinatos, mortales in novam Hierarchiam distinxit, per ignominias conducit ad gloriam, per peccata ad gratiam, per persecutiones ad quietem. &c. Quid amabilius in Christo, quam ejus Omnipotentia? Virginitatem conjunxit cum Maternitate, æternitatem cum tempore, immensitatem cum loco: solo nutu maria tranquillavit: sine armona populos pavit, mortuos contra omnes regulas sanavit, mortuos suscitavit, vitam emendavit, corda convertit. &c. Quid prolixus fum? Si ex infinitis perfectionibus Christi una unica, eaque minima infunderetur alicui hominum, certe ille a toto mundo deberet amari. Qui ejus polleret ingenio, cunctarum gentium foret Oraculum; qui ejus vigeret potentia, totius mundi foret prodigium; qui ejus haberet amœnitatem, omnium amorem foret idolum.

5. Quod Deus in veteri Testamento, quamdiu nempe in seipso mansit, non fuerit amatus, haud oppido miror; tunc enim erat terribilis; non loquebatur sine tonitru, non lucebat sine fulmine, non apparebat, nisi sub rubis ardentibus, sub nebulis, sub fumo, sub turbinibus. Verum, postquam in stabulo Majestatem poluit, inter pastores agniculus apparuit, totus est formositas, totus gratiosus, & omnium oscula provocat. Quis non amet Hominem adeo Divinum, Deum adeo humanum? Paradisus est deliciarum, fons consolationum, Respublica gratiarum, Seminarium spei, Arma gloriæ, robur Sanctorum, tutela pauperum, hostia peccatorum, Magister ignorantium, interpres Prophetarum, fructus Patriarcharum, patrinus Martyrum, Sponsus Virginum, socius Eremitarum, dux peregrinorum.

Christus neminem unquam læsit. Non Principes. Non Sacerdotes. Non ambitiosos. Non avaros. Non pauperes. Non infirmos.

6. Quis est in mundo, quem unquam læsit, damnificavit, aut injuria affecit Christus? Huc, huc adeste, Filii Adam, Filius Dei, censuris vestris exponitus, vult omnibus satisfacere, qui de eo conqueruntur. Confisus suæ innocentiæ clamat, & ego pro eo: *Qui ex vobis arguet me de peccato?* (*Jo. 8.*) Dicite vos, Magnates, & Principes populi, an vos causam habetis odio infectandi Christum? Certe non. Ille enim & vestram auctoritatem, & Ministros condigne reverstus, mansuefecit gentes rebelles, easque Principibus suis tributa, ac census solvere præcepit: Quamvis fuerit Rex, non tamen regnum hujus mundi ambivit, ne quemquam offenderet; ad coronam invitatus, fugit, sola spinea contentus, quam nemo illi invidit. &c. Dicite vos, Sacerdotes, & Pontifices, an causam habetis odio flagrandi adversus Christum? Certe non. Ille enim etiam discolos, supra cathedram Moysis sedentes, honorari, eorumque doctrinæ obediri præcepit: Perrum in horto graviter objurgavit, quod in Malcho Caiphæ famulo sacerdotalem non veneraretur dignitatem. &c. Dicite vos, Ambitiosi, an causam habetis odio habendi Christum? certe non: ille enim non usurpavit vestros titulos: non ambivit applausus, non Jurisdictioni vestræ se intrusit, non regna invasit, sed humillimus triginta annis in fabrili officina delituit. &c. Dicite vos, Avari, an causam habetis odio persequendi Christum? Certe non: ille enim non expilavit vestra scriniola, non census subtraxit, non agros destruxit; sed lucera contentus tunica, aliis relinquens aurum, & argentum in ultissima casa morari voluit. &c. Dicite vos, pauperes, an causam habetis, odium concipiendi adversus Christum? Certe non: ille enim, ut vos toti mundo commendaret, omnibus ais, qui unum teruncium vobis daret, qui peregrinos sub tecum admitteret, qui famelicum pasceret, qui sitibundum potaret, qui mortuos tepeliret, largissimum addixit præmium. &c. Dicite vos, infirmi, an causam habetis odio ardendi erga Christum? certe non: vestri enim curam ingentem habuit, dum lepriosos mundavit, paralyticos sanavit, cæcos illuminavit, mortuos ad vitam revocavit. &c. Die denique universum humanum genus, an causam habes non amandi Christum? Certe non: ille enim principalis fons, & scaturigo est, per quam omnia bona possidemus, dicente S. Chrysostomo: (*hom. 10. in Epistola. ad Cor.*) *Omnia nostra a Christo habemus, & quod simus, & vitam, & lucem, & spiritum, & aeram, & terram.*

7. Quis non miretur? Legimus in Historiis, fuisse nominum nonnullos, qui nec centesimam partem talium beneficiorum præstitere mundo: & tamen ab omnibus amati, ac adorati fuerunt, Pompejus, dum consularu se abdicavit, a Romanis instar Patris fuit honoratus. (*Plutarch. in*

Pompeio.) Germanicus per suam ingenuitatem ita omni tum animos sibi conciliavit, ut in plateas publicas prodiens, accurrente, ac applaudente populo, non raro fuerit in periculo oppressionis. (*Sueton. & Joseph.*) Titus ob suam clementiam vocatus fuit voluptas humani generis. (*Cassiodor. & Dio.*) Antonius Verus, quia totum se impendit bono communi, adeo omnium animos attraxit, ut pro ingrato haberetur, qui ejus imaginem domi non asservaret.

8. Quæ igitur causa subest, Christum non amari, qui tamen horum omnium dotes in eminenti, ac infinito gradu possidebat? quod contentioli non amentur, capio: verum Christus totus gratiosus, totus obsequiosus erat, *nullum, volentem sibi adhærere, non suscepit*, ait Tertullianus. (*lib. de pœn.*) *nullas munus, tollumve deposcit.* Quod inimici non amentur, aut inimicorum confœderati, capio; verum Christus amicissimus nobis, & hostium nostrorum hostis fuit; mortem exarmavit, dæmonem vicit, infernum obturavit. Quod superbi, & elati non amentur, capio; verum Christus nullam unquam præfetulit jactantiam, erga vilissimos affabilissimus erat, hilque verbis passim alloquebatur: *Quid vis, ut faciam tibi? fiat tibi, sicut vis; petite, & accipietis; veniam, & curabo eum*, & quæ sunt similia. Denique quod homines defectuosi, ac imperfecti non amentur, capio; verum Christus fuit perfectionum omnium compendium: Narrat Plinius (*lib. 36. cap.*) de lapide opalo, quod pretiositatem omnium lapidum in se complectatur: *Etenim in eo carbunculi teneat ignis, & amethisti fulgens purpura, & smaragdi virens mare, & cuncta pariter incredibili mixtura lucent.* Parem in modum in Christo conveniunt omnium creaturarum perfectio, sanitas, pulcritudo, & gratia. &c.

9. *Epilogus.* Repeto itaque, quæ causa subest, Christum non amari, quæ causa, quod crudeliter quotidie offendatur? ah! Dilectissimi! scitis, quid Pilatus respondierit populo, Christum ad mortem crucis deposcenti: Non invenio causam in eo: ita & ego repono: Non invenio causam, non invenio causam: adeoque jam nihil superest, quam ut eadem cum admiratione finiam, cum qua incepi, exclamemque cum S. Bernardo: (*in Cant.*) Dignus plane est morte, qui tibi, Christe, recusat vivere: &c. &c.

Feria II. Pentecostes.

CONCEPTUS II.

Demonstratur, per peccata hominum ipsam etiam Fidem periculo jacturæ exponi.

Dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem: erant enim eorum mala opera. Joan. 3.

EXORDIUM.

Fides migrat ob peccata hominum.

1. Niter alia cœli arcana vidit Apocalypticus Vates (*Apoc. 12.*) formosissimam Mulierem, quæ sole amicta, & lunam sub pedibus habens, ac circa caput duodecim stellis coronata, mirum quanto fulgore radiabat. Ante pedes illius visu terribilis draco, habens capita septem, & cornua decem, excubabat, exspectans partum mulieris, ut illum devoraret. Quid evenit? repente formosissima hæc femina fugitiva abiit in solitudinem. *Datæ sunt mulieri ala duæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum*, &c. Per speciosissimam hanc mulierem intelligit Cornelius a Lapide (*in Apoc. loc. cit.*) Ecclesiam, seu Fidem Catholicam: amicta est sole; quia Christum Dei Filium, tanquam verum solem justitiæ, inseparabili consortio secum habet. Lunam sub pedibus gerit; quia potenti patrocinio Sanctissimæ Deiparentis continuo fulsulcitur. Duodecim stellis in capite portat; quia duodecim Angelorum, Sanctorumque Hierarchiis ornata coruscat. Per venenosum draconem septenis capitibus horribilem, subaudiuntur septena, hoc est, omnis generis scelera; per decem cornua, decem præceptorum transgressiones. Quid autem denotatur per fugam Mulieris in desertum? audite, & exhorrescite, Christiani Auditores. Per fugam hanc insinuatur, salvificam Ecclesiæ Catholicæ Fidem una cum virulento vitiorum draconе in uno, eodemque loco diu consistere non posse: ubi plenis furiis adeo dominantur flagitia, ut etiam remedia, extirpandæ impietati adhiberi solita, in vanum recidant; ubi prudentia exertitur, justitia corrumpitur, fortitudo destituitur, temperantia labefactatur, ubi spes nulla, caritas nulla; ibi tandem etiam Fides recedit. Hujus veritatis quodammodo me commonefacit hodiernum Evangelium: *Dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem*: per lucem, teste eodem Cornelio, (*in Joann. c. 3. v. 19.*) *Dei, salutis, rerum agendarum, & bonæ, sanctæque vitæ cognitio*, consequenter Fides intelligitur; a contrario per tenebras hæreses, falsæ sectæ, Schismata, ipsique Atheismus possunt subaudiri. Cur autem dilexerunt homines magis tenebras, hoc est, salsitatem, quam lucem, hoc est, veritatem? cur? notate bene: caussa statim subnectitur: *Erant enim eorum mala opera.* Mala opera sine numero, sine limite invalescentia, sunt dispositio, si non proxima, saltem valde propinqua ad hæresin, ad Apostasiam, ad Atheismum.

2. *Propositio.* Christianæ animæ! Etenim de hac cathedra ex variis hactenus motivis contra gravitatem peccati, ejusque pericula sæpe detonui; hodie vero veritatem præ mille aliis terribilem in medium proferam, quæ animos nostros ab omni iniquitate potenter retinere deberet, videlicet per peccata) sive de homine aliquo in particulari, sive de integra communitate, aut regione fermo sit (per peccata, inquam, vel ipsam salvificam Fidem periculo amissionis exponi: Audite, obstupescite, exhorrescite.

Fides per sancta opera debet nutriri, Conformatio. Sancti Patres, & Scripturarum interpretes, ubicunque Fidei mentionem faciunt, constanter illam cum ejusmodi rebus conferunt, ex quarum natura satis apparet, fidem per bona opera debere nutriri, & conservari. Declaro: Inprimis Fides dicitur donum Dei, ut indicetur, quemadmodum dona liberalia bene meritis dantur, immeritis autem auferuntur, ita Fidei donum probis a Deo conferri, impiis nonnuquam adimi. Fides dicitur lumen, ut indicetur, bonis operibus illam, sicut lumen lampadis oleo debere alimentari. Fides comparatur pretiosissimo unioni, ut indicetur, quemadmodum gemmæ, ac uniones auro, argentoque inseruntur, ita Fidem in munda conscientia debere custodiri, dicente Apostolo (*1. Timoth. 3.*): *Habentes mysterium fidei in conscientia pura.* Fides exprimitur sub illis talentis, quæ Dominus servis distribuit, ut indicetur, otiosis, & non negotiantibus illam auferri. Tacco plura, hujusmodi similitudines, & solum in medium adduco illam Sancti Apostoli Pauli, dicentis (*Hebr. 11.*): *Fides est sperandarum substantia rerum.* O quam apposite Fidem substantiam vocat! quemadmodum enim substantiæ, ad placitum Philosophorum, continuo producunt sua accidentia, exempli caussa, ignis generat calorem, aqua frigus, & sic de ceteris; ita Fides sine intermissione operari debet sancta, & meritoria opera. Scitis autem, qua ratione rerum substantiæ destruantur? nimirum si destruuntur earum accidentia: ita perit ignis, si calor, & siccitas; perit aqua, si frigus, & humiditas illi penitus adimatur. Parem in modum interire debet Fides, si sanctæ opera illi omnino subtrahuntur, &c.

Mala a regione fidem perdiderunt ob sua peccata.

4. Jam agedum, mi homo Christiane, circumfer oculos per omnem, qua late patet, orbem; perlustra Asiam, Africam, Americam, & Europam; quære inter diversissimas regiones, ac regna, ubi sedem suam fixerit, & hodieque figat vera Numinis Religio. O quam tragicas mutationes Historia tam Ecclesiastica, quam prophana tibi ante oculos dabit! Olim sancta Fides thronum suum in Ægypto erexit, quem deinde in Palæstinam transtulit, dicente Psalmographo (*Psal 89.*): *Vineam de Ægypto transtulit.* Post ea ad Israeliticum, dilectumque Dei populum migrans, nec hic stabile habitaculum firmavit, sed ad gentes transiit: *Ecce convertimur ad gentes.* (*Act 13.*) Verum nec hic perpetuo incolatu permansit; quamquam enim Christiana Fides primitus in Oriente insignes fructus protulerit; *ita, ut cognominarentur primum Antiochiæ Discipuli, Christiani* (*Act. 11.*): Nihilominus jam cernimus regiones illas omnes Machometanæ impietatis deliriis infarctas. An melior sors fuit Regionum Septentrionalium, & Meridionalium? neutiquam sane! tametsi enim Sancta Dei Religio in Anglia, Hibernia, Scotia, Polonia, Germania, aliisque regionibus olim insigniter floruerit, nunc cernimus has ipsas regiones vel ex integro, vel saltem magna ex parte hæreticis falsitatibus depravatas. In plagis Meridionalibus Christiani nominis reliquiæ penitus sunt extinctæ; tota Africa sub Turcismi, & gentilismi tenebris consepulta, &c. Quid autem Dominus Deus per has mutationes significare vult mundo? Respondeo: vult significare, sanctæ Ecclesiæ Fidem nulli regno, aut loco stabiliter esse affixam. Ecclesia Arca Noemitica est, quæ nunc huc, nunc illuc *ferebatur super aquas.* Sancta Fides ad mentem Ambrosii (*l. 1. de Spirit.*) ros est in vellere Gedeonis, qui modo vellus sicca tellure, modo tellurem sicco vellere humectabat. Vera Religio convivium est Assueri, in quo, cum apparere recusat Regina Vasthi, ejus invicem assumitur Esther. Salvifica Fides thronus est Salomonis, a duobus alatis Seraphinis sustultus, a quibus mox in alium locum valet transportari. Illa nullius regni est indiga, nulli populo invariabiliter alligata.

Exemplificatur in populo Israelitico.

5. Ex dictis manifesta est hæc argumentatio: Fides ex bonis operibus debet alimentum capere: ergo si alimento hoc destituitur, emoritur, atque hæc consequentia ex illo antecedente tam certo fluit, ut plus necesse non sit, quam veritatem hanc exemplis firmare. Ante omnia pro lugubri exemplo nobis serviat populus Israeliticus. Infelix ille populus gloriabatur Lege, templo, & beneficiis Dei: putabat favores cælestes, & veræ Religionis prærogativam indissolubili vinculo suæ patriæ esse agglutinatam; & tamen tristi experimento vidit, Ecclesiam ex gentibus contrui, seque abjici, derelinqui, repudiari. In hujus supplici declarationem appositè facit, quod Scriptura de partu Thamar refert: obstetrix, cum unum ex gemellis fratribus, qui postea Zaran fuit vocatus, exserre brachium animadverteret, manum illius coccinea ligula notavit, atque primogenituram, & primogenituræ prærogativas addixit: *Ille egredietur prior.* (*Gen. 38.*) Verum O mirabilem Numinis dispositionem! Alter fratrum, nomine Phares, prior in lucem editus, alteri jus majoratus præripuit; quia ille manum retraxit. *Ille vero retrahente manum egressus est alter.* Cardinalis Hugo per Zaran Judaicum populum, per Phares populum gentium intelligit. Erat quidem ille populus Dei primogenitus, qui præ omnibus aliis ad cultum veri Numinis manum extendit, sed, quia manum denuo ab operibus retraxit, primogenituræ, ac fidei prærogativa illi a gentibus erepta, & prærepta est: Verba Hugonis (*in Gen. 38.*) sunt: *Hic protulit manum, quia Judæus promisit se facturum quidquid Deus præciperet; sed statim manum retraxit, quia ab opere defecit.* Certe hanc excidii, & omnimodæ extirpationis pœnam Dominus Deus Judæorum genti sæpissime, & præsertim illis verbis Jeremiæ (*cap. 6.*) comminatus est: *Erudire Je-*

salem, ne forte recedat anima mea a te, id est prout verba hæc explicat Cornelius (*hic.*) ad meliorem redi, mores commuta, ne forte omnem affectum, amorem, & curam tibi subtraham, tradamque hostibus vastandam. *Ne forte ponam te desertam, terram inhabitabilem*, id est, prout Cardinalis Hugo (*hic.*) addit, per subtractionem omnis boni, & per infelicitatem omnis mali. Sed quoniam perversa, & obstinata gens, elusis monitis, ac minis pervixit scelerate vivere, fusisque sceleribus ultimum colophonem adjecit per iniquissimam mortem Incarnati Dei Filii, tandem completa peccatorum mensura, urbs devastata, Synagoga reprobata, Judæorum gens sine lege, sine Rege, sine grege per orbem dispersa, vera Religio, ac fides illis adempta, & ad gentes translata est.

6. Interrogabit hic forte nonnemo, cur Dominus Deus reprobatam Judæorum gentem non penitus e mundo extirparit, sed eorum infelices reliquias hodiedum per omnes regiones dispergat? percipite ingeniosam responsionem Sancti Augustini: quemadmodum humana Justitia facinorosos homines, uti prædatores, ac latrones extremo supplicio confectos, in quatuor partes discerpere, ac mutilata membra in viis publicis ad aliorum terrorem suspendere solet; ita, ita Sanctus Doctor (*in Ps. 58. conc. 1. in fine.*) Divina Justitia Judæos, tanquam malefactores, per orbem universum dispersos, tolerat, ut gentes, & populi, eorum supplicio perterrefacti, dignos fidei fructus facere, aut æquale Dei punientis supplicium metuere discant. Væ nobis, nisi terribili Judæorum, aliorumque populorum exemplo emendemur.

Et in Imperio Orientali.

7. Præterea quod bene notandum occurrit, non solum in iis locis periculum est amittendæ Fidei, ubi condigni Fidei fructus non fiunt; sed vel maxime in illis, ubi plenis suriis omnis generis scelera grassantur, sanctæque Religionis dogmatibus, quorum professio ut ore, opere contradicitur. Ita expresse comminatur Spiritus Sanctus per Ecclesiasticum (*c.10.*): *Regnum de gente in gentem transfertur propter injustitias, & injurias, & contumelias & diversos dolos.* In sensu litterali veritatem hujus asserti experti sumus in quaternis mundi Monarchiis, videlicet Assyriorum, Græcorum, Persarum, & Romanorum, quæ per diversa metalla in illa statua Nabuchodonosoris erant præfigurata: In sensu autem morali non minus hoc effectum intelligi valet de salvifica Fide, quæ ob scelera hominum de populo in populum transfertur juxta sulmen illud, quod Christus Dominus contra Scribas, & Pharisæos detonuit: *Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus.* (*Matth.21.*) O Regnum Orientale! utinam tristi exemplo Judæorum sapere didicisses, ne & ipsum hujus supplicii lugubre spectaculum factum fuisses! Infelix Imperium, postquam sexcentis omnino annis turpi schismate ab Ecclesia Latina dissidebat, atque obedientiam Romano Pontifici pertinaciter denegabat, a Nicolao V. beatissimo Romanæ Ecclesiæ Antistite ultimis, & salubérrimis hortatibus ad meliora fuit excitatum: inter alia monita expresse adjecit Sanctus Pontifex: Metuerent porro abuti longanimitate Dei; præsertim ob irreverentiam erga sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum haresi putrefacti. Vaticinio huic respondisse effectum heu! deplorandæ experientia edocemur, &c. &c.

9. *Epilogus.* O mei Christiani! etiamsi nullum aliud foret motivum peccatum ex animo detestandi; certe id unum sufficeret ad fugiendam omnem iniquitatem, ne videlicet mensura peccatorum compleatur, & justo Judicio Dei ipsa etiam sancta Fides apud nos extinguatur. O quis scit? forsan pauca adhuc peccata ad complendam mensuram supersunt, & denique ingruet super nos tam formidabile nubium. Dilecti, quibus lacrimis deplorandi essetis, si audiretis Turcas, gentiles, aut hæreticos contra Christianitatem prævalere? immo si cernere deberetis, hanc Ecclesiam exuri, aut in fabulum mutari, hæc Altaria destrui, imagines Sanctorum concremari, Eucharisticum Panem conculcari, cruces, & Sacramenta profanari, Sacerdotes occidi, sacros libros in rogum projici? O nisi peccator, tam luctuosam scenam tu potes abhorrere, si fixam a Deo peccatorum mensuram compleas. Age igitur, ex animo dissolve peccatum, tanti mali incentivum: &c. &c. &c.

Feria II. Pentecostes.

CONCEPTUS III.

Perpenditur immensus Dei erga nos amor, nostraque mutui amoris obligatio declaratur.

Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Joan. 3.

EXORDIUM.

Deus prior dilexit nos. Igitur necesse est, ut Deum ultissim diligamus. Præsertim si consideremus.

1. PRofecto, si rem accurate perpendamus, nihil videtur admirabilius, quam Deum omnis amabilitatis fontem non amari; cum enim ex una parte, assistente Augustino: (*l. 1. de cath. part.*) *Nulla est major ad amandum incitatio quam prævenire amando*, ex altera parte testatur de Deo dilectus Christi Apostolus, *quoniam ipse prior dilexit nos* (*1. Joannis.*), severa deberent humana corda inextinguibili amoris flamma ardere. Quid non egit Deus, ut hominum dilectionem lucraretur? tot beneficia nobis contulit, quot vitæ momenta: ille est, qui e nihilo nos eduxit, qui ex orcbi vinculis nos redemit, qui paterne nos conservavit, qui peccata millies nobis condonavit, qui in periculis corporis, & animæ nos potenter defendit, qui sua carne, & sanguine nos in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento refecit, &c. Verum ut nullis alia beneficia subtileam, nunquam luculentius suum erga nos amorem demonstravit Divinus Pater, quam cum proprium cor suum nobis dono dedit. Quando, ubi, quo tempore hoc contigit? In hodierno Evangelio: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret* (*Joan.3.*) Filium suum unigenitum, qui ab æterno in sinu Divini Patris conquievit. In hoc sane testu, ait Cornelius a Lapide (*hic.*) tot sunt amoris motiva, quot verba: declaro: Verbulum *sic* dicere vult cum tanta vehementia, & amoris excessu, *Deus*, non Regum, aut Angelorum alicujus, *dilexit*, & quidem, antequam a nobis diligeretur, aut agnosceretur, *Mundum*, non alium Deum, non sui similem, sed mundum, & quidem sibi infidum, perduellem, & æternæ damnationis reum. Hunc adeo dilexit, ut non hominem, non Angelum, sed *Filium*, & quidem non adoptivum, non alienum, sed *suum*, quod plus est, non secundo, aut tertio genitum, sed *unigenitum*, ultro, & citra nostri merita *daret* ad ignominias, ad labores, ad amarissimam Passionem, ad crucem. &c. Cum igitur beneficia sint fomenta amoris, qui fieri potest, ut non orbis habeat meros Augustinos, Franciscos Seraphicos, Jacobeos, Theresias, Magdalenas de Pazzis, aliosque, qui tanquam terrestres Seraphini amore Divino arserint? qui fieri potest, ut humana corda gelida hyeme rigescant?

2. *Propositio.* Christianæ animæ! puto esse defectum illum, quem Propheta deplorat verbis illis: *Nullus est, qui cogitet corde.* (*Jerem. 12.*) Deus non amatur; quia motiva amandi non satis expenduntur. Quapropter motiva Divini amoris hodie in medium proferre constituo, & insistendo verbis hodierni Evangelii quadruplicem interrogationem ventilare, videlicet, quis dilexit? quem dilexit? quomodo dilexit? & quare dilexit? Pacit Deus, ut hac consideratione corda nostra reciproci amoris incendio inflammentur. Favete.

§. 1. *Primo: quis nos dilexerit?*

3. *Confirmatio. Sic Deus dilexit mundum.* Promo itaque quæstionem facio: Quis dilexit? respondeo cum stupore: Ille Deus dilexit nos, qui in fimbria vestimenti scriptum habet: *Rex regum, & Dominus Dominantium.* Ille Deus dilexit nos, qui tribus digitis mandum sustentans, cœlum, terram, planetas, & elementa omnia ad suum obsequium prompta, paratasque habet. Ille Deus dilexit, qui teste Augustino est undique *inæstimabilis, ineffabilis, incomprehensibilis.* Flagrantes folia arborum omnia in libros, maria, ac flumina in atramentum, arenas litorum in scribas converti, (*Laud. gran Dios pecat. l. 1. p. 1. c. 1.*) certe prius libri omnes repleri, prius atramentum omne consumi, prius scribas omnes lassari contingeret, quam unica e Divinis perfectionibus pro rei dignitate describeretur. Quæ causa fabluit, quod

Pa-

cit: Laudetur Divina bonitas, quod non integram bestiæ devorandam objecerit: certe jam ante lustris millesimo centesimo octogesimo tertio vaticinio præmisit sancta Hildegardis, (*Marchant. in Hort. Pass. tr. 1. sect. 9.*) Germaniam nostram ob varia scelera, præsertim ob irreverentiam erga sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum hæresi putrefactum iri. Vaticinio huic respondisse effectum heu! deplorandæ experientia edocemur, &c. &c.

9. *Epilogus.* O mei Christiani! etiamsi nullum aliud foret motivum peccatum ex animo detestandi; certe id unum sufficeret ad fugiendam omnem iniquitatem, ne videlicet mensura peccatorum compleatur, & justo Judicio Dei ipsa etiam sancta Fides apud nos extinguatur. O quis scit? forsan pauca adhuc peccata ad complendam mensuram supersunt, & denique ingruet super nos tam formidabile nubium. Dilecti, quibus lacrimis deplorandi essetis, si audiretis Turcas, gentiles, aut hæreticos contra Christianitatem prævalere? immo si cernere deberetis, hanc Ecclesiam exuri, aut in fabulum mutari, hæc Altaria destrui, imagines Sanctorum concremari, Eucharisticum Panem conculcari, cruces, & Sacramenta profanari, Sacerdotes occidi, sacros libros in rogum projici? O nisi peccator, tam luctuosam scenam tu potes abhorrere, si fixam a Deo peccatorum mensuram compleas. Age igitur, ex animo dissolve peccatum, tanti mali incentivum: &c. &c. &c.

Feria II. Pentecostes.

CONCEPTUS III.

Perpenditur immensus Dei erga nos amor, nostraque mutui amoris obligatio declaratur.

Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Joan. 3.

EXORDIUM.

Deus prior dilexit nos. Igitur necesse est, ut Deum ultissim diligamus. Præsertim si consideremus.

1. PRofecto, si rem accurate perpendamus, nihil videtur admirabilius, quam Deum omnis amabilitatis fontem non amari; cum enim ex una parte, assistente Augustino: (*l. 1. de cath. part.*) *Nulla est major ad amandum incitatio quam prævenire amando*, ex altera parte testatur de Deo dilectus Christi Apostolus, *quoniam ipse prior dilexit nos* (*1. Joannis.*), severa deberent humana corda inextinguibili amoris flamma ardere. Quid non egit Deus, ut hominum dilectionem lucraretur? tot beneficia nobis contulit, quot vitæ momenta: ille est, qui e nihilo nos eduxit, qui ex orcbi vinculis nos redemit, qui paterne nos conservavit, qui peccata millies nobis condonavit, qui in periculis corporis, & animæ nos potenter defendit, qui sua carne, & sanguine nos in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento refecit, &c. Verum ut nullis alia beneficia subtileam, nunquam luculentius suum erga nos amorem demonstravit Divinus Pater, quam cum proprium cor suum nobis dono dedit. Quando, ubi, quo tempore hoc contigit? In hodierno Evangelio: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret* (*Joan.3.*) Filium suum unigenitum, qui ab æterno in sinu Divini Patris conquievit. In hoc sane testu, ait Cornelius a Lapide (*hic.*) tot sunt amoris motiva, quot verba: declaro: Verbulum *sic* dicere vult cum tanta vehementia, & amoris excessu, *Deus*, non Regum, aut Angelorum alicujus, *dilexit*, & quidem, antequam a nobis diligeretur, aut agnosceretur, *Mundum*, non alium Deum, non sui similem, sed mundum, & quidem sibi infidum, perduellem, & æternæ damnationis reum. Hunc adeo dilexit, ut non hominem, non Angelum, sed *Filium*, & quidem non adoptivum, non alienum, sed *suum*, quod plus est, non secundo, aut tertio genitum, sed *unigenitum*, ultro, & citra nostri merita *daret* ad ignominias, ad labores, ad amarissimam Passionem, ad crucem. &c. Cum igitur beneficia sint fomenta amoris, qui fieri potest, ut non orbis habeat meros Augustinos, Franciscos Seraphicos, Jacobeos, Theresias, Magdalenas de Pazzis, aliosque, qui tanquam terrestres Seraphini amore Divino arserint? qui fieri potest, ut humana corda gelida hyeme rigescant?

2. *Propositio.* Christianæ animæ! puto esse defectum illum, quem Propheta deplorat verbis illis: *Nullus est, qui cogitet corde.* (*Jerem. 12.*) Deus non amatur; quia motiva amandi non satis expenduntur. Quapropter motiva Divini amoris hodie in medium proferre constituo, & insistendo verbis hodierni Evangelii quadruplicem interrogationem ventilare, videlicet, quis dilexit? quem dilexit? quomodo dilexit? & quare dilexit? Pacit Deus, ut hac consideratione corda nostra reciproci amoris incendio inflammentur. Favete.

§. 1. *Primo: quis nos dilexerit?*

3. *Confirmatio. Sic Deus dilexit mundum.* Promo itaque quæstionem facio: Quis dilexit? respondeo cum stupore: Ille Deus dilexit nos, qui in fimbria vestimenti scriptum habet: *Rex regum, & Dominus Dominantium.* Ille Deus dilexit nos, qui tribus digitis mandum sustentans, cœlum, terram, planetas, & elementa omnia ad suum obsequium prompta, paratasque habet. Ille Deus dilexit, qui teste Augustino est undique *inæstimabilis, ineffabilis, incomprehensibilis.* Flagrantes folia arborum omnia in libros, maria, ac flumina in atramentum, arenas litorum in scribas converti, (*Laud. gran Dios pecat. l. 1. p. 1. c. 1.*) certe prius libri omnes repleri, prius atramentum omne consumi, prius scribas omnes lassari contingeret, quam unica e Divinis perfectionibus pro rei dignitate describeretur. Quæ causa fabluit, quod

Pa-

Patriarcha Moyses (*Exod.* 20.) Deum prima vice in immenso fulgore, deinde vero in obscura nebula viderit? percipite rationem a simili: quemadmodum, qui solem intuentur, quanto magis in luminoso corpore oculos defigunt, tanto minus pares sunt ferendo fulgori: aut quemadmodum illi, qui abyssum profundi maris scrutari præsumunt, quo magis in undis progredi audent, eo profundius merguntur: ita Moysi contigit, omnibusque contingit, qui in contemplatione Divinitatis animum defigunt; quanto magis comprehendere nituntur, quid sit Deus; tanto magis fateri coguntur, illius Justitiam, Misericordiam, Omnipotentiam, Pulchritudinem, aliasque perfectiones ab intellectu creato comprehendi nullatenus posse, &c. Unum unicum superest remedium, Divinam mentem quasi ex umbra dimetiendi, nimirum ex creaturis, dicente Apostolo: (*Rom.* 1. 20.) *Invisibilia ipsius per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Hunc in sensum, ait Bernardus, (*in Ps.* 84.) mundum universum esse librum, creaturas omnes esse characteres, quibus Dei Majestas nobis describitur. Collige in unum Majestatem, ac potentiam omnium terrenorum Principum; Deus est aliquid infinities potentius. Collige in unum sapientiam hominum, & Angelorum; Deus est aliquid infinities sapientius. Collige in unum pulchritudinem omnium creaturarum; Deus est aliquid infinities pulchrius; non enim de sua potentia, sapientia, & pulchritudine tantundem inter creaturas distribuit, ut non infinities plura sibi reservarit. &c.

§. II. *Secundo: quem dilexerit?*

4. *Sic Deus dilexit mundum.* Quæro secundo, quem dilexit ille Magnus Deus? quem? Respondeo: dilexit *Mundum*, id est, miserrimum hominem. Etenim mirum non est eas res amari, quæ singulari nobis emolumento sunt: verum quod emolumentum capit Deus ex homine? nullum prorsus: etiamsi totum genus humanum hoc momento aeternaliter periret, nil perderet Deus: qui sicut ab æterno fuit, ita in æternum in seipso felicissimus esse perseveraret. Quod plus est, Dominus Deus diligit hominem peccatorem, a quo nil nisi enormes injurias recipit, desideratque, quantum est in se, efficacissime salvum facere illum, qui ex destinata malitia vult ultro interire. Hunc in finem submittit peccatori remedia salutis efficacissima; hunc in finem variis, & miris modis vocat ad pœnitentiam, & emendationem. Quæso, quæ causa subest, quod Dei Filius, in hoc mundo existens, diversissimas formas induerit? in Stabulo apparuit ut infans, in via Discipulis ut peregrinus, Magdalenæ ut hortulanus, alia vice vocavit se pastorem, florem campi, & quæ sunt similia. Cur ita? Sanctus Apostolis Petrus docet, esse mera stratagemata *Majestatis divinæ Dei*, (1. *Petr.* 4.) qui dum varias a seipso apparet, varias etiam artes adhibet trahendi ad se animas. Nimirum trahere, & lucrari animas unicus fuit scopus, ac labor Redemptoris; ideo ubi primum in hoc mundo gressum fixit, statim vocare animos cœpit, nempe pastores, & Magos; denique publicanum, & peccatricem; quia immo in ultimo adhuc agone latronem, &c. Quidam Christianus ambiebat in Matrimonium cujusdam Saraceni Filiam. (*Nicol. Catechet. art. 8. symb. Apost.*) Consuluit Pater damonem in idolo, an proco consensum præstare, filiamque suam illi tradere deberet. Respondit damon, nullatenus esse consentiendum, nisi Christum, & fidem Christianus abneguet. Quid evenit? infelix Christianus, urgente Saraceno, & concupiscentia, abjurat fidem: & ecce, Spiritus sanctus in specie columbæ de ore abnegantis visibiliter avolavit. Saracenus, hoc viso, rursus consulit idolum, quid hoc sibi vellet? respondit diabolus: Adhuc e vicinia est Spiritus sanctus, paratus redire: cave, contentas sollicitanti, nisi juret, se pœnitentiam nunquam acturum. Carnalis homo, ubi & hoc juramentum emisit, ecce columba penitus ex oculis aufugit. Paullo post, concupiscentia sedata, ubi ad cor rediit, scelus suum Confessario cum lacrimis aperuit. Ille suasit pœnitenti, ut in profundum progressus, tamdiu culpam lacrimis expiet, donec Spiritus sanctus, qui visibiliter recesserat, visibiliter iterum rediret. Post aliquot tempus pœnitentiæ impensum in eadem columbæ specie Spiritus sanctus reversus, & paullatim appropinquans patenter in os pœnitentis iterum ingressus est. O insanitum genus misericordiæ, exclamat merito Tertullianus, (*ap. Sperant. junll.* 25.) summo jure veniam negare posse; & tamen non solum non negare, sed insuper vocare, rogare, minari, & quasi compellere peccatorem ad acceptandam salutem, & veniam! &c.

§. III. *Tertio: quomodo dilexit?*

5. *Sic Deus dilexit mundum.* Interrogo tertio: quomodo dilexit? Nimirum, *ut Filium suum unigenitum daret.* O Bone Deus: si ad mentem Divi Gregorii (*ap. Paulett. in Festo Epiphan.*) *amor æstimatur in donis*, profecto sequitur amorem Dei erga nos esse infinitum; quia donum nobis in Filio datum est infinitum. Et si dilectum Filium dedisset ad gloriam, & honorem, certe minus mirum foret; at quod omnem admirationem excedit, dedit ad ignominiam, & passionem. Quid quod ipse Dei Filius ex amore hominum omnia dedit, quæ habuit, & fuit: Fuit ditissimus Deus; divitias has omnes ultro, ut ita dicam, perdidit, a Stabulo usque ad crucem factus pauperrimus. Fuit omnipotens Deus; hanc omnipotentem, ut ita dicam, ultro perdidit, in infantia fasciis, & in virili ætate funibus ligatus. Fuit Sapientissimus Deus; hanc sapientiam, ut ita dicam, ultro perdidit, coram Herode impio rege instar fatui irrisus, & despectus. Fuit denique immortalis Deus; hanc immortalitatem, ut ita dicam, ultro perdidit, in cruce miserabilissima nece inter dolores emortuus.

Obstupesce, mi homo! tam ardenti amore dilexit te Redemptor tuus, ut ne unicam quidem sanguinis guttulam sibi reservarit, quam non erat pro te fundere paratus. Adverte animum. Benignissimus Salvator inter ultimos vitæ anhelitus, in cruce pendens, ardentissima siti urebatur, exclamans: *Sitio.* Et ecce, aderant e satellitibus nonnulli, qui in spongia aceto illi porrigebant: Jesus autem *noluit bibere.* Quare non? erant membra omnia Dominici corporis plena doloribus, sola lingua manet adhuc expers tormenti; cum ergo Dei Filius ardentissime desideraret plura, ac plura pati, credi utique potuit, eum acetosi potus mortificationem libentissime acceptaturum. Cur ergo noluit bibere? Admiramini, Christiani. Acetum juxta Medicorum effatum sanguinis profluvium sistit; inde erat, quod antiquitus milites, in bello sauciati, sua vulnera aceto lavarint. Ideo noluit bibere Jesus, ne impediretur sanguinis fluxus, ait Lyranus, (*c. 19. Joan.*) & ut demonstraret, ultimam sanguinis guttam, quam adhuc in sanctissimo Corde habebat, non esse sibi unicuam, & pretiosam, ut paratus non sit illam in amorem humani generis effundere. O anima Christiana, ne quæso, obsecro, quomodo Deus dilexerit hominem: dilexit illum, fere dicerim, plus quam seipsum, plus quam vitam, plus quam sanguinem: *Dilexisti me plus, quam te* exclamat Augustinus (*Soliloq.*), *qui mei voluisti pro me.*

§. IV. *Quarto: quem in finem dilexerit?*

6. *Sic Deus dilexit mundum.* Quarto denique interrogo, quare, in quem finem sic dilexit? responsionem format mei in vicem Mellifluus Bernardus (*in illud Psal. Quid retribuam Dom.*); ubi enim Divinæ Bonitatis amorem, & beneficia, abundantissime nobis collata, perpendit, subnectit: *Ne pro his omnibus, quod rependam habeo, nisi tantum, ut diligam.* Hic finis, hic scopus est Divinæ dilectionis, ut reciprocum nostri amorem lucraretur. Ita, ita: exclamo cum S. Cypriano (*de baptism. Christi.*): *Justum est, Domine, ut diligamus te; quia & ipse tantopere nos prius amasti.*

7. Sed quæritis, Auditores, in quo tandem consistat hic Dei amor, quem a nobis exigit? Audite, & obstupescite Divinæ Veritatis oraculum. *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me.* (*Joan.* 14.) Itaque in observatione mandatorum versatur totum illud amoris negotium, quod tam impenso labore, sudore, ac beneficiis a nobis mercatur Deus. Itane? nihil amplius requirit Deus? nihil amplius: potuisset sine dubio in reciproci amoris testimonium requirere, ut cum sanctis Apostolis in frigore, & nuditate, in fame, & siti, in labore, & sudore mundum percurrentes, Evangelium in orbe propagaremus; potuisset sine dubio requirere, ut cum sanctis Martyribus ignes, rotas, gladios, & corporum lanienam sustineremus. Potuisset requirere, ut cum sanctis Confessoribus in vigiliis, jejuniis, & carnis macerationibus Divinam adoremus Majestatem. Et tamen haud petiit amorem a nobis alium, quam qui in observatione mandatorum consistit. O! laudetur Divina Bonitas, quæ pro tam levi obsequio suum nobis amorem, ipsamque salutem venalem facit: utique non erit hominum, præsertim Christianorum quispiam, qui tam exili obsequio amabilissimum Deum non colat? utique non erit, qui mandata non observet, & transgressione præceptorum Divinam Majestatem offendat? Ita mecum opinatur Sanctus Gentium Apostolus: (*Ad Rom.* 3.) audite Mysteriosum illius loquendi modum: dicit, Dei Filium in cruce fuisse mortuum *propter remissionem peccatorum præcedentium.* Mirabilis dictio! propter remissionem præcedentium peccatorum? an ergo Divini Sanguinis litrum non æque sufficit ad expungenda delicta Passionem Dominicam subsequentia, quam illam præcedentia? sufficit utique: cur ergo Paulus mentionem solum ingerit *præcedentium peccatorum?* Christianæ animæ, percipite, obstupescite responsionem Zelosissimi Josephi de Barzia (*ser. 4. §. 6.*): ideo, ait, Apostolus docuit Christum Dominum fuisse mortuum in remissionem præcedentium peccatorum; quia sibi firmissime persuadebat, post Passionem Dominicam nulla amplius in mundo peccata commissa iri. Quis enim crederet, fore deinceps hominem, qui Deum offenderet, postquam vidit Dei Filium pro offensis hominum in cruce emortuum? O mi Apostole Paule! utinam, utinam votis tuis correspondisset effectus! Verum quid nunc diceres, obsecro, si nostris his temporibus cerneres peccata omnia effusis habenis in orbe tumultuari? quid nunc diceres, si cerneres Deum adeo impudenter offendi, ac si nunquam nos amasset, nunquam nobis beneficium contulisset? quid diceres, si cerneres infernalem inimicum plures habere sequaces, quam Christum Redemptorem? juratus ille animarum hostis non tudorem pro nobis, non sanguinem sudavit, non alapam, non flagra, non spinas, non crucem, non mortem acerbissimam tulit: non æternam nobis apprompsit beatitudinem, sed potius diu, noctuque laborat ad temporalem nostram, & sempiternam infelicitatem. Et tamen majori contentione, ac numero illi servitur, quam Benignissimo Salvatori, qui ut amorem nostrum lucraretur, nihil intentatum reliquit, &c.

8. *Epilegur.* Hæc, inquam, Sancte Gentium Apostole, si modo cerneres, qua indignatione impudentiam indignissimam condemnares? Ah! sentio, quid dicturus esses: Nimirum justissima ira exardescens illud ipsum fulmen repeteres, quod olim supra tuos Corinthios detonuisti: *Qui non amat Dominum Jesum, anathema sit.* &c. (1. *Cor.* 16.)

Feria III. Pentecostes.

CONCEPTUS I.

Proponuntur signa aliqua Prædestinationis, comparat cum proprietatibus Oviculæ.

Cum propriis oves emiserit, ante eas vadit, & oves illum sequuntur; quia sciunt vocem ejus. Joann. 10.

EXORDIUM.

Sicut Christus boni Pastoris notas omnes impleviit; ita nos oportet electorum Ovilcularum signa habere.

1. DIvinissimus Mundi Redemptor non una vice, & loco Sancti Evangelii seipsum sub schemate Boni Pastoris, dilectas vero animas, quas ad æternæ gloriæ præmium destinavit, sub similitudine oviculæ solitus est proponere. Quemadmodum igitur ille optimi Pastoris notas ac munia perfectissime implevit, eo quod animam suam dederit pro ovibus suis, vitamque suam omnem, ac mortem ad id ordinarit, & impenderit, ut ista *vitam habeant, & abundantius habeant.* (Joann. 10.) Ita etiam signa quædam, ac discernicula indicavit, quibus electæ Christi Oviculæ a reprobis hædis facile valeant distingui. Scio quidem, quod Providissimus Deus Prædestinationis arcanum curam oculis hominum omni studio occultet, itque variis ex rationibus. Primo, prout explicat Gregorius (*l. 6 ep. 22.*), ne homo, fuæ salutis securitate elatus, superbire, aut ad desidiosam in bono socordiam delabi incipiat; cum securitas sit mater negligentiæ. Secundo, ut hæc ipsa salutis incertitudo nos excitat ad sancta opera, ad fructus pœnitentiæ indefinenter producendos, prout assumat Novarinus. (*in delictis amor. c. 82.*) Tertio denique ad mentem Divi Bernardi (*serm. 15. in Ps. 90.*), ut salutaris timor Domini, qui virtutum omnium custos, & salutis pignus est, in cordibus nostris nunquam non radices agat, &c. Nihilominus ita hæc ipsa Prædestinationis obscura caligine elucent quædam signa, ac notæ, e quibus homo suam electionem haud obscure potuerit conjecturare; ita Bernardus (*Serm. 1. in Sept.*), expresse inquens: *Propter hæc data sunt signa quædam, & indicia manifestæ salutis, ut in dubitabile sit, cum esse de numero Electorum, in quo ea signa permanserint.* Talia signa sunt, frequens, & fructuosa auditio Verbi Divini; juxta illud: *Qui ex Deo est, Verba Dei audit.* Impensa, & liberalis misericordia erga pauperes, juxta illud: *Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem.* (*Psal. 40.*) Ardens devotio erga Sanctissimam Dei Matrem, juxta illud (*Prov. 8.*): *Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie.* Concors, & pacificus amor cum proximo, invicta patientia in adversis, irreconciliabile odium adversus peccatum, & denique devota Sacramentorum frequentatio.

2. *Propositio.* Nos omissis tribus primis, de quibus alias actum est, hodie de quatuor ultimis agemus. Quilibet excutiat conscientiam suam, utrum electæ Christi Oviculæ notas in se inveniat: qui eas inveniet, in cœpta salutis semita indefessa contentione pergat; qui non invenerit, omni studio sibi comparare allaborat. Favete.

§. I. *Primum prædestinationis signum est amor proximi.*

3. *Confirmatio.* Prima igitur Oviculæ proprietas est pacis, ac concordiæ amor: non est illa bellicosum animal; non minitatur, non cornicat, ut taurus; non laniat dentibus, ut lupus; non ferit calcibus, ut equus; non terret voce, ut leo; non rapit unguibus, ut felis; non nocet veneno, ut vipera, sed simplex, pacifica, ac innocens est. Parem in modum prima æternæ electionis nota est amicabilis pax, & concordia cum proximo, dicente Christo Domino ad Discipulos: *In hoc cognoscent omnes, quia Discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* (Joann. 13.) Notate bene: Non dicit, si dilectionem habueritis erga me, sed ad invicem; quia Dilectio Dei ad salutem neutiquam sufficit sine dilectione proximi, quin imo illa sine hac consistere non potest. O mei Christiani! plane non capio, qua ratione multi sibi blandiantur: se amare Deum, cum tamen proximum odio habeant, in necessitate destituant, & ne quidem aspectu dignentur. Omnes lineæ, quæ a circumferentia ad centrum ducuntur, prout in obvia quavis rota currum videre est, quanto magis centro appropinquant, tanto arctius se invicem contingunt, & quanto longius a centro recedunt, tanto spatiosius ab invicem se jungantur; centrum nostrum, ad quod tendimus, Deus est; quo magis ad Deum accedimus, eo magis etiam proximum amplectimur, & quo distantius a proximo separamur, eo etiam longius recedimus a Deo.

4. Rex Saul extremis odiis persequebatur Davidem, quem e medio tollere lapsus attentabat: aliquando, cum Saul solus, & inermis in spelunca Engaddi versaretur, aderant insurrones, qui Davidi persuadebant ut ultionis occasionem nactus, inermem occideret. Mansuetissimus David (1. *Reg. 24.*) detestatus est tantum nefas; verum ut manifestum faceret vindictæ sibi voluntatem, non opportunitatem defuisse, e vestimento Regis oram clamidis præscidit. Audito hoc mansuetudinis exemplo, obstupuit Saul, & cum antea Davidem a Regni successione excludere modis omnibus allaborabat, jam admirabundus exclamare: *Nunc scio certissime, quia regnaturus es, & habiturus in manu tua Regnum Israel.* En mi Christiane, pacifica condonatio injuriarum erat indicium proximum Regni, & coronæ. Si igitur & te videre proximo amicabiliter convivere, in egestate succurrere, inimicitias tollere, inveteratas rancores ex animo pellere, contumelias dissimulare, malis inogata bonis compensare; tunc enim vere & de te confidam, nunc scio certissime quia regnaturus, & æternæ gloriæ coronam adepturus es: &c.

§. II. *Secundum est patientia in adversis.*

5. Altera proprietas Oviculæ est, quod patientissime afflictiones omnes perferat, si tondetur, & tondatur, si ad lanienam, & macellum rapiatur, non vociferatur ut porcus, non reluctatur, ut taurus, non recalcitrat, ut equus, sed prorsus ad mortem cuncta adversa omnia sustinet. Ita alterum beatæ prædestinationis signum est justa, & intracta tribulatorum patientia. Id quod Christus Dominus non solum ore docuit: *Beati, qui persecutionem patiuntur.* (*Matth. 5.*): sed insuper, tanquam caput prædestinatorum, opere ipso demonstravit: *Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam?* (*Luc. 24.*) O mi Christiane! plane non est felicitas, omnimoda felicitate frui; si hominem videris ob perpetratas scelera Divinæ castigationis virga quidem dignissimum, nihilominus ex omni parte felicem, hujus tu male metue; quia periculum est, ne Deus hunc, quem in hac vita compescuit, ac Deus hunc, quem in hac vita punivit, in severus Judex. Econtra cum videris hominem justum millenis calamitatibus obnoxium, *hunc tu beatum puta*, ait Chrysostomus. (*Orat. 3. de Lazar.*) Exemplum hujus rei luculentum habemus in divite Epulone, & pauperе Lazaro: ille fortunatissimus in divitiis, & voluptatibus balneabatur, & familiter penit: ille interea canes adjectus, morbis, calamitatibus, & rerum omnium egestate afflictabatur: & gloriosus demum in sinu Abrahæ requierit. Imaginare geminum bovem, incrassatum unum, quin in plenis paleis impinguari permittitur; macilentum alterum, qui ad aratrum alligatur: quis ex utroque infelicior? sine dubio primus; quia ad macellum destinatur, altero adhuc diu superstite. Imaginare tibi geminos ægrotos, unum, cui Medicus de esu & potu, quidquid allubescit, promiscue ingrendum concedit; alterum, quem idem Medicus urit, secat, esu? & potu interdicit. Quis ex utroque infelicior, sine dubio primus; quia pro conclamato habetur, dum interim alter ex hoc ipso archiatri conatu spem recon valescendi retinet. Imaginare tibi tritieum & paleam, illum frigescente autumno in agros seminatum æris, & tempestatum injuriis exponitur, ista sub tecto fucca, & illæsa servatur. Quis ex utroque infelicior? sine dubio ista; quia dum fructuosum granum frumenti in novam vitam propullulat, palea in fimetum abjicitur. Parem in modum se res habet in nostro proposito: quos Deus in hac vita paterne castigat, illis operum suorum mercedem in alteram vitam reservat, dum interim impii, qui in vitiis, in deliciis, in divitiis libere hac evolant, proximo amicabiliter convivere, in egestate succurrere, inimicitias tollere, inveteratos rancores ex animo pellere, contumelias dissimulare, malis inogata bonis compensare; tunc enim vere & de te confidam, nunc scio certissime quia regnaturus, & æternæ gloriæ coronam adepturus es: &c.

§. II. *Secundum est patientia in adversis.*

5. Altera proprietas Oviculæ est, quod patientissime afflictiones omnes perferat, si tondetur, & tondatur, si ad lanienam, & macellum rapiatur, non vociferatur ut porcus, non reluctatur, ut taurus, non recalcitrat, ut equus, sed prorsus ad mortem cuncta adversa omnia sustinet. Ita alterum beatæ prædestinationis signum est justa, & intracta tribulationum patientia. Id quod Christus Dominus non solum ore docuit: *Beati, qui persecutionem patiuntur.* (*Matth. 5.*): sed insuper, tanquam caput prædestinatorum, opere ipso demonstravit: *Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam?* (*Luc. 24.*) O mi Christiane! plane non est felicitas, omnimoda felicitate frui; si hominem videris ob perpetratas scelera Divinæ castigationis virga quidem dignissimum, nihilominus ex omni parte felicem, hujus tu male metue; quia periculum est, ne Deus hunc, quem in hac vita compescuit, ac Deus hunc, quem in hac vita punivit, in severus Judex. Econtra cum videris hominem justum millenis calamitatibus obnoxium, *hunc tu beatum puta*, ait Chrysostomus. (*Orat. 3. de Lazar.*) Exemplum hujus rei luculentum habemus in divite Epulone, & pauperе Lazaro: ille fortunatissimus in divitiis, & voluptatibus balneabatur, & familiter penit: ille interea canes adjectus, morbis, calamitatibus, & rerum omnium egestate afflictabatur: & gloriosus demum in sinu Abrahæ requierit. Imaginare geminum bovem, incrassatum unum, quin in plenis paleis impinguari permittitur; macilentum alterum, qui ad aratrum alligatur: quis ex utroque infelicior? sine dubio primus; quia ad macellum destinatur, altero adhuc diu superstite. Imaginare tibi geminos ægrotos, unum, cui Medicus de esu & potu, quidquid allubescit, promiscue ingrendum concedit; alterum, quem idem Medicus urit, secat, esu? & potu interdicit. Quis ex utroque infelicior, sine dubio primus; quia pro conclamato habetur, dum interim alter ex hoc ipso archiatri conatu spem recon valescendi retinet. Imaginare tibi tritieum & paleam, illum frigescente autumno in agros seminatum æris, & tempestatum injuriis exponitur, ista sub tecto fucca, & illæsa servatur. Quis ex utroque infelicior? sine dubio ista; quia dum fructuosum granum frumenti in novam vitam propullulat, palea in fimetum abjicitur. Parem in modum se res habet in nostro proposito: quos Deus in hac vita paterne castigat, illis operum suorum mercedem in alteram vitam reservat, dum interim impii, qui in vitiis, in deliciis, in divitiis libere hac evolant, fortunam omnem ad votum sibi succedentem experiuntur, olim cum divite damnato audituri sunt: *Recepisti mercedem tuam*, &c.

§. III. *Tertium est horror peccati.*

6. Tertia Oviculæ proprietas est irreconciliabilis antipathia adversus lupum, qui tanta est, ut etiam post mortem duret; quippe chordæ, ex intestinis Oviculæ ductæ, si eodem instrumento musico chordæ lupinæ consinguntur, obmutescit, nec sonum edit, prout testatur Pierius. (*ap. Barz. serm. 28. §. 3.*). Volo dicere, tertium beatæ Prædestinationis indicium est implacabile odium, & horror adversus peccatum, qui in homine Christiano salutis suæ tribulosa tantus esse debet, ut etiam umbram peccati exhorrescere discat, & aversari. *Quasi a facie colubri fuge peccatum*, ait Spiritus Sanctus per Ecclesiasticum. (*c. 21.*) Cur autem colubro comparat peccatum, cur non leoni, urso, tygridi? Notate bene: ha bestiæ saltem in primâ juventute cicures, & mansuetæ sunt, ita ut impune liceat cum illis conversari, aut jocari: dispar ratio se habet cum colubro; hic enim etiam pusillus, & tener tangentem interficit. Dicere itaque vult æternæ Veritatis Magister, peccatum etiamsi leve, modicum, & innoxium videatur, exactissime declinandum, & fugiendum esse. Vultis exemplum, qua ratione adversus peccatum hostile odium, & horrorem concipere oporteat? percipite, quid S. Bernardinus; (*Sent. T. 1. serm. 42.*) & alii enarrent.

7. Pater quidam nomine Cimmerius, tres filios, inter hos autem unum solum legitimum habuit; idcirco testamentum condidit, præcipiens, ut post mortem suam exanime corpus, publice palo alligaretur, & qui ex filiis cor suum sagitta propinquius petiisset, is pro solo sua legitima, & paternarum facultatum herede haberetur. Ut justum, factum: cadaver alligatur arbori, adsunt filii, arcu, & jaculo armati: quin immo duo primi non infelici jactu sagittas suas in præcordia Patris defixerunt. Ubi vero tertius in aream constituitur fuit, miramini Auditores! ille trepidare, expallescere, & quamvis adessent nonnulli, qui morientem ad clidendam animo te sagittam exhortarentur, membris omnibus concuti, ac demum mentis deliquio in terram prolabi; ubi se, animumque collegit, arcum cum jaculo abjecere, & publice protestari cœpit, nulle se bonorum omnium jacturam, quam tantum filelus in Patrem committere. Quid evenit? Judices unilonei consensu concluserunt, hunc esse legitimum, ceteros supposititios filios; utpote cum ille cor amantissimi parentis ceteris propinquius, non quidem telo, sed affectu petiisset. O Christiana anima! en Pater tuus in palo Crucis pendet: *Erit vita tua quasi pendens ante te.* (*Deut. 28. v. 66.*) Quoties infernalis inimicus animum tuum gravi tentatione pulsat, idem, ut ita dicam, agit, ac si arcum, & sagittam in manus tibi tra-

Feria III. Pentecostes.

CONCEPTUS I.

Proponuntur signa aliqua Prædestinationis, comparat cum proprietatibus Oviculæ.

Cum propriis oves emiserit, ante eas vadit, & oves illum sequuntur; quia sciunt vocem ejus. Joann. 10.

EXORDIUM.

Sicut Christus boni Pastoris notas omnes impleviit; ita nos oportet electorum Ovilcularum signa habere.

1. DIvinissimus Mundi Redemptor non una vice, & loco Sancti Evangelii seipsum sub schemate Boni Pastoris, dilectas vero animas, quas ad æternæ gloriæ præmium destinavit, sub similitudine oviculæ solitus est proponere. Quemadmodum igitur ille optimi Pastoris notas ac munia perfectissime implevit, eo quod animam suam dederit pro ovibus suis, vitamque suam omnem, ac mortem ad id ordinarit, & impenderit, ut ista *vitam habeant, & abundantius habeant.* (Joann. 10.) Ita etiam signa quædam, ac discernicula indicavit, quibus electæ Christi Oviculæ a reprobis hædis facile valeant distingui. Scio quidem, quod Providissimus Deus Prædestinationis arcanum curam oculis hominum omni studio occultet, itque variis ex rationibus. Primo, prout explicat Gregorius (*l. 6 ep. 22.*), ne homo, fuæ salutis securitate elatus, superbire, aut ad desidiosam in bono socordiam delabi incipiat; cum securitas sit mater negligentiæ. Secundo, ut hæc ipsa salutis incertitudo nos excitat ad sancta opera, ad fructus pœnitentiæ indefinenter producendos, prout assumat Novarinus. (*in delictis amor. c. 82.*) Tertio denique ad mentem Divi Bernardi (*serm. 15. in Ps. 90.*), ut salutaris timor Domini, qui virtutum omnium custos, & salutis pignus est, in cordibus nostris nunquam non radices agat, &c. Nihilominus ita hæc ipsa Prædestinationis obscura caligine elucent quædam signa, ac notæ, e quibus homo suam electionem haud obscure potuerit conjecturare; ita Bernardus (*Serm. 1. in Sept.*), expresse inquens: *Propter hæc data sunt signa quædam, & indicia manifestæ salutis, ut in dubitabile sit, cum esse de numero Electorum, in quo ea signa permanserint.* Talia signa sunt, frequens, & fructuosa auditio Verbi Divini; juxta illud: *Qui ex Deo est, Verba Dei audit.* Impensa, & liberalis misericordia erga pauperes, juxta illud: *Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem.* (*Psal. 40.*) Ardens devotio erga Sanctissimam Dei Matrem, juxta illud (*Prov. 8.*): *Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie.* Concors, & pacificus amor cum proximo, invicta patientia in adversis, irreconciliabile odium adversus peccatum, & denique devota Sacramentorum frequentatio.

2. *Propositio.* Nos omissis tribus primis, de quibus alias actum est, hodie de quatuor ultimis agemus. Quilibet excutiat conscientiam suam, utrum electæ Christi Oviculæ notas in se inveniat: qui eas inveniet, in cœpta salutis semita indefessa contentione pergat; qui non invenerit, omni studio sibi comparare allaborat. Favete.

§. I. *Primum prædestinationis signum est amor proximi.*

3. *Confirmatio.* Prima igitur Oviculæ proprietas est pacis, ac concordiæ amor: non est illa bellicosum animal; non minitatur, non cornicat, ut taurus; non laniat dentibus, ut lupus; non ferit calcibus, ut equus; non terret voce, ut leo; non rapit unguibus, ut felis; non nocet veneno, ut vipera, sed simplex, pacifica, ac innocens est. Parem in modum prima æternæ electionis nota est amicabilis pax, & concordia cum proximo, dicente Christo Domino ad Discipulos: *In hoc cognoscent omnes, quia Discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* (Joann. 13.) Notate bene: Non dicit, si dilectionem habueritis erga me, sed ad invicem; quia Dilectio Dei ad salutem neutiquam sufficit sine dilectione proximi, quin imo illa sine hac consistere non potest. O mei Christiani! plane non capio, qua ratione multi sibi blandiantur: se amare Deum, cum tamen proximum odio habeant, in necessitate destituant, & ne quidem aspectu dignentur. Omnes lineæ, quæ a circumferentia ad centrum ducuntur, prout in obvia quavis rota currum videre est, quanto magis centro appropinquant, tanto arctius se invicem contingunt, & quanto longius a centro recedunt, tanto spatiosius ab invicem se jungantur; centrum nostrum, ad quod tendimus, Deus est; quo magis ad Deum accedimus, eo magis etiam proximum amplectimur, & quo distantius a proximo separamur, eo etiam longius recedimus a Deo.

4. Rex Saul extremis odiis persequebatur Davidem, quem e medio tollere lapsus attentabat: aliquando, cum Saul solus, & inermis in spelunca Engaddi versaretur, aderant insurrones, qui Davidi persuadebant ut ultionis occasionem nactus, inermem occideret. Mansuetissimus David (1. *Reg. 24.*) detestatus est tantum nefas; verum ut manifestum faceret vindictæ sibi voluntatem, non opportunitatem defuisse, e vestimento Regis oram clamidis præscidit. Audito hoc mansuetudinis exemplo, obstupuit Saul, & cum antea Davidem a Regni successione excludere modis omnibus allaborabat, jam admirabundus exclamare: *Nunc scio certissime, quia regnaturus es, & habiturus in manu tua Regnum Israel.* En mi Christiane, pacifica condonatio injuriarum erat indicium proximum Regni, & coronæ. Si igitur & te videre proximo amicabiliter convivere, in egestate succurrere, inimicitias tollere, inveteratas rancores ex animo pellere, contumelias dissimulare, malis inogata bonis compensare; tunc enim vere & de te confidam, nunc scio certissime quia regnaturus, & æternæ gloriæ coronam adepturus es: &c.

§. II. *Secundum est patientia in adversis.*

5. Altera proprietas Oviculæ est, quod patientissime afflictiones omnes perferat, si tondetur, & tondatur, si ad lanienam, & macellum rapiatur, non vociferatur ut porcus, non reluctatur, ut taurus, non recalcitrat, ut equus, sed prorsus ad mortem cuncta adversa omnia sustinet. Ita alterum beatæ prædestinationis signum est justa, & intracta tribulatorum patientia. Id quod Christus Dominus non solum ore docuit: *Beati, qui persecutionem patiuntur.* (*Matth. 5.*): sed insuper, tanquam caput prædestinatorum, opere ipso demonstravit: *Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam?* (*Luc. 24.*) O mi Christiane! plane non est felicitas, omnimoda felicitate frui; si hominem videris ob perpetratas scelera Divinæ castigationis virga quidem dignissimum, nihilominus ex omni parte felicem, hujus tu male metue; quia periculum est, ne Deus hunc, quem in hac vita compescuit, ac Deus hunc, quem in hac vita punivit, in severus Judex. Econtra cum videris hominem justum millenis calamitatibus obnoxium, *hunc tu beatum puta*, ait Chrysostomus. (*Orat. 3. de Lazar.*) Exemplum hujus rei luculentum habemus in divite Epulone, & pauperе Lazaro: ille fortunatissimus in divitiis, & voluptatibus balneabatur, & familiter penit: ille interea canes adjectus, morbis, calamitatibus, & rerum omnium egestate afflictabatur: & gloriosus demum in sinu Abrahæ requierit. Imaginare geminum bovem, incrassatum unum, quin in plenis paleis impinguari permittitur; macilentum alterum, qui ad aratrum alligatur: quis ex utroque infelicior? sine dubio primus; quia ad macellum destinatur, altero adhuc diu superstite. Imaginare tibi geminos ægrotos, unum, cui Medicus de esu & potu, quidquid allubescit, promiscue ingrendum concedit; alterum, quem idem Medicus urit, secat, esu? & potu interdicit. Quis ex utroque infelicior, sine dubio primus; quia pro conclamato habetur, dum interim alter ex hoc ipso archiatri conatu spem recon valescendi retinet. Imaginare tibi tritieum & paleam, illum frigescente autumno in agros seminatum æris, & tempestatum injuriis exponitur, ista sub tecto fucca, & illæsa servatur. Quis ex utroque infelicior? sine dubio ista; quia dum fructuosum granum frumenti in novam vitam propullulat, palea in fimetum abjicitur. Parem in modum se res habet in nostro proposito: quos Deus in hac vita paterne castigat, illis operum suorum mercedem in alteram vitam reservat, dum interim impii, qui in vitiis, in deliciis, in divitiis libere hac evolant, proximo amicabiliter convivere, in egestate succurrere, inimicitias tollere, inveteratos rancores ex animo pellere, contumelias dissimulare, malis inogata bonis compensare; tunc enim vere & de te confidam, nunc scio certissime quia regnaturus, & æternæ gloriæ coronam adepturus es: &c.

§. II. *Secundum est patientia in adversis.*

5. Altera proprietas Oviculæ est, quod patientissime afflictiones omnes perferat, si tondetur, & tondatur, si ad lanienam, & macellum rapiatur, non vociferatur ut porcus, non reluctatur, ut taurus, non recalcitrat, ut equus, sed prorsus ad mortem cuncta adversa omnia sustinet. Ita alterum beatæ prædestinationis signum est justa, & intracta tribulationum patientia. Id quod Christus Dominus non solum ore docuit: *Beati, qui persecutionem patiuntur.* (*Matth. 5.*): sed insuper, tanquam caput prædestinatorum, opere ipso demonstravit: *Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam?* (*Luc. 24.*) O mi Christiane! plane non est felicitas, omnimoda felicitate frui; si hominem videris ob perpetratas scelera Divinæ castigationis virga quidem dignissimum, nihilominus ex omni parte felicem, hujus tu male metue; quia periculum est, ne Deus hunc, quem in hac vita compescuit, ac Deus hunc, quem in hac vita punivit, in severus Judex. Econtra cum videris hominem justum millenis calamitatibus obnoxium, *hunc tu beatum puta*, ait Chrysostomus. (*Orat. 3. de Lazar.*) Exemplum hujus rei luculentum habemus in divite Epulone, & pauperе Lazaro: ille fortunatissimus in divitiis, & voluptatibus balneabatur, & familiter penit: ille interea canes adjectus, morbis, calamitatibus, & rerum omnium egestate afflictabatur: & gloriosus demum in sinu Abrahæ requierit. Imaginare geminum bovem, incrassatum unum, quin in plenis paleis impinguari permittitur; macilentum alterum, qui ad aratrum alligatur: quis ex utroque infelicior? sine dubio primus; quia ad macellum destinatur, altero adhuc diu superstite. Imaginare tibi geminos ægrotos, unum, cui Medicus de esu & potu, quidquid allubescit, promiscue ingrendum concedit; alterum, quem idem Medicus urit, secat, esu? & potu interdicit. Quis ex utroque infelicior, sine dubio primus; quia pro conclamato habetur, dum interim alter ex hoc ipso archiatri conatu spem recon valescendi retinet. Imaginare tibi tritieum & paleam, illum frigescente autumno in agros seminatum æris, & tempestatum injuriis exponitur, ista sub tecto fucca, & illæsa servatur. Quis ex utroque infelicior? sine dubio ista; quia dum fructuosum granum frumenti in novam vitam propullulat, palea in fimetum abjicitur. Parem in modum se res habet in nostro proposito: quos Deus in hac vita paterne castigat, illis operum suorum mercedem in alteram vitam reservat, dum interim impii, qui in vitiis, in deliciis, in divitiis libere hac evolant, fortunam omnem ad votum sibi succedentem experiuntur, olim cum divite damnato audituri sunt: *Recepisti mercedem tuam*, &c.

§. III. *Tertium est horror peccati.*

6. Tertia Oviculæ proprietas est irreconciliabilis antipathia adversus lupum, qui tanta est, ut etiam post mortem duret; quippe chordæ, ex intestinis Oviculæ ductæ, si eodem instrumento musico chordæ lupinæ consinguntur, obmutescit, nec sonum edit, prout testatur Pierius. (*ap. Barz. serm. 28. §. 3.*). Volo dicere, tertium beatæ Prædestinationis indicium est implacabile odium, & horror adversus peccatum, qui in homine Christiano salutis suæ tribulosa tantus esse debet, ut etiam umbram peccati exhorrescere discat, & aversari. *Quasi a facie colubri fuge peccatum*, ait Spiritus Sanctus per Ecclesiasticum. (*c. 21.*) Cur autem colubro comparat peccatum, cur non leoni, urso, tygridi? Notate bene: ha bestiæ saltem in primâ juventute cicures, & mansuetæ sunt, ita ut impune liceat cum illis conversari, aut jocari: dispar ratio se habet cum colubro; hic enim etiam pusillus, & tener tangentem interficit. Dicere itaque vult æternæ Veritatis Magister, peccatum etiamsi leve, modicum, & innoxium videatur, exactissime declinandum, & fugiendum esse. Vultis exemplum, qua ratione adversus peccatum hostile odium, & horrorem concipere oporteat? percipite, quid S. Bernardinus; (*Sent. T. 1. serm. 42.*) & alii enarrent.

7. Pater quidam nomine Cimmerius, tres filios, inter hos autem unum solum legitimum habuit; idcirco testamentum condidit, præcipiens, ut post mortem suam exanime corpus, publice palo alligaretur, & qui ex filiis cor suum sagitta propinquius petiisset, is pro solo sua legitima, & paternarum facultatum herede haberetur. Ut justum, factum: cadaver alligatur arbori, adsunt filii, arcu, & jaculo armati: quin immo duo primi non infelici jactu sagittas suas in præcordia Patris defixerunt. Ubi vero tertius in aream constituitur fuit, miramini Auditores! ille trepidare, expallescere, & quamvis adessent nonnulli, qui morientem ad clidendam animo te sagittam exhortarentur, membris omnibus concuti, ac demum mentis deliquio in terram prolabi; ubi se, animumque collegit, arcum cum jaculo abjecere, & publice protestari cœpit, nulle se bonorum omnium jacturam, quam tantum filelus in Patrem committere. Quid evenit? Judices unilonei consensu concluserunt, hunc esse legitimum, ceteros supposititios filios; utpote cum ille cor amantissimi parentis ceteris propinquius, non quidem telo, sed affectu petiisset. O Christiana anima! en Pater tuus in palo Crucis pendet: *Erit vita tua quasi pendens ante te.* (*Deut. 28. v. 66.*) Quoties infernalis inimicus animum tuum gravi tentatione pulsat, idem, ut ita dicam, agit, ac si arcum, & sagittam in manus tibi tra-

traderet ad feriendum affantissimum Cor Redemptoris tui. Imaginare tibi, Cœlites omnes, & Angelos Spectatores circumstare, ut experimentum capiant, an sis legitimus Dei Filius. Quid agis? consentis in peccatum, & cor Dilectissimi Patris crudeli ictu vulneras? eheu! genuina proles non es, Filius Belialis. Quodsi vero exhorreseas, expallescas, contremiscas, arcum, & sagittam conculces, mori paratior, quam peccare; tunc enim vero ea indicia prodis, quæ te probant legitimum filium, olim ad cœlestis coronæ hereditatem admittendum, &c.

§. IV. *Quantum est frequens Sacramentorum usus.*

8. Quarta denique Oviculæ proprietas est fimus, & oretis ad appetendum cibum, quem ordinarie appropinquante hyeme voraciore stomacho, quam aliis temporibus affectat. *Quæ*, ait Rufinus (*hom. 9. in Hexam.*), *accedente hyeme pabulum cæpissus, avidiusque ventri ingerunt, quasi sibi viaticum præcidentes pro indigentia sibi futura.* Hæc fames oviculæ analogia est quarti Prædestinationis signi, nimirum frequentis usus Sacramentorum. De Sacramento quidem Pœnitentiæ intelligi possunt illa Ecclesiastici verba, quod sit *confesso adnexus afflatus, & gratiam* (*Eccl. 4.*): de Sacramento Eucharistiæ autem enuntiat ipse Dei Filius: *qui manducat hunc panem, vivet in æternum.* (*Joann. 6.*) Tantoque hæc manducatio debet esse devotior, quanto hyems vitæ, id est hujus mortalitatis terminus impendet propinquior.

Sacrosancta Eucharistia clibanus est ardens, quo corda nostra Divini amoris igne inflammantur. Clypeus est, quo infernalium tentationum jacula retunduntur. Medicina est, qua concupiscentiæ, & inordinatorum passionum vis reprimitur. Ponamus jam hominem Christianum, qui rarissimo, aut unica vice per totum annum ad cœleste hoc convivium accedat: quæso, qui fieri aliter potest, nisi talem hominem animo prorsus frigescere, tentationibus continuo succumbere, concupiscentiæ rebelliones usque ad desperationem tentare? profecto, ut cordate eloquar quod sentio, tepidum hujusmodi hominem existimo in manifesto damnationis periculo versari; quia plurimo vitæ tempore vivit in statu peccati lethalis, id quod plane non contigit illi, qui saluberrimo sacræ Synaxeos Epulo frequens convivа accumbit. Desideratis, ut hanc veritatem figura Scripturisticæ testimonio confolidem? In mentem mihi veniunt duæ arbores: prima quidem arbor vitæ, quam Apocalypticus Vates in media cœlestis Jerosolymæ area confitam vidit: *In medio platea ejus lignum vitæ.* (*Apoc. 22.*) Altera illa infructuosa ficus, cui secus viam plantatæ Dei Filius maledixit: *numquam ex te fructus nascatur in sempiternum.* (*Matth. 21.*) Quæro jam, quæ causa subest, quod cœlestis illa arbor symbolum sit Electorum, qui a Divinæ maledictionis fulmine erunt æternum immunes; e contra infructuosa ficus figura sit reproborum, qui a Deo Judice infelici æternæ proscriptionis sententia fulminabuntur? an forsan ea ratio est, quod illa arbor fructus tulerit, non autem ista? at vero, habeatur patientia, etiam ficus suo tempore fructus dabit; tunc enim, quando Christus præteribat, teste S. Marco, *non erat tempus ficuum.* Nempe advertite Mysterium: quoties fructificat ficus? unica vel ad summum gemina vice per annum: ideoque per ficum designantur tepidi hujusmodi Christiani, qui unica, aut ad summum bina vice per annum Sacramentorum fructus faciunt, cum tamen vellet Christus in eorum animabus saluberrimos Eucharistiæ fructus nullo non tempore invenire. Econtra arbor illa Apocalyptica erat secundissima, *per menses singulos reddens fructum suum*: ideoque per illam denotantur devoti Christiani, præsertim e confraternitate sanctissimi Sacramenti pii Confratres, qui duodecies in anno, id est, mensibus singulis Eucharisticos fructus Deo offerunt. En mi Christrane! quomodo sacra Communio sæpius frequentata, sit indubitabile *signum vitæ*, ait Eruditissimus P. Matthias Faber (*in Anal. Dom. 7. Pent. tom. 2. n. 2.*) totum hunc conceptum his verbis illustrans *Similes esse nos decet ligno Vitæ, ut singulis mensibus peculiarium bonorum operum fructus edamus, aut Confessionem, & Communionem mensimam*, &c.

10. *Epilogus.* Jam vela contraho, & ad cozonidem interrogo: Quis est ex vobis, Dilectissimi, quis est, qui has oviculæ proprietates, has æternæ electionis notas in se reperit? O si quis est, qui in se inveniat pacificum amorem proximi, invictam in adversis patientiam, implacabilem peccati horrorem, & avidissimam Sacramentorum Orexin, illi ex animo gratulor; illum beatum pronuntio, rogoque, ut iti cœpta salutis semita generose pergat. Eos autem, qui nullam ex his notis in se sentiunt, per animæ suæ amorem obtestor, ut eadem sibi procurare, reproborum hædorum partes deserere, & in numerum Ovicularum Christi sese asserere viribus omnibus contendant. Amen.

Feria III. Pentecostes.

CONCEPTUS II.

De legitima successione, ac Vocatione Ministrorum Ecclesiæ, quam prædicantes Lutheranos aliosque Sectarios neutiquam habere demonstratur.

Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, hic fur est, & latro. Joan. 10.

EXORDIUM.

Sacerdotium potestasque ab ipso Christo per continuam successionem derivatur. Ministri Acatholici nullam habent Missionem, seu Vocationem.

1. INter alia Romano-Catholicæ Ecclesiæ decora est Hierarchica Ministrorum subordinatio; & ab ipsis Christi Apostolorumque temporibus ad nostram usque ætatem per continuatam Episcoporum successionem producta potestas. Nun est in Ecclesia vel simplicissimus Sacerdos, qui traditam sibi sacram potestatem nesciat ab Apostolorum successoribus, & originaliter ab ipso Christo derivare. Exempli gratia: Ego Sacerdotum indignissimus scio nominare Episcopum, qui mihi confirmandi, absolvendi, prædicandique facultatem contulit, iste nominabit alium, a quo ipse institutus, ordinatusque fuit; secundus tertium, tertius quartum, quartus quintum, & sic deinceps, donec tandem per interruptam talem potestatis communicationem assurgendo, ad Apostolorum aliquem, ipsumque finaliter Christum deveniatur. Atque hæc potestatis communicatio, hæc deputatio vocatur *Missio*, vel *Vocatio*, de qua Apostolus. (*Hebr. 5.*) *Nec enim quisquam sibi sumpsit honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron.* Quemadmodum totius mundi flumina a mari originem trahunt: quemadmodum cum primo catenæ annulo cæteri omnes connectuntur: quemadmodum ramorum, ac foliorum viriditas a radice arboris dependet: ita in Ecclesia Dei Sacerdotum omnium potestas per continuam, legitimamque communicationem cum ipso summo Sacerdote habet connexionem, ac dependentiam. O Sancta Mater Ecclesia, gratulor tibi hoc singulare decus, ac prærogativam: Econtra vos sectæ adversantes, vos Lutheri, Calvini, Zwinglii affectæ, vobis condoleo, quod hoc successionis, vocationisque ornamentum in Ministris vestris adeo deficiat, ut illi potestatem sumam ad altius principium, quam ad Magistratum Laicum, aut populi approbationem nequeant referre. Clamant quidem illi: Nos sumus orbis reformatores: penes nos est Evangelicæ doctrinæ puritas; nos sumus legitimi animarum pastores; sed quo argumento probant suam Missionem? si in Republica politica nemini fas est assumere regimen, & functiones publicæ potestatis, nisi sit legitima auctoritate firmatus, quanto minus fas erit invadere functiones Ecclesiasticas, uti est prædicare Verbum Divinum, administrare Sacramenta, sacrificare, & quæ sunt similia, nisi quis legitima auctoritate ad hæc munia sit deputatus, vocatus, consecratus? &c.

2. *Propositio.* Hanc litem igitur hodie dirimet æterna Veritas, quæ in hodierno Evangelio dilectis verbis asserat: *qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, hic fur est, & latro.* (*Joann. 10.*) Videamus ergo, an non Sacerdotes Catholici, tanquam legitimi Pastores, per ostium introierint. Videamus, an non Præconibus Acatholicis furis, ac latronis suspicio conveniat. Erit hæc materies haud exile stabilimentum nostræ Fidei, & argumentum contrariæ falsitatis. Favete.

Christus misit Apostolos in omnem terram.

3. *Confirmatio.* Totius disceptationis lapis [illegible] fundamentalem non possum meliorem po-

nere, quam similé illud præceptum, quod Christus Dominus, paullo post ex hoc mundo ad Patrem transiturus, Apostolis dedit: *Ite in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ.* (*Marc. 16. Matth. 28.*) Ubi tria speciliter notanda veniunt, personæ quibus, doctrina quam, & populus cui prædicari præcepit. Personæ quibus prædicare præcepit, erant Apostoli, uti indubitatum est: Doctrina quam prædicari præcepit, erat Lex Evangelica, tum illa, quam a Christo ipso erant edocti, tum ea, quam post Pentecostalem Spiritus Sancti adventum superna inspiratione erant edocendi: Populus denique cui prædicari præcepit, erat mundus universus. Porro quod Apostoli huic præcepto Dominico accurate morem gesserint, testis est S. Evangelista Marcus, inquiens (*c. 16.*): *Illi autem profecti prædicaverunt ubique.* Atque ne forte subrepat prædicationis, & officiorum confusio, prius inter se mundinationes, ac regna partiti, huic illam, alteri aliam Provinciam assignarunt. Jacobum cognomine Justum, in Judea reliquerunt, eumque primum Jerosolymorum Episcopum constituerunt. Mathiam itidem Meridionalibus plagis Apostolum assignarunt, dein, amica invicem facta valedictione, quilibet in eam regionem, cujus sors sibi convenerat, abierunt. Philippus, & Judas Thaddæus septentrionem, alii versus occasum, aliqui versus occidentem iter instituerunt. Petrus, Apostolorum Princeps primo in Pontum, Galatiam, Cappadociam, Bythiniam, deinde Antiochiam, denique in Italiam devenit. Joannes in Asiam, Simeon in Africam, & Ægyptum, Andreas in Scythiam, & Achaiam, Matthæus in Æthiopiam, & Parthiam, Bartholomæus in Indiam, & Armeniam, Jacobus Major in Hispaniam, Thomas in Persiam perrexit, qui & ultimus denique in Germaniam venit, quamquam pro ea temporum ferocitate laudatæ solitudini, quam regione simdiorem.

Hoc præceptum Domini non tantum tangit Apostolos, sed etiam eorum successores.

4. Porro hæc ipsa Christi Domini præceptio non solum ad Apostolorum personas erat restricta, sed etiam ad eorum cooperatores sese extendebat; hinc poterant illi pro regionum, ac laboris diversitate sibi associare Adjutores, prout Fidei tum propagandæ, tum conservandæ necessitas exigebat. Nullus erat ex Apostolis, qui non cooperatores sibi assumpsit, quos deinde singularibus Ecclesiis pastores præfecerunt; ipsi autem ulteriùs protecti, Evangelicam lucem in alias, atque alias regiones circum tulerunt. Ita fecimus de S. Petro, quod post conversam urbem Alexandriam Marcum Evangelistam ibi Episcopum reliquerit, Antiochenis itidem ad Fidem conversis Evodium Pastorem dederit, ipse vero pro Vocationis suæ munere Romam contendit. Similiter & Sanctus Paulus Athenis Dionysium, in insula Creta Titum, Ephesi Timotheum, Gazæ Philemonem, Laodiceæ Lu-

ciam,

cium, Tharsis Jasonem, in aliis locis alios Discipulos, tanquam animarum Pastores, & Episcopos sibi substituit. Eadem sollicitudo, & providentia de Andrea, de Joanne, de Thoma, aliisque Apostolis demonstrari posset.

Ipsimet Apostoli miserunt suos Discipulos.

5. Quod plus est, ea erat Apostolorum caritas, & Fidei zelus, ut quo ipsimet ob negotiorum vastitatem aut laborum multiplicitatem pertingere non poterant, Discipulos suos, & Auditores ablegarint: certe eam caritatem Apostolorum Principes Petrus, & Paulus Germaniæ nostræ Nationi exhibuerunt. Petrus enim in Germaniam misit S. Martenum (quemaliqui Juvenem in civitate. Naim resuscitatum arbitrantur) item Eucherium, & Valerium, qui primi fuerunt Episcopatus Trevirensis fundatores. Sanctus Paulus ad tractum Moeni, & Rheni dilectum sibi Crescentium, in Bavariam vero, & ad Danubii littora alium suorum Discipulorum, videlicet Marcum ablegavit. Neque dubium est, quin Thomas, Teutonum Apostolus, complures sibi associarit Adiutores, quos in diversis Germaniæ partes ad disseminandum Evangelium disperfit. Quidquod paullo post Apostolorum tempora aute mille, & septingentos annos Sanctus Lucius Cyrenensis, Apostoli Pauli peregrinationis consors, & consanguineus venit, qui ab urbe Ratisbona per superiorem Sueviam usque ad Rheni confinia legem Christi disseminavit. Cæterum quod de nostra Germania discurro, idem de aliis mundi provinciis, regnisque partiformiter intelligi volo.

Easque variis in locis constituerunt sibi successores.

6. Atque hæc Apostolorum sollicitudo, ac providentia in eum finem erat intenta, ut post eorum mortalem decessum Ecclesia ad consummandam propagationemque Christi Fidei non indigeret operariis; proinde Episcopis, quos illi constituerunt, una simul facultatem contulerunt, pro temporum necessitate alios atque alios cooperatores sibi adlegendi, prout expressissimum habemus de S. Paulo testimonium, ita scribente ad Titum: *Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea, quæ desunt, corrigas, & constituas per civitates Presbyteros, sicut, & ego disposui tibi.* (*Tit.1.*) Quapropter indubitatum est, eas prunitiones, à Christo Domino Apostolis factas (exceptis privilegiis quibusdam personalibus) etiam se extendere ad Apostolorum Successores, Coadjutores, & Vicarios, ita ut ni non minus, quam illi habeant potestatem solvendi, ligandi, prædicandi, baptizandi, consecrandi, & quæ aliæ sunt Ecclesiastica potestatis functiones. Atque hanc potestatem Ecclesiæ Romano-Catholicæ Ministri per continuam successionem in omnibus mundi partibus, regnis, & provinciis, & exercuerunt hactenus, & hodie-

dum exercent, ita ut coronatus Psaltes dedisse in spiritu prævisis exclamarit: *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* (*Psalm.18.*)

Fides, non ab hominibus propagatur.

7. Quamquam & hoc negandum non sit, quod multæ orbis provinciæ, Apostolorum opera ad Fidem conversæ, postliminio magna ex parte iterum a Fide defecerint, id quod maxime contigit primis trecentis post Christi Ascensionem annis, ubi Romani Imperatores, qui fere orbem tenuerunt, gravissimis persecutionibus in Christianos desæviebant. Verum, e contrario Episcoporum sibi succedentium lineis (ut præsertim in Germania de Episcopatu Moguntino, Trevirensi, & nostro Augustano demonstrabile est) edocemur semper remansisse aliquem gregem, semper remansisse pastores, qui postquam sub Constantino Magno Ecclesiæ pax, & tranquillitas rediit, novo fervore, ac reassumpta Fidei dogmata ab Apostolis sibi traditi propagarunt. Donec tandem post elapsa alia quot sæcula Divina Providentia Ecclesiæ dilecti Carolum Magnum invictum Fidei Protectorem, qui Episcoporum insulas, pristinique sue auctoritate, ac potentiæ defendit, Fidem item Christianam per totum, qua date patet, Imperium dilatari fecit, Idolatras, & Arianos sectarios extirpavit, Episcopatus fundavit, & rem Christianam ubique locorum insigniter promovit. Tum enimvero apud infimam Germanorum Nationem floruit Religio, eo usque res egit, ut nec a Berengarii, nec a VVicleffi, nec ab Hussitarum hæresi potuerit admodum labefactari, ne dicam extirpari.

Atque ita propagatæ, & successorum omnes sacræ Catholicæ.

8. Proinde totius rei cardo jam quidem ad id devolvitur, ut exploremus, quam Fidem tum temporis habuerit Carolus Magnus, illique Episcopi: illi enim Fides indubitatam habet præsumptionem, quod eadem ipsa sit, quæ ab Apostolis tradita, & per continuam Ministrorum successionem sucrit propagata. Deo itaque, esse extra controversiam, Carolum tenuisse Fidem Catholicam, quam hodiedum tenemos: Non aliud ille Evangelium, non aliam Scripturam, non aliam Scripturæ sensum, non aliud Missæ Sacrificium, non alios Ecclesiæ ritus, ac cæremonias agnovit, quam nos hodiedum agnoscimus. Romanum Pontificem pro Visibili Ecclesiæ Capite, Christique in terris Vicario veneratus, ab illo coronam accepit; illiusdationes, a Pipino Rege Francorum factas, confirmavit, illius pedes primus inter Romanos Imperatores reverenter exosculatus est. Horas Canonicas precum sucerdotalium adeo in æstimatione habuit, ut ipsimet Lectiones, quas vocamus, Matutini publice prælegerit: Sacrificium Missæ adeo reveritus est, ut non una vice ipsius

ipsius ad aram servierit. Taceo plura, quæ ex historiarum fide nobis sunt indubitata. Quod tenuit Carolus, hoc tenuere omnes Episcopi, ita ut in nostro Episcopatu Augustano, incipiendo a S. Dionysio usque ad hodiernum Serenissimum Episcopum Alexandrum: In Episcopatu Eichstadiano a S. VVilibaldo usque ad hodiernum Joannem Ludovicum: In Episcopatu Moguntino a S. Crescentio usque ad hodiernum Franciscum Ludovicum &c. nemo aliter crediderit, & docuerit, quam quod tempore Apostolorum, & tempore Caroli Magni creditum, doctumque fuit, &c. &c.

Præcones Lutherani non possunt demonstrare suam missionem melius, quam Arius, & alii hæretici.

9. Ecce, Domini Præcones Lutherani! ecce: hoc est illud ostium, per quod in ovile ovium intrarunt Pastores Catholici, nempe continuata ab uno ad alium sacra potestatis traditio, & in interrupta ab Apostolorum tempore usque ad nos facta successio. Dicite jam, quomodo vos in ovile intrastis? qui vos vocavit? quis vobis potestatem pascendi, prædicandi, absolvendi &c. contulit? quis Lutherum reformatorem constituit? Responsionem volo, sed talem, quæ etiam Ario, Nestorio, Eutychio, Pelagio, aliisque hæreticis non potest esse communis: si enim dicatis, (quod argumentum Achilles vester est;) publica necessitas Ecclesiæ, in errores prolapsa, dedit jus Luthero reformationis, sicut cum incendium est, cuilibet fas est flammas compescere: rideo hoc figmentum, quatuque, an non hoc eodemmet fuco hæresin suam dealbare possint Ariani, Nestoriani, Eutychiani, Pelagiani, aliique, quibus nec hilo meliores estis, &c. Ecce igitur non intrastis per ostium, per senestras ascendistis, unde irrepunt fures, & latrones, &c.

10. *Epilogus.* Repeto itaque totam hanc doctrinam, eamque ad duos Syllogismos reduco: Primus ita sonat: qui intrat per ostium in ovile ovium, ille est legitimus Pastor: Ministri Ecclesiæ Catholicæ intrant per ostium; nempe per ordinatam, & ab Apostolis derivatam sacræ potestatis communicationem, ac successionem: ergo, &c. Alter ita habet: qui ascendit in ovile ovium aliunde, quam per ostium, hic fur est, & latro: sed Præcones Lutherani cum suo Luthero ascenderunt aliunde, quam per ostium; illi enim ab ordinata successione recesserunt: sunt membra avulsa a corpore, sunt annuli refracti a catena &c. Ergo, pro Coronide igitur vobis, Domini Præcones occino, quod olim S. Cyprianus (*l.1.ep.7. ad Mag. num.*) Hæretico Novatiano exprobravit: *Novatianus in Ecclesia non est, nec Episcopus computari potest, qui Evangelica, & Apostolica traditione contempta, semini succedens, a se ipso ordinatus est: habere enim & tenere Ecclesiam nullo modo potest, qui ordinatus in Ecclesia non est.* Notate bene, & valete.

Feria III. Pentecostes.

CONCEPTUS III.

In sollemnitate, qua Virgo Deo devota sacram Professionem emittit, Status Religiosus, & Monasteria comparantur Arcæ Noemiticæ.

Fac tibi Arcam de lignis lævigatis, mansiunculas in Arca facies, & bitumine linies intrinsecus, & extrinsecus. Genes. 6.

EXORDIUM.

Felix, qui in hoc mundi mari Arcam sibi construit.

1. EO tempore, videlicet sæculo post mundi Genesim undecimo, cum resolutis pluviarum cataractis, orbis universus non erat, nisi merum mare, Noemus Patriarcha monitus fuit a Deo, *Fac tibi arcam de lignis lævigatis: mansiunculas in ea facies, & bitumine linies intrinsecus, & extrinsecus.* Paruit Noemus imperio, & ex universali humani generis interitu, feliciter salvatus est. Quid egit, quomodo tempus fefellit per centum quinquaginta dies in arca inclusus? Respondet Torniellus: (*ap. Corn. a Lap. in Gen. c.7. v.10.*) suam sibi felicitatem gratulatus est, qua præ omnibus aliis exitio ereptus fuit. Dilectissimi Auditores! quod tunc temporis mundus fuit realiter, & in sensu physico, id hodiedum perseverat esse moraliter; nimirum mare est, ait S. Chrysostomus; (*hom. 7. in Matth.*) quia omnes maris proprietates retinet. Primo: Mare instabile est, & semper motibus agitatum; ita in mundo nihil constans est, nisi ipsa inconstantia. Secundo: mare amarum est; ita mundana gaudia millenis sunt repleta amaritudinibus. Tertio: mare innumera habet pericula, uti fluctus, ventos, scopulos, piratas: ita mundus innumerabilibus scatet periculis. O quot infelices animæ sunt, quæ his periculis, & peccati occasionibus nimis incaute se committerunt, & nunc in inferno ardent! &c. Quid mirum igitur, si hodie clamem: Hue ligna! ligna! construenda est Arca: architectus sum hodie, non concionator. Verum ubi apparatus lignorum? Ecce in hoc nobili Parthenone, ac Monasterio, quod a lignis nomenclaturam tenet.

Arca hæc est sanctæ Religiosæ.

2. *Propositio.* Ex his lignis Arcam faciam, idest, Monasterium, & sacrum ordinem sub analogia Arcæ Noemiticæ proponam; ad hoc intentum animos mihi addit Doctissimus Aloysius Novarinus, inquiens: (*in cap. 6. Gen. sect. 4. num. 458.*) *Arcam sibi fabricant illæ sect. 4. num. 458.*) *Arcam sibi fabricant illæ Virgines, quæ, relicto sæculo, Deo se in claustris sacrarunt.* Neque opportunius mysticæ hanc

navigationi tempus esse puto, quam his sacris feriis, ubi Divini Spiritus gratis affatu suo naviculam promovet. Pavete.

3. *Confirmatio.* Qui arcam Noemit & considerat, facile deprehendit, non humanum, sed Divinum illud opus esse, Noemo cœlitus dictatum. *Fac tibi Arcam: trecentorum cubitorum erit longitudo, quinquaginta latitudo: fenestram in ea facies: triplex facies in ea*, &c. Dictum, factum. Nec fabricari cœpit, quamvis teste Basilio Seleuciensi, (*in Gen.*) hominibus fabula, & ansa cavillandi fuerit. Dicebant enim naturali complures, quid agit fatuus quingentorum annorum senecio? mente emotus est: quia sereno cælo metuit pluvias, &c. Verum pertexit in opere Noemus, bene guarus, venturum esse tempus, quo vicissim miseros, in fluctibus luctantes, deridere, & subsannare posit. Jam ad opus.

Religiosus vana omnia despicere, ad æterna evolat.

4. Et primo quidem materia Arcæ erat ex Cedro; ita enim in sacro textu, quo alii legunt: Fac tibi Arcam ex lignis *levigatis*; Chaldæus legit, ex lignis *cedrinis*. Lignum hoc incorruptibile, & neque vermibus, neque putredini obnoxium est. Ita desideria sanctæ Religiosæ animæ æterna, & cælestia sunt. Quid desiderat mundus? superbus affectat honores, avarus opes, luxuriosus voluptates: O quam vane, quam inepte! Paullo post venit dies, quo de honoribus omnibus, de opibus omnibus, de voluptatibus omnibus nec hilus superesse: testis est Andronicus, qui post unum, aut alterum annum a rebellibus subditis regno, & vita spoliatus: testis Vitellius, qui publice a carnifice decapitatus: testis Joannes XXIII. qui Pontificatu depositus: testis Bellisarius, qui Africæ, & Siciliæ victoriosus domitor oculis privatus, & in mendiculorum sortem redactus fuit. Testis denique Salomon, qui, degustatis omnibus, quæ mundus offert, amaruleato pectore exclamavit: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas!* Et quod maximum est, ex omnibus mundi pompis in morte nil remanet, nisi afflictissima conscientia, & metus judicii. His consideratis, exclamant Religiosæ animæ: Itane res agitur? hic finis est mundanæ gloriæ? ergo ebiit a me omne vanum: non est mortale, quod cupio: ex cedro fabricandum est: affectanda sunt illa bona, quæ incorruptibilia sunt, & ibi degenda mens, ubi est gloria sine ignominia, civitas sine paupertate, gaudium sine tædio, sanitas sine morbo, juventus sine senectute, & vita sine morte.

Inordinatos appetitus mortificat.

5. Secundo: distinctæ erant in Arca mansiones, in quarum infima conclusæ erant animalium trecentæ species. Quid? an non belligerabant inviciem? an non leo vacuam, lupus agnum devorabat? Nihil minus: erant cisurata, & sub imperio Noemi. Per animalia intelligit Hugo Victorinus animales appetitus, qui semper contra rationem rebellant. Quam ferociter sævit in mundo ira superbiæ, carnis invidiæ, tigris iracundia? An ergo hi appetitus inordinati non æque inveniuntur in Claustris Religiosis? Inveniuntur quidem; quia homo, quamcumque sanctus, immunis non est ab incursu passionum, uti Sanctus Paulus, & alii: Sed cicurati sunt, in infima mansiuncula sunt, sub dominio rationis sunt. Superbia reprimitur humilitate; ita Abbas Pæmenius ambitionem vicit simulando se fatuum. Iracundia subjugatur a mansuetudine; ita sanctus Franciscus Salesius tanta cum violentia domuit iracundiæ motus, ut post mortem illius in vasculo bilis trecenti lapilli sint reperti. En mei Christiani: hunc in modum verificatur illud: (*Matth.* 11.) *Regnum cœlorum vim patitur; & violenti rapiunt illud.* Quinam autem sunt illi violentia, qui sibi ipsis vim inferunt domando passiones? Audi Climacum: (*ap. Sperarz. Script. sel. punct.* 108.) *Monachus*, inquit, *est perpetua naturæ violentia* &c.

Sensus externos custodit.

6. Tertio: expresse requisivit Deus in ædificatione Arcæ: *bitumine linies*, ne per juncturas tabularum transeant aquæ marinæ. Quid intelligitur? intelligitur custodia sensuum, qua anima Religiosa, quidquid vanum, mundanum, & hujus est, penitus ex suo corde excludit. Sensus nostri sunt portæ, per quas fures, & latrones tentationum irrepunt, nisi sedulo claudantur: heu quanta pericula! quis non condoleat infortunato Isbiteth Filio Saul? (2. *Reg.* 4.) a latronibus Rechab, & Baana occisus est in domo sua: unde hoc infortunium? effluxia obdormivit, & portam non occlusit: ita fit, ait S. Gregorius, quando prudentia, quæ virtutum omnium custos est, obdormiscat, & portas sensuum non claudit, infernalis latro intrat in animam, & vanitates, consolationiculas, complacentias sæculi secum infert, quæ licet peccatum nondum sint, peccato tamen viam sternunt. Exhorresco dicere, quod de sancta Theresia legitur: (*Bart. serm.* 5. §. 10. n. 48.) Innocentissima hæc Sponsa Christi vidit in inferno igneam sedem sibi præparatam. Quare? propter quamdam familiaritatem cum Secularibus si enim ab hac familiaritate monita non cessasset, a Deo derelicta, sensim sine sensu ad pejora, & tandem in interitum ruisset.

Dei iracundiam placat.

7. Quarto: observo præceptum Domini Noemodatum: *Fenestram in Arca facies.* Per fenestram intelligit Lyranus (*in cap.* 6. *Gen.*) orationem, *per quam gratiæ lumen ingreditur.* Datur inter Deum, & hominem commercium plane aureum mediante oratione: sicut calumros suum in concilie infundit ad generandam margaritam: ita Deus gratias suas per orationem, & re-

& rerum cælestium contemplationem in animas innocentes liberaliter effundit. Si ergo quærat evanidus quidam trosulus: Quid profunt Moniales in mundo? Respondeo idem, quod Ecclesiasticus de Noemo: *Noe inventus est perfectus, & justus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.* (*Eccl.* 44.) Noe sua oratione humanum genus ab interitu liberavit. O quoties innocens anima, in angulo sui monasterii orans, iracundiam Dei placat, quam tu, mi homo mundane, peccatis tuis provocas! Quid esset mundus sine claustris Religiosis? esset confusa Babylon, destructa Jericho, eversa Jerusalem, combusta Sodoma, & merum spectaculum Divinæ vindictæ. Mundus plenus est sceleribus & sceleratis hominibus, qui clamoni serviunt; ideo erecta sunt Monasteria, ut saltem alicubi sint homines, qui Deo serviunt. O quam affectuose solita est Sancta Magdalena de Pazzis oculari muros sui Monasterii! Quæsita rationem, reposuit, oculo hos muros, quia ab impio mundo me separant, & sejungunt.

In solitudine habitare gaudet.

8. Quinto: Ingresso Noe, & filiis in Arcam. *Intulit eum Dominus deforis.* Nunc avis in cavea sedet: Chrysostomus (*hom.* 25. *in Gen.*) ait: *In Arca illum, quasi in carcere, includit.* Bone Deus! quomodo inter ventos, pluvias, lamenta, & clamores hic habitare potuit absque fastidio, & pusillanimitate? Respondet idem Orator aureus: *Daravit non aliunde, quam ex superna gratia.* Per arctam hanc custodiam intelligo sacram Professionem. Antea datur egressus, postea Deus claudit deforis. Quærat jam aliquis, an innocentibus animabus tot annorum custodia molesta non sit? Respondeo: Non est: cur non? *Non aliunde, quam ex superna gratia:* Verum hæc violentia est naturæ. Esto: ergo tanto major est virtus gratiæ. Quin immo inter suas clausuras, & claustra gaudiosius vivunt, quam mundani in suis deliciis. Quis unquam in mundanis clamavit: satis est? nullus: plura, ac plura sitiunt: Sed in spiritualibus S. Xaverius, S. Philippus Nerius, S. Catharina Senensis rogarunt Deum, ut interiorum animi deliciis modum, ac limitem poneret. Ite, interrogate hanc Norbiam, utrum dulciora sint cœli, quam terræ gaudia? dicet cum Ruperto: (*serm. de Spirit. Sancto.*) *Solo uno hujus mellis stilla potest, quod totus mundus non potest.*

Se totum Deo conserva.

9. Sexto denique, perfecto Arcæ ædificio, sonuit in auribus Noemi præceptum Dei: *Ingredere in Arcam tu, & domus tua; te enim vidi justum coram me in generatione hac.* O felix Novitia! quid ad hanc vocem? Nonne hæc vox est, quæ dudum in auribus, ac animo illius personuit? ita est: ita est, hæc Dei Vocantis vox est, quæ illiam ex Ægypto in terram promissam, e mari in portum, e cœno in cælum, e mundo in sacrum ordinem perduxit. Age igitur, felix anima! ingredere in arcam; hæc enim desideria sunt ventus Spiritus sancti! atque ut tanto felicior novæ hujus Arcæ navigatio procedat, ego illi finaliter velum, mappam Geographicam, & acum nauticam submínistro. De velo quidem sciendum est, quod navigia in Oceano per insignia veli discernantur: ubi cernitur aquila, dicitur navis esse Romani Imperatoris; ubi rutilat Leo, Reipublicæ Venetæ; ubi coruscant lilia, Regis Galliarum: in mystico igitur nostri navigii velo imaginem affigo Crucifixi Redemptoris, ut intelligat anima, hanc navigationem e mundo in claustrum non alterius, quam Christi Domini amore fuisse susceptam: hac constanter oculos, hac animum defigat, &c. Loco mappæ Geographicæ in manus illi trado Regulam sancti Patriarchæ Benedicti, ad hujus normam vitæ totius cursum, omnes actiones, & animi affectus dirigere oportet, &c. Loco acus nauticæ commendo illi sacrum orationem, & sanctæ cælestis patriæ desideria; quemadmodum lingula magnetica polarem stellulam continuo respicit: ita piam, ac Religiosam animam ad cælestem gloriam indefinenter collimare oportet, ubi illi pro iis, quæ amore Dei in mundo reliquit, felicissimum illud *centuplum* fuit appromissum. O beata cynosura! &c.

10. *Epilogus.* Quid jam amplius superest? Nihil aliud, nisi, ut qui secuti sumus Noemum ædificantem, sequamur & sacrificantem; quamprimum enim resederunt aquæ, erexit altare, & holocausta obtulit Deo. Agedum, Nobilis Novitia, accedat ad hoc altare, ibi sacrificet nomen, stemma, & divitias per voluntariam paupertatem, sacrificet voluntatem propriam per perfectam obedientiam, sacrificet cor integrum per integerrimam castitatem, &c. *Odoratusque eā Dominus odorem suavitatis.* Ita Ipsero, Dominus Deus complacentiam habebit ex hac oblatione ad gloriam suam, & vestrarum animarum salutem. Amen.

Dominica SS. Trinitatis.

CONCEPTUS I.

Ostenditur, qua ratione imago Divinitatis, hoc est, humana anima, in tribus potentiis per peccatum fœdata, per Tres Divinas Personas reparari possit.

Faciamus hominem ad Imaginem, & Similitudinem nostram. Genes. 1.

EXORDIUM.

Anima humana a prima sua creationis quasi-zudine recessit.

1. Si pretiosa quædam imago, ad artis prædigiam elaborata, vento, fumo, pul-

veri, atrisque injuriis exponatur, mirum non est, quod brevi tempore squalore, situque obsordescat: habuit verus Roma innumerabiles statuas, & imagines orbis æstimatione celebres; at ubi modo sunt pretiosa ectypa Servii Tulii, Titi Livii, Deæ Palladis, Jovis, Mennonis, Octavii Augusti? ubi illud artificium Protogenis, quod a Rege Demetrio integro Regno æquiparatum est? periere fœtore, bellis, temporumque injuriis, & quod dolendum maxime est, pericrunt & artifices, præter quos hæc artis prodigia reparari a nemine possunt. Creator rerum omnium Deus ante quinquaginta fere sæcula produxit pretiosissimam imaginem: officina erat Paradisus, materies erat limus, Prototypon erat Divina Trinitas, imago denique erat humana anima: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* (*Gen.* 1.) In quo consistit hæc similitudo animæ cum Deo? Primo, sicut Deus æternus, ita & anima immortalis est; principium habuit in creatione, finem non habebit in tota æternitate. Secundo, sicut Deus Unus, & Trinus est, ita anima una in essentia, & trina in potentiis, &c. Verum hæc nobilis imago suum sui debitis, & pulvere squoritis, luto luxuriæ, sordibusque peccatorum ita defœdata est, ut vix pristinæ venustatis vestigia supersint. Quid factu opus est?

Rogatur SS. Trinitas, ut animam reparet.

2. *Propositio.* Agite, Christiana pectora! hodie Tribus Personis Divinissimæ Trinitatis supplices fiamus, ut hanc imaginem reparent: quam initio fecerunt, facile reficere possunt. Nostrarum vero partium erit remedia hujus reparationis lætanter accipere; quia ad emundationem animæ nostræ plus non exigitur, quam serium velle. Tu, o Sacrosancta Trias, aspira votis, & duo emundandam tibi animam offerimus, dic nobis, quod olim Christus leproso: *Volo, emundare.* (*Marc.* 1.)

3. *Divisio.* Constans est sanctorum Patrum assertio, hominem per peccatum originale (idem & de actuali intelligi potest) spoliatum esse supernaturalibus, & in naturalibus sauciatum: quænam sunt hæc supernaturalia? sunt gratiarum dona; hæc per peccatum extinguuntur. Quænam sunt illa naturalia? sunt tres potentiæ, seu facultates animæ: cum ergo sancti Patres asserant, hominem per peccatum fuisse sauciatum in naturalibus, sequitur fuisse sauciatum, consurcatumque in tribus animæ potentiis, videlicet intellectu, memoria, & voluntate. Nunc ad rem.

§. I. *Intellectus depravatus est per ignorantiam.*

4. *Confirmatio.* Primo reformandus est *intellectus*; hæc est nobilis illa animæ facultas, per quam homo convenit cum Angelis, disconvenit autem cum brutis: hæc est, quæ immensa intelligentiæ capacitate scientias omnes, rerumque creaturarum proprietates, ac ipsius naturæ arcana perlustrat, præcipue vero datus est homini intellectus teste Augustino, (*de utilitate credendi.*) *ut luminum bonum intelligeret, & ex bonitate creaturarum bonitatem Creatoris metiri, cœlestisque æternis, æterna caducis præferre disceret.* O quanta hæc est hominis nobilitas, quod facultatem possideat, qua nunc quidem *in ænigmate*, (*1. Cor.* 13.) olim autem de facie ad faciem Deum videre, intelligere, & intelligendo potiderepotiri! Vere O Deus, *Minuisti eum paulo minus ab Angelis.* (*Psalm.* 8.)

Homo per peccatum sit stultis brutis.

5. Verum, O luctuosam scenam! en Christiana pectora, hæc nobilissima facultas per peccati deformitatem adeo obscurata, conspurcata, debetata est, ut deploret tristus David: *Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* (*Psalm.* 48.) In quo autem comparatus est homo jumentis? Eheu! in eo, quod spernere videatur ea bona, quorum capax est, tanquam omnino spiritualia, & malit imitatione brutorum adhærere sensibilibus: quid frequentius cernitur, quam quod homines, vanitatibus sæculi, vitæque libertati addicti, non intellectui, sed sensui obsequantur, & temporalia æternis præferant, solum, quia illa sunt præsentia, ista autem futura? quid frementius, quam quod homo more brutorum sequatur impetum furorum cupiditatum, fragilibus, & concupiscibilis? unde videmus aliquos furiosos instar leonum, alios avidos instar luporum, alios fordides instar porcorum, alios invidos instar canum, alios voraces instar crocodilorum, &c. Immo, quod plus est, sunt homines, qui deterius agunt, quam bruta, quia inter bruta unum huic, aliud alteri vitio obnoxium est: leo non hoc habet, quod ursus, nec ursus agit ad modum leonis; at homo sæpe omnium vitia in se complectitur: *Visus insidiantis factus est mihi, lex in adscendere.* (*Thren.* 3.) O spectaculum miserationi dignum! quid dicent ad hoc spectaculum sancti Angeli, cum viderint creaturam rationalem, sibi olim adeo similem, ut bruta degenerare? quid dicent infideles, hæretici, pagani, ac gentes, cum viderint, etiam inter fideles reperiri, qui ambulant, *Tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei per ignorantiam, quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum?* (*Ephes.* 4.) &c. Quid igitur agendum?

Rogatur Divinus Pater, ut reformet intellectum.

6. O Divine Pater, Auctor Veritatis, & Pater luminum, tibi supplices adgeniculamus, rogantes, ut intellectum tenebris, ignorantia, imprudentia obscuratum illumines, æternis veritatibus imbuas, & ad primævam splendorem reducas. Tu per Psalmistam promisisti: (*Psalm.* 8.) *Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris*, per quæ verba teste Bellarmino (*in Psal.* 8. *promisisti prudentiam interiorem*, promisisti *auxilio gratiæ tuæ fallaram, ut non erraremus in via morum*, &c. Tuarum vero partium erit, O homo, ut supernum lumen puræ intellectui recipias, illique principia æternæ Veritatis altum imprimens, cœlestia præterrenis, manifesta præ perituris æstimare discas: atque in hoc consistit reformatio intellectus.

§. II. *Memoria depravata est per oblivionem.*

7. Secundo loco reformanda venit *memoria*: hæc est illa insignis animæ potentia, quæ teste Tullio, est viva repræsentatio præteritorum. Hæc est, quæ amplissima capacitate res gestas, dictas, lectasque complectitur: ita Joannes quidam Palæstinus sacras litteras verbatim recitare novit, ita, ut, si perissent, ille solus reparare potuisset. Præcipue autem Dominus Deus dotavit hominem memoria, ut beneficiorum Divinorum recordaretur; non est enim potentior stimulus gratitudinis, quam beneficiorum recordatio: Josephus Ægyptiacus, ad nefas sollicitatus, impossibile judicavit peccare in Dominum; quia beneficiorum, ab eo acceptorum, recordabatur: *Quomodo possum hoc malum facere?* (*Genes.* 30.)

8. Verum, O tristem iterum aspectum! heu quomodo depravata, ac hebera est memoria per oblivionem! impudens populus dicebat, nimirum Israelitæ, aberunt retrorsum, in peccata protecerunt, non servaverunt testamentum Domini: quæso! ratio stat in adjungitur: quia *oblati sunt beneficiorum ejus, & incredibilium ejus.* (*Psalm.* 77.) Adeo, siquis exprobraret Israelitis suam ingratitudinem, & peccatorum enormitatem post tot accepta Divinitus beneficia, non possent illi pro excusatione obtendere aliud, nisi illud: *Oblitis sumus.* O Christiana anima! noli indignari huic populo, tuum idemmet hoc vitium est, oblivio Divinorum beneficiorum: si quæram, cur ambitiose desideras coronari rosis, cum tamen Dei Filius coronatus sit spinis? quid respondebis aliud, quam illud, *oblitus sum?* si quæram, cur immoderata habendi avaritiæ opes accumulas, cum tamen Dei Filius turpissime venditus sit triginta argenteis? quid respondebis aliud, quam illud: *Oblitus sum?* Si quæram, cur voluptatibus spurcis, obscenis inhias, cum tamen Dei Filius innumerabilibus flagellis hoc peccatum luerit? quid respondebis aliud, quam illud: *Oblitus sum?* Si quæram, cur delicatis cupediis, ac ingluvie ventrem cxfaturas, cum tamen Dei Filius felle, & aceto potatus fuerit? quid respondebis aliud, quam illud: *Oblitus sum?* &c. Fieri enim non posset, ut vanitates sæculi æmulares, si Redemptoris tui dolores recordareris. Quid igitur agendum?

Rogatur Divinus Filius, ut reformet memoriam.

9. O Secunda Deitatis Persona, Divine Fili! te supplices imploramus, ut memoriam beneficiorum tuorum, obliviosæ depravatam, restaures: imprime cordibus nostris sanguineos characteres tuæ amarissimæ Passionis, ob nostra peccata exantlatæ: utique peccata fugere discamus, hanc semper Passionem nobis inculca, hanc occine, *Frequenta canticum, ut memoria fiat tui*: (*Isa.* 23.) Tu vero, O homo, continuo memoriam refrica eorum: quæ ad abolenda peccata passus est Dei Filius: cum prava peccandi occasio te alliciat, imaginare tibi, ac si loquentem ad te audias crucifixum: *Recedant pugnantia, & transgressionis mea, abluantur, & salvet*, &c. (*Thren.* 3.) Atque hæc est reformatio memoriæ.

§. III. *Voluntas depravata est per tepiditatem.*

10. Tertio denique reformanda est *voluntas*: hæc est, proprie illa potentia, quæ meriti, aut peccati sedes est, hæc est, quæ hominem aut laudabilem, aut reprehensibilem facit. Olim Romani (*Pierius l.* 42.) suos milites, ad bella emittentes tribuebant illis scuta lævigata, eum in finem, ut generosa sua facinora, in bellis edita, huic scuto insculpere possint; ideo teste Rabbano (*p. 2. de unitate, c.* 11.) *scutum dilium, quasi sculptum, quia in ipso antiqui sua facta signabant.* Ejusmodi scutum lævigatum is suæ creationi erat voluntas libera; hac per vitæ hujus militiam generosis factis, meritisque implenda est, ut suo tempore a Deo æterno præmio coronari mereatur. Audi Bernardum: (*serm.* 84. *in Cant.*) *Solum homini inter animantia datum est posse peccare, datum autem non, ut proinde peccaret, sed ut inde liberior appareret, si non peccaret; cum peccare posset*, &c.

11. Verum quid iterum video? eheu! quantum depravata est voluntas per tepiditatem, & nequitiam! deberet quidem voluntas vanitates, ac pompas sæculi aspernari, ac in abjectione animi humilem Christum sequi; sed eheu! passim ad terrenæ gloriæ ambitionem, & transitorii honoris splendorem magna cum contentione anhelatur. Deberet quidem voluntas peritura mundi bona generoso contemptu fastidire; sed eheu! in cumulandis opibus omnis labor collocatur; & si fieri id bonis artibus nequeat, malis efficitur. Deberet quidem voluntas concupiscentias frænare, & appetitum rationi subjicere; sed eheu! nemo erubescit carnis blandimenta, & voluptates, etiam spurcas sectari. Deberet quidem voluntas Dei, & proximi caritate ardere; sed eheu! friget caritas, & passim in humanis cordibus malitia, & invidia dominatur, &c. *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* (*Psal.* 13.) Quod igitur malo remedium?

Rogaturi Spiritus S. ut reformet voluntatem.

11. Tibi, O Divine Spiritus supplicamus; tu in voluntate nostra extinctum caritatis ignem resuscita. Tu Divinus ignis missus es in terram, ut accendatur; ait enim S. Gregorius: *Ignis in terram mittitur, dum per ardorem Spiritus sancti afflatu terrena mens a carnalibus desideriis crematur*: ure igne hoc, Sancte Spiritus, reves nostros, & cor nostrum. Tuum verò est, O homo, ut sancto huic incendio fomitem ministres, & per sancti amoris scintillas, ut desideria cælestia præ terrenis amare assuefias, &c.

12. *Epilogus.* Finio hanc mysticam reformationem Imaginis Dei, & animam ita reformatam Sanctissimæ Triadi in oblationem offero. O Divine Pater, suscipe *intellectum* æternis veritatibus instructum. O Divine Fili, suscipe *memoriam* jugi recordatione cælestium beneficiorum, præsertim Redemptionis nostræ, insignitam. O Divine Spiritus, suscipe *voluntatem* Divini amoris igne inflammatam. Largire, O tota Sanctissima Trias, ut anima, *ad imaginem tuam condita, & ad honorem sui reformata principii, conditis versutiis squaloribus emundetur*, (*Eccl. in benedict. Fontis baptismalis.*) Amen.

Dominica SS. Trinitatis.

CONCEPTUS II.

De enormi injuria, quam peccatum specialiter irrogat mysterio Sanctissimæ Trinitatis.

Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia, quæcumque mandavi vobis. Matth. 28.

EXORDIUM.

Sicut nemo sibi nocere cupit, nisi insanus; ita insanus est offendere Trinum Deum.

1. SI quis hominum eo dementiæ progredi posset, ut lucidissimum solem, mirabilem illum mundi oculum, obscurare, aut extinguere viribus omnibus conniteretur, sane intolerabilis audaciæ facinus committeret, cui nulla alia excusatio accedere posset, nisi vel cæcus esset homo ille, vel insanus; cæcus quidem, ita, ut non cerneret venustissimum diei lumen: insanus autem, ita, ut non agnosceret beneficia, quæ beneficum sydus quotidie per orbem universum liberaliter dispensat. Quod sol est globo terraqueo, idipsum est infinito excessu est animabus nostris mysterium SS. Trinitatis: hoc mysterium, utpote principium principiale omnium credendorum, est fundamentum Fidei nostræ: hoc mysterium, utpote finis noster ultimus, est scopus spei nostræ: hoc mysterium, utpote bonorum omnium inexhausta abyssus, est centrum amoris nostri. Hoc mysterio illustratur intellectus supernis veritatibus, imbuitur memoria recordatione Divinorum beneficiorum, inflammatur voluntas desiderio rerum cælestium. Per ipsum, cum ipso, & in ipso sumus, & possidemus, quidquid sumus, & possidemus. Quis jam par sit explicandæ illius hostilis protervitati, qui hostili, & plus quam gigantæo ausu Trinam hanc Numinis Majestatem injuriis lacessere præsumeret? certe ille impudentiam committeret infinities majorem, quam ille, qui solare lumen e cælo proscriptum vellet: & siquidem homo iste e Christianorum numero esset, nullam posset facinori suo obtendere excusationem quam alter: Non posset obtendere cæcitatem; quia sanctissimum hoc mysterium agnovit lumine fidei, quod longe evidentius est, quam omnium Philosophorum conclusiones: Non posset obtendere ignorantiam; quia Dei Trinni beneficentiam, liberalitatemque, & creaturarum omnium testimonio, & summet experientia luculenter edocetur. Hoc tamen, quamtumquantum enorme, facinus committitur ab homine peccatore. Christiani Auditores, exhorrescite: peccator, quantum est in se, violentas manus injecit mysterio SS. Trinitatis, conaturque destruere Potentiam Patris, Sapientiam Filii, & Bonitatem Spiritus sancti. Dubitatis de hac veritate?

Hanc tamen insaniam committis peccator.

2. *Propositio.* Ergo in promptu sto, ut eamdem edoceam: Non est fere potentius motivum intuitiendi horrorem peccati, quam hoc ipsum; videlicet, quod peccator contra Trinam Dei Majestatem rebellem cervicem erigat, tantoque major est hæc impudentia in homine Christiane, qui sub ipso SS. Trinitatis nomine in Sacramento Baptismi Dei honori hemagium præstitit, *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia, quæcumque mandavi vobis.* Fiyete.

Patri tribuitur potentia, Filio Sapientia, & Spiritui sancto Bonitas.

3. *Divisio.* Scindum est ante omnia, quod, quamvis omnes perfectiones Divinæ cuivis Personæ Divinæ sint absque discrimine communes, sicut ipsa Essentia, supra quam fundantur; omnibus communis est, nihilominus Ecclesia certa quadam appropriatione Patri adscribat potentiam, tanquam primo principio; Filio sapientiam, velut illi, qui per intellectum est; & Spiritui sancto Bonitatem, tanquam illi, qui per amorem productus est. Secundum hanc divisionem progrediamur, perspiciamusque, qua ratione peccatum in Patre oppugnet potentiam, in Filio Sapientiam, & in Spiritu sancto Bonitatem.

§. I.

§. I. *Peccator in patre effundit Potentiam.*

4. *Confirmatio.* Patri igitur æterno attribuitur *Potentia*, contra quam advertite, obsecro, qua temeritate insurgat peccatum. Notate, quæso, tam late diffusum, tamque universalem esse Dei potentiam, ut sine illa nihil uspiam in mundo fieri queat: Non potest homo vel unum movere digitum, non halitum trahere, non festucam de terra levare, quin Deus ad hunc motum, ad hanc halitum, ad hanc levationem concurrat. *Sine me nihil potestis facere*, ait Divina Veritas, (*Joan. 15.*) in quæ verba S. Augustinus (*ibid.*) annotans, inquit: *Non ait; sine me parum potestis facere, sed nihil*; nihil, ne minimum quidem actionem. Atque hanc immediati concursus Divini doctrinam universim tenet omnis sana Philosophia cum sancto Thoma, (*Joan. 5.*) qui eamdem ex eo texit: *Pater meus usque modo operatur*, (*S. Thom. 1. p. q. 49. a. 2. Et 1. 2. q. 79. a. 2.*) aliisque Scripturæ testimoniis, & ex multiplici ratione eruit. Quando igitur peccator malum aliquod committere decernit, Deus libertatem malignæ voluntatis non impedit, sed eam permittit, peccatorique dat esse, posse, & operari: exempli gratia: Vindictæ cupidus vulnerat inimicum, & ecce Deus, quamvis ad malitiam vindictæ nullatenus determinet, immo vehementer eam abominetur, tamen, ut hominem libertatis possessione non privet, illas operationes, quibus vindicta exercetur, etiam ipse, a peccante determinatus, adjuvat. Atque hic concursus non a Deo voletur, sed quasi ab invito provenit, cum ipse per Prophetam gravissime conqueratur contra peccatorem: *Servire me fecisti in peccatis tuis, prolixisti mihi laborem in iniquitatibus tuis*, (*Isa. 43.*) quasi diceret: Miserrime peccator, cum tu mihi servire deberes, me cogis, ut serviam tibi, & quidem in re maxime odiosa, quæ excogitari potest, hoc est, *in iniquitatibus tuis*: quid mihi posset esse intolerabilius, quam quod Deo contra Deum utaris, & non tantum creaturis, sed ipso etiam Creatore abutaris?

5. Dicitur de Harmelino, mundissimo animalculo, quod si luto, sordibusque in modum circuli inclusatur, nec effugii locum inveniat, usque adeo averseatur conspurcari, ut potius se ipsum jugulet, & occidat: considerate jam Auditores, si innocens animal intellectu, ac voce præditum esset, quantopere luisset conquesturum contra petulantiam eorum hominum, qui se coegissent, ad violentiam sibimet ipsi inferendam? considerate hoc, inquam, & in ea similitudinis umbra perpendite, quantum Divino Patri doleat, cum a peccatore cogitur, ut illi serviat ad peccata sibi adeo injuriosa, & propria manu contra summet Majestatem operetur. Nonne jure meritissimo conqueri posset: O infelix peccator! ego tibi obtuli meum concursum ad opera sancta, ad laudem Dei, & tu me coegisti, ut linguæ tuæ debuerim cooperari ad blasphemias, ad juramenta, ad perjuria; Ego tibi obtuli meum concursum ad misericordiæ, & caritatis opera; & tu me coegisti, ut manibus tuis cooperari debuerim ad furta, & rapinas: Ego tibi obtuli meum concursum ad stabiliendam tuam salutem: & tu me coegisti, ut tibi cooperari debuerim ad sceleratas cogitationes, verba, & opera, quibus damnationem tuam promeruisti. Tu Deo ipso contra Deum abusus es; & si mea sanctitas capax foret alicujus mali, eam, quantum est in te tuæ iniquitatis participem reddidisses: *Servire me fecisti in peccatis tuis*, &c. &c. (*Lohbis l. 5. de peccat. propof. 18.*)

§. II. *Peccator in Filio offendit Sapientiam.*

6. Hæc de injuria, quam peccator potentiæ Patris irrogat: sed nec minor est, qua Filii Sapientiam afficit. Hæc Sapientia ex perfectionis suæ infinitudine necessario omnia conspicit, & comprehendit; ita, ut nihil, quod ullibi in orbe fit, sit oculis ejus occultum: frustra sunt tenebræ, frustra abstrusi anguli, & latebræ. Deus totus oculus est; videt omnia; totus auris est; audit omnia; penetrat cælos, circuit terram, scrutatur abyssos. Majestate sua complet universum. Versatur in medio te, circa te, supra te, infra te; ideo ait quasi ironice Augustinus: (*Epist. ad Fortunat.*) Mi peccator, *si peccare vis, quære, ubi te non videat, & fac, quod vis.* Perpendite jam, quanta sit impudentia, quantus despectus, quo peccator audet peccare sub oculis Dei, cosque objecto tam abominando ad gravissimam indignationem provocare: *ut provocarent oculos Majestatis ejus.* (*Isa. 3.*) Quanta esset, & quam enormis malitia, si fur auderet furari sub conspectu sui Judicis? quanta foret impudentia, si uxor præsumeret adulterari sub conspectu conjugis? certe nisi hæc scelera mortem mererentur ex seipsis, merentur ex modo, quo committuntur. Fingamus maleficum, cui sub oculos in unum cumulum conferantur equuleus, ferulæ, fumes gladii, vincula, rotæ, omniaque pœnalia instrumenta, quibus usurus est oppetiturus, quantum horroiem in animo misseri hominis excitabit crudele objectum? Nihilominus infelix ille homo, si loqui ita fas est, adhuc felicior est quodammodo, quam Deus! quia potest oculos claudere, & vultum avertere ab horribili aspectu: verum hoc non potest Deus: necessario intueri debet peccatorum abominationes: *Posuisti iniquitates meas in conspectu tuo.* (*Psalm. 88.*) ideo hic intuitus in animo Divini Filii tantam, ut ita dicam, indignationem excitat, ut optare posse videatur, sibi non tantam esse scientiam, qua peccata, suo honori adeo repugnantia, aspicere cogatur, hinc in sensum fere dixit per Prophetam ad populum suum: *Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.* (*Isa. 1.*) Quasi peteret, cum ille oculos suos ab illis avertere non posset, ipsi ab oculis suis peccata auferrent, abstinerentque a committendis, qui est unicus modus, ut ab illo videri non possint.

7. Verum longe major adhuc est peccatoris impu-

impudentia, qua Divini Filii Sapientiam inhonorat: quæritis, quæ, ac qualis? nempe ea, qua hanc Sapientiam in Deo omnino extinctam, sublatamque cupit. Rem horrendum profecto, nihilominus verissimam. Efic, mi peccator, nonne peccando optasti, ut Deus peccatum tuum non agnoscat? nonne hunc in finem excogitasti effugia, & excusationes? nonne defierasti, ut oculi Dei non essent perspicatiores oculis hominum, qui per latebras, & tenebras decipi possunt? de hoc non est dubium; ita enim perabsis, peccatum fore impune. Heu quanta autem est, quam detestabilis perversitas in Deo tollere velle omniscientiam? & consequenter velle, Deum non esse Deum; non enim esset Deus, si non esset omniscius. O quis mihi subministrat verba, quibus hanc offensæ Divinæ enormitatem satis explicem? loquatur mei in vicem S. Bernardus, (*serm. 3. de Resurr.*) hanc in rem asserens: *Ipsum, quantum in ipsa est, Deum perimit* (peccatoris) *voluntas propria; vellet enim Deum peccata sua nescire*, &c. &c.

§. III. *Peccator in Spiritu Sancto offendit Bonitatem.*

2. Denique etiam Spiritus sancti Bonitas a peccatoribus gravissime injuriatur, ideo pleno Spiritus fervore monet, clamatque Apostolus: (*Ephes. 4.*) *Nolite contristare Spiritum sanctum.* Imaginamini vobis Dei Bonitatem instar amabilissimæ Matris, quæ suis ex visceribus fœtet, veluti filius in Matris utero continetur: Talem seipsum ostendit per Isaiam: *Audite me, qui portamini ab utero meo:* (*Isa. 46.*) quasi diceret, quemadmodum Mater gravida utero suo infanti est omnia; est locus pro habitatione; est lectus pro quiete; est vehiculum ad se movendum; est cibus ad sustentandum; est vita ad respirandam; Eodem modo Divina beneficentia est homini omne bonum, a qua omnia Divina attributa in utilitatem nostram adhibentur. Potentia sua nos conservat, Providentia gubernat, Dulcedine sua nos demulcet, Misericordia veniam impertit, Munificentia remuneratur, denique immensitate sua, infinitate, & æternitate, tamquæ essentia sua nos beatificat. (*S. Paulus Segnerii Homo Christ. 2. p. Disc. 4.*) Jam igitur perpendite gravem injuriam, qua hæc Divina Bonitas a peccatoribus afficitur, qui non solum eodem tempore, quo tanta ab ipsa recipiunt bona, nullam Matris suæ rationem habent, sed etiam inaudita crudelitate sinum ejus dilacerant: Non sine causa tales vocavit Christus *Genimina Viperarum*; sicut enim Viperæ viscera Matris discerpunt, ita illi suum pro gratiis acceptis Matrem vulnerant.

9. Quod adhuc pejus est, non tantum offenditur a peccatore Dei Bonitas, sed vel ideo offenditur, quia tam bona est, & ideo plus offenditur, quia infinite bona est. Heu! quis unquam vidit tantum portentum ingratitudinis, & imprudentiæ, qua res minus amatur, quia magis amabilis est? hæc tamen tua est, o peccator, imprudentia: Deum offendis, quia bonus est: Efic enim, nonne, si prima vice, qua sceleratus domum illam ingressus es, crus fregisses, nonne inquam, altera vice non fuisses ingressurus? Nonne si prima vice, qua in blasphemias erupuisti, lingua fœdum intumuisset, altera vice non fuisses ausus verbum contra Deum proferre? Nonne si prima vice, qua aliena attrectasti, manus obriguisset, altera vice non fuisses ausus iniquo lucro inhiare? verissima sunt hæc omnia. Jam autem cur iteratis lapidibus præsumis ad uctis provolare? ideo, quia Deus Bonus est, & pœnitentiam tuam longanimi benignitate exspectat: ita Ecclesiastes: (*cap. 8.*) *Quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala.* O præsumptionem temerariam! O perversitatem deplorandam! &c. &c.

10. *Epilogus.* Consideratæ igitur, Dilectissimi Auditores! quam enormis injuria per peccatum irrogetur Sanctissimo Trinitatis mysterio: perpendite, qua injuria afficiatur potentia Patris, cujus concursum peccator ad suas concupiscentias sibi servire cogit; perpendite, qua injuria afficiatur Sapientia Filii, cujus oculis peccator abominationes suas subjicit, aut omnino velum obtendere contendit: perpendite, qua injuria afficiatur Spiritus sancti Bonitas, cujus præsumptuosa confidentia peccator tanto liberius prorupit ad nefas. Quamobrem, si posthac mundus, caro, diabolus, hæc SS. Trinitati inimica trinitas, ad iniquitatem vos inliget, vos huic inimicorum ternario Honorem SS. Trinitatis opponite: Mementote quod in baptismo huic SS. Trinitatis Honori Sacramentum dixeritis. Mementote, quod ibi renunciaveritis diabolo, & pompis ejus. Mementote, quod in SS. Nomine nos salvari oporteat, nempe in *nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Amen.

Dominica SS. Trinitatis.

CONCEPTUS III.

De obligatione, quæ homini Christiano incumbit ex Sacramento Baptismi.

Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Matth. 28.

EXORDIUM.

Sicut milites ex signo militari dignoscuntur, ita Christiani ex baptismate.

1. Terrenorum Principum milites, ac famuli ex vestimentis, aut militari signo ita discernuntur, ut primo ictitim aspectu pateat, hic Imperatori, iste Regi Gallo, ille Hispano famulatur. Præterea postquam in famulitium aut militiam adsciti sunt, ex fidelitatis lege obstringuntur ut cum proprii commodi jactura, immo cum vitæ & sanguinis dispendio Dominii sui jura, ac honorem tueri teneantur. Dilectissimi, meministis, Vos in fonte Baptismatis Sacramento in Christi milites inaugurati estis? ibi Dei Filius stolam candoris, ac innocentiæ vobis contulit, ibi animæ vestræ indelebilem characterem impressit, quo Christiani a non Christianis, Baptizati a non baptizatis per omnem æternitatem discernantur. *Sanctum Baptisma præbet nobis signum honorabile, crucem in fronte, fidelem ab infideli distinguit*, ait S. Joannes Damascenus. (*de orthodox. Fid. l. 4. c. 16.*) An putatis Baptismi gratiam nullicum esse gratitudinis materiem? plane erratis: per hoc enim prorsus indebita Dei misericordia e dæmonis, ac peccati jugo eruti, Divini Spiritus charismatis ornati, & in fortem Filiorum Dei adlecti estis, ita; ut dicere unusquisque vestrum possit: Filius Dei sum magis proprie, quam homo terreni Patris filius, frater sum Jesu Christi, sum templum, & thronus Spiritus sancti, sum heres paradisi, meum est cælorum regnum, & meum in æternum, nisi voluntarie per peccatum illi renuntiem. *Videte*, monet dilectus Christi Discipulus, (*1. Joan. 3.*) *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut Filii Dei nominemur & simus*, &c. Hæc quidem omnia, ni fallor satis perspicitis: Verum alium hic ex Parte deprehendo errorem, qui me sollicitum tenet. Quem illum? Nempe aliud est Baptismi dignitatem, aliud obligationem agnoscere; Dicunt Platonem gaudisse Deo grates retulisse, quod Græcus, non Barbarus natus fuisset, atque ex hoc ipso mo lestiam, ac gravitatem Græco dignam spirasse: & vos quid? Vos quidem adoptionem Filiorum Dei, & jus adquisitum ad cælestem Patriam vobis gratulamini; de cætero autem parum curæ habetis, quod gratitudinis pensum, quas obligationes hæc ipsa Baptismi gratia, & adoptio poscat trahat. Quæritis forsitan, quinam sint hi gratitudinis tituli, quænam obligationes?

Baptismus autem magnam posci se trahit obligationem. Bi quidem duplicem.

2. *Propositio.* Agite, quotidiana hodierna die Evangelium de sacro Regenerationis Sacramento mentionem facit, Christo præcipiente suis Apostolis: (*Matth. 28.*) *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*): Ecclesia etiam celebrat festum Sanctissimæ Trinitatis, cujus nomine in Christianos inaugurati sumus, discutiamus obligationes in sacramentali lavacro nobis impositas, discamusque Christianorum non tantum nomen, sed & vitam gerere. Ante omnia autem te imploramus, o Sanctissima Trinitas, ut gratiam nobis conferas Baptismale pactum, quod hodie renovare cogitamus, inconcussa firmitate deinceps servandi, atque peccatum omne sanctissimo hœderi contrarium constanter evitandi. Favete.

3. *Divisio.* Populus Hebræus, e captivitate Babylonica dimissus, ut primum Jerosolymam rediit, mox ad reparanda mœnia templumque, quod bellicus hostilium furor destruxit, animam adjecit. Huic operi invitebant fustini popoli, præsertim Assyrii, sumptisque armis, iteratis aggressionibus Hebræos ab ædificatione impedire conabantur; operosus erat labor, ita; ut, teste Scriptura, (*2. Esdræ 4. v. 17.*) *una manu sua faciebant opus, & altera tenebant gladium.* &c. Eadem hæc duplex obligatio hominis Christiano ex Sacramento Baptismi imponitur: una manu ædificare, altera pugnare debet; ædificare quidem ita, ut in erigenda Christiana perfectionis structura quotidie virtutes virtutibus adjiciat: pugnare autem, ita, ut diabolicis insultibus, & peccatorum illicis indefessa generositate resistat. Perpendamus singillatim utramque hanc obligationem.

§. I. *Primo: ut Christianus in virtutibus crescat.*

4. *Confirmatio.* Primo tenetur Christianus miles *ædificare*, id est, primævam, quam in Baptismo recepit, innocentiam continuo virtutum augmento excolere. Gemma immortalitatis est Christianus; igitur continuo ad splendorem perpoliri: Thronus Spiritus Sancti est Christianus; igitur pretiosis virtutum ornatu decorari. Templum Dei est Christianus, igitur ornari, ac perfici iterato debet, &c. Hæc dum confiteor, plane vix tempero mihi a gemitibus: quæ de causa? quia inter Christianos e millies millenis vix unum invenio, qui non, prætexta posita, simul etiam baptismalem innocentiam exuat. Olim ex Ægyptiaca servitute exibant, atque versus promissam terram itinerabant ultra sexies centena Israelitarum millia: transibant feliciter per apertas rubri maris fauces, & quot putatis hominum illuc pergulæ? heu! quis non exhorrescat? e sexies centenorum millium numero non ultra duo vidilicet Josue & Chaleb. Jam percipite expositionem Theodoreti: (*apud Spican. punct. 142.*) *Mors imitabatur lavacrum*, ait mirum lavacrum sanctissimi Baptismatis Sacramenti: *Israel vero significabat eos, qui baptizantur.* Quid vero duo illi, nempe Josue & Chaleb? ah! per duos illos indicatur exiguus eorum numerus, qui primum Baptismi innocentiam ad cælestis patriæ regionem invehunt. Quæ autem causa est tam universalis defectus? Causæ sunt complures, inter quas haud infima est, quod paucissimi sint, qui obligationes, in sacro Regenerationis lavacro susceptas, pensitabeant. Quid prodest esse baptizatum, vita autem, & motibus convenire cum non baptizatis, & gentilibus? immo hos ipsa peccandi licentia superare?

5. O æternum probrum Christianorum! adsint omnes gentiles, ut illis tantam indignitatem improperent: quis non indoleat? cultus, & honor, quo Verum Deum venerantur, minor est eo, quo illi taxa, ligna, ac truncos coluerunt: quamvis fuerint fictissimi Dei, non tamen fictus fuit affectus, quo eorum cultores eos ado-

adoraverunt: fuêrunt, ut loquitur Augustinus, (*l. 1. de Civ. Dei c. 23.*) *Deorum licet falsorum non fallaces cultores, sed veracissimi etiam juraretur.* Illi in gratiam Bacchi ebrii, Martis furiosi, Jovis adulteri, Mercurii mendacis, Vulcani claudi, Saturni inhumani, vitam egerunt magis modestam, quam Christiani. Illi majori cum reverentia adsiteruant immolationi unius hirci, aut bovis, quam Christiani assistunt Sacrificio, quo Verus Dei Filius immolatur. Inter illos non erat, qui prolixitatem rituum, ac ceremoniarum incusarat: silentium adeò servabatur rigidum, ut omne verbum puraretur sacrilegium: attentio adhibebatur tanta, ut fuerit, qui face manum permitteret amburi, ne illa turbaretur. Quid dicam de superstitiosa Religione, qua loca, ac personas sacras venerabantur? præcepit olim senatus edicto publico, everti fana Isidis, & Osiridis, & ecce nec unus, etiam minis, & verberibus compelli poterat, ut manum admoveret. E Vestalibus virginibus nulla in publicum prodiit, quin illi fasces consulares præterirentur, nulla apud Magistratum supplicavit gratiam, cujus repallam tulit, &c. Taceo plura, solumque exclamo, O utinam Christiani tanti essent hæ legis Zelatores, quanti gentiles hæ superstitionis observatores! Numquam illi audierant, quod eorum Dii condiderint mundos, ordinarint elementa, curaverint morbos, resuscitatint mortuos, placarint tempestates, patrarint miracula; sed solum vana persuasione credentes, quod essent Dii, obsequiis difficillimis eos coluerant. Quid non fecissent, si tot vaticiniis fuissent illuminati, tot scripturis edocti, tot miraculis convicti, ut nos? si tam profuderunt pro Diis ligneis, quid non fecissent pro Deo, qui pro eorum salute defcendisset de cælo, nasci elegisset in stabulo, educari in officina, mori in cruce? &c. Repeto igitur, mei Christiani, repeto: quid prodest Baptismus cum vita gentili, aut adhuc deteriori? ignoscite, respondeo cordate nihil prodest, nisi ad graviorem damnationem: ita expresse Damasus Papa (*ad Euseb. Discipulum S. Hieron.*) inquiens: *hæ quæ ordinem sacro sunt renati Baptismate, quibus foret melius non fuisse.* Doleo, quod hanc veritatem credere nolitis; nam id ipsum doluit sanctus Pontifex, asserens: *Quod si tamen hoc credimus non audimus.*

§. II. *Secundo: ut tantum diabolum confuntur dimittat.*

6. Secundo tenetur Christianus miles *gladium manu tenere*, id est, indefinenter pugnare contra adversarium, cui in sacro Baptismate repudium dedit. Recordare, mi Christiane! quod ibi ter quæsitus, an diaboli, ejusque superbiæ renuntias, ter etiam responderis, abrenuntio: quid tibi igitur cum pompis diaboli, quid tibi cum illecebris mundi, quid tibi cum voluptatibus carnis, quibus renuntiasti? an non quilibet honestus Vir ingenti contumelia sibi duceret, si vestis elegantissima, quam recens induerat, luto, & sima sibi conspurcaretur? & tu pateris vestem candidam, quam Dei gratia tibi contulit, infernali peccatorum fuligine denigrari? audi aliud minarum intentet Deus per Prophetam: (*Sophon. 1.*) *In die hostiæ Domini, inquit, visitabo super omnes, qui induti sunt veste peregrina.* De qua veste loquitur? &c. Respondet S. Hieronymus: (*apud Sperang. punct. 134.*) Vestem cuiusque propriam esse, quam quisque recepit in Baptismo: de hac veste severissimam visitationem instituet Deus in judicio, exprobrans homini peccatori. Non est hæc vestis propria, quam tibi in Baptismo circumdedi: dedi tibi candidam; tu affers nigriciatem; dedi tibi mundam; tu affers mille maculis conspurcatam, &c. Hunc in tenorem Murita Diconus exprobravit Elpidophoro suam inconstantiam, prout refert Victor Uticensis. (*l. 3. de persecut. Vandal.*) Fuit Elpidophorus salutaris aquæ lavacro ablutus, postliminio turpis desertor a fide defecit, cui Murita obviam factus, obtensaque veste, quam in Baptismo acceperat, ita allocutus est: Hæc sunt linteamina, Elpidophore Miniatur erroris, quæ te acculabant, dum Majestas venerit judicantis, quæ custodivit diligentia mea ad testimonium tuæ perditionis. Hæc te immaculatum ciuxerant de fonte surgentem; hæc te acrius persequentur, cum flammarum gehennam ceperis possidere; quia induisti maledictionem sicut vestimentum. Quid licies, miser, cum servi Patrisfamilias ad cœnam congregabant invitatos, dicerque tibi Rex: quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? non video vestem, quam tibi deli, perdidisti militiæ chlamydem, quam aqua mundavi, & purpura mei Sanguinis decoravi. Charactrem non video Trinitatis; ligate ergo eum pedibus, & manibus, qui se separavit a fratribus Catholicis, in tenebras projicite, &c. O mei Christiani! perpendite hanc gravissimam hanc rationem Domino Deo dandam, non satis est ad salutem esse baptizatum; sed requiritur vita baptismo conformis: &c.

7. Notissimum est e sacris Paginis, qua ratione Bellidus Josuæ urbem Jericho destruxerit: circuivit urbem septenis vicibus cum universo populo inter tubarum, lituorumque clangores, & ecce septimi vice muri, ac propugnacula illico corruerunt, quo facto Josue urbem incendit, delevit, minasque mirabiles addidit, inquiens: *Maledictus Vir coram Domino, qui susceperit, & ædificaverit civitatem Jericho.* (*Josue 6.*) Hæ in sensu litterali; in sensu autem morali inquit Abulensis, (*apud Bonz. serm. 41. n. 6. & 7.*) *urbs Jericho significat civitatem diaboli*: Incolæ hujus urbis sunt scelera, muri sunt capitalitates terrenæ, quæ tamquam propugnacula, & excubiæ amori Divino aditum prædunt. Jam quis ignorat, quam duri moliminis labore constiterit Divino Josue, id est, Jesu Christo, donec everterit hanc diaboli civitatem? quam potenter eum oppugnavit armis suæ di-

drinæ, ac miraculorum? quantos dolores, ac tormenta sustinuit in amarissima Passione, ut extirparentur peccata? hunc in finem, velut alter Josue, circumduxit aream, misit speculatores, ac sacerdotes cum tubis: Area est Sanctissima Dei Genitrix Maria cum intercerninis vitæ exemplis, speculatores sunt Apostoli, ac Sancti fulgentissimis virtutibus ornati, Sacerdotes cum Ritus sunt animarum curatores cum Verbo Dei. Quid autem evenit: an destructi sunt muri Jericho? sunt destructi? quot satis apparuit in vita, ac moribus primorum Christianorum, inter quos nil inveniebatur aliud, nisi recta sanctitas, & innocentia. *Maledictus igitur fuerat, qui suscitaverit Jericho.* Et quis est tandem ille? audite solutionem, ad doctrinam Eucherii: (*ap. Bonz. loc. cit.*) *Cum quis ad mortua scelera, quæ si Dominus Jesus in vita Baptismatis donaverat, redit, quisque ipse anathematizaverat diaboli pompas, humanus se vitandas repetit, ruinas Jericho resuscitat*, &c. En mei Christiani, quam abominabile sit coram Deo hominem Christianum scelerate vivere, eaque peccata, ac pompis diaboli reassumere, quas ipse in Baptismo damnaverit: oportet igitur inviolabili fidelitate servare ea, quæ Domino Deo ibi promissa sunt: oportet ita vivere, ut ex ipsa vitæ sanctitate baptizatus a gentili, & non baptizato aperte discriminari queat. Audite pro coronide, quanta constantia Baptismi gratiam tueri oporteat.

8. Imperante Diocletiano, celeberrimus histrio Romæ degerat, Genesius nomine, quantum gratiosus in diversis spectaculis repræsentandis, tantum impius in illudendis in scena publica Christianorum ritibus: profinde Diocletiano gratissimus erat. Quadam vice comœdiam instruxit, qua fere moribundum simulavit, sociis mille facetias eructantibus, quibus mysteria Christianorum morientibus adhiberi solita, Cæsare, ac populo summopere applaudente, æmulabantur, & deridebant. Interim Genesius (mirimini Auditores potentiam Divinæ gratiæ, quæ etiam lapides in filios Israel momento transformare valet) interim, inquam, Genesius, nescio, quid Divini repente hausit, ro joculari, in scriam versa exclamabat; O Velani, quid fallitis, & fallimini? ego Christianus sum, Christianus mori cupio: cultique in cælum oculis, vultuque ad devotionem composito, Divinum implorabat auxilium. Quærebant Comici, qui jocum hæc omnia arbitrabantur, quid ergo peteret? Baptismum, ingeminabat ille, Baptismum: Nec mora: mimi illi evocant duos, unum Sacerdotis, alterum Exorcistæ manere ex condicto fungentem: his jucularitter, Genesio serio agente, ac Jesu Christi gratiam, remissionemque peccatorum implorante baptizatur. His in præsidis, comparent apparitores, qui novum hunc Christianum comprehenderant, & judici sisterent. Simulant illi quidem; sed nihil simulat Genesius, qui posito tandem omni luco, audi adebat, Cæsar (Cæsar præsens aderat) audiat-

fluotis populi coronæ, hactenus execrandis erroribus involutus, Christianum nomen despexi; nunc suscepto Baptismate, veritatem agnoscere incipio, Deo, Angelisque mihi clare ostendentibus per lauram hoc lavacrum peccata omnia, hactenus a me commissa, deleta esse. Pereat Jupiter, pereat Venus, Laudetur, & adoretur verus Dei Filius Jesus, &c. Diocletianus, rem non jam ridiculo, sed ex animo geri cernens, primo indignari, dein palinodiam præcipere, demum tormenta, & equuleos expediri jubet. Tunditur, caditur, laniatur, luceratur Genesius, nec tamen cedit: Baptismi gratiam præ totius mundi thesauris, immo præ vita ipsa æstimat, & gloriosa Martyrii corona donatur, &c.

10. *Epilogus.* Sic, si propugnanda est Baptismi gratia; sic, sic tentatori resistendum: mi Christiane, etiam tu tam generose age, ut malis fortunas, vitam, omnia, quam fidelitatem Domino Deo in Baptismate juratam perdere: hunc in finem animos tibi suggerit orator aureus (*S. Chrys. serm. de SS. Martyr. Tom. 3.*) exhortans; *Esto vivi, fortitor dimica, avertitur in prælio ipso cervicem, conditora pectus, conditionem attende, militiam vestes, pactum, quod spopondisti, conditionem, quam accessisti, militiam, cui nomen dedisti.* Habes tantundem animi? habeo inquis. Ergo, age, renova pactum: die, an renuntias Sathanæ? Abrenuntio: & pompæ illius? Abrenuntio: & operibus ejus? Abrenuntio: &c. &c. &c.

Dominica infra octavam Corporis Christi.

CONCEPTUS I.

Assignantur causæ, ob quas sanctissimum Communionis Sacramentum sæpe nullos Virtutum, ac gratiarum fructus in anima producat.

Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos. Luc. 14.

EXORDIUM.

Sicut agentia naturalia agunt secundum dispositionem; ita etiam agentia supernaturalia.

1. Quamvis agentia naturalia, uti sunt syderes, elementa, aliaque, ex natura sua fecunda, proportionata, ac satis activa sint ad producendos sibi convenientes effectus; nihilominus ab hac sua connaturali activitate ab obstantibus contrariis, aut indispositione passi possunt impediri: exempli causa sol lucet, & illuminat, non tamen cubiculum valvis obseratum: ignis urit, & accendit, non tamen lignum udum, & aquosum; imber fecundat, non tamen terram saxosam, & fabulosam: cibus confortat, non tamen stomachum, morbidis humoribus refertum, &c. Eadem prorsus ratio est de agentibus supernaturalibus, præsertim de sacrosancto Eucharistiæ Sacramento: ex se quidem miram habet efficaciam, & activitatem in animabus fidelium producendi admirandos virtutum effectus: sed *aliud est Sacramentum, aliud ute-*

virtus Sacramenti, ait Augustinus: (*tract. 26. in Joann.*) quis nescit, Eucharistiam solem esse, qui millenas animas prorsus simplices, & illiteratas celestis sapientiæ illuminavit? quis nescit, Eucharistiam ignem esse, qui millena corda Divino caritatis igne accendit? quis nescit, Eucharistiam imbrem esse gratiarum, qui millenas animas cælestium charismatum, virtutumque rore fecundavit? quis nescit, Eucharistiam cibum esse fortium, qui millenas animas ad generosos labores, pugnasque mirum in modum confortavit? &c. quæ ergo causa subest, quod tam nobiles effectus non semper, & undequaque æqualiter prodeant? quæ causa est, quod multi post Communionem sentiant eamdem tepiditatem, eamdem difficultatem in vincendis tentationibus, &c. unde fit, quod inter communicantes *multi infirmi & imbecilles & dormiunt multi?* (*1. Cor. 11.*)

2. *Propositio.* Adeste animis, Auditores! hodie hujus rei causas dabo, nimirum ostendam, defectum non ex parte Eucharistici Pabuli, sed ex parte suscipientis inveniri: nam differte docet sanctus Bonaventura: (*apud Lohn. V. Communio §. 7. n. 8.*) sicut agentia naturalia agunt secundum diversitatem dispositionis in passo, ita etiam *effectus Sacramentorum solet esse secundum dispositionem, & præparationem suscipientium.* Favete. *Tria sunt, quæ impediunt fructum Eucharistiæ.*

3. *Divisio.* Tria sunt, quæ Angelicæ mensæ conviva sollicite observare debet, ut cælestem Hospitem condigne in animam recipiat: primum est diligens præparatio ante Communionem; alterum actualis devotio in ipsa Communione; tertium humilis gratiarum actio post Communionem. Horum si unum non observetur, mirum non est, si nobilissimo effectui Sacramenti obex, & impedimentum ponatur. Percurramus singula.

§. I. *Defectus præparationis.*

4. *Confirmatio.* Primo quidem virtuti hujus Sacramenti obicem ponit *defectus præparationis* ante Communionem: olim, cum Dominus Deus Israelitis cæremonias præscripsit in comestione agni Paschalis, differte inter alia præcepit: *Non comedetis ex eo crudum quid.. sed assum tantum igni.* (*Exod. 12. v. 9.*) Mirabilis profecto, & supervacanea videtur hæc præceptio; cui enim hominum ita palatum, ac stomachus obbrutuit, ut carnes crudas appetat? fuere quidem barbari, qui mutua tractatione sospitos trucidarunt, & devorarunt: verum de Israelitis, gente culta, & quidem in cæremonia adeo sancta id minime timendum erat, &c. Subintrat hic Abulensis, (*q. 18. in 26. Matth.*) & dubium hoc tropologice exponit: *Dicitur, quod non sumatur Agnus crudus; crudum enim cibum mandimus, qui nullam circa illum dispositionem, aut præparationem præmittit, & sic crudum cibum sumit, qui corpus Domini ab aliis cibis non discernit; sed e ad cibum illum accedit, sicut ad communem.* Eumdem in sensum loquitur Cornelius a Lapide: (*in Exod. 12.*) *Crudum Agnum comedunt in Eucharistia, qui nec confitentur peccata sua, nec dignitatem Sacramenti.* Quemadmodum igitur carnes crudæ stomachum onerant, concoctioni non serviunt, febres, morbosque causant; ita cibus Eucharisticus, sine prævia præparatione comestus, animam non ornat, sed onerat. Hanc ob causam in primitiva Ecclesia solebant Sacerdotes monere populum, illisque, qui ad sacram Communionem accessuri erant, alta voce inculcare: *Accedite cum fide, tremore, ac dilectione.* &c. O utinam etiamnum hic mos vigeret, ut retardarentur paullisper illi, qui statim e sacro tribunali ad sacram Communionem convolant, nulla interjecta præparationis mora: quid agitis, miseri? an crudas carnes Agni Divini devorare vultis? ubi fides, ubi spes, ubi caritatis, ubi humilitatis exercitio, quisquis comedere salubriter cogitat Agnum Eucharisticum, comedat *assum igni*, id est, assatam igne caritatis, & dilectionis. *Prepara te, o Israel, in occursum Domini Dei tui.* (*Amos 4.*)

§. II. *Defectus devotionis.*

5. Alterum, quod virtutem hujus Sacramenti impedit, est *defectus devotionis* in ipsa Communione: hæc devotio consistere debet in ardenti desiderio Deo placendi, & in collectione tam internarum, quam externarum potentiarum ad obsequium Divini Hospitis. Edic, obsecro, o homo, quid ageres, quæsit ex te sanctus Bernardinus Senensis, (*serm. 56. a. 2. c. 2.*) si in domum tuam adventaret terrenorum Principum nonnullus, a quo omnis tua dependet felicitas? qui te, tuamque omnem familiam innumeris beneficiis & ditavit hactenus, & porro ditare potest? qui Judex tuus erit, & te ob admissa crimina vel ad mortem condemnare, vel absolvere potest? &c. nonne summa cum humilitate eum excepturus, & te, tuaque omnia ad ejus obsequia oblaturus fores? procul dubio. Quidni igitur idem facis, cum supremus cæli terræque Princeps in animam tuam adventat? Ejr age! coordinanda sunt potentiæ tam internæ, quam externæ in obsequium tanti Domini; Memoria occupata sit in recordatione Divinorum beneficiorum. Intellectus occupatus sit in consideratione, ac æstimatione tanti Sacramenti: Voluntas occupata sit in ardentissimo caritatis exercitio; præterea oculi, aures, manus, totaque externa corporis compositio cum modestiam (sinunt, quæ digna est tanti Domini famulatu. Hæc erat industria, & reverentia Sanctorum: o si videremus, quanta illi tum corporis, tum animi compositione ad sacratissimam Synaxin accesserint, næ nos (sine dubio longe alios spiritus de altissimo Mysterio conciperemus! fuere, qui toto vultu ardebant, igne caritatis in parte etiam exteriores exuperante; talis erat sanctus Stanislaus Kostka. Fuere, qui interno dilectionis incendio ita æstuabant, ut necesse fuerit, pectus etiam ad extra humescentibus linteis refrigerari; talis erat Sancta Catharina Senensis. Fuere, qui Angelica pectus modestia omnium, quotquot spectantes adeo-

aderant, oculos ad uberes fletus provocabant; talis erat sancta Hedwigis. Fuere, qui inter communicandum in uberrimas lacrimas effusis non solum oculos, & genas, sed ipsum adeo pavimentum fletibus respergebant; talis erat sanctus Cassius Episcopus Narnensis, &c. quid modo? Eheu! quam longe alia modo se scena aperit, videlicet lassitudo, & tepiditatis! ita ut jus sit exclamare cum Chrysostomo: *O tenebræ! o profundum abyssum! o sensus cæcitatem! o contumaciam! o gravitudinem!* nonne videmus permultos ad mensam Angelicam accumbere cum compressionibus inmoderatis, cum oculis vagabundis, cum gressu immodesto, cum uno poplite, eaque cum immodestia, ut adeo indecenter non auderent audere ad mensam alicujus nobilis? quærit S. Thomas, utrum infantes admitti possint ad sacram Communionem, qui usum rationis necdum attigerunt? & respondet negative: ratione additis, quia discernere nequeunt inter cibum spiritualem, & corporalem; *Non dijudicant Corpus Domini.* (*1. Cor. 11.*) Hæc cum ita sint, O quantus etiam adultorum numerus ab Eucharistico Convivio repellendus foret, qui exteras morum compositione nullum prorsus indicium faciunt, quod inter cibum supernaturalem, & naturalem discernant!

§. III. *Defectus gratiarum actionis.*

6. Tertius denique obex Virtutis Sacramentalis est *defectus gratiarum actionis* post Communionem; sunt enim aliqui adeo inurbani, ac rustici, ut, Christo vix ingresso in cordis domicilium, illi e templo egrediantur, & hc Divinum animæ suæ Inquilinum nec alloquio dignentur. Heu! quoties *colliphizatus* dominus tantam inurbanitatem committit! Est enim alia hora post Communionem hora Divinæ auditentiæ, hora gratiarum, hora beneficiorum, hora evangelicæ, & impetrationis. In nuptiis Canæ Galilææ, cum Dei Filius rogaretur, ut in gratiam convivarum vinum prodigiose produceret, respondit: *Nondum venit hora mea:* (*Joann. 2.*) at in sacra Communione est expectata hora illa, qua a Dei Filio ennendicare potes, quidquid hactenus diu nequidquam sollicitasti: pauper es? ager es? tentatus es? in persecutionibus vivis? age, utere occasione, post sacram Communionem aliquandiu orationi immorare, propone Dei Filio necessitates tuas, die: *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi;* (*Gen. 32.*) & certe in afflictionibus tuis remedium experieris. Heo dicere solebat devotissimus Balthasar Alvarez: *apud Lohn. V. Communio. §. 7.*) Extremum esse stultitiam tam pretiosum negligere tempus, illud scilicet, quo Filium Dei intra nos ipsos pondemus, sic eidem tum opportunissima favet commoditas, ut nostræ subjugentur supplicæ, cum gratiæ signaturam in nobis habeamus, ipsaque Eucharistia gratiæ sit instrumentum. Neque objicias, urgere domi negotia, festinandum esse, abeundum esse, convincet enim te sanctus Chrysostomus, (*hom. de Bapt. Christi.*) si amicus tuus ad convivium te invitat, non audes illi tantam exhibere inurbanitatem, ut inconvenienti tempore sine gratiarum actione te e consortio propipias, & quam amicum non audes irrogare injuriam, Deo ausis? &c. Percipi ex Austriaca pietate, num negotia, quæcumque illa sint, feriatio Dei Eucharistici præponderare debeant: Maria Maximiliani II. consors (*Jac. Rho. l. 3. vitæ Virgin. c. 11. n. 5.*) quotidiesimique Divinis Epulis accubuit, duos integros dies in gratiarum actionis attributis, ut nihil negotii eam aliud admitteret. Ea devotionis constantia tum alias sæpe, tum eo maxime tempore emicuit cum Maximilianus Filius, qui dilectissima persona, sacrum Jacobi tumulum veneraturus in ultimos Galliæ fines peregrinatus est, in Germaniam revertens, Mantuæ Carpentanorum subsistit; seque secreto Cæsaris Legato indicavit. Ille sine mora ad Mariam festinans nuntium adesse, Maximilianum, & Matrem venerari percupere. Quid ad hæc Augustissima Parens? Ego, inquit, perinde eum videbo: hodie enim Deo Eucharistico servitia debeo, nec est, cur ea in Maximiliani gratiam interrumpam. Christiana pectora, quid ad hæc? an trivialis Mater faceret, quæ fecit hæc Augustissima? illa integro biduo mente adeo recollecta post Communionem perseverat, nec devotionem abrumpit in gratiam Filii Serenissimi, dilectissimi, diu non visi, mille itinerum periculis defuncti? &c. & vos pigeat unico quidvante Deo Eucharistico esse in servitiis? quid mirum, si vestræ communiones nullum fervoris, emendationis, virtutisque fructum post se trahant!

7. *Epilogus.* Filio, & pro coronide verba illa sacri Hymni (*Eccl. in Mat. Corp. Christi.*) adduco: *Sic vos in vitam, sicut te colimus,* id est, Deus Eucharisticus adeo liberalis est erga nos, sicut nos erga illum: si Communionem peragimus sine decenti præparatione, sine devotione, sine gratiarum actione, abibit & ille sine beneficiis refectis. Si vero pro vitibus condigne exspere studeamus Divinum Hospitem, cumulabit nos liberalissimis gratiarum thesauris, & demum æternæ vitæ beatitudine. Amen.

Dominica infra octavam Corporis Christi.

CONCEPTUS II.

Qua ratione Eucharisticus conviva comparatus esse debeat ad Sacrosanctum Epulum digne sumendum.

Missi servum suum hora cœnæ dicere invitatis, quia parata sunt omnia. Luc. 14.

EXORDIUM.

1. POstquam Dei Filius pro salute humani generis victima factus in cruce exspiravit, nobilis quidam decurio, nomine Joseph us ab Arimathæa, ingressus ad Præsidem Pilatum, audacter petiit Corpus Jesu. Non fine singularis præconii nota addit Scriptura adverbium, *audaciter;* (*Mat. 27.*) quippe haud vulgaris erat gene-

generositas inter illos populi tumultus, & Judæorum livores requirere cadaver hominis, quem plebs & Principes communi vilipensione inter abjectissimam maleficorum fæcem reputabant. Petiit, ac impetravit: Et quoniam homo erat justus simul, ac opulentus, voluit Corpus tam magni Domini, quem Deum esse credidit, tam pretiosis, quam poterat, honoribus dimari. Quid obsequiorum illi præstitit? fatcer textus tria commemorat: in primis involvit illud in syndone munda, deinde collocavit in monumento novo; & tertio denique obvoluto lapide monumentum custodivit. Christiani Auditores! Corpus illud, quod Josephus ab Arimathæa honorifice coluit, idipsum est, quod octiduum hac sollemnitate adoramus; idipsum est, quod in spiritualem animarum refectionem nobis apponitur; idipsum est ad quod sub symbolo hodiernæ cœnæ invitamur: Dicite, an parata sint omnia? Respondetur: ex parte invitantis quidem, *parata sunt omnia*; ita enim a servis nuntiatum est. Sed quid ex parte vestri? ut video, siletis, hæsitatis. Cur? advertо, quod res est: ex una parte excusare vos a convivio non valtis, ne inurbanitatem, & supplicium hodiernorum convivarum incurratis: ex altera parte comparêre timetis; quia ignaratis, qua reverentia, quibus honoribus Divinum Hospitem excipere oporteat.

2. *Propositio*. Verum mihi animis estote; Exemplum vobis hodie devoti Communicantis ante oculos statuam in memorato Josepho ab Arimathæa: ac edocebo, tunc satis honorifice vos Eucharistico Epulo accubituros, si eadem obsequiorum triade, qua ille, Corpus Dominicum honoretis. Favete.

§. I.

3. *Confirmatio*. Primum igitur obsequium, quod Josephus Arimathæus Corpori Christi exhibuit, consistit in eo, quod syndoni munda illud involverit, quæ hodiedum adhuc Taurini in Sabaudia asservatur, & a fidelibus pie colitur. Advertis, mi Christiane communicans, quid per hoc tibi dictum velim? nimirum per Syndonem mundam intelligit S. Bernardinus (*T. 2. ser. 54. a. 2. c. 2.*) conscientiam mundam, id est, ab omni sorde peccati dealbatam, emundatam. Christus Dominus enim, quamvis per omnem vitam, nihilominus vel maxime munditiem specialiter requisivit, ubi ad institutionem venerabilissimi hujus Sacramenti pervenit. Vultis hanc veritatem mecum perpendere?

4. In primis interrogantibus Discipulis, ubi locorum Paschale convivium paratum esset, mirabile prorsus indicium Divinus Magister significavit, inquiens: *Occurret vobis homo, lagenam aquæ bajulans, sequimini eum.* (*Marc. 14.*) Res mira! nonne pro eo loco, quo Sacramentum Altaris instituendum erat, convenientius fuisset, si pro signo aliquam dicti Sacramenti figuram indicasset, dicendo v. g. occurret vobis agnus ad macellum ductus, videbitis panem, & vinum &c. Cur ergo pro indicio elegit amphoram aquæ? nimirum aqua lotionis, & munditiei symbolum est: ideo hanc pro signo Sacramentalis Convivii destinavit, ut significaret Discipulis, eadem prorsus sollicitudine, & de munditie, & de loco curam habendam esse; putatque Tertullianus (*de exp. 13.*) hanc eandemmet aquam fuisse, qua postea Apostolorum pedes abluti sunt. Deinde ad locum convivii elegit *cœnaculum magnum stratum*: (*Luc. 22.*) iterum mysteriosa res! nonne enim in patulo est, quod Christus Dominus a puritia vites, ac humiles domos amaverit? in æde Lauretana incarnari, in stabulo nasci, in officina fabrili educari voluit: cur ergo nunc, Sacramentum Eucharistiæ instituturus, quæsit amplum cœnaculum, magnifice, & sumptuose paratum? certe hujus rei ratio alia dari nequit, quam quod Eucharistiam magnopere honorare, nobisque indicare voluerit, eam omni possibili cultu, veneratione, ac animi munditie suscipiendam esse. Porro quæro, cur hoc ipsum cœnaculum in eminenti, ac elevato loco situatum esse debuerit? ita enim legit Origenes: (*tr. 35. in Matth.*) *Ostendet vobis locum in superioribus stratum.* Respondet S. Ambrosius, quia eminens contagratio secundum aerem patior, a terræ sordibus autem remotior est: verba recito S. Doctoris, (*in Luc.*) ita Moralizantis: *Advertimus, quod non ad terrena descendere, sed in superioribus locum stratum magnum quærere debeamus, ut Domini Pascha celebremus.* Ulterius: cur Christus Dominus profundissimum illum humilitatis actum ante cœnam exercuit, quo Discipulis pedes lavit? respondet iterum expedite Rabanus, (*l. 2. de inst. Cler. c. 36.*) factum id esse, ut nos edoceat puritatem, cum qua ad Eucharistiam accedere debeamus, &c.

5. Observasti hæc omnia, mi Christiane? Ea igitur, quam accurata sollicitudine Christus Dominus omnimodam munditiem requisierit ad hoc Sacramentum? dilecte pauliſper, quomodo tuæ conscientiæ Syndon constituta sit? O quam condolendum est Christo Domino, quod mola frequentissime in Syndonem immundam ejus Corpus involvatur, id est, in talem, qualis enim offensa fuit S. Petro Apostolo, (*Act. 10.*) in qua universorum animantium genera conclausa erant: quænam sunt hæc animantia? sunt peccata: O quoties illa, vel ista Domina involvit Corpus Christi in Syndone conscientiæ plena ambitione! O quoties ille Dominus in Syndone conscientiæ plena sanguine, & oppressione pauperum! O quoties ille juvenis in Syndone conscientiæ plena obscenis imaginationibus! &c.

§. II.

6. Alterum honoris obsequium, quo Josephus Arimathæus Corpus Christi coluit, in eo erat, quod illud in monumento novo collocarit: *in quo nondum quisquam positus fuerat.* (*Luc. 23.*) An Deus Eucharisticus idem a communicantibus obsequium exigit? omnino exigit. Verum eheu! ubi sunt ea corda nova? quis ex nobis fuerit non debet, ita cordibus nostris dudum inimicos Christi, peccatum, hostiles inimicitias, impuros desideria, aliaque mala stabulasse? actum iterum est, non invenimur corda nova, id est, primæva innocentiæ flore decorata: quid facto opus est? respondeo, si nova non sunt, renovanda sunt. Audite Dionysium Carthusianum: (*loc.*) *Potis Deum in seculum novo, qui collocat eum in animo suo reformata.* Quæris, quomodo hæc reformatio instituenda sit?

7. Sanctus Gentium Doctor modum Christianis præscribit, quo se dignos Eucharistica Esca effecturi: *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat*, (*1. Cor. 11.*) per quam probationem Concilium Tridentinum, (*sess. 13. Can. 7.*) & communis Patrum sententia Sacramentum Pœnitentiæ intelligit: Hoc Sacramentum Pœnitentiæ est labrum illud æneum, in quo lavari pius debent, qui in tabernaculum ingredi desiderant: Hoc Sacramentum Pœnitentiæ est oleum illud myrrhinum, & fragrans, quo ungi, ornarique debent animæ, coram Eucharistico Assuero comparituræ. Hoc Sacramentum Pœnitentiæ est aditus ille Horeb, in quo Moyses, cum Deo collocuturus, sordidos calceos exuere jubetur: Hoc Sacramentum Pœnitentiæ est stragis internecina hostium, quam victoriose edere debet Melchisedech contra quaternos Reges, antequam panem, & vinum offerat. Hoc Sacramentum Pœnitentiæ est atrium illud Regis, in quo vestes nuptiales distribuuntur hospitibus, antequam ad regale convivium intromittantur, &c.

8. Non sine singulari mysterio Divinus ille Panis de cælo descendens pro loco nativitatis sux elegit sibi *Bethlehem Juda*: ut intelligatis mysterium, exenterandæ sunt significationes harum duarum vocum: *Bethlehem* ex sua interpretatione idem significat, ac *domus panis*: *Juda* autem idem sonat, ac *Confessio*. En, quam arcto consortio copulentur Confessio, & domus panis, ut indicetur, ad hanc pertingi non posse, nisi per illam, id est, ad Communionem Panis Eucharistici neminem admitti, nisi prævia Confessione: audi Bernardum: (*serm. 1. in Vig. Nat.*) *Considera, quo in Bethlehem Juda nascitur. Esto sollicitus, quomodo Bethlehem Juda inveniatis, & jam non in te suscipi destinatur; Bethlehem quippe domus panis, Juda autem Confessionem, &c.*

9. Quamquam hoc solo fidelis anima contenta esse haud debeat, quod per Confessionis limam, & lanculum e renovato cordis monumento gravia tantum, & lethalia peccata eliminet; sed operam conferre etiam debet, ut in reverentiam Dominici Corporis etiam a venialibus sepulcrum conscientiæ emundet. Quam in rem latam exhortationem S. Bonaventuræ (*T. 7. de præp. ad miss. c. 5.*) adducere juvat: *Proba teipsum* inquit, *ex quanta curiosa, & quali fervore accedis, non sufficit enim mentalia vitanda fugere, sed etiam venialia per circumspectionem, & per diligentiam disciplinatæ vitæ, & male consuendi uti, licet non occidant animam, tamen reddunt hominem tepidum, gravem, & obtusum, & indispositum, &c. &c.*

§. III.

10. Tertia denique sollicitudo Josephi Arimathæi ea fuit, ut sepulcrum Domini obvoluto lapide communiret. Per lapidem hunc intelligo sanctum, ac inviolabile propositum contra quævis peccata obfirmatum: muniendum est cor, ne post Deum Eucharisticum scelerata affectio subiatret: ita in hunc locum animadvertit Cardinalis Hugo, (*in hunc. loc.*) inquiens: *Saxum magnum, quod adpositur ad ostium monumenti, est magna pœnitentia, quæ tenet in nobis Jesum per gratiam.* Advertite mecum observationem notatu dignissimam, quam ex primo, & secundo capitulo S. Matthæi eruo.

11. In primo illo capite Beatissima Virgo Maria quinquies vocatur Sponsa S. Josephi: (*Matth. 1.*) *Virum Mariæ. Cum esset desponsata Joseph autem Vir ejus. Contugem illam. Accepit conjugem suam.* Econtra in secundo capite nec unica amplius vice Sponsa Josephi, sed unice Mater Jesu nominatur. *Accipe puerum, & Matrem ejus.* (*Matth. 8.*) Idipsum quaternis vicibus ibidem reperitur. Quid hoc rei? cur Electissima Virgo non amplius uxor Josephi nuncupatur? S. Hilarius (*Can. 1. in Matth.*) assignat aliquam rationem, inquiens: Mariam solum ante Nativitatem Christi Sponsam Josephi appellari, post nativitatem autem Matrem Jesu. Verba Sancti Patris sunt: *Cum desponsata cum justo Joseph fœtificabat, conjugem nuncupavit; sed post partum tantum Jesu Mater ostenditur.* Verum redit quæstio, cur ita? an dixobat Matrem Virginis, eam post partum Sponsam Josephi vocari? percipite, quæso annotationem doctissimi cujusdam Commentatoris, (*Villar. in 16. Jud. ad n. 10. Aphor. 2.*) Postquam Maria genitum Jesum tenuit, baptavit, in ulnas recepit, jam non decuit, ut alterius esse diceretur, quam solius Jesu: ideo non amplius uxor Josephi appellatur, ut indicetur eum, qui Jesum tenuit, ab omni alio affectu debere esse alienum, quam solius Jesu. Quæ Deum jam tangit, alterius non solum esse, sed & videri recusat. O mi Christiane communicans! quam apposite præstantissima hæc Doctrina tibi convenit! postquam Dei Filium in tui pectoris monumento collocasti, jam valedicendum tibi est humanis Affectibus, familiaritatibus noxiis, pravis consuetudinibus, inveteratis sceleribus: obfirmandum est cor lexo sepulcrali, illique inscribendum: Non sum alteritas, nisi solius Jesu.

12. *Epilogus*. Agite, igitur, Christianæ animæ! hunc modum agendi cum Christo Eucharisti-

rificio teneſſe: Joſephum Arimathæum induiſſe Sindonem mundam, monumentum novum, & ſaxum myſticum præparaſſe, & poteritis ad hanc Cœnam admiſſi, dicere, quod etiam ex parte veſtri *parata ſunt omnia*. Amen.

Dominica infra octavam Corporis Chriſti.

CONCEPTUS III.

Confraternitati SS. Sacramenti, dum ſæculum ſuum celebrat præleguntur ſtatuta, ac leges, ad renovandum homagium.

Cuſtodite verba pacti hujus, & implete ea, ut intelligatis univerſa, quæ facitis. Deut. 29.

EXORDIUM.

Apud Romanos fiebat renovatio fœderum ita oportet renovari homagium Confraternitatis.

1. ANtiqua Romanorum Reſpublica, potentiſſimis gentium Dominatrix, ſolebat exteros populos in amicitiam, ac fœdera recipere; quæ deinde certis temporibus debebant renovari: ſollemnitas erat in paucis pompoſiſſima; primo quidem in publico foro coram univerſo Senatu ſtentoria voce prælegebantur leges, ac pacta; tum exterarum Gentium Legati præſtabant homagium una cum pretioſis muneribus; denique feſtivo populi applauſu inter tympanorum, lituumque jubila ſollemnitas claudebatur. Dilectiſſimi Auditores! ante centenos jamjam annos noſtri Majores cum Domino Deo, & etiam inter ſe ad heroicum Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti pepigerunt fœdus laudabiliſſimum, & utiliſſimum: laudabiliſſimum; quia finis, ac ſcopus illius unice tendit ad animarum ſalutem: utiliſſimum vero; quia ſancta hæc confœderatio per elapſum ſæculum innumera nobis a Deo impetravit tam corpore, quam animo tenus beneficia. Quid agitis? qua gratitudine Divinam Liberalitatem compenſatis? an non lubet renovare fœdera, reſuſcitare pacta, reſtaurare amicitiam? Verum quid imprudens interrogo? hoc idem intentum eſt, quo in hoc templo hodie comparetis: nempe, ut primum veſtræ Confœderationis ſæculum, receptaque per id temporis beneficia feſtiva cum exultatione, humilique cum gratitudine celebretis. Videor mihi intueri flammatæ corda veſtra, quæ Euchariſtico Numini, inſtar gratiſſimi muneris, offerre: video puratas linguas, & ora, quibus de novo Sacramentum dicere, & ſub has ſanctæ Confœderationis leges jurare deſideratis. Reſte, ſancte, laudabiliter facitis. Non dubito ego, quin in cæleſti curia inter ſanctos Angelos, & præſertim inter fratres, ac ſorores, qui ex hac alma Confraternitate ad beatam patriam jam tranſierunt, ingens jubilus ad veſtra pietatis ſtudia exoriturus, ipſique Deus jumenta denuo beneficia ad futuri ſæculi decurſum vobis deſtinaturus ſit.

2. *Propoſitio.* Mearum autem partium, ut non otioſus feſto interſim, mearum, inquam, partium erit, ut ſanctas Confraternitatis leges vobis prælegam, refricemque memoriam eorum ſtatutorum, ad quæ vi ſancti hujus pacti obſtringimini. Quid poſſem magis proficuum, magiſque neceſſarium in rem noſtram hodierna die agere? Hunc in finem ante omnia inculcata vobis volui verba prothemate adducta: *Cuſtodite verba pacti hujus, & implete ea, ut intelligatis univerſa, quæ facitis.* (*Deut.* 29.) Favete.

Confraternitas inſtituta eſt ad quadruplicem finem.

3. *Diviſio.* Si ex impreſſo Sodalium libello Majorum noſtrorum mentem, quam in inſtitutione ſanctæ hujus Confraternitatis nobis teſtatam reliquerunt, indago, prima ſtatim fronte video, eos ſibi quadruplicem finem præfixiſſe: Primo inſtituta eſt hæc Confraternitas SS. Sacramenti ad extirpationem ſcelerum, ſecundo ad impiantationem Virtutum, tertio ad morientium confortamentum, quarto ad mortuorum ſolatium. Et in hoc ipſo quadruplici fine funduntur Dei beneficia, nobis per elapſum ſæculum largiter collata; quippe ingens Dei beneficium eſt præſervari a peccatis; ingens Dei beneficium eſt, dirigi ad Chriſtianam perfectionem; ingens Dei beneficium eſt confortari in mortis agone; ingens Dei beneficium eſt, eripi e purgantibus pœnis. Jam ordine de quaterno hoc fine procedemus. Audite verba pacti hujus, & tacite ea. (*Jerem.* 11.)

§. I. *Ad extirpationem ſcelerum.*

4. *Confirmatio.* Primo inſtituta eſt Sanctiſſimi Sacramenti Confraternitas ad extirpationem ſcelerum: & ad hunc certe ſcopum non eſt efficacius remedium, ſacroſancta Euchariſtia; quemadmodum enim de cervo dicitur, quoddam algum, aut paludoſum locum ingreditur, ſerpentes omnes, chelydros, bufones, ſcorpiones, & quidquid venenatorum animalium ibi recubat, in fugam agat; ita Euchariſticus Deus, ſi per dignam ſumptionem cor hominis ingreditur, tamquam meſſenale antidotum, omnia vitiorum inſecta propulſat. Edoceamur hanc veritatem e Scriptura.

5. Mirabilia ſunt, quæ Deus beneficia contulit populo Iſrael: eripuit eos e ſervitute, ditavit ſpoliis Ægyptiorum, duxit per mediam mare, delevit inimicos, conſervavit eorum veſtes, nutrivit eos cæleſti Manna: præ ceteris autem admirandum videtur, quod Pſalmiſta affirmat; *Non erat in tribubus eorum infirmus:* (*Pſal.* 104.) Eſtne poſſibile? Numerus Iſraelitarum erat ultra ſexcenta hominum millia, & qui fieri potuit, ut in tanta multitudine hominum, præſertim eorum, qui perſecutionibus, viarum incommodis, multiſque malis erant fatigati, nec unicus infirmaretur? quæ ratio tam univerſalis valetudinis? Tertullianus (*ap. Bartſerm.* 70. n. 8.) virtutem hanc refundit in Manna, inquiens: *Populus in eremo Manna cibatus, ad inſtar æternitatis redactus eſt.* Jam a figura ad figuratum oculos transferamus. Si veteri illi pani inſuit virtus pellendi ægritudines corporum, quanto magis Euchariſtico Pani aſſerenda eſt virtus pellendi infirmitates animarum, videlicet vitia, & pravos affectus! O mi Sodalis, an non in temetipſo experiris hunc effectum? unde, quæſo, eſt, quod nunc facile ſiſperare valeas, quæ olim tibi tam dura videbantur? unde eſt, quod nunc paſſiones, de quarum rebellione multoties conqueſtus es, rationi ſubditas eſſe ſentias? unde eſt, quod tentationes infernalis inimici quotidie magis decreſcere experiaris? unde eſt, quod excuſſa conſcientiæ ſarcina, modo cor circumferas ſpirituali gaudio plenum? unde hæc omnia, niſi ex dono Euchariſtici Pabuli? quam parum enim lux, & tenebræ, ignis, & aqua, magnes, & allium, Arca, & Dagon ſe compatiuntur in uno loco: tam parum immo multo minus Euchariſtica convenit cum vitiis in uno corde. ita expreſſe S. Bernardus: (*ap. Speranz. ſeript. ſel. pa.* 152.) *Si quis veſtrum non ſæpe acerbet ſenſit invidiæ, invidiæ, luxuriæ motus, gentias agat corpori, & Sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo.* Veſtrum eſt, Dilectiſſimi, ut beneficio huic effectui ſtudioſe cooperemini, fugiendo malas occaſiones, coarctando externos ſenſus, reſiſtendo tentationibus, & extremo odio averſando peccatum. Ita vult ſacra regula, & inſtitutum veſtræ Confraternitatis. *Cuſtodite verba pacti hujus, & implete ea.* (*Deut.* 29.)

§. II. *Ad implantationem virtutum.*

6. Alter finis, & ſcopus ſanctæ hujus Confraternitatis eſt impiantatio Virtutum, & propagatio Chriſtianæ perfectionis; exigitur enim a Sodalibus hujus ſancti fœderis, ut non vulgari quodam, ſed ſupra ceteros perfectiore modo vitam inſtituant, ipſaque externa morum compoſitione demonſtrent, ſe eſſe membra piæ hujus Confœderationis. Ad hunc certe ſcopum per le iterum magnam efficaciam habet Euchariſticum Pabulum; quemadmodum enim delicati, acſubtiles cibi generant puriſſimum ſanguinem, & generoſus ſpiritus, id quod in nobiliùm prolibus experimur, qui delicate educati plerumque ſupra vulgum ſunt magis dociles, ac magnanimi: ita ſupernaturalis iſte cibus ſublimes animo inferit ſenſus, excitatque ad generoſas ſui ipſius victorias, & virtutum exercitia: hinc pro nullibi magis contingunt pathetica, ac insignes peccatorum converſiones, quam ad ciathros Communicantium.

7. Quis ſcit? forſan hunc effectum Euchariſtiæ in ſpiritu prævidit Iſaias, ubi in hac verba erupit: *Deus ipſe veniet, & ſalvabit nos.* (*Iſa.* 35.) Et quid fiet per hunc adventum Domini? percipite, quæ ſequuntur: *Tunc ſaliet, ſicut cervus, claudus.* Quis intelligitur per hunc claudum? intelligitur miſer peccator, qui plane in ſemita mandatorum Dei totus plumbeus, & ut ajunt, contractus eſt: Nonne ſuperbus contractura laborat, quia non poteſt caput, & corpus inclinare ad humilitatem? Nonne avarus contractura laborat, quia non poteſt extendere manum ad opem egentium? Monne luxuriosus contractura laborat, quia non poteſt pedem movere ad fugiendas occaſiones peccaminoſas? & ſic de ceteris vitiis differendo, omnis peccator claudus, debilis, & miſer eſt. Ecce autem, cum *Deus ipſe veniet in Sacramento Altaris*, ait ſupra citata Prophetæ verba Doctiſſimus Guilielmus Pariſienſis, (*ſerm. 2. in Feſt. Corp. Chriſti.*) tunc hic claudus, debilis, & miſer peccator in ſemita mandatorum Dei ſaliet, ut cervus: verba laudati Doctoris ſunt: *Tunc ſaliet, ſicut cervus, claudus, ſolliciet peccator ſaliet de vitiis ad virtutem, de mundo ad gloriam.* Tunc ſaliet ſuperbus ad humilitatem, tunc ſaliet tenax ad liberalitatem, tunc ſaliet impudicus ad caſtitatem, tunc ſaliet iracundus ad manſuetudinem &c. Veſtrum eſt, Dilectiſſimi, ut huic efficaci Sacramenti ſtudioſe cooperemini, frequentando ſacram Communionem, adjuvando egenos, viſitando infirmos, multiplicando pias preces, meditando cæleſtia, aliaſque virtutum actus exercendo. Ita vult ſacra Regula, & Inſtitutum veſtræ Confraternitatis: *Cuſtodite verba pacti hujus, & implete ea.* (*Deut.* 29.) &c.

§. III. *Ad confortamentum morientium.*

8. Tertius finis, ac ſcopus piæ hujus Confœderationis eſt confortatio morientium ad ultimum, & periculoſum horæ extremæ prælium. Enimvero Euchariſtia per ſe iterum efficaciſſima eſt ad roborandos agonizantes contra infernalem adverſarium; quemadmodum enim lorica, galea, & clypeus pugilem roborat ad pugnam; ita ſacroſanctum Viaticum mire confortat morientes ad luctam ultimam.

9. Deum immortalem! quis non toto corde exhorreſcat, cum ultimæ hujus luctæ pericula cogitat? ibi certe infernalis inimicus, *ſciens, quia modicum tempus habet*, (*Apoc.* 12.) artes ſuas, machinaſque omnes convocat, tentationes concitat, in morientis ruinam: proponit homini præterita, præſentia, & futura: *præterita* quidem, id eſt, peccata omnia; totumque ſceleratum catalogum a prima juventute commiſſorum. Eheu! quantus eſt horror agonizantis, cum intuebitur totius vitæ noxas, & ex altera parte de vera pœnitentia, & remiſſione nec erit ſecurus? *Præſentia* autem, id eſt, vanitatem rerum mundanarum, & finem temporis. Eheu! quantus erit horror agonizantis, cum viderit voluptates tenerrime amatas jam eſſe deſcendas, & cum incognitis æternitatis regionibus commutandas! Denique *Futura*, id eſt, erectum Judicis tribunal, & vel præmiorum, vel

rificio teneſſe: Joſephum Arimathæum induiſſe Sindonem mundam, monumentum novum, & ſaxum myſticum præparaſſe, & poteritis ad hanc Cœnam admiſſi, dicere, quod etiam ex parte veſtri *parata ſunt omnia*. Amen.

Dominica infra octavam Corporis Chriſti.

CONCEPTUS III.

Confraternitati SS. Sacramenti, dum ſæculum ſuum celebrat præleguntur ſtatuta, ac leges, ad renovandum homagium.

Cuſtodite verba pacti hujus, & implete ea, ut intelligatis univerſa, quæ facitis. Deut. 29.

EXORDIUM.

Apud Romanos fiebat renovatio fœderum ita oportet renovari homagium Confraternitatis.

1. ANtiqua Romanorum Reſpublica, potentiſſimis gentium Dominatrix, ſolebat exteros populos in amicitiam, ac fœdera recipere; quæ deinde certis temporibus debebant renovari: ſollemnitas erat in paucis pompoſiſſima; primo quidem in publico foro coram univerſo Senatu ſtentoria voce prælegebantur leges, ac pacta; tum exterarum Gentium Legati præſtabant homagium una cum pretioſis muneribus; denique feſtivo populi applauſu inter tympanorum, lituumque jubila ſollemnitas claudebatur. Dilectiſſimi Auditores! ante centenos jamjam annos noſtri Majores cum Domino Deo, & etiam inter ſe ad heroicum Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti pepigerunt fœdus laudabiliſſimum, & utiliſſimum: laudabiliſſimum; quia finis, ac ſcopus illius unice tendit ad animarum ſalutem: utiliſſimum vero; quia ſancta hæc confœderatio per elapſum ſæculum innumera nobis a Deo impetravit tam corpore, quam animo tenus beneficia. Quid agitis? qua gratitudine Divinam Liberalitatem compenſatis? an non lubet renovare fœdera, reſuſcitare pacta, reſtaurare amicitiam? Verum quid imprudens interrogo? hoc idem intentum eſt, quo in hoc templo hodie comparetis: nempe, ut primum veſtræ Confœderationis ſæculum, receptaque per id temporis beneficia feſtiva cum exultatione, humilique cum gratitudine celebretis. Videor mihi intueri flammatæ corda veſtra, quæ Euchariſtico Numini, inſtar gratiſſimi muneris, offerre: video puratas linguas, & ora, quibus de novo Sacramentum dicere, & ſub has ſanctæ Confœderationis leges jurare deſideratis. Reſte, ſancte, laudabiliter facitis. Non dubito ego, quin in cæleſti curia inter ſanctos Angelos, & præſertim inter fratres, ac ſorores, qui ex hac alma Confraternitate ad beatam patriam jam tranſierunt, ingens jubilus ad veſtra pietatis ſtudia exoriturus, ipſique Deus jumenta denuo beneficia ad futuri ſæculi decurſum vobis deſtinaturus ſit.

2. *Propoſitio.* Mearum autem partium, ut non otioſus feſto interſim, mearum, inquam, partium erit, ut ſanctas Confraternitatis leges vobis prælegam, refricemque memoriam eorum ſtatutorum, ad quæ vi ſancti hujus pacti obſtringimini. Quid poſſem magis proficuum, magiſque neceſſarium in rem noſtram hodierna die agere? Hunc in finem ante omnia inculcata vobis volui verba prothemate adducta: *Cuſtodite verba pacti hujus, & implete ea, ut intelligatis univerſa, quæ facitis.* (*Deut.* 29.) Favete.

Confraternitas inſtituta eſt ad quadruplicem finem.

3. *Diviſio.* Si ex impreſſo Sodalium libello Majorum noſtrorum mentem, quam in inſtitutione ſanctæ hujus Confraternitatis nobis teſtatam reliquerunt, indago, prima ſtatim fronte video, eos ſibi quadruplicem finem præfixiſſe: Primo inſtituta eſt hæc Confraternitas SS. Sacramenti ad extirpationem ſcelerum, ſecundo ad impiantationem Virtutum, tertio ad morientium confortamentum, quarto ad mortuorum ſolatium. Et in hoc ipſo quadruplici fine funduntur Dei beneficia, nobis per elapſum ſæculum largiter collata; quippe ingens Dei beneficium eſt præſervari a peccatis; ingens Dei beneficium eſt, dirigi ad Chriſtianam perfectionem; ingens Dei beneficium eſt confortari in mortis agone; ingens Dei beneficium eſt, eripi e purgantibus pœnis. Jam ordine de quaterno hoc fine procedemus. Audite verba pacti hujus, & tacite ea. (*Jerem.* 11.)

§. I. *Ad extirpationem ſcelerum.*

4. *Confirmatio.* Primo inſtituta eſt Sanctiſſimi Sacramenti Confraternitas ad extirpationem ſcelerum: & ad hunc certe ſcopum non eſt efficacius remedium, ſacroſancta Euchariſtia; quemadmodum enim de cervo dicitur, quoddam algum, aut paludoſum locum ingreditur, ſerpentes omnes, chelydros, bufones, ſcorpiones, & quidquid venenatorum animalium ibi recubat, in fugam agat; ita Euchariſticus Deus, ſi per dignam ſumptionem cor hominis ingreditur, tamquam meſſenale antidotum, omnia vitiorum inſecta propulſat. Edoceamur hanc veritatem e Scriptura.

5. Mirabilia ſunt, quæ Deus beneficia contulit populo Iſrael: eripuit eos e ſervitute, ditavit ſpoliis Ægyptiorum, duxit per mediam mare, delevit inimicos, conſervavit eorum veſtes, nutrivit eos cæleſti Manna: præ ceteris autem admirandum videtur, quod Pſalmiſta affirmat; *Non erat in tribubus eorum infirmus:* (*Pſal.* 104.) Eſtne poſſibile? Numerus Iſraelitarum erat ultra ſexcenta hominum millia, & qui fieri potuit, ut in tanta multitudine hominum, præſertim eorum, qui perſecutionibus, viarum incommodis, multiſque malis erant fatigati, nec unicus infirmaretur? quæ ratio tam univerſalis valetudinis? Tertullianus (*ap. Bartſerm.* 70. n. 8.) virtutem hanc refundit in Manna, inquiens: *Populus in eremo Manna cibatus, ad inſtar æternitatis redactus eſt.* Jam a figura ad figuratum oculos transferamus. Si veteri illi pani inſuit virtus pellendi ægritudines corporum, quanto magis Euchariſtico Pani aſſerenda eſt virtus pellendi infirmitates animarum, videlicet vitia, & pravos affectus! O mi Sodalis, an non in temetipſo experiris hunc effectum? unde, quæſo, eſt, quod nunc facile ſiſperare valeas, quæ olim tibi tam dura videbantur? unde eſt, quod nunc paſſiones, de quarum rebellione multoties conqueſtus es, rationi ſubditas eſſe ſentias? unde eſt, quod tentationes infernalis inimici quotidie magis decreſcere experiaris? unde eſt, quod excuſſa conſcientiæ ſarcina, modo cor circumferas ſpirituali gaudio plenum? unde hæc omnia, niſi ex dono Euchariſtici Pabuli? quam parum enim lux, & tenebræ, ignis, & aqua, magnes, & allium, Arca, & Dagon ſe compatiuntur in uno loco: tam parum immo multo minus Euchariſtica convenit cum vitiis in uno corde. ita expreſſe S. Bernardus: (*ap. Speranz. ſeript. ſel. pa.* 152.) *Si quis veſtrum non ſæpe acerbet ſenſit invidiæ, invidiæ, luxuriæ motus, gentias agat corpori, & Sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo.* Veſtrum eſt, Dilectiſſimi, ut beneficio huic effectui ſtudioſe cooperemini, fugiendo malas occaſiones, coarctando externos ſenſus, reſiſtendo tentationibus, & extremo odio averſando peccatum. Ita vult ſacra regula, & inſtitutum veſtræ Confraternitatis. *Cuſtodite verba pacti hujus, & implete ea.* (*Deut.* 29.)

§. II. *Ad implantationem virtutum.*

6. Alter finis, & ſcopus ſanctæ hujus Confraternitatis eſt impiantatio Virtutum, & propagatio Chriſtianæ perfectionis; exigitur enim a Sodalibus hujus ſancti fœderis, ut non vulgari quodam, ſed ſupra ceteros perfectiore modo vitam inſtituant, ipſaque externa morum compoſitione demonſtrent, ſe eſſe membra piæ hujus Confœderationis. Ad hunc certe ſcopum per le iterum magnam efficaciam habet Euchariſticum Pabulum; quemadmodum enim delicati, acſubtiles cibi generant puriſſimum ſanguinem, & generoſus ſpiritus, id quod in nobiliùm prolibus experimur, qui delicate educati plerumque ſupra vulgum ſunt magis dociles, ac magnanimi: ita ſupernaturalis iſte cibus ſublimes animo inferit ſenſus, excitatque ad generoſas ſui ipſius victorias, & virtutum exercitia: hinc pro nullibi magis contingunt pathetica, ac insignes peccatorum converſiones, quam ad ciathros Communicantium.

7. Quis ſcit? forſan hunc effectum Euchariſtiæ in ſpiritu prævidit Iſaias, ubi in hac verba erupit: *Deus ipſe veniet, & ſalvabit nos.* (*Iſa.* 35.) Et quid fiet per hunc adventum Domini? percipite, quæ ſequuntur: *Tunc ſaliet, ſicut cervus, claudus.* Quis intelligitur per hunc claudum? intelligitur miſer peccator, qui plane in ſemita mandatorum Dei totus plumbeus, & ut ajunt, contractus eſt: Nonne ſuperbus contractura laborat, quia non poteſt caput, & corpus inclinare ad humilitatem? Nonne avarus contractura laborat, quia non poteſt extendere manum ad opem egentium? Monne luxuriosus contractura laborat, quia non poteſt pedem movere ad fugiendas occaſiones peccaminoſas? & ſic de ceteris vitiis differendo, omnis peccator claudus, debilis, & miſer eſt. Ecce autem, cum *Deus ipſe veniet in Sacramento Altaris*, ait ſupra citata Prophetæ verba Doctiſſimus Guilielmus Pariſienſis, (*ſerm. 2. in Feſt. Corp. Chriſti.*) tunc hic claudus, debilis, & miſer peccator in ſemita mandatorum Dei ſaliet, ut cervus: verba laudati Doctoris ſunt: *Tunc ſaliet, ſicut cervus, claudus, ſolliciet peccator ſaliet de vitiis ad virtutem, de mundo ad gloriam.* Tunc ſaliet ſuperbus ad humilitatem, tunc ſaliet tenax ad liberalitatem, tunc ſaliet impudicus ad caſtitatem, tunc ſaliet iracundus ad manſuetudinem &c. Veſtrum eſt, Dilectiſſimi, ut huic efficaci Sacramenti ſtudioſe cooperemini, frequentando ſacram Communionem, adjuvando egenos, viſitando infirmos, multiplicando pias preces, meditando cæleſtia, aliaſque virtutum actus exercendo. Ita vult ſacra Regula, & Inſtitutum veſtræ Confraternitatis: *Cuſtodite verba pacti hujus, & implete ea.* (*Deut.* 29.) &c.

§. III. *Ad confortamentum morientium.*

8. Tertius finis, ac ſcopus piæ hujus Confœderationis eſt confortatio morientium ad ultimum, & periculoſum horæ extremæ prælium. Enimvero Euchariſtia per ſe iterum efficaciſſima eſt ad roborandos agonizantes contra infernalem adverſarium; quemadmodum enim lorica, galea, & clypeus pugilem roborat ad pugnam; ita ſacroſanctum Viaticum mire confortat morientes ad luctam ultimam.

9. Deum immortalem! quis non toto corde exhorreſcat, cum ultimæ hujus luctæ pericula cogitat? ibi certe infernalis inimicus, *ſciens, quia modicum tempus habet*, (*Apoc.* 12.) artes ſuas, machinaſque omnes convocat, tentationes concitat, in morientis ruinam: proponit homini præterita, præſentia, & futura: *præterita* quidem, id eſt, peccata omnia; totumque ſceleratum catalogum a prima juventute commiſſorum. Eheu! quantus eſt horror agonizantis, cum intuebitur totius vitæ noxas, & ex altera parte de vera pœnitentia, & remiſſione nec erit ſecurus? *Præſentia* autem, id eſt, vanitatem rerum mundanarum, & finem temporis. Eheu! quantus erit horror agonizantis, cum viderit voluptates tenerrime amatas jam eſſe deſcendas, & cum incognitis æternitatis regionibus commutandas! Denique *Futura*, id eſt, erectum Judicis tribunal, & vel præmiorum, vel

pœnarum incertitudinem. Ehen! quantus erit horror agonizantis, cum viderit jam de omnibus totius vitæ actionibus dandam esse rationem, nec sciet, quæ secutura sit felix, aut infelix sententia? Profecto ob ejusmodi horrores videmus in morientibus sæpe mirabiles mutationes vultus, tristitiam, sudores, suspiria, & vehementis angustiæ argumenta. Quæ medicina huic malo? quod remedium miseris? nullum efficacius, quam Dei Eucharistici Sacrosanctum Viaticum. Ita S. Cyprianus: (*l. 1. Epist. 2. alias Epist. 54.*) *Quæ tutior esse contra adversarium valemus, munimenta Dominicæ fœderitatis armemus.* Si Deus pro nobis, & cum nobis, quis contra nos? Ille Deus, qui Noemum e diluvio, Lothum e Sodomæ incendio, Jacobum e manibus Esau, Israelitas e tyrannide Pharonis, Danielem e lacum leonum eripuit, ille, ille, si pro nobis, quis contra nos? fœviat orcus, & mille insidias struat, non est, quod timeamus: id quod in spiritu prævidisse videtur Psalmista inquiens: (*Ps. 22.*) *Etsi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala.* Quid ais, O David? tu non timebis mala? non flygium hostem? non dolores? non tristitias? *Non timebo.* Quare? *Quoniam tu mecum es:* quoniam tu, O Deus, me potenter confortes: &c. Vestrum sit, Dilectissimi, ut tantæ gratiæ vos dignos reddatis, visitando & consolando infirmos, comitando Venerabile Sacramentum ad ægros delatum, rogando instanter Deum, ut ultimo hoc confortamento vos non destituat. Ita vult sacra Regula, & Institutum vestræ Confraternitatis: *Custodite verba pacti hujus, & implete ea:* (*Deut. 29.*)

§. IV. *Ad solatium mortuorum.*

10. Quartus denique finis, ac scopus sanctæ hujus Confœderationis est liberatio mortuorum e purgantibus pœnis: ita est, caritas hujus sancti Fœderis etiam infra terram in pœnalem carcerem se extendere debet. Et vero hunc effectum iterum per se habet Eucharistia, consolandi afflictas animas in lustrico carcere. Dicite, quo tempore optime sapit refrigerans haustus? nempe in æstu, cum aridæ fauces diuturna siti exuruntur. Ita sitientibus animabus in flammea fornace nihil gratius propinari potest, quam guttula Divini Sanguinis in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento. Hoc Sanguinis potu relocillantur, hoc e suppliciis eripiuntur, ita ut de illo dicta videantur illa Zachariæ verba: *Tu quoque in sanguine Testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu,* &c. (*Zach. 9.*)

11. Mirabile est, quod S. Gregorius in Dialogis enarrat. (*l. 4. Dial. c. 57.*) *Cum Agapitus,* inquit, *Episcopus Panormitanus Romam sub Prædecessore suo vocatus esset, terribili tempestate jactatus, amisit nautam, Baracam nomine, qui post navem regebat cymbulam, quæ rupto fune in fluctibus cum ipso nauta disparuit. Tertio post die navis ipsa miserrime conquassata appulit ad Insulam Ostiam, in qua fuisse Episcopus, a Presbytero sacram Hostiam in missa offerri pro nauta, quem defunctum credebat, resumptoque navi in Italiam properavit, in portu Romano nautam invenit, quem mortuum putabat. Rogat ipsum, quomodo tandiu in mari periculo vivere potuerit? Retulit: se tribus diebus, & noctibus cum cymba fluctibus, deorsumque versatum a fluctibus, ac tandem, cum fame, & siti deficeret, hora illa (qua Sacrum pro anima ejus offerebatur) sibi apparuisse virum, qui panem sibi deferret, qua comesto, vires recepisse, & paullo post navis incognita transitum adfuit, qua me, inquiebat, excepit, & salvum ad portum perduxit. Comperiuntque eadem hora, qua Sacrum fuerat, cum pastum, atque a mari liberatum.* En, Dilectissimi! quod Sacrosanctum Missæ Sacrificium nautæ inter undas profuit, idipsum proderit animabus inter flammas purgantes. Vestrum igitur est, ut ut miseris per preces, & sacra Communionis suffragia liberaliter succurratis: id exigit a vobis sacra Regula, & Institutum vestra Confraternitatis: *Custodite verba pacti hujus, & implete ea:* &c. &c.

12. *Epilogus.* Finem jam dicendi facio, & vobis spiritualem lætitiam in celebrando primo Confraternitatis vestræ sæculo ex animo gratulor: &c. Tu, O Bone Deus! respice benigno vultu pia opera, per integrum faculum a nobis facta: respice peccata extirpata, virtutes implantatas, Communiones frequentatas, animas e purgatorio liberatas. &c. Et nobis porro sanctam tuam Benedictionem largire: demum concede, ut mortem oppetamus in ultimis his verbis, *Laudetur Sanctissimum Altaris Sacramentum.* Amen.

Dominica III. Post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

De gaudio, & amore, quo Christus Dominus amat, ac æstimat peccatorem pœnitentem.

Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam. Luc. 15.

EXORDIUM.

Pollus ovicula, quam pastori gratulandum videatur.

1. PAce tua dixerim, O Divine animarum Pastor! confeo ego non tibi revera, sed potius ovi gratulandum esse; cum melior videatur esse conditio inventæ quam inventoris. Quid enim perdidisti, hac ove perdita? an quidquam ideo Potentiæ, Majestati, ac Felicitati tuæ decessit? Nihil: omnino nihil: *Bonorum meorum non eges.* (*Ps. 15.*) In te ipso sat felix fuisti ab æterno, & fores in æternum absque homine: si mundus universus periret, tam parum tibi noceret, quam nocuit tertia pars Angelorum, quæ periit, &c. Econtra, infelicem oviculam, quæ sine Pastore est! ita enim caret prandio, caret pascuis, caret consortio gregis, caret securitate a lupo &c. Et hæc bona omnia recuperat, dum inventa est: repeto ergo, quod dixi, potius oviculæ gratulari oportet, quam inventori. Christiani Auditores! dicite, cur Pastor sibi magis, quam oviculæ congauderi cupit, id est (ut non de cortice, sed de nucleo parabolæ loquamur) cur Christus Dominus sibi potius, quam peccatori recens converso applaudi desiderat? Nescitis Mysterium?

Cur Christus sibi gratulari cupiat?

2. *Propositio.* Ergo ego explicabo, dicamque in præsenti dissertatione, id ideo fieri; quia Christus Dominus gaudium omne collocatum habet in conversione peccatorum: hos amat, hos æstimat, hos quærit, his amice conversatur, adeo, ut fere dixerim cum S. Chrysostomo (*hom. 22. de pœnit.*): *Non sic infantes amator dilectam amat, ut Deus pœnitentem animam.* Quem fructum ex hoc discursu quæram, in fine patebit. Favete.

Peccatores Dei Filium de cælo in terram traxerunt.

3. *Confirmatio.* Celebris est controversia inter Theologos, an, Adamo non peccante, Christus Dominus in hunc mundum venisset? Negat S. Thomas, asseritque, si Proto-Parentes in originali innocentia perseverassent, Dei Filium neutiquam fuisse venturum, quam sententiam S. Bonaventuræ Fidei, ac Scripturæ magis conformem commendat: Fidei quidem; quia in symbolo Niceno profitemur: *Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlo;* Scripturæ autem, quæ multis in locis hanc nobis veritatem insinuat: *Venit filius hominis quærere, & salvum facere quod perierat.* (*Luc. 19.*) *Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere.* (*1. Tim. 3.*) *Misit Deus Filium suum factum ex Muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret.* (*Gal. 4.*) Immo ipse Dei Filius lateri visus est: *Non veni vocare justos, sed peccatores.* Quodque verbo testatus est, opere palam fecit, dum primis in cunabulis confestim pastores illius Regionis, mox Magos Orientis, id est, peccatores, quorum amore de cælo descenderat, vocavit. En, amor peccatorum Dei Filium de cælo traxit.

Christus ut plurimum versatur inter peccatores.

4. Ab eo tempore, id est, a stabulo Bethleemitico per omnem vitam, & præsertim per ultimum prædicationis triennium usque ad crucem, ubi plurimum versatus est? inter peccatores: famvit quidem agrotos innumeros, illuminavit cæcos, erexit claudos, mundavit leprosos, liberavit dæmoniacos, curavit paralyticos, mutis loquelam, surdis auditum, mortuis vitam reddidit; sed non hos miraculose

sanatos, non Chananæam, non Lazarum, non filium viduæ potentiæ suæ testes circumluxit, sed Magdalenam, Zachæum, Matthæum peccatores, ut ostenderet mundo, hos thesaurum suum esse, magisque se gloriari peccatorum consortio, quam prodigiosa illa, quam miseris exhibuit, virtute. Non nego quidem inter Christi consortium fuisse etiam innocentes, uti Joannem, aliosque: id tamen asseverare ausim, Christum Dominum majorem confidentiam, & æstimationem spirasse erga peccatores, quam erga innocentes. Utrumque assertum facile demonstro.

Christus majorem confidentiam habet erga peccatores, quam innocentes.

5. Majorem quidem confidentiam habuisse Christum erga pœnitentes, quam innocentes, testis esse potest Apostolus Petrus: Is in ultima Cœna, nescio, quo metu absterritus, non ausus est interrogare Divinum Magistrum, quis futurus esset infelix ille proditor, sed ad expiscandum hoc arcanum Joannem subornavit, (*Joann. 13.*) Post resurrectionem autem Dominicam ille ipse Petrus audacter, & confidenter Christum interrogat, quid in posterum de Joanne futurum sit: *Hic autem quid?* (*Joann. 21.*) Unde Petro crevit animus? Unde interrogationis confidentiam modo plus, quam antea sibi licitam putat? Nempe propter peractam trinæ negationis pœnitentiam: innocenti non licuit tanta confidentia, quæ licuit pœnitenti. Ita affirmat Chrysostomus (*hom. 87. in Jo.*): *Petrus post negationem, & pœnitentiam efficacit se habere majorem fiduciam ad Christum.*

Ac majorem æstimationem.

6. Sed & alteram asserti partem demonstrare incumbit, videlicet Christum majorem æstimationem spirare erga peccatores, quam innocentes. Id dum ago, iterum Petrum in testem voco. Christus Dominus illi diserte turpissimum lapsum prædixit: *Antequam gallus cantet, ter me negabit* (*Matth. 26.*); prævidit illius defectionem, prævidet trinam negationem: & tamen eumdemmet Petrum in Apostolici Collegii caput constituit: *Tu aliquando conversus confirma fratres tuos,* (*Luc. 22.*) O Divine Redemptor, quid agis? Nonne bene nosti, quæ qualitates requirantur in eo, qui ad regendos cæteros deputatur? certe gentium Doctor, dum inquisitionem instituit de homine digne ad Episcopatum promovendo: reflexe exigit, ut suimet domui præsse calleat: *Si enim domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei curam habebit?* (*1. Tim. 3.*) En, Petrus suum ipsius negotium agere nescit, perdidit se, negavit se, & tu gubernationem Ecclesiæ illi committis? an non aptius ad id muneris evehere poteras Joannem tum, innocentem, fidelem, peccati expertem, dilectum tuum? *Erat recumbens unus*

ex Discipulis ejus in sinu Jesu, quem diligebat Jesus. (*Joann.* 13.) Verum ecce, Auditores, adeo æstimat Christus peccatores, ut Petrum Joanni præferat, & hanc muneris eminentiam conferat potius pœnitenti, quam innocenti. Ideo sicut Arnobius, (*in Ps.* 138.) & S. Chrysost. (*apud Julian. die Mart. post Dom.* 1. *Quadr.*) *Magister gradus recidit ut Petro ploranti, quam denegando fuerat sublatus.* Hanc majorem æstimationem Christi erga peccatores probe noverat ipsimet Justi, & innocentes: ideo semper peccatoribus cesserunt præcedentiam adeundi Christum. Ita Joannes, utut ad sepulcrum *præcucurrit citius Petro.* (*Joann.* 20.) tamen Petrum in sepulcrum introire prius permisit: *Venit Simon Petrus sequens eum, & introivit.* Et Martha, cum Dei Filius venit in castellum, non prior ipsa in occursum Domini ruit, sed sororem Magdalenam id facere admonuit: *Magister venit & vocat te.* (*Joann.* 11.) Nimirum ita argumentabatur apud seipsam: Ego innocens sum, non peccavi unquam; Magdalena autem peccatrix est, & pœnitens est. Cum ergo Christus plus æstimet peccatores, quam innocentes, oportet, ut ille a persona digniore salutetur, & excipiatur: *Magister venit, & vocat te.* &c.

Christum in monte Oliveti Angelum confortantem habuit, non vero in cruce, cur?

7. Quid dicam de immenso gaudio, quod Christus Dominus capit ex conversione peccatorum? hoc certe tantum est, ut fere diverim, amarissimi suæ Passionis dolores haud adeo potuerint illum affligere, quantum contra ex conversione peccatorum hausit consolationis. Consideremus hanc in rem ingeniosam Eusebii Emissæni, & S. Chrysostomi animadversionem, (*ap. Bonherr. Dom.* 8. *Quadrag.*) Quando Dei Filius in horto Gethsemani horribili agonia usque ad sanguineum sudorem stillicidabatur, ecce, adfuit cælestis Genius, qui luctanti solatium tulit; & contra, quando in Cruce extremis animi, corporisque doloribus afflictus, vulneratus, despectus, derelictus pependit, nec ullulam exceptis consolationis a Patre obtinuit. Quare? qua causa subest? audiamus citatos Interpretes. In horto Christus Dominus omni penitus solatio caruit; ideo Angelo confortante opus habuit: Econtra in cruce non omni prorsus solatio destitutus fuit; latronem enim pœnitentem habuit: ideo Angelo non indigebat. Verba Chrysostomi sunt: *At Angelo descendente de cælo confortatur in horto: a latrone pœnitente Christus confortatur in cruce.* O Bone Deus! ergone impius latro tibi in vicem Angeli fuit? ita est, Auditores, & quod magis mirandum est, hunc ipsum latronem præstulit suis sequacibus, & Apostolis; quia non tantum mortis, sed & triumphi consortem, ac in paradisum ducem habere voluit: Paullo ante triumphalem crucis luctum dixit Christus Dominus ad Petrum: *Non potes me modo sequi, sequeris autem postea.* (*Joann.* 13.) E contrario latroni promisit: *Hodie mecum eris in paradiso.* En, latronem præfert Apostolo; quia majori sibi gloriæ duxit latronem secum assumere in paradisum, quam Apostolum. Tantus est amor Christi, tanta æstimatio, tantumque gaudium de peccatore pœnitente: &c.

Peccatum omni modo fugiendum, & pœnitentia amplectenda est.

8. Hæc cum ita sint, inquiet nonnemo, gaudeo, quod & ego peccator sim; quia sum in eorum numero, quos Christus amat, ac æstimat; immo si necdum satis peccator sum, studebo deinceps esse, ut tanto magis amorem, ac æstimationem Christi firmari sciam. O Christiane anime, non ita, non ita: paradoxa est hæc conclusio, nedicam impia. Longe ego aliam conclusionem formo. Christus Dominus amat peccatores pœnitentes: ergo omni modo peccatum fugiendum, & pœnitentia amplectenda est; non enim de *errabunda* ovicula lætatur Divinus Pastor, sed de *inventa*; neque dixit, congratulamini mihi, quia perdidi ovem, sed, quia inveni.

9. *Epilogus.* O Christiana pectora! per ego vos igitur hanc ipsam Divini Pastoris amorem objecto, & obtestor, ut & vos inter inventas oves esse studeatis, id est, ut ejurato peccato, seriam agatis pœnitentiam; facite, obsecro, Christo hanc lætitiam; & ego ansam capiam Christo Domino magna cum exultatione gratulandi: ille vero animum, tanquam inventam ovem suam, in humeros assumet, Angelis suis, totique cælesti curiæ ostendet, percunque sibi applaudi: *Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam.* Inveni, ut infernali lupo eripiam; inveni, ut in opima pascua Divinæ consolationis adducam; inveni, ut in cælestem ovile illam colligam, & æterna beatitate coronem. Amen.

Dominica III. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

De admirabili Christi Domini Misericordia erga peccatores.

Hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Luc. 15.

EXORDIUM.

Christus habet quasi sympathiam erga peccatores, quia in his habet occasionem exhibendi suam Misericordiam.

1. EX eo, quod magnes indesinenter ferro adhærere desideret, ab illo acre avellitur, & liquidem vi avellitur, languescere, ac emori incipit, bene angitur inter ferrum, & magnetem congenitum quendam, & sympatheticum amorem intercedere. Quid hodie video? Jesum video inter medios peccatores. Res admiranda! quacies fere Evangelium aperio, toties Benignissimum Redemptorem in publicanorum, & peccatorum consortia deprehendo. Vix mundum ingressus est, & jam a primis Nativitatis incunabilis peccatores vocare iisque usque ad vitæ finem familiariter conversari solitus est, uti animadvertit Chrysostomus: (*in Psal.* 50.) *Cum venisset, statim quosdam vocavit, magos nempe: quem autem post illos? Publicanum: post hunc meretricem, post illam latronem, post eum quem? blasphemum.* Tota vitæ Christi non fuit, nisi una cum peccatoribus amica conversatio; in illius sequacium turba fere non alios, nisi peccatores cerno: video Zachæum, video Matthæum, video Magdalenam, video adulteram, video Chananæam, video Samaritanam, video Petrum fleotem, video tandem latronem pœnitentem: fuitque hæc tam admiranda familiaritas, ut hodie Pharisæi, illi nasuti Salvatoris criminatores, eum hac de causa acerbe traxerint: *hic peccatores recipit, & manducat cum illis.* Quæso, quæ conventio Christi cum Belial? quæ societas Dei Filio cum sceleratis? Christiani Auditores: Puto ego, quod inter Christum, & peccatores sympathia quædam, similis illi magneticæ, intercedat; non auderem talia eloqui, nisi hanc opinionem ex Consilio Ephesino (*quarto*) hausissem: *Inexhausta Christus misericordia, & sympathia pollet erga peccatores.* Quare autem, qua de causa usque adeo amat Christus conversari cum peccatoribus? certe non alia de causa, nisi quia apud hos occasionem invenit exhibendi suam misericordiam, quam plane præ ceteris omnibus Divinis attributis amat, & æstimat. Creavit cælum, & in hoc demonstravit suam Magnificentiam; produxit sidera, & in his ostendit suam Sapientiam; condidit terram, & in hac exhibuit suam Omnipotentiam; punivit Angelos, & in his manifestavit suam Justitiam. Quænam autem est illa creatura, in qua magnificare valet suam Misericordiam? sunt miseri peccatores.

2. *Propositio.* Dilectissimi Auditores! agamus hodie de admirabili misericordiæ Christi erga peccatores: consideremus opera Dei: plane non adeo, puto, innocentes sumus, ut non interdum peccata nostra animum lancinent, pungant, deprimant; Erigamus ergo animum ad seriam commissorum pœnitudinem, ad quam potentior stimulus vix esse potest, quam consideratio admirandæ Bonitatis, benecentiæ, ac caritatis, qua Deus fertur erga miseros peccatores. Favete.

3. *Divisio.* Sanctus Laurentius Justinianus (*de triumph. Chr. Agone c.* 25.) temeritatis arguit illum, quisquis deseribendæ Dei misericordiæ Bonitati linguam, aut calamum applicavit: *Quis verbis explicet, quanta quotidie peccatorum Deus beneficia conferat?* Dein statim subjungit multiplicem modum, quo Deus benignissime ad se trahit peccatores, inquiens, *Blanditiis allicit, muneribus oneret, premit flagellis.* &c. Ne igitur Sancti Doctoris censuram incurram, ex infinito Divinæ Misericordiæ mari tantum has tres guttulas delibabo, oftendendo, quomodo Deus peccatricem animam ad suam salutem *blanditiis alliciat*, quomodo *muneribus oneret*, quomodo *premat flagellis*. Ad rem!

§. I. *Misericors Deus blanditur peccatori.*

4. *Confirmatur.* Primo: *Blanditiis allicit*: quære, mi homo, quis allicit? Creator rerum omnium: quem allicit? creaturam sceleratam: quis allicit? Pater amantissimus: quem allicit? filium degenerem: quis allicit? Dominus cæli & terræ: quem allicit? servum infidelem. Fingamus, quod fingi vix potest, fingamus, inquam, Principum nonneminem, contra quem abjectissimus mediastinus rebellia arma corripuit, subditos ad seditionem commovit, diplomata, & edicta Principis pedibus conculcavit, & data occasione jam strictum pugionem Domini jugulo adhibuit: ecce, dum autem regnum integrum insolitam horum flagitiorum ultionem, & extreme crudelitatis spectaculum, in sceleratissimo flagrione exercendum, exspectat, præter omnium spem mitissimus Princeps nefandum hominem vitæ gratia donat; immo inter amicos, & aulæ optimates adscivit; quæso, quanta tum admiratione hoc inauditæ clementiæ prodigium omnium gentium linguis celebraretur? Hæc tamen, quanta quanta est, clementia, tota Dei est: quid est peccatum, nisi impudentissima rebellio contra Deum? quid agit peccator, nisi conculcat pedibus mandata Dei, eumque, si fieri posset, nolit occidere, in crucem agere vellet? Ecce autem, dum omnes Angeli, totaque cælestis curia Divinæ ultionis crudele spectaculum præstolantur, dum quaterna elementa imperium Dei exspectant, ut trucident, suffocent, concrement, submergant, absorbeant miserum peccatorem, ecce, inquam, benignissimus Deus illi veniam offert, gratiam conversionis largitur, & amicum habere desiderat. O *inauditum misericordiæ genus!* exclamat merito Tertullianus (*ap. Sperang. trall.* 25. *Scripti. fol.*) *summus cum jure nostrum negare posse, & non solum non negare, sed rogare, ut ad eum revertamur!*

Eumque benigne recipit, quamvis ei ipse offensus.

5. Crescit Divinæ Miserationis prodigium ex eo, quod plane nunquam in humanis accidere videmus: In humanis nunquam certe accidit, ut persona offensa ad veniam invitet offendentem: sed ad summum illud contingit, ut delinquens offensionis remissionem impetret, si humili cum submissione, interpositis etiam multorum intercessorum precibus, ad thronum offensi supplicabundus accedat: Veram in Divinis longe aliter se res habet: *Ecce*, ait S. Gregorius, (*Hom.* 43. *in Evang.*) *ipse, quem despeximus, vocat nos.* Quis ipse? nimirum Dominus cæli & terræ: ipse, qui in nulla re hominis in-

diget; ipse cujus felicitati nihil decederet, etiamsi tu, O peccator, & ego, & universus orbis hoc momento essemus interituri; ipse vocat nostram amanter ad gratiam, ad veniam, ut nec pastor oviculam, nec Mater caram sobolem possit blandius ad suam tutelam advocare. O Bone Deus! quid hoc rei? nonne satis foret, si miserum peccatorem ad tuæ clementiæ thronum admitteres, casu, quo ipse supplicibundus inter mille gemitus, & lacrimas accederet, & ta prævenis miserum? tu offers veniam, etiam nondum petitam? O admirabiles Divinæ Bonitatis, ac Clementiæ thesauros! &c. &c.

§. II. *Misericors Deus peccatorem beneficiis cumulat, & quidem eo momento, quo offenditur.*

6. Secundo, ait S. Laurentius Justinianus de Dei Misericordia: *Muneribus emicat.* Quis oneratur? Deus offensus: quem? hominem offendentem. Et quidem, quod omnem admirationem excedit, sua beneficia effundit in hominem offendentem eo ipso tempore, & momento, quo offenditur. Rex David specialem semper laudem clementiæ, & mansuetudinis in Scripturis tulit, unde ipsimet alt: *Memento Domine, David, & omnis mansuetudinis ejus:* (*Ps.* 131.) sed quæro, quando, & qua occasione maxime suam mansuetudinem demonstravit? an dum Regi Saul pepercit? an dum Semei injurias patienter tulit? sunt etenim hæc magna clementiæ specimina, ait S. Ambrosius, sed majora sunt, dum rebellis filii curam habuit, tantoque fuit erga illum benignior, quanto ille erga Patrem crudelior. Non admiror hic illam Davidis mansuetudinem, quam Absaloni ad intercessionem Belliducis Joab exhibuit, nec illam, qua mortem illius deploravit; sed de illa maxime loquor, qua eo ipso tempore curam illius habuit, quo ille rebellia arma contra genitorem strinxit: David coactus exercitum opposuit rebelli filio: sed expresse noravit, monuitque milites suos, ducesque Joab, Abisæ, & Ethai: *Servate mihi puerum Absalon.* En, admiramini mansuetudinem Davidis, qua illo ipso tempore, quo a filio ad necem quæritur, de filii salute sollicitudinem gerit: ita Ambrosius, (*serm. 14. in Ps.* 118.) hanc super rem eleganter discurrens, inquit: *Inceperat bellica exercitum contra Patrem instruxisse, hinc David, ut parcant filio, abeuntes duces exarat: inde clementia contra genitorem exurgit, hinc clementia, ut parricida parcatur, exposci. Inde furia, hinc pietas operatur: inde infamia tela jaculatur: hinc misericordia secum imponitur, inde crudelitas, hinc benitas offertur.* &c. Etraxi: debuissem dicere admiramini mansuetudinem Dei, qua eo ipso temporis momento, quo gravissime injuriantis curam gerit, eumque maximis beneficiis liberaliter cumulat. Nega, si potes, mi peccator, nonne ea Ipsa nocte, quam inter ebrietates, interlusus, interblasphemias impie transegisti, Deus salutari rore, ac pluviis agros tuos, ac vineas fecundavit? Nega, si potes, mi peccator, nonne ea aurora, qua in statu peccati lethalis dormiebat, Deus, greges tuos per pascua, apiculas tuas per valles, & campos ad tuum emolumentum deduxit? Nega, si potes, O peccator; nonne eo tempore, quo turpissime mandata Dei transgrediebaris, Deus sacro Præconi textum aliquem, aut sententiam Scriptura suggessit, quam ad tuam conversionem profuturam prævidit? Nega, si potes, mi peccator, nonne eo ipso momento, quo ob flagitiosissimum scelus fulmina, & mortem meditaris, misericors Deus cohibuit Justitiæ jamjam ad ictum propendentis ferulam? ah! negare non potes; hoc enim ipsum est, quod non tam tuo, quam tuo nomine fatetur Bernardus (*de Evang. 7. panam. serm. 2.*) in hæc verba misericordem Deum alloquens: *Ego peccabam, & tu dissimulabas, non continebam a sceleribus, & tu a verberibus abstinebas.* Et alibi: (*De interv. domin. c. 31.*) *Ego protelabam multa tempore iniquitatem meam, & tu pietatem tuam.* &c. &c. O Bone Deus, quis satis admiretur tuam clementiam, qua erga peccatorem benefícus es eo ipso tempore, quo offenderis? ah! hæc certe clementia non hominis, sed solius Dei propria est: &c. &c.

§. III. *Misericors Deus vocat peccatorem flagellis.*

7. Tertio denique: quamvis beneficia Dei necdum emolliant cor obdurati peccatoris, nondum tamen cedit Deus; sed tertium arietem admovet, inquit Laurentius Justinianus, nempe *permixtæ flagellis.* Quibus flagellis? illis, quæ ex ipso peccato ad emendationem peccatoris nectit: solet nonnumquam Deus admirando Bonitatis artificio ex ipso lapsu peccatoris eruere conversionis occasionem, & per easdem semitas, quibus ad ruinam proruit, eum retrahere ad salutem: quid de Longino legitur? crudelissimus erat erga Christum, quia in mortui pectus lancea sæviit. *Unus militum lancea latus ejus aperuit.* (*Joan.* 19.) Verum hæc ipsa crudelitas illi in salutem cessit: Monoculus erat, ut affirmat Isidorus, & a guttula sanguinis, e lanceato Christi pectore prorumpentis, oculi simul, ac fidei lumen recepit, postliminio ab Apostolis baptizatus, Episcopus, & Martyr factus est. *Longinus lucat Salvatoris aperuit, & gutta sanguinis Christi, cum esset altera acula privatus, illuminatus est extra, & latus lumine fidei.* Ita Isidorus. (*ap. Bern. serm. 32. n. 17.*) &c.

Et ex ipsa ulla peccati conversionem ejus ordinat.

8. Verum, omissis hic Scripturæ testimoniis, liceat mihi in medium proferre historiam, quam hanc in rem Sophronius enarrat: (*in prat. spirit. c. 27.*) Juvenis quidam in prima juventute internis animi stimulis ad vitæ sanctioris institutum a Deo vocabatur; sed ille vocanti refractarius infrunitæ libertatis, cupiditatisque allicimentis actus, ita in scelerum præcipitia ferebatur, ut paullo post in omnium vitiorum sentinam demersus sit: præ ceteris tamen sceleribus furto, & rapinis deditus, pecuniam voluptatibus necessariam ex alieno corradere satagebat. Factum est ea in urbe, ut nobilis quædam Virgo emoreretur, quæ pro eo temporum more pretiosissimo vestium ornatu ad tumulum ferebatur: & ecce nequissimus homo opulentæ præsæ spe ausus est sacinus, cujus enarratione exhorresco: nocturno tempore tumulum subiit, demortuæ Virginis cadaver indumentis exuit, nec ipsi adeo mortuali linteo pepercit: Eheu! quid non audet, quid non contemnit peccator, cum in profundum venerit? est sepulcrorum violatio inter gravissima crimina, quæ etiam in foro externo capitali supplicio plectitur, & non potuit prædonem sceleratissimum a nefario ausu cohibere vel pœna statuta, vel ipse sacinoris horror, vel denique loci, aut cadaveris reverentia? Jam præda onustus habiturus erat, cum ecce, (horresco referens) exanime Virginis cadaver, quod hactenus immobile jacuit, erigit se, & fugitivum immo tenens, siste inquit, impie: neque enim fas tibi erit, tam facile revocare gradum, quam descendisse ad mortuos: tune, hominum sceleratissime, ausus manus inferre mortuo, in quam nec vivam ausus est quisquam inferre oculos? quoniam ergo quæsiisti sepulcrum, sepulcrum invenies: non abibis hinc, nisi, cum anima, ad plures abiturus. Exhorruit tum demum, ut par erat juvenis, & ut audiit decretorium mortis sententiam, ad preces & lacrimas converti, vitæ etiam emendationem efficacem polliceri cœpit. Inexorabilis erat Virgo, & juvenis in precibus incessabilis; tenebat illa, & ille per omnipotentis Nomen abitum flagitabat. Denique post prolixas preces, ac lacrimas: *si vis*, ajebat Virgo, *hinc dimitti, permitte te non tantum de hinc ab hit usurarie abstinium, sed insuper sine mora Religionem ingressuram, ac pœnitentiam acturum.* Promisit ille juravitque, ac dimissus, postquam Virgo; recepris spoliis, in tumbam te recepit, mortis tamen continuatura, absque inducias in sacrum Asceterium receptus, delictorum pœnitentiam usque ad felicem obitum produxit. &c. &c.

9. *Epilogus.* Dicite, Auditores: an non verissimum sit, quod Misericors Deus ex ipso peccati veneno pretiosissimam theriacam ad salutem peccatoris conficere soleat? peccavit turpissime iste juvenis, & ex ipso peccato ordinavit Deus ejus conversionis auspicium. Omi peccator, quisquis, & quamvis quantus es, cur ausis diffidere Bonitati Dei, & pusillanimi dejectione in salutis spe vacillare? sh erige animum: non vult Divinus Pastor, ejus dilectissimus, etsi tui nullatenus indigus, vel unicam perire oviculam: *Dominus patienter agit propter nos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti*, ait S. Petrus Apostolus. (*2. Petr. 3.*) Huc confugite igitur, huc lacrimas vestras conferte, huc ad pedes Crucifixi venite exorate: *Hic enim peccatores recepit*, & reducens *ad se, clementissime in filium misericordiæ tollitur.* Amen.

Dominica III. post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Qua ratione detractiones, injuriæ, & Persecutiones hominum malorum fortiter, ac patienter sustinendæ sint.

Et murmurabant Pharisæi & Scribæ dicentes: quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Luc. 15.

EXORDIUM.

Christus Dominus calumnias scribarum & Pharisæorum patienter sustinet; nos verba aculeata fuchse vindicamus.

1. Ergone Divinus mundi Redemptor a maledicorum linguis nunquam potest esse illæsus? Impii hi Scribæ, & Pharisæi, utut plus vitiis scateant, quam olim Ægyptus muscis, norunt tamen alios, & præsertim Christum Dominum continuo in actionibus suis taxare, & pertringere: Nunc illi objiciunt, quod curationes ægrorum in die Sabbathi faciat: nunc quod ejus Discipuli transgrediantur traditiones seniorum: alias eum lapidare conantur, quod se Abrahamum vidisse jactitet: hodie fugillant, quod sit fautor, & conviva peccatorum: verbo semper aliquid erumunt, quod traducant, & criminentur. Quo animo sustinet Dei Filius tot improperia, & calumnias? animo mitissimo: non exardescit indisereto fervore, non regerit convitia, non calumniantibus exprobrat sua menda; non fulmina de cælo vocat; sed inter omnes injurias demonstrat revera mentem prorsus Divinam, ac cælestem: Luna utut nocturno tempore a canibus ullatretur, non tamen a cursu suo cohiberi se sinit: quare? quia sidus cæleste est: ita Christus Dominus, quia animum habet supra terrena longe evectum, & cælestem, non turbari se sinit a maledicorum aculeis; sed opus Redemptionis, ad quod missus est, pergit in impedibili cursu operari. &c. Dilectissimi Auditores! quo tendo per hoc præludium? percipite pauci vi. Tranquillitas hominum publica, & etiam pax domestica summarum ac vicinorum vix per quidquam aliud magis turbatur, quam per linguas maledicorum: quotidie videmus exardescere bella, & lites: quare? ob pauca verba pungentia, ob garritiones sæpe infantes, frivolas, & mulebres. Pro quantum incendium nonnumquam ex modica scintilla! Audit nonnemo aliquid dictum contra se, & ecce, re vix bene, aut etiam male intellecta, in furias agitur, reciprocat convitia in convitiatorem, ejus delicta a multis annis occulta propalat, diu, noctuque vindictæ studet, alios etiam odiis inflammare contendit: interim omittuntur, aut turbato animo perfunctorie aguntur consuetæ devotiones, & plerumque inimicitiæ in diuturna tempora prorogantur.

Vel vera sunt, vel falsa, quæ mihi objiciuntur.

2. *Propositio.* Christianæ animæ: ad tollenda tot mala operæ pretium esse duxi, ut debilibus his stomachis remedium præberem, quo ad exemplum Christi mansuescere, & unum, vel alterum bolum magis arduum fortiter concoquere discant. Quid agitis in hoc mundo? vultis in hac adversitatum patria ab omni cruce, & aculeo esse immunes? actum est; talis homo, qui omnibus placet, nec fuit, nec erit. Favete.

3. *Divisio.* Nolim, Pendilesti, ut me suspectum habeatis, quasi hodie ego adversariorum vestrorum patrocinium suscipere, & pro eorum causa perorare cogitem: Absit a me tanta temeritas. Scitis ego vobiscum, & pro impiis, pro scelestis calumniatoribus habeo, qui ausi sunt contra vos linguas venenatas stringere, & innocentiam vestram serpentinis morsibus arrodere. Verum omnis illa medicina, quam stomachis vestris præscribere intendo, deprompta est ex penu S. Chrysostomi (*ap. Sperani. de Pass. Dom. punct.* 30.) & confitit in hoc uno dilemmate: vel vera tibi objiciuntur, vel falsa? si vera, corrige: si falsa, despice. Tractemus fusius hanc bimembrem interrogationem in nostram utilitatem.

§. I. *Si vera, corrigenda sunt vitia.*

4. *Confirmatio.* Priusquam igitur conquereris, mi Christiane, dicens: inimicum habeo sectatorem, improbum, corruptum, incorrigibilem, qui me pessime tradavit, & de furto, de latrocinio, aliisque criminibus suspectum fecit: priusquam, ajo, in has querimonias erumpas; respondeo, an vera tibi objiciuntur? si vera, corrige: si quæras, quomodo commissa crimina corrigere queas? repono, per hanc ipsam patientiam in sufferendis maledicorum dicteriis. Quia immo ex hac ipsa ratione permisit Deus occultum crimen tuum in lucem venire, ut per improperia hominum castigeris, & hac ipsa castigatione emenderis: cum ergo audis, te hic, aut ibi inter amicos, & vicinos fannis, & sarcasmis fuisse prosciissum; cogita tecum ipso, o Bone Deus, non fit mihi injuria; nam quoniam tibi factus sum infidelis, utique promerui, ut & amici mihi fidem, ac amorem frangant. &c.

5. Quid vides, o Propheta? interrogabat olim Deus Jeremiam: & ille: Domine *Virgam vigilantem ego video*. (*Jerem.* 1.) Mira prorsus responsio: an enim Virgæ solent vigilare, aut dormire? Ita est, ait Cornelius a Lapide, solent vigilare, aut dormire; per virgam enim significatur Potentia, & Providentia Dei, ea ratione, qua per sceptrum denotatur potestas regia. Per hanc virgam solet Dominus Deus castigare nostra delicta, atque ut intelligeremus, quod non casu quodam furore percutiat, sed maxima cum diligentia pœnam commensuret culpæ, virgam hanc vigilantem confpexit Propheta: Auditimus verba Cornelii: (*a Lap. ib.*) *Maximos judicio, & examine verberat, ut magnitudo pœnæ magnitudinem culpæ non superet, nec adæquet*. Ex hac visione Prophetica duplicem tibi doctrinam eruo, mi Christiane; prima est, quod prorsus imprudenter, & inepte conquaeris contra proximum maledicum, aut persecutorem cum: ille enim tantum te habet per modum virgæ, aut baculi, quem manus justæ punientis Dei regit, & usurpat ad plectenda tua delicta: Deus non feriret, nisi tu criminosus esses. Numquam vidisti tapetes, aut sellas virgis, & baculis excuti? ceduntur multis verberibus, ita ut ingens pulveris nubes in altum evolet: quare ceduntur? quia sordidi, ac pulverulenti sunt: si sordibus, & pulvere non scateret; certe virgas, & ictus non recipereat. Ita tecum agitur, mi bone; Deus ad excutiendum vitiorum pulverem utitur proximo tuo, tanquam instrumento: non ille, sed tu ipse in culpa es, quod cædaris. Hunc in sensum ait Augustinus. (*ap. Barc. serm. 13. n. 25.*) *Tribulatio non potest pulverem, sed facit elevare, qui erat*. Altera doctrina, quam tibi eruo, mi Christiane, est, ut hac Dei plectentis verbera non cum furore, & impatientia, sed cum gaudio, & gratitudine excipias; quia sunt ingens beneficium Dei. Quid? an beneficium esse queat, cum a maledicis linguis pungor, tribulor, proscindor? omnino beneficium est; quia in hac vita a peccatorum maculis purgaris, quas alias in altera vita severissimis supplicis lucre debuisses. Quado, truncus ille ligneus, quem statuarius decorticat, amputat, dedolat, si ratione polleret, an pollet pro dentes de ictibus artificis conqueri? plane non: mallet utique in statuam efformari, quam in fornace ardere: ita & tu, si sapis, malle debes hic, quam ibi purgari. Vis, ut geminæ hujus doctrinæ exemplum proferam?

6. Davidem cogita: fugitivus Rex ab inimico Semei verbis opprobriosissimis, & etiam lapidibus impetebatur: aderant aulici, & inter eos Abisai, qui maledicentem in vestigio gladiis jugulare volebant; & ecce obstitit Rex, & excusavit perversum Semei dicens: (*2. Reg. 16.*) *Dominus præcepit ei, ut malediceret Davidi*. En, mi Christiane, pientissimus Rex culpam non refundit in maledicentem; sed eum contemerat, ut instrumentum Divinæ voluntatis. Alia vice, cum duces suos in bellum abiegaret, contra rebellem filium, lacrimabundus rogavit eos: *Servate mihi puerum Absalon*. (*2. Reg. 18.*) cur servari rogavit impium & mille mortibus dignum? quia persecutionem Absalonis sibi persquam utilem contulerat ad emendæ peccata. En, mi Christiane, pientissimus Rex persecutorem suum non pro hoste, sed pro benefactore habuit. O quam procul tu abes a Sanctorum sensu, & virtute: David in omnibus adversis cogitabat: Meritus sum, meritus sum propter mea peccata: igitur & tibi ad quodvis verbum injuriosum non intemperanter exardescendum, sed cogitandum est: *Meritæ hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum*. &c.

§. II. *Si falsa, despicienda sunt convitia.*

7. Jam ad alteram Chrysost. (*ubi supra.*) interrogationem pergamus: Mi Christiane, priusquam conquereris contra maledicentium linguarum, dic, an falsa tibi objiciuntur? si falsa, despice: quæris quomodo, qua de causa despicienda sint? Respondeo, hoc ipso, quia falsa sunt. *Crucientur stolti*, Canit Ovidius (*4. Fastorum.*) *fama mendacis ridet*: contra sagittas malæ linguæ non est lorica melior, quam bona conscientia: hinc Seneca (*lib. de Morib.*) ait: *Super ast conscientia, quidquid male finxerit lingua*.

8. Postquam Filii Jacob, qui contra fratrem Josephum parricidialis impietate peccaverant, coempto tritico cum saccis, & asinis ex Ægypto abierunt, misit Josephus Prorex dispensatorem domus, præcepitque illi, ut fratres de furto scyphi, quem de industria in sacco Benjamini clam abiconderat, severe arguerent: fecit, ut jussus est dispensator, persecutus est itinerantes, illisque audere exprobravit: *quare reddidistis malum pro bono?* (*Gen 44.*) & ecce incepiebant, expalluerunt, & perditos se arbitrabantur, excepto Benjamin, qui oculum non mutavit, quamvis scyphus in ejus sacco fuerit inventus. Cur autem non exparit? audite Theodoretum (*in hunc loc.*): *Omnes turbati sunt, præter Benjamin, unde ostensa est testimonii conscientiæ potestas*. Habet hoc privilegium bona conscientia, quod cum inspit se quavis turbentur, continua pace etiam inter bella fruatur, & inter ferocissimas pessiones intrepida, ac constans perseveret. Mi Christiane: oblatret tibi hominum malitia, quidquid velit; si innocens es, lætare tranquillitate conscientiæ, de qua Bernardus (*lib. de Consider.*): *Necessum est verborum motus, nec lamna renum*.

9. Bene se habeerat omnia, ait nonnemo; verum nisi contra obloquentes pro mea fama decertem, ab omnibus nocens existimabor. Existimaberis, quid tum? qui Christiana toritudine semei decrevit spernere hominum dicteria, facile etiam contemnet hominum judicia. Quid nocent tibi fallaces mundi sensus, si coram Deo sis innocens? sicut umbra murum album non commaculat, ita maledicorum figmenta nullum tibi nævum aspergunt. Quin immo si patienter præferas, si generose eum risu, & videndo despicias contumeliam, confitebes ubique Christianæ fortitudinis, & innocentiæ nomen; sciunt enim omnes, (autem probi (ceteri omnino curanti non sunt) sciunt, inquam, quod affirmat Seneca (*de tranquillit.*) *Facile sæpe posse famam, conscientiam nunquam*. S. Athanasius Alexandrinorum Patriarcha sanctissimus (*Nicæn. 2. Mojs.*) coram numeroso Episcoporum Concilio, tanquam proditor patriæ, tanquam sicarius, tanquam venenicus, publice fuit accusatus: quid illi nocuerunt calumniæ? nihil. Deo caussam illius agente, accusatores in rubore dari, ille summo in honore habitus fuit. S. Gregorius Nazianzenus a tumultuosa plebecula ad Judicis tribunal raptus, & tanquam publicæ pacis turbator (*Rhaden. 3. Mojs.*) ad necem postulatus fuit: quid nocuerunt illi calumniæ? nihil: a judicibus pro innocente declaratus, ibi invenit honoris testimonium, ubi metui poterat famæ dispendium. S. Augustinus a Manichæo Secundino hæresiarcha impiissimo decumanis diffamationibus, & opprobriis publice fuit prosciissus: quid illi nocuerunt calumniæ? nihil: sua innocentia erat solatium Augustini, (*lib. contr. Secundin.*) dicentis: *Scanti de Augustino quod libet, sola me conscientia non accusat*.

10. Eamus, visitemus illam turrim Papiensem: quis ibi incarceratus? Boethius est, virorum maximus, dignitate consularis, nobilitate, eruditione, sanctimonia supra mille alios conspicuus; a Rege Theodorico ad æternos carceres damnatus: quid agit? quo animo sustinet inimicam sortem? animo tranquillissimo, ita ut aliis consoletur, & consolationes per quatuor libros extendat: ubi alii plangunt, ille cantat versus, qui omnem dolorem incantare possunt. Eamus, visitemus ascem Londinensem: quis ibi? Thomas Morus Angliæ Cancellarius per quadraginta annos optime meritus, sincerissimus, pientissimus. Jam quia noluit fieri proditor veritatis, factus est scopus, in quem omnium odia collimant: porro in carcere tam parum congaudet cor illius ab arctitudine loci, ut rideat aliorum lacrimas, & per plateas ad mortem ductus, sanctas facetias spargat. Eamus, visitemus illud castellum: quis ibi? Maria Stuarta, Angliæ & Scotiæ Regina in æruminoso viginti annorum carcere ab impia cognata Elisabetha detinetur: Morti adjudicata, ut feralem sententiam sibi prælegi audivit, nec in minimo turbata, scenam instrui mandavit, familiatem servorum magis fidelium bibit, testamentum relegit, calentissimam fudit orationem, & in ipso theatro, ejus neci destinato, vultu serenissimo solata est eos, qui lacrimabundi sibi compatiebantur. Tacco plura Christianæ generositatis spectacula: &c. &c.

11. *Epilogus.* En, mi Christiane, hoc vultu, hac animo excipiebant Sancti injurias, dum tu interim ad minimum verbi aculeum, sæpe male intellectum fere in rabiem exardescis, viciniam omnem lamentis fatigas, & ad odia, ad bella clamorum canis. An Christianus es? sum, inquis: an nescis Christianorum esse pati? an non respicis exemplum Christi Domini ad omnes injurias, & calumnias manfuetissimi? quid allegabis olim in judicio, te pro Christo passum fuisse, si iniquum verbulum concoquere non vales? Age, induere fortitudine: si vera sibi objiciuntur, pro Christo corrige: si falsa, pro Christo despice. Amen.

Domi-

Dominica IV. Post Pascha.

CONCEPTUS LI.

De bona intentione operibus nostris præfigenda.

Propter Jer totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete. Luc. 5.

EXORDIUM.

Multi laborant sine merito, idque vel ex defectu gratiæ, vel ex defectu intentionis.

1. QUis non merito compatiatur infelici Petro? tota nocte laborare, sudare, fatigari, & quidem negligere, frigido aeri, ventis, fluctibus expositum esse, retia millies projicere, millies retrahere, nec tamen lucrum, aut capturam vel minimam facere, plane res est molesta, ac tædiosa. Verum Christiani Auditores, vobismet ipsis ingemiscite. O quot sunt ex vobis, qui in hoc mundi pelago laborant, sudant, fatigantur, grumnis, ac adversitatibus premuntur, nec tamen meriti fructum faciunt: Rex fecerunt, miles gladium, mercator ratiocinia, sartor acum, sutor subulam, scriniarius dolabram, scriba calamum, studiosus librum, rusticus fluvam tractat: quo fructu? qua mercede? plane nullo: cum aliquando ad mortis connubia ventum fuerit, citra metuo, ne plurimi fateri debeant: *nihil capimus*. Qua autem causa hujus damni tam pernicioſi? respondeo, duplex hæc causa est: primo, quia multi laborant *in malle* id est, in statu peccati lethalis; absque gratia enim Divina opera nostra Deo placere nequaquam possunt. Secundo, quia non laborant *in verbo tuo*, id est, quia operibus suis meritoriam intentionem præfigere negligunt; absque hac enim non elevantur opera tua, ut ut ceteroquin in gratia constituta sis, ad meritum æternæ mercedis. *Multa fiunt in caritate* ait Albertus Magnus (*l. 5. comp. Theolog.*) *quæ tamen non sunt meritoria, eo quod non fiunt ex caritate.*

2. *Propositio.* Agite, Christianæ animæ, laborate, sudate, currite, scribite, arate, metite, & opificia vestra tractate, non repugno; verum per salutem vestram oro, ita hos corporis labores exercete, ut & cedant in animæ emolumentum, idque fieri debet per puram, ac sanctam intentionem. Attendite: hæc erit hodierni sermonis materies.

Quid sit bona intentio.

3. *Explicatio.* Ante omnia explicandum venit, quid sit bona intentio? nimirum est actus voluntatis, quo actiones nostræ ad finem supernaturalem dirigantur. Bruta agunt sine fine; rationalis homo autem se, suasque actiones omnes per voluntariam oblationem elevare debet ad finem, ad quem conditus est. Atque hæc intentio duplex est, *actualis*, quæ scilicet, & reflexe opus præsens refert ad Deum; & *Virtualis*, quæ in virtute præcedentis actus opus suum ordinat ad Deum: quamvis prima, nempe actualis intentio securior sit, nihilominus & virtualis sufficiens est, teste S. Bonaventura, Scoto, Suarezio (*apud Barz. fer. 26.*) aliisque, adeoque si primo mane, quando a nocturna quiete surgitur, totius diei oblatio fiat, probabiliter totius diei opera virtute hujus intentionis, nisi per peccatum revocetur, aut pœnitus extinguatur, ad rationem meriti supernaturalis elevantur, tantoque coram Deo erunt perfectiora, quanto puriora, ac sanctiora sunt, a qua dependent, intentio.

Exercitium bonæ intentionis est necessarium ad merita colligenda.

4. *Confirmatio.* Atque hanc methodum opera nostra supernaturalizandi non tantum utilitatis, sed & necessitatis esse arbitror: explico me. Postquam Josephus Ægyptius venturam septem annorum sterilitatem Divina revelatione cognovit, immensum frumenti apparatum e finitimis regionibus convexit. (*Gen. 41.*) An hæc providentia fuit? fuit, sed & fuit necessitas; si enim tempore fertilitatis neglexisset eam annonæ copiam accumulare; sine dubio tempore sterilitatis illi, totique regno miserandum in modum perendum fuisset. Quid fertilitatis, quid sterilitatis nomine hic subaudiatur, satis ex S. Augustino (*in spicul. peccat.*) colligere licet: *utinam*, inquit, *novissima providerent homines contra sterilitatem futuram, sicut Joseph.* Hæc præsens vita tempus est fructuum, futura æternitas est mera sterilitas: nunc providendum est æternitati, nunc colligenda merita, nunc nulla merendi occasio præterm ittenda: certe operæ pretium foret, ut homo in adorandis Dei Majestate totius vitæ horas, ne momenta singula collocaret. Sed eheu! quam modica sunt, quæ Dei servitio impenduntur, temporis spatia! quantam vitæ nostræ partem sibi vindicat somnus? quantam esus, & potus? quantam recreatio? quantum labor corporali sustentationi necessarius? quantam vitæ nostræ partem non-nunquam inutilem facit status peccati? protecto si computus fiat, vix centesimam vitæ nostræ partem Deo impendi deprehendemus. Ita deplorat Seneca: (*l. 1. Epist. 1.*) *Magna vita pars elabitur male agentibus, pars tota aliud agentibus.* &c. Qua ratione igitur, o homo, colliges merita, nisi hanc intentionis industriam usurpes? non suppetit tibi tempus, ut ores, mediteris, contempleris: non suppetunt facultates, ut infigni liberalitate egenis succurras: non suppetit occasio, ut heroicas de ipso victorias reportes: non suppetunt vires, ut corpusculum ciliciis, flagellis, jejuniis extenuas. &c. quid ergo faciendum, ut virtutibus ditescas? nempe opera, ac labores, ad quos vitæ, ac status

tus ratione obstringeris, Deo offerendi, & per intentionem meritoriam sanctificandi sunt. Ita monet Apostolus (1. *Cor.* 10.): *Sive manducatis sive bibitis, sive aliud quid facitis omnia in gloriam Dei facite.* O laudetur infinita Dei Bonitas, quæ opera nostra, & etiam indigentias nostras, uti comedere, bibere, dormire, acceptat tanquam sibi soli factas, si per intentionem meritoriam illi donentur!

Horæ multa demeritis accumulat.

5. Præterea confidera, mi homo, quantum quotidie demeritorum cumulum congeres: vix hora transit, vix quadrans, vix momentum, quo non saltem modice deliquis: o quot cogitationes vanæ, inutiles, ambitiosæ, avaræ, temerariæ, obscenæ! o quot verba otiosa, jocosa, scandalosa, pericolosa! o quot opera pertæminosa quotidie committuntur! hæc delicta omnia tam gravia, quam levia studiosissime annotat dæmon, & in urnam suam nigricantem colligit, ut ea quondam in judicio producat. Ehen! quam immensam delictorum farraginem coram oculis habebis! quid agis? qua providentia periculosam aleam prævertis? opponendum est contrarium contrario: accumulanda sunt merita, quæ, quantum fieri potest, in æquali mensura opponas delictis; quemadmodum ergo usurarius avaritiæ (similitudo est S. Gertrudis (*l. 8. in fin. c. 54.*) nullam occasionem prætermittit, qua vel unicum denarium lucrari potest; ita tu nullam actionem, ne motum quidem digiti neglige, quem non in Dei laudem, & salutem tuam convertas: hanc in sensum admonet nos æterna Veritas (*Matth. 6. v. 19.*): *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi ærugo, & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo, ubi neque ærugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur.* Quæris, qua ratione pertici debeat hic thesaurus? momentis singulis per actiones singulas adieu tum est aliquid. Væ tibi, si dæmon ex actionibus tuis thesauriat opera mala, & tu non econtra thesaurizes bona.

Sancti frequentant exercitium bonæ intentionis.

6. O quanto studio, ac solertia hanc artem spiritualiter ditescendi exercuerunt Sancti! putas, quod semper oraint, semper jejunarint, semper ciliciis, ac flagellis carnem cruentarint? erras: labore manuum magnam diei partem insumpserunt, sancti Confessores ligna scinderunt, borros colligerunt, onera portarunt, sportas texerunt: sanctæ Virgines acu pluvia tapetes consuerunt, fila duxerunt, linea dealbarunt, piaxerunt, coxerunt, lavarunt &c. Holque labores, constanter ad Deum relerendo magnos meritorum thesauros collegerunt. Fuit e priscis Alcera aliquis, (*Drexel. in annuß l. 1. c. 1. §. 8.*) qui quotiescumque aliquod opus erat aggressurus, subsistebat aliquantisper cogitanti similis: interrogatus, quid hac agerer? respondit, opera nostra ex se nulla sunt, velut informis trabs, nisi recto fine, superaque intentione velentur, ac vestiantur. Et velut, qui sagittis ad scopum ejaculandis certunt, non emittunt ante sagittam, quam oculo collineârint ad metam; sic & ego, quilquid demum actuarus sum, ad Deum, tanquam hpem ultimum, intentionem dirigo, & ideo cogitabundus subsisto. Sancta Magdalena de Pazzis continuo inculcabat suis Monialibus, ut omnes etiam minimas actiones purissime ad Deum referrent; sæpe inopinato quærebat ex illis, cur hoc, vel illud facerent, nec aliam exspectabat responsionem, nisi illam: *Propter te Deum.* (*Vita S. Magd. de Paz. c. 37.*) Venerabilis P. Nicolaus Lucitius S. J. adeo exercitio sanctæ intentionis deditus erat, ut dicatur, per scalas ascendens in singulis gradibus illud repetisse: *Propter.* Præclarum est illud sancti cujusdam enci, qui a B. Climaco (*grad. 18.*) interrogatus, quomodo in tanta rei culinariæ occupatione, quæ ducentis triginta Religiosis, præter externos, & peregrinos, alendis sufficeret, tamen adeo hilari, compositoque esset animo? respondit, id ex eo fieri quia omnia tanquam Deo faceret. &c.

7. Vides, Christiana anima! vides cum fonte, ex quo Sancti Dei insignia sua merita hauserunt? & tu negligere aulis tam facile, & simul quæstuosum intentionis exercitium? dic, obsecro, si Deus tibi nunc potestatem concederet, ut quidquid per hanc horam tetigeris in aurum mundissimum converteretur, velut Poetæ de Myda rege Phrygiæ fingunt: nonne indefessus circumcursares, nunc ligna, nunc lapides, nunc ipsos muros, ac pavimentum angeres? ecce, tam nobilis chrysopœia exercetur per intentionis industriam, qua omnes actiones convertuntur in illud aurum, quo cælum emitur. Erubesce, quod amore animæ tuæ facere supersedeas, quod facturus esses amore avaritiæ. Heu! quantum aliquando deplorabis tuam socordiam, cum meritis vacuus coram Deo Judice stabis videbisque, quam facili negotio ingentes meritorum thesauros colligere potuisses! quanta cum pœnitudine unguibus in teipsum fævies! Econtra, quanta cum exultatione lætabitur alius, cum se absque difficultate, & ut ita loquar, sensim fine sensu spiritualiter locupletatum conspexerit! &c. Notabile est, quod Eusebius Nierembergius de Joanne Sato conductore temporali e S. J. commemorat: Ille postquam longa annorum serie sartoris munere functus erat, morbo lethali ad extrema deductus, antequam spiritum ageret, iterato suam acum efflagitavit: ridebant ad hæc circumstantes, & ægrotum febrium æstu emota mente agere putabant. Institit ille: non ita est, inquit, nondum a mente alienus sum, scio, quod ago, acum meam instantissime rogo, ne denegate mihi ultimum mortituri obsequium. Voti damnatus, acum suam versus cælum erexit, & sereno animo dixit: Hæc mihi acus nunc in vicem claviculæ erit, qua cælum reso-

referabo; nunquam ea usus sum, nisi Dei amore, & fratribus meis haud aliter laboravi, quam si Deo laborarem. His dictis paullo post vivere desiit, & in æternitatem perrexit. &c.

8. *Epilogus.* Perge, o felix frater, perge & acuum tuam nobis testamento relinque, qua continuo pungamur, ut semper recordemur, operibus nostris sanctam intentionem præfigere. Agite, Christiana pectora, nunquam e nocturna quiete surgite, quin elevato simul in cælum animo Deo totius diei actiones offeratis: Dicite, o Domine Jesu, tibi cor, corpus, animam, omnes animæ potentias, omnes corporis sensus, omnes halitus, omnes arteriarum pulsus, omnes diei actiones ex toto corde condono: protestor me nolle operari nisi ad tuum solius beneplacitum. &c. Hanc intentionem deinde interdiu una, aut altera vice uno cogitatu repetite. Ita fiet, Christiana pectora, ut ingentem meritorum thesaurum accumuleris, & in mortis olim articulo sartor suam acum, sutor subulam, faber malleum, scriniarius dolabram, scriba calamum, rusticus aratrum versus cælum levare, & tranquillo animo dicere possit: Domine, tibi laboravi, jam mercedem largire æternam. Amen.

Dominica IV. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

Qua arte opera nostra, cujusvis vocatione propria ad excellens meritum elevari possint.

Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Luc. 5.

EXORDIUM.

Perfectio Christiana fundatur in operibus quotidianis per sanctas intentiones rite elevatis.

1. NEscio, quam fallacibus ideis multi decipiantur, dum Sanctitatem, & vitæ Christianæ Perfectionem, tanquam rem arduam, ac impossibilem, sibi fingunt, cum tamen ea tandem in nullo alio consistat, nisi in operibus cujusvis instituto, muneri, ac gradui propriis: præsertim geminos hac in re invenio errores. Primo, (*P. Paulus Segn. Manna animæ 27. Martii.*) sunt Christiani, qui desiderio inflammantur illarum actionum, quæ ad Iesum pertinent, creduntque, si forent in alio statu se perventuros ad insignem virtutem, facturoque res eximias: O utinam non essem uxoratus; sit aliquis; utinam non essem sæcularis, ait alius: næ ego brevi S. forem. Deciperis, mi bone; *Ne frigas aquas tuas ad aperi, quas non potes habere*, (*Prov. 21.*) monet sacer Proverbiastes; pro eo enim, ut alienas consequaris divitias, amittis proprias, a quibus interim oculos advertis. Quæ sunt illa opera, quæ Deus certo a te requirit? sunt opera officii tui: donec statuas in his omnem tuam consumere diligentiam, ista alia, ad quæ aspiras, non te facient sanctum, & inquietum, & deceptum. Secundo, sunt Christiani, qui putant Sanctitatem consistere tantum in operibus excellentibus, admirandis, & heroicis. Deciperis iterum, mi bone. *In omnibus operibus tuis, præcellere ista*, ait Ecclesiasticus *c.* 33. ex quibus verbis vides, Sanctitatem non in operibus quæri, sed in operante. Sint opera tua ignobilia, quæ tractas, sufficient ad Sanctitatem, modo sint cum ea perfectione, quæ ipsius convenit. Quæso quæ fortitudinis exempla dedit illa Mulier fortis, in Scripturis adeo dilaudata? (*Prov. 31.*) an in aciem processit, ut Debbora? an Sisaram confixit, ut Jahel? an Holofernem jugulavit, ut Juditha? Nihil simile: omnia ejus præclare gesta consistebant in tractanda colo, in lana, in lino quærendo, in lampade animanda, in curandis Domesticis. Verbo: officium suum bene fecit, & ideo sancta erat. &c.

2. *Propositio.* Quapropter, Christiani Auditores! quam optime me de vobis meriturum confido, si perfectam Sanctitatis methodum vos compendiose edoceam, quæ solum in eo consistit, ait opera nostra, cujusvis vocationi propria, per sanctas intentiones elevemus. Christus non jussit hodie Petrum a piscatione facessere, & contemplatione vacare; sed dixit illi: *Duc in altum, & laxate retia vestra* (*Luc. 5.*): Idem ego vobis inculco: Ducite in altum, elevate opera vestra, & laxate in capturam, hoc est, ad grande meritum. Favete.

Modus elevandi opera nostra consistit in quatuor ritus.

3. *Divisio.* Totum artificium, quod vos hodie in excolendis operibus quotidianis edocere cupio, fundatur in quadruplici praxi hac: primo, ut opera per rectitudinem intentionis dirigantur ad scopum Divini beneplaciti; Secundo, ut unantur meritis Christi; Tertio, ut sint conjuncta cum desiderio plura, ac plura faciendi; Quarto denique, ut Dei assistentia in auxilium vocetur. Hic tandem est lapis Lydius, quo inaurantur opera nostra; hæc methodus est, qua *ducuntur in altum*, & ad insigne meritum elevantur. Dilucidemus jam singula.

§. I. *Primo debent per intentionem puram ad Deum dirigi.*

3. *Confirmatio.* Primo oportet opera omnia per rectitudinem intentionis dirigere ad scopum Divinæ gloriæ, & beneplaciti; infra hunc scopum alius nunquam designandus. Omnes creati sumus propter Deum; hic finis noster est; ergo etiam omnes potentiæ animæ, omnes sensus corporis sunt propter Deum. Quotiescumque igitur aliquis sensus, aliqua potentia operando non tendit ad hunc finem, opera sunt inutilia: quotiescumque tendit contra hunc finem, opera sunt iniqua. Si forte scrupulus tibi

sibi inhæreat, mi Christiane, an etiam opera ex se ignobilia, uti servum, aut ancillam agere, edere, bibere, dormire, arare, occare, triturare, officium tractare, & quæ sunt similia, Domino Deo meritorie offerri possint, imo et te absque scrupulo esse; possunt sine dubio Deo offerri, cum ajat Augustinus (*In Ps. 72.*): *Non valde attendas, quid bonum facias, sed quid cum facis, aspicias.* Proinde in eo vertatur rei cardo, ut has, aliasque actiones, quamvis ceteroquin ad temporalem sustentationem tibi necessariæ sint, nihilominus non ad temporalem sustentationem, sed unice ad Dei beneplacitum intendas. Audi, quam præclare S. Gregorius (*l. 28. Mor. c. 6.*) hanc nobis doctrinam inculcet, inquiens: *Vigilantis cura per cuncta opera intentio nostra perfunda est, ut nihil temporale in his, quæ agit, appetat, sed totum se in soliditate æternitatis figat.* Ponamus itaque, quod te aranem, occantem in campo inveniens, quæram, cur aras, cur occas? nolim mihi respondeas, te pinguem messem consequi, sed, ut Deo placeam. Ponamus, quod te domi laborantem, sutoriam, sartoriam, aut fabrilem artem exercentem offendens interrogem, cur calceos consuis, cur vestem sarcis, cur malleos agitas? nolim mihi respondeas, ut familiam sustentem; sed, ut Deo placeam. Et sic loquendo de aliis laboribus, si id agas, poteris per opera trivialia, ac vilissima ad eamdem Sanctitatem elocari, qua per opera nobilissima, & integrorum Regnorum regimen.

5. Advertit pie, & erudite S. Ambrosius, in transfiguratione Christi Magistri, & Eliam comparasse, utrumque æquali gloria, ac fulgore coruscantem: *Itane æquali?* putassem ego Moysen sublimiori gloriæ gradu resulturum; quia fuit Dux populi, Dei in Ægypto Vicarius, sacrificus potentis, dum contra Elias cibi indigus, melota vilis, sine comite in eremis, & ferarum latebris hæsit. Verum hanc differentiam non attendit Deus, inquit S. Ambrosius, (*l. 1. de Noe & Vit beatus. c. 8.*) quia *operationes bona commendantur*, non ex nobilitate actionis, sed ex *affectu*; *Beatus Elias, & Moyses æquale meritum fundarunt, quando cum Domino in transfigurationis gloria refulserunt.* En, mi Christiane; inter opera secundum se non est differentia, modo ad Deum dirigantur omnia.

§. II. *Secunda: debent unire meritis Christi.*

6. Secundo: postquam hoc modo actionem tuam direxisti, nondum est adquiescendum: *Duc in altum*; ut excellentiorem reddas, unire oportet; sed cui? operibus, quæ Jesus fecit: ista sunt, quæ illi dare pretium possunt; nam quidquid per te agis, vile, ac sordidum est; quantumcumque te propriis circumdes vestimentis, semper apparebis coram Deo pannulosus, ac sordidus. Quid igitur agendum? comparere debes sub pulcris Jesu Christi indumentis: *Induamini Jesum Christum.* (*Rom. 13.*) Juvenis Jacob ex instinctu Matris Rebeccæ se induit vestimentis Esau, & ita a patre Isaaco benedictionem paternam, hereditatemque eblanditus est: ægerrime tulit hanc fraudem Esau, & exitiali odio persecutus est fratrem: Verum, mi Christiane, non male fert Jesus, si vestimenta sua tibi utcumque aptare; atque tu interim a Divino Patre, cum senserit *vestimentorum illius fragrantiam*, (*Gen. 27.*) eam benedictionem impetrabis, quam ex te ipso haud quaquam mereris: *gratificatus te dilecto filio suo.* (*Ephes. 1.*) Esto, quod opera nostra sæpe sint mendosa, esto, quod defectibus plena, tamen ea grata habet cælestis Pater, si fiant meritis sui Filii unita, quemadmodum artifex etiam scortum accipit propter aurum, & Modistæ etiam glebam propter radices, & herbas sulutiferas, quibus adhæret; ita Deus non despicit opera nostra propter tam pretiosum cum meritis Christi unionem. &c. &c.

§. III. *Tertio: debet accedere desiderium plura faciendi.*

7. Tertio: unita in hunc modum actione, ulterius est procedendum: *duc in altum.* Dilatandus est animus desiderio longe plus faciendi pro Deo, quam sit illud modicum, quod facis: si audis, peccatorem aliquem ad Christi pedes compunctum fuisse adductum, desidera adducere infidelem: Si infirmus es, desidera timem jejunare, cilicia ferre, flagellis in te sævire: si obedientia, minere, aut conjugio alligatus es, desidera tamen, concionari, rudes instruere, fidis prædicare, mundum convertere: si sudorem spargis, desidera posse spargere etiam sanguinem: si quid molestiæ toleris, desidera etiam concilcari: si obolum pauperi largiris, desidera posse largiri integrum talentum &c. Has enim voluntates Deus haud secus, ac ipsum opus acceptat: *Non annotat facultatem*, ait Augustinus (*ser. 220. de temp. In fin.*) *sed coronat voluntatem: scit, quia valuisti, & non potuisti: sic te donavit, quasi fecisti, quod voluisti.* Quemadmodum arborum flores etiam sine fructu non delectant, & visi recreant: ita Deum pariter solæ bonæ operandi voluntates, vota, & pia desideria afficiunt, tametsi operum consecutio nulla appareat: hac similitudine utitur Auctor operis imperfecti, (*Hom. 39.*) inquiens: *Voluntates bonæ si fuerint apud Deum, quemadmodum apud homines odoriferi flores.* Hinc est, quod ultimi operarii, qui hora undecima venerunt ad vineam, æqualem primis mercedem acceperint; quia, licet non tantum laborarint, laborare tamen desiderarunt. Itaque, cum res tibi sit cum Domino tam bono, noli quasi vile conchylium in testa sua, concludi angustiis ejus simplicis actionis, quam exeres; sed affectum dilata: *Dilatatum est cor eorum*, ait Propheta (*Isa. 54.*) tanto enim erit capacior meriti. Nisi plus mereris, quam juxta propositionem operis, quod facis, parum admodum mereberis: oportet simul desideriis juvari; sicut enim ista nihil profunt, quando interim opera omittis, ita his adjuncta plurimum profunt: *Eumdem habebat remunerationem*, quasi eadem faceret

opera, quæ ego facio, *dilatamini & vos*. Ita Apostolus suos Corinthios admonuit. (2. *Cor.* 6.)

§. IV. *Quarto debet Deus in auxilium vocari.*

8. Quarto demum, dilatata fic actione, nondum est adquiescendum; sed ulterius promovendus gradus: *Duc in altum*. Hoc fiet, si Deo commendes hanc ipsam actionem, ut ad exitum perducatur absque defectu vanitatis, aut impatientiæ, inconsiderationis, aut tœdii. Non est satis explicabile, quam fragiles, miseri, & imbecilles simus; nisi Dei auxilio firmemur, post proposita etiam sanctissima cito deficimus, & velut infantulus, si a manu nutricis non succolletur, in mille infirmitates prolabimur. Prophetæ Elias, persecutiones impiæ Jezabelis fugiens, ita despondit animum, ut præ pusillanimitate mortem sibi accelerari petierit: *Sufficit mihi, Domine, tolle animam meam*. (3. *Reg.* 19.) Quid hoc rei? quis ita defectæ loquitur? estne hic ille prodigiosus Vir, qui cælum, terram, ac elementa omnia miraculis complevit? ergone fugit, tremit, minas infirmæ mulieris expavescit? ubi est illa constantia, ubi libertas prædicationis, ubi fortitudo? nempe ex hoc pusillanimitatis spectaculo edoceamur, quid ex nobis ipsis simus: ante oculos vobis ponite, Auditores, Prophetam ibi prodigia patrantem, hic autem trepidantem, & desuper S. Gregorium (*l. 19. Mor. c. 3.*) audite: *In illis virtutibus Elias, quid a Deo acceperat? in istis infirmitatibus, quid de seipso poterat, agnoscebat*. Eheu! ex nobis ipsis nihil sumus, nisi fragiles arundines: unde plurimum nostra interest, ut in omnibus actionibus Dei auxilium imploremus. Id quod tanto studio fuit commendatum ab antiquis Eremi cultoribus, & hodiedum in sacri Breviarii persolutione singulæ horæ verbis illis inchoari jubentur: *Deus in adjutorium meum intende*. Neque putes, mi Christiane, Domino Deo unquam molestum fore tam familiarem recursum; amat enim te, & ardenti affectu cupit tibi copulari: est autem proprium amantis, velle habere partem in omni opere amati, omnibus se miscere, in omnia se velle ingerere, & ejus negotia non aliter, quam propria tractare. Itaque si gustum dare velis tantopere amanti, omnia, quæ agis, in ipsum exonera, Dic, ut ipse eorum curam gerat; te enim nihil posse, nisi plenum defectibus. *Domine, ad adjuvandum me festina. Domine, ad adjuvandum me respice. Adjuva me, nullum aliud auxilium habentem, nisi in te, Domine.* &c. &c.

9. *Epilogus.* Hæc tandem, mi Christiane, quæ tuola illa ars est, qua per opera tua quotidiana insigne Sanctitatis meritum colligere potes: atque hæc exercitatio nihil minus quam difficilis est; quia non tam intellectus, quam voluntatis opus est. Practice omnia in compendio habe: Mane consurgens actiones omnes, quas de die facturus es, ad Deum, tanquam scopum unicum, dirige: Domine, tibi offero, ac condono actiones omnes hujus diei unice ad beneplacitum tuum. Deinde uni cum meritis Christi: Domine, condono tibi eas intinctas Sanguini Redemptoris mei. Porro elice desiderium plura faciendi. Domine, utinam per has actiones omnium creaturarum corda possem Seraphicis ardoribus ad te amandum accendere: Denique Dei auxilium implora: Domine, tu scis, quod ex me nihil possum; ideo tu mihi cum gratia tua adesto, ut tibi placeam. &c. Atque ultimato hos affectus interdiu nonnunquam renova, fietque, ut sicut hodie rete Petri refertum erat piscibus, ita aliquando in mortis articulo invenias animam tuam plenam meritorum cumulo. Amen.

Dominica IV. post Pascha.

CONCEPTUS III.

De confidentia collocanda in Dei Providentia, quæ in rebus afflictis, dum desperata putantur omnia, mirabiliter solet succurrere.

Et cum hoc fecisset ut, concluserunt piscium multitudinem copiosam. Luc. 5.

EXORDIUM.

Christiani si res male succedant, sunt impatientes, cum tamen Deus ordinario soleat opitulari, cum desperata videntur omnia.

1. DUm infructuosum Petri per totam noctem infelici successu piscantis laborem considerabundus perpenderem, sciendi curiositas me incessit, an non infausto conatui succenseret, & in indignationem, ac impatientiam delabi occeperit: etiam intempesta nocte laborare, sudare, algere, famere, sitire, & fescenta incommoda absque operis lucro pati, ea est fastidiorum materia, ut mirum non foret, si Petrus in mille impatientiæ argumenta animum, ac linguam solvisset. Verum abfit tanta suspicandi temeritas a sanctissimo Apostolo: certe longe solidiorem virtutem habebat ille in adversis, quam multi nostri temporis Christiani, qui in modica quavis afflictione constituti, si in cælum clament, nec statim Dei auxilium experiantur, mox animo despondent, existimantque, non esse in cælis Rectorem, qui rerum humanarum cura tangatur. Est forte laboriosus opifex, qui diurnis, nocturnisque sudoribus vires exhaurient, nihilominus egre familiam sustentat: Est paupercula vidua, quæ ære alieno gravata, ab importunis exactoribus ad solutionem urgetur: Est alius, qui diu forensibus litigiis intricatus, procuratorum, advocatorumque emunctionibus ad incitas redigitur: alius diuturna infirmitate, alius inimicorum persecutionibus, alius aliis infortuniis male affligitur, & ecce desolati, pusillanimes, ac desperabundi lugent & ejulant, dicentes: Ego hominum infelicissimus non exaudior, cælum æneum est, per quod non penetrant meæ voces, Deus penitus mei oblitus: & quæ sunt similia. &c. Parcius ista, exsiles animæ: parcius ista: ignoratis Divinæ Providentiæ ordinem; quæ res humanas nonnunquam ad extremam afflictionem devolvi permittit, ut dein tanto luculentius auxilium ferat. Quis putasset, Petrum ex infelici piscatione, cui per integram noctem frustraneo labore insudaverat, lucrum adhuc capturum? & tamen Dei Filius tum primum laboranti prodigiose succurrit, cum desperata videbantur omnia. *Et cum hoc fecisset*, ait Evangelium, (*Luc. 5.*) *concluserunt piscium multitudinem*.

2. *Propositio.* Christianæ animæ! hodie inveteratis vulneribus emplastrum præparo, id est, afflictissimas quasque animas, quæ malis suis diuturno tempore colluctantur, ad confidentiam erigere contendo, demonstraturus, eam esse Divinæ Sapientiæ, ac Potentiæ legem, ut nunquam manifestius succurrere soleat, quam rebus jam fere conclamatis. Favete.

3. *Confirmatio.* Fortissimus Rex David, iteratis inimicorum persecutionibus exagitatus, diversis vicibus fugam cœpisse legitur: (*Lorinus in Ps. 10.*) Ita fugit ad Regem Achis in Geth, in speluncam Odollam, in Maspha ad Moabitas, in saltum Hareth, in montem Ciph, in collem Achila, in desertum Mahon, in vineam Engaddi, aliaque asyla. Aliquando ab hostibus arctissime cinctus, nullum habebat effugii locum; amici condolebant misero, & pro perdito illum habebant; inimici insultabant, illique acerbe exprobrabant: mi David, actum est de te, nisi in morem passeris alas assumere, & per aeris convexa eripere te nolcas, modicum intra tempus caput unum ad pedes Saulis decussum jacebit. &c. (*Sper. ser. sol. pu. 28.*) Deridebat irridentes David, & in suprema Numinis protectione curam omnem collocabat; cum ecce insperatus adest nuntius, qui, subitaneam hostium irruptionem referens, Regem Saul una cum ipsis pantibus cuneis pro regni necessitate aliorsum avocabit: abierunt obsidentes, obsessusque David libertatem nactus, insultantibus insultabat. *In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut passer?* (*Ps. 10.*) Quasi diceret: instent inimici, circumdent insidiæ, machinentur malevoli pernicies, scio ego, consilia hominum omnia in vanum recidere, ubi Deus potenti brachio suos defendit.

David ab inimicis, Jacob ab insidiis fratris Esau liberatur.

4. Patriarcha Isaac, ingravescente ætate, oculisque caligantibus, mortem suam jamjam imminentem advertens, primogenito suo filio Esau paternam benedictionem, hereditatemque configurare cogitabat; prius tamen hunc ipsum filium capiendæ feræ in venationem emisit. (*Gen. 27.*) Interim dum Esau venationi intentus e domo abest, Jacobus secundo genitus frater illius personam instinctu Matris mentitus, uti scimus ex Scriptura, jus primogenituræ, hereditatisque paternæ furatus est. Hæc res fatales inimicitias inter utrumque fratrem concitavit, ita, ut Jacob, fratris odia declinaturus, quatuordecim annis peregre, & profuge abire sit coactus. Quis credat? tanta annorum intercapedo necdum mitigavit primogeniti Esau rancorem: cum enim Jacob una cum ducta Sponsa, & familia e Mesopotamia in patriam rediret, ecce repente in via Esau armata manu, comitante armatorum manipulo, adfuit, Jacobum cum sequacibus immisericorditer perditurus. (*Gen. 33.*) O infelix Jacob, quam cara tibi frabit benevolentia Matris! hæc mors præmatura tibi ingnitur ab affectata primogenitura: Verum meliora, Dilectissimi: Video fratres amice convenire, consalutare, basiare, & in mutua intimi amoris officia ruere: quæ causa tam subitæ mutationis? &c. Nempe dum Jacob desperata omnia esse arbitratur, Deus protectorem illius egit; advenerunt Angelorum turbæ, qui timentem in insidiis protegebant. *Vide* exclamat hic Cornelius a Lap. (*in Gen. c. 32.*) *Vide Dei & Angelorum ergo suos providentiam*. Hæc sunt prodigiosa Divinæ Providentiæ testimonia erga eos, qui Deo fideliter adhærent. Nemo, nemo derelinquitur a Deo nisi prius ipse Deum derelinquat: &c.

5. Quis erat infelicior misero Tobia? Divinis ordinationibus paruit, mortuos sepelivit, egentibus succurrit, pupillorum causas defendit, & tamen cæcitate punitus, mille angustiis, calamitatibus, & propriæ uxoris ludibriis fuit expositus: videbatur a toto mundo derelictissimus: quid evenit, cum minime opinabatur, missus est e cælo Angelicus administer, qui afflicto Tobiæ lucem oculorum, fortunas, felicitatemque restituit. (*Tob. 2.*) Quis infelicior erat misero Job? divitiis, liberis, domibus, armentis, honore, ac valetudine spoliatus, ex opulento Principe migravit in mendicabulum, ex throno in simetum. Quid evenit? cum minime opinabatur, honori, divitiis, ac sanitati redditus, ex simeto redit ad thronum, ex mendicabulo in Principem. (*Job 2.*) Quis infelicior erat misera Susanna? a duobus lenonibus propudiosi criminis calumniose accusata, jamjam ad rogum, aut lapidationem damnanda exspectabat feralem sententiam. Quid evenit? Judicio Danielis deprecussa est veritas, detecta innocentia, defensa Susanna, ita ut tantumdem postea retulerit honoris, quantum antea ignominiæ. (*Dan. 13.*) Agnoscitis, Auditores, in his eventibus potentem Numinis dexteram, qui suis in extrema necessitate mirabiliter subvenit? O stultos igitur illos Christianos, qui in suis afflictionibus de Deo diffidunt! stultiores, qui contra Deum opprobriose murmurant, stultissimos, qui in infirmitatibus, aliisque adversitatibus ad remedia scelerata, ad illicitas artes, ad superstitiosas incantationes, & diaboli subsidia confugiunt: quid mirum, si in suis necessitatibus consilii, & auxilii experti pereant? &c.

Deus

Deus permittit malis, ut suam potentiam demonstret.

6. Plus dico: hunc ipsum in finem nonnunquam Deus afflictiones humanas ad extremum desperationis barathrum devenire permittit, ut in ferendis auxiliis profligatum suam potentiam, gloriamque demonstret. Exemplo adduco Lazarum fratrem Magdalenæ, & Marthæ. Postquam ille, mortiferæ ægritudinis vi oppressus, fatis concessit, miserunt Sorores ad mundi Redemptorem triste de fratris obitu nuntium. (*Jo.* 11.) Quæri hic potest, an scivit Dei Filius amici carissimi morbum, ac mortem? de hoc non est dubium. An prægnovit illius resuscitationem a se faciendam? etiam de hoc dubitare, esset blasphemia. Cur ergo moræ permisit? cur non in vivis conservavit Lazarum? &c. Respondet S. Augustin. (*tr. 29. in Jo.*) id permissum esse, ut manifestetur potentia, ac gloria Dei: *Difficilis sanare, ut possit resuscitare.* Ea, mi Christiane, ne desponderis animum, cum in abyssum omnigenæ infelicitatis demersum te arbitraris: erige animum in Deum, qui forsan hanc adversitatem ideo permisit, ut mundo tanto clarius innotesceret, vivere, ac regnare hodiedum in cælis eumdem Deum, qui Davidem ex insidiis inimicorum, Jacobum ex hostilitate fratris Esau, Tobiam a cæcitate, Jobum ab infirmitate, Susannam a calumnia, Lazarum a morte liberavit. Erige, inquam, animum; quia fieri facile potest, ut, qui hodie es in egestate, cras in divitiis; qui hodie in ignominia, cras in honore; qui hodie in afflictione, cras in magna felicitate inveniaris: id quod tibi summo fortitio, Deo summe erit gloriæ. Vis, ut omissis Scripturarum testimoniis, hanc rem luculenta historia confirmem? confirmabo: Rem, prout Romæ contigit, ex P. Strengelio exscribo.

7. Anno post Christum Natum millesimo sexcentesimo vicesimo septimo (*P. Strengel. de Ind. Div. Tem.* 3. c. 13.) par conjugum erat in Urbe, quibus, antiqua caritate ad summum inopiam redactis, fame pereundum fuisset, nisi per as alienum cum morte inducias fecissent. Nam, cum etiam, quod mutuo acceperant, abtumpissent, rediit fames, quam intuper as alienum fecerat gravissimam. Sed, in primis creditor fuit gravissimus; is enim, constituto debiti solvendi tempore, importunus aderat, sibique sine mora satisfieri volebat. Nihil illum extrema inopia, nihil preces movebant miserorum. Traxit igitur maritum in jus, lert sententiam Judex, reus carceri mancipatur. Ex lite quidem in vinculis famebat; uxor autem dolebat tanto magis, quod præter inopiam, marito vivo viduam agere cogeretur. His malis afflicta, nihil prius habuit, quam ut undique circumcurraret, quæreretque novum creditorem, a quo mutua pecunia accepta, maritum redimeret. Dum circuit, nescio cui ambulanti nebuloni innotuit: is e vestigio clanculum infectatus, & sorte viri absentiam eductus, ad ædes afflictæ noctu accessit. Pulsat fores, nemine audito, etiam quarto. Vicit importunitas, ut tandem surgeret mulier, quærens de fenestra, quis hominum adsit? Respondet, aditum se petere, jubet quantocyus lares reserare. Cui mulier, solam se esse domi, ait, haud decere, ut hominem ignotum ad ædes in tenebris admittat: siquid negotii haberet, crastina luce rediret. Instat ille, perstat illa: sed non diu; postquam enim homo atrocissimis minis edixit, ni actu tum aperiret, se illam pariter & domum cum tectis exusturum. Quid faceret femina, tantis minis perterrita? Virilem animum vicisset periculi magnitudo: fores reclusit, hominem nefarium admittit, saltem domum conservatura, si vitam non posset: patefacta janua, velut rapidus canis illam invadit impuros, vitiumque continuo offert. Sed qui Helenam asperavit, Penelopem reperit; non enim ille tam importunus fuit in flagitio petendo, quam illa in recusando. Et vicit adulterum casta, sed prædonem non superavit. Nam ille, a crimine uno ad aliud conversus, mandavit, ut quidquid domi pecuniarum haberet, apportaret; ni faciat, flammas tectis subjiciendas intentat. Misera mulier quid agat? non habebat præter duos nummos aureos, quos ea ipsa die reddendo marito mutuos acceperat. Hos lavernioni dare aurum erat, negare periculosum. Sed prævaluit metus, promit nummos, (sperans se his cetera omnia redimere posse. At longe secus fuit. Ut tigris gustato sanguine magis fœvit, ita avarus vilo auro magis sitit aurum. Estimans ergo crudelis homo plus auri ab ea conditum latere, consilium capit illius necandæ, ut ea occisa omnes latebras excutere possit. Hunc in finem laqueum ab ea petit. Negante illa in tota domo esse alium, quam quo asinus in stabulo ligaretur, ventum est ad stabulum; ibi dum sicarius funem implicatiore nodo impeditum resolvit, videt femina clavam ligneam parieti acclinatam, quam haud diu deliberans impetu naturæ arripit, latronemque, sine detrahendo occupatum a tergo adoritur, atque uno ictu in terram prostratum, repetito fulmine examinat: tum cadaver, extra ædes tractum, in publica via abjicit. Exorta luce, oritur rumor cædis factæ, accurrunt alii super alios, nec difficile conjicunt ex sanguinis vestigiis, ubi homicidium sit perpetratum. Quis non crederet: actum esse de pia muliere? sed mox luctus in gaudium transiit; cum enim undique ad cadaver spectandum concurritur, adfuerunt etiam, qui vultum occisi curiosius contemplantes, deprehenderunt manifestis signis, illum ipsum fuisse famosissimum latronem, in cujus proscripti caput centum aurei a magistratu erant promissi. Defertur res ad urbis gubernatorem: numerantur mulieri centum aurei, quibus illa se, maritumque debito exsolvit, & quod superaret, ad vitæ necessaria impendit. &c. &c.

8. *Epilogus*. Christiana anima! audis mirabilem Dei providentiam, *quæ salvum fecit egenum a gladio, & de manu violenti pauperem*, (*Job.* 5.) & tu de hac providentia diffidis? O Christiana Virgo, quæ dote cares! si in lege Domini constanter te teneas, ne time; certe Deus tibi auxilio aderit. O Christiani conjuges; quantumvis egetis, ne timete; si legem Domini sedulo observetis, Deus vos mirabiliter ex afflictione eruet. O Christiane! etsi calamitatum oceano innates, Deus Adjutor tuus erit. &c. &c. Amen.

Dominica V. post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

Quomodo opera nostra constituta esse debeant, ut illisdem cælum mereamur.

Nisi abundaverit justitia vestra plus, quam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Matth. 5.

EXORDIUM.

Cygnus a sacrificiis excluditur. Cur? Pharisæi habuerunt tantum simulatam virtutem.

1. PRofecto mirandum censeo, quod, cum cygnus inter reliquas aves a colore, a cantu, munditie, singularem commendationem referat, nihilominus in Libro Leviticorum inter immunda animalia reputetur, & tam a Sacrificio, quam a mensa excludatur. (*Levit.* 18.) Quæ causa hujus rei? an forsan Dominus Deus indicare voluit, quod sicut cygnus in morte solum canit, ita se averteri ejusmodi hominem, qui solum in morte pœnitentiam agit? est aliqua ratio: sed consulamus antiquissimum Origenem (*in Levit. sup.*). *Inter alia animalia cygnus Israeli prohibetur: quia forte albis gaudet plumis, intus autem nigerrimam habet carnem.* Consequenter symbolum est ementiæ ejusmodi virtutis, quæ reperitur apud Scribas, & Pharisæos, qui exterius prohibentur humilitatem, intus autem superbia intumescunt; exterius præseferunt liberalitatem, totus avaritia pleni sunt; *exterius prædicant castitatem, intus autem exterrima labe luxuriæ maculantur.* &c. Deus interna respicit, non externam facies; opera bona requirit, non speciem operum. Quid prodest horologium, quod exterius quidem artificiose inauratum, interius autem exorbitantibus rotulis destructum est? quid valent poma Sodomæ, quæ exterius quidem rubeant, interius autem cinere plena sunt? ad quid conducit color vividus in ægro, cujus intestina æstuant, febre adurantur? &c. Parem in modum nostra opera, si recta intentione interius destituantur, inania sunt, excludentur ab Altari gloriæ, præmium cælestis non referunt. Atque hoc indicare videtur monitum hostiensium Christi Domini: *Nisi abundaverit justitia vestra plus, quam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* (*Matth.* 5.)

In quo justitia nostra Pharisaicam superare debeat?

2. *Propositio*. Agite ergo, Christiani Auditores, disquiramus paullisper, in quo ergo justitia Pharisæorum consistat, ut intelligere possimus, in quo justitiam nostram abundare oporteat.

3. *Divisio*. Angelicus D. Thomas (*in Matth.* 5.) dum Pharisaicam justitiam examinat, multiplicem in ea errorem deprehendit, quem nos brevitatis studio ad tria capita reducemus: ait justitiam eorum vitiosam esse primo; *quia justitia horum erat in præsumptione suæ sanitatis.* Secundo: *quia erat in ostentione operis, non in rectitudine intentionis.* Tertio: *quia erat in minoribus observantiis, relictis gravioribus legis.* Hæc triplex tinea est, quæ arrodere etiam Christianorum opera non raro solet. Percurramus singula.

§. I. *In operibus sanctis non est præsumptuose confidendum.*

3. *Confirmatio*. Primum igitur vitium Pharisaica justitiæ consistit *in præsumptione suæ sanitatis*; ita enim Pharisæi præsumptuosa confidentia sibi complacebant in suis operibus, sanctos se reputabant, a populo, tamquam Rabbini, & Magistri adorari cupiebant: proh quanto cum fastu ille Pharisæus orans in templo crepabat sua opera! *Jejuno bis in Sabatho, decimas de omnium quæ possideo* (*Luc.* 18.); putabat superbus trafo, se vertice cælum tangere. Christiana pectora: en primum illud punctum, in quo oportet justitiam vestram abundare; deponendus est fastus animi: etsi opera sanctissima, orationes, eleemosynas, jejunia, aliaque pro statu, ac conditionis vestræ ratione frequentetis, cum magna tamen animi humilitate dicite: *servi inutiles sumus*: (*Luc.* 17.) quare inutiles? tum, quia quotidie plura demerita colligimus, quam opera bona exerceamus; tum, quia forsan hæc ipsa opera coram Dei oculis innumeris mendis, ac erroribus, quorum cognitionem nobis amor proprius eripit, sunt corrupta. Minatur Dominus Deus per Prophetam: *Cum accepero tempus, etiam justitias judicabo.* (*Ps.* 74.) Quid? ergo ne non solum malitia hominum, sed & justitia judicabitur? ita est, respondet Card. Hugo (*ibi.*): *Bona scilicet opera examinabit.* O quam immundum erit hoc aurum, si igne Divini judicii examinetur! quomodo autem judicabuntur justitiæ nostræ? audiamus Malachiam *c. 4. Orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ.* En, soli justitiæ comparatur Divinus Judex: iste, ait S. Hieronymus (*ibi.*), *urit omnia judicabit.* Heu! quantas sordes deteget in operibus nostris lucidissimus iste sol, quæ tamen oculis nostris secundum amoris proprii judicium mundissima apparebant! Si qui

nocturno tempore aulam regiam ingrediatur, pretiosis tapetibus ornatam, innumeris luminibus illustratam, auro, argentoque fulgentem, juraret equidem in hoc majestatis domicilio nihil vel levissimæ immunditiæ reperiri; at orto sole in ipso radio per fenestras illucescente videbuntur innumeræ atomi, ac pulveres, qui satis indicio sunt, non esse omnia adeo munda, ut esse credebantur. Ita metuo, ne, cum *prietur sol justitiæ*, opera nostra immunda apparent, quæ sanctissima arbitrantur. Hen! quot vanitates, sinistræ intentiones, laxitates, ac negligentiæ tunc apparebunt! &c. Quid igitur, O Christiana anima: de tuis operibus præsumptuose confidis, quæ adeo incerta sunt? O quam longe aliter de suis judicarunt Sancti! post diuturnas carnis macerationes, post frequentata jejunia, post sublimissimas contemplationes, post inhabitatas plurimis annis solitudines clamarunt cum Job *c. 9.*: *Paver tenuit me, & omnia ossa mea perterrita sunt.* Supra quæ verba ita annotat Gregorius (*ap. Sperant. pundt. 133.*): *Quid per ossa, nisi fortia fulta, significantur? sæpe ea, quæ agunt homines, esse alicujus momenti æstimant: quia altissimi intima, quam sit subtile judicium, ignorant. Sed tum per contemplationem rapti sapientia confortantur, ab ipsa aliqua modo præsumptionis suæ securitate liquescunt.* &c.

§. II. *In operibus sanctis non ab quærenda vana gloria.*

5. Alterum justitiæ Pharisaicæ vitium consistit *in ostentatione operis*; scopum enim Pharisæi omnem collocabant in applausu hominum, *non in rectitudine intentionis*; exterminabant facies suas jejuniis, evacuabant crumenas eleemosynis; cur? ut placeant oculis, *ut videantur ab hominibus*, (*Matth. 23.*) En, Christiani Auditores: hoc alterum punctum est, in quo oportet abundare justitiam vestram: nolite adorare hoc idolum: quisquis inanis gloriæ appetitu operatur, mercede apud Deum est carituras. Consulamus Scripturam. Postquam Rex Saul contra Philistæos victoriose pugnavit, Altare Domino Deo ingratitudinis pensum erexit. *Ædificavit autem Saul Altare Domino.* (*1. Reg. 4.*) Hæc satis liquida sunt. Verum mirabile est, quod Scriptura addat: *Tunc hoc primum cœpit ædificare Altare Domino.* Cur enim ait: *Tunc primum?* nonne & antea jam in Galgala ædificavit, & obtulit Sacrificium? si jam antea, ergo hoc Altare est secundum. &c. Adverto, quod res est, dubium solvente Glossa (*ibi.*): primum illud Altare non Divini honoris, sed ambitionis intuitu erexit: ideo a Deo nullatenus acceptatum; sed pro nullo habitum est. O Christiana pectora, quoties adhuc eadem erigunntur Altaris? sed cui? an Deo? cur ergo adscribuntur Benefactorum nomina, affiguntur insignia gentilia? O quoties liberalis eleemosyna expenditur! sed cui? an Deo? cui ergo prohafiore manu distribuitur largitio cum quam sine arbitris? O quoties fervens oratio funditur! sed cui? an Deo? cur ergo minus parcis genibus, & situ magis compasito modestiam spiritus in templo, cum videris ab aliis, quam domi in oratorio? &c. Hæc certe, & alia id genus indicia satis significant, quod opera nostra ab ambitione Pharisaica non penitus sint defæcata.

Quando vanagloria corrumpat opus.

6. Sed quæres fortasse, an ergo omnis actus vanitatis, qui actionibus nostris subrepere potest, tollit meritum; Respondeo, haud sane: explico ergo: vel enim vanæ gloriæ desiderium est antecedens opus illud tuum, v. g. Eleemosynam, vel est concomitans, vel subsequens. Si subsequens, tollere meritum non potest; quia opus jam absolutum, & consequenter in tuto collocatum confertur. Si est antecedens, tollit sine dubio meritum: quia finis tuus est placere hominibus, quo obtento respondebit olim Judex *reteperunt mercedem suam.* (*Matth. 6.*) Si denique concomitans, tunc & tollere potest valorem operi, & non tollere. Tollit, quando cœptum est opus studio placendi Deo; sed antequam compleatur, mutato fine, quæras applausum hominum: Non tollit, si pergas prosequi opus ex prima intentione, & alteram repente subortum, negligas, animumque ab ea avertas. &c.

§. III. *In operibus sanctis non attendenda observantia minutiæ præ gravioribus.*

7. Tertio demum labovat justitia Pharisæorum in eo, quod fundetur *in minutiosa observantia, relictis gravioribus legis*: Ideo frequenter cavillabantur Christum, quod manducaret cum Publicanis; cavillabantur Apostolos, quod illotis manibus cibum caperent; aliasque id genus minutias ferere notabant; interim Dei Filium persequi, universæ plebi exosum reddere, falsis testimoniis prosciudere, ad necem quærere, nulli sibi Religioni ducebant. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi, hypocritæ, qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquistis, quæ graviora sunt legis, & judicium, & misericordiam, & fidem . . ducer cæci excolantes culicem, camelum autem glutientes.* &c. (*Matth. 23.*) En, Christiana anima: hoc tertium denique punctum est, in quo oportet abundare justitiam tuam. Quid? ais: an ergo sunt inter Christianos, qui de hac re moneri indigeant? Quin immo sunt plurimi: quæris, quinam illi? nimirum, qui non satis solide pii, multiplici credulitate sibi persuadeat, salutis æternæ securos fore illos, qui has, aut illas precandi formulas noviter inventas, vel certi generis Rosaria definatis diebus ac pene etiam horis recitaverint. De his loquitur pientissimus Thomas Kempensis (*l. 3. de imit. Chr. c. 4. n. 4.*): *Quidam solum portant suam devotionem in libris, quidam in imaginibus, quidam autem in signis exterioribus, ac figuris.* Item alii sibi persuasum habent, non posse absque Sacramentorum perceptione emori, qui certæ confraternitati nomen dederunt, aut certa grana, aut numismata e collo gerunt. Audiamus Doctiss. Corn. a Lap. (*in Matth. 23. n. 24.*) *Tales etiamnum sunt inter fideles, qui scrupulose recitant Rosarium, jejunant in honorem Beatæ Virginis, &c. Interim sine scrupulo luxuriantur, rapiunt, furantur.* &c. O inepti! quibus vobis verbis aptius exprobrabo deceptionem, quam illi Sancti Gregorii horatiuncula ad clementiam Patritiam, Feminam Nobilissimam, atque oppido piam, injuriarum tamen nequiquam patientem (*l. 3. ep. 16. in dist. 3.*): *Ne tales sitis in minimis, quales debetis esse in maximis?* Observatio mandatorum est sola illa conditio, cui Dominus Deus promissionem æternæ salutis annexuit: cum aliquando ad Dei Tribunal ventum fuerit, non quæret Judex, an ceram illam benedictam diligenter e collo gestaverit; an die jejunii ne micam quidem panis gustaverit; an aquæ lustralis asperionem nunquam omiserit: nihil simile: sed quæsitio erit an mandata observaverit. *Ne sitis tales in minimis.* &c.

8. *Epilogus.* Christianæ animæ: *Nisi abundaverit justitia vestra plus, quam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum Cælorum*: auditis autem, in quibus justitiam vestram supra Pharisæos abundare oporteat, nimirum excludenda est in operibus nostris: *Præsumptio actionis*: atque hic error versatur circa causam formalem operis. Excludenda est *Ostentio operis*; atque hic error versatur circa causam finalem operis. Excludenda est anxia *Observantia in minoribus, relictis gravioribus*; atque hic error versatur circa materiam operis. Hæc si feceris, poteris aliquando confidenter dicere ad Deum Judicem: Domine, *abundavit justitia mea plus, quam Scribarum, & Pharisæorum*: ergo da, ut intrem in Regnum Cælorum. Amen.

Dominica V. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

De reconciliatione, ac venia inimicis præstanda.

Vade prius reconciliari fratri tuo. Matth. 5.

EXORDIUM.

Deo non placent munera, nisi ex corde reconciliato.

1. AUdite rem prorsus miram, ac inauditam, quam Leontius in vita sancti Joannis Eleemosynarii, Patriarchæ Alexandrini (*caput 13. & 14.*) commemorat. Magnus hic Dei famulus jam aliquando in procinctu stabat celebrandi Sacrosanctum Missæ Sacrificium, cum recordabatur Clericum quemdam sibi infensum, & quamvis nullam illi injuriam retulisset, sed potius recepisset, tamen memor Præcepti Dominici in hodierno Evangelio dati: antequam offeras munus tuum ad altare, *vade prius reconciliari fratri tuo.* (*Matth. 5.*) Ecce coram frequenti populi confluxu ab Altari discedit, Clericum requirit, veniam abeo rogat, & facta reconciliatione, cum gaudio ad Altare rediens, Sacrificium peregit, confidenter tunc ad Deum dicens: *Dimitte mihi debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Bone Deus; hoc fecit Patriarcha, & Episcopus erga Clericum sibi subditum: inspectante populo: sine suæ auctoritatis dispendio: non obstantibus hominum dictoriis: Ita est: ita est: sciebat Sanctissimus Vir, nec ipsum Incruentum Altaris Sacrificium placere posse Deo, ubi non plena prius cum fratre suo reconciliatio antecessit. O Christiana pectora: video per anni decursum vestra pietatis exercitia, Preces, Concionum, & Sacrificiorum auditiones, jejunia, eleemosynas, aliaque Devotionis opera: deplorandæ utique, & lacrimis digna res foret, si Deo ingrata, & præmio indigna forent omnia: & certo erunt, nisi rancores, & dissidiæ inveteratæ e corde eruantur.

3. *Propositio.* Patimini ergo, ut tam perniciosam operum vestrorum tineam hodie ex animis vestris expellam, & ad ravim usque clamem: Mi Christiane: si beneplacens Deo Sacrificium offerre cogitas, bene agis, ora, eleemosynas distribue, jejunia, Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ frequenta; sed ante omnia nota: *Vade prius reconciliari fratri tuo.* Favete.

Deus non intuetur munus, sed cor.

3. *Confirmatio.* Quisquis sibi imaginatur, Deum delectari muncre, & oblatione materiali, vehementer hallucinatur: non attendit Dominus, quid illi, sed ex quo offeratur: nec ita respicit manus, quam cor offerentis: da unum, qui immensa auri pondera, & ereti divitias ad Altare offerat, sed corde livido, invidioso, vindicativo; da alterum, qui teruncium unicum ferat, sed corde mansueto, puro, pacifico: & hic certe plus illo placebit. Vis munus tuum Deo acceptum esse? cura prius primis, ut cor tuum ipsum munus Dei sit. Quæso, cur in veteri lege Deus inter oblationes acceptavit oleum, non autem ceram? certe non ex alia ratione, quam quod oleum procreetur ex oliva, quæ pacis, ac concordiæ symbolum est, econtra cera effornatur ab apibus, animalculis armatis, aculeatis, & ad quamvis irritationem facile efferandis. Nimis quam verum igitur est illud Augustini effatum (*serm. 16. de Verb. Dom.*) *Te quærit Dominus magis, quam munus: offers munus tuum, & non ex munus Dei: plus quærit Christus, quem redemit sanguine suo, quam quod tu inveniſti in horreo tuo.*

Omnis culpa potest redimi munere, non vero discordia.

4. Ex quo patet luculenter, quam exosum Deo malum sint discordiæ, & inimicitiæ; quia alia mala redimi possunt muneribus, pro hoc autem nec munus acceptatur. In Levitico fusè describitur, siquis aut mendacium dixerit, aut veritatem subticuerit: siquis obtectum, aut contactum cadaverum pollutus fuerit: siquis juramento, aut sine necessitate, aut falso prolato, animam contaminaverit: siquis sacris ritibus, & cæremoniis abalus fuerit: siquis scitu necessaria ignoraverit; poterat delictum suum oblatione agnorum, caprarum, taurorum, aut immolatione holocaustorum extinguere: at in hostierno Evangelio omnino ab Altari abesse jubetur, quisquis fratri suo necdum est reconciliatus: audiamus S. Gregorium: (*l. 4. Dial. c. 60.*) *Profundum est, cum omnis culpa munere deleatur, quam gravis sit culpa discordiæ, pro qua nec munus accipitur?*

5. Plus dico: quisquis bilisosus, & vindictæ cupidus præsumpserit insanus suum ad Altare ferre, tantum abest, ut Deum sibi propitiet, ut potius irritet, & loco benedictionum mille mala supra caput suum trahat: penamus enim, munus tuum esse preces, & præcipue Orationem illam Dominicam, omnium precum principem: quomodo oras? *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Recte se habet: dic ergo, qui ratione tu dimittis debitori tuo? nonne illi frequenter mille mala imprecaris? nonne velles, ut mille infortuniis obrueretur? nonne in suum rideres, cum infausta forte affligitur? Ergo cum a Domino Deo rogas, ut tibi dimitteret, sicut tu dimittis debitori tuo, per particulam comparativam *sicut* omnia mala tibi imprecaris, quæ proximo tuo evenire velles, & aquivalenter ita oras: Domine, ego inimico meo ita dimitto, ut vellem illum ad incitas, & miseriam redigi: tu dimitte mihi, sicut ego dimitto. Domine ego ita dimitto inimico meo, ut vellem sexcentis fulminibus pessumdari, bestiis rudi, ex orbe eliminari: tu dimitte mihi, sicut ego dimitto. &c. O mi Christiane! ecce quid tibi nocent, cum livido corde munus tuum offers ad Altare; quia sine gravissimo tuo detrimento nec unicum *Pater noster* valeas recitare.

Inimicitiæ mutant hominem in diabolum.

6. Fingamus infernalem Luciferum, aut unum ex infelicibus illius affectis huc ad Altare cum muneris oblatione accedere: an putatis, munus acceptum fore? nulla prorsus ratione: quare? quia in continuis dimidiis cum Deo, in inveterata invidia contra hominem vivit. Jam percipite memorabile sanctorum Patrum effatum: (*Leontius in Vita S. Jo. Eleemos. c. 14.*) *Aversum quidem est nullatenus litigare, sed in amicitia, & perpetua pace consistere, hominum vero est altercari quidem, sed statim reconciliari: damnosum autem est totam diem litigare, & totum diem transire irreconciliatum.* Vides, mi homo, quidem te coram oculis Dei constituat livor, & inimicitia, & audes in conspectu Dei comparere cum animo iracundo, vindictæ cupido?

Deus vindictam sibi reservat.

7. Dicis forsan, ego non inimicitias gero contra Deum, veluti diabolus; sed contra hostem meum, injuriatorem meum. Quid tum? non potest habere pacem cum Deo, qui dissidet cum proximo: quamdiu infensus es proximo, Deum quoque tibi infensum habes. Quid? an ergo Deus tuetur partes mei inimici? ita est: partes tuetur illius, quem tu persequeris. Cur ergo non meam causam defendit? respondeo: defendet sine dubio, si illi vindictam relinquas, nec ipse vindictam sumas. Delibera jam, quid fieri expediat, utrum præstet inimico paulisper cedere, & Deum habere defensorem, aut exardere in vindictæ studia, & Deum sibi facere adversarium: &c.

Injuriat non vindicare, non est probrosum.

8. Atinquies, mundus me habebit pro fungo, pro homine nauci, si cedo, si non dentem pro dente, sanguinem pro sanguine repono. Irane mundi judicium reformidas? Edic, de quo mundo loqueris; an de prudente, probo, conscientioso? & tantum abest, ut animi sui mansuetudinem, ac injuriarum condonationem improbet, ut potius summis, ut par est, laudibus extollat. Pervolve SS. Patrum codices, scrutare historiographorum volumina, & invenies heroica SS. factiora, fuisque victoriis, præsertim in condonandis offensionibus, summis laudum præconiis celebrari. Si vero de mundo dyscolo, degenere, impio, fermo est, quæso, an ejus principis curas? carpet, fugillabit, quidquid feceris: si pacis, ac Christianæ mansuetudinis studio cum inimico in gratiam redeas, dicet te fungum, cucumerem, lepusculum. Si ad sanguinem usque resistas, dicet te latronem, sanguisugam, tyrannum. Quid igitur agendum? contemnenda sunt mundi dicteria, & unice attendendum, quid Deus, quid SS. Cælites, quid conscientia de te loquatur. Attolle, obtecro, oculos in hanc crucem; en vides pendentem mitissimum Salvatorem: potuisset contra Judaicam perfidiam armare mille legiones Angelorum: potuisset contra interfectores evocare fulmina; potuisset persecutores in ictu oculi demergere in gehennæ incendia: noluit, veniam dedit, Patrem pro iis rogavit. An ausis propterea fungum dicere? en hic ipsissimus Deus quotidie tolerat innumerabiles peccatorum injurias, atque enim tuus, necdum tamen mundum evertit, necdum

dum te in periculis deserit, nec dum te æternum damnavit. An putas ideo fungus est? O miserum te, si perversas mundi regulas pro vitæ tuæ norma constituis!

9. Verum reponis iterum: Christus Deus est: exempla Divina non valet humana fragilitas æquali passu æmulari. Dabo ergo exemplum humanum, & quidem nobilis illius Florentini, cujus festiva dies pro hoc anno in hodiernam Dominicam incidit. Joannes Gualbertus Nobilis Florentinus (*Ribaden. 12. Julii.*) disturno odio arserat contra sceleratum tenebrionem, qui cognatum suum, in pancis carissimum, truculenter interfecit: diu noctuque exoptabat occasionem vindicandi scelus, & latronem exanimandi. Nec defuit occasio: cum aliquando ex itinere Florentiam rediret, obviam habuit sicarium, & quidem inermem, ao omni hominum subsidio destitutum. Nec mora; insectatur, occupat miserum, evaginato ense jamjam scelestum guttur cranfadacturus. Quid agit infelix, inter sacrum, & saxum deprehensus? quem vincere non poterat, flectere speravit; ideo in genua provolutus, obtestari cœpit furibundum, parceret sibi, ac per amorem, & vulnera crucifixi Redemptoris, qui pro inimicis veniam rogavit, vitæ sibi gratiam faceret. Gualbertus, ubi Nomen Crucifixi Domini audiit, suspendit ictum, mucronem retrahit, & totus jam mansuetior, sit ergo, ait: veniam tibi condono amore illius Dei, quem Advocatum imploraſti. Ita jacolimem dimisit inimicum, & ipse in proximum facellum sceus viam sceelit, quidubio hanc sui ipsius victoriam Deo oblaturus. Et ecce, cum ante Altare flectit, videt collocatum ibi crucifixi imaginem blando annutu sibi caput inclinare, & veluti pro obsequio, sui amore præstito, grates rependere. Ex eo Gualbertus, intimo devotionis sensu tactus, mundo nuntium remisit, in cœnobio sancte vixit, sancte obiit. Ex hac ego historia duplicem tibi, mi Christiane, interrogationem, doctrinamque eruo. Primo quidem edic; si Gualbertus sui impotens iracundiæ habenas laxasset, & strictum mucronem in jugulum adversarii immersisset, an putas, Christum Dominum illi æque inclinato capite grates habiturum? Secundo edic: an putas eum ad eundemmet sanctitatis gradum, quo nunc in Ecclesia colitur, perventurum? ah! neutrum certe futurum fuisset. Forsan crucifixus Redemptor torvo eum aspectu a se repulisset, & nunc mundus eum latronem, homicidam, immisericordem tygridem, & humani sanguinis helluonem vocitaret. &c.

10. *Epilogus.* O mi Christiane: quid ergo falsa mundi principia in consilium trahis? Deum consule, quid facto opus sit, non mundum: *Vade prius reconciliari fratri tuo*, non inter gressum in hanc Ecclesiam, antequam e corde ejeceris omnem rancorem: non pete a Deo, ut tibi dimitteret debita tua priusquam tu plene remiseris aliena. Et ego quidem, Dilectissimi, antequam Sacrificium jam nunc offeram ad Altare, ad quod accingor, veniam a vobis omnibus oro, si quem offendi, & vicissim injurias, si quas mihi illatas, noverim, ex integro corde condono, ita sperans fore, ut & a Deo delictorum veniam impetrem, cum confidenter illi dicere potero: Domine, antequam munus meum, hoc sanctum Missæ Sacrificium offeram ad Altare, ivi prius reconciliari fratri meo. Amen.

Dominica V. post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Agitur contra Vitium iræ, ejusque damnabiles effectus describuntur.

Ego autem dico vobis; quia omnis, qui irascitur Fratri suo, reus erit Judicio. Matth. 5.

EXORDIUM.

Dæmones vehementer delectantur ira, & dissidiis hominum.

1. SAnctus Gregorius in Dialogis (*l. 2. Dial.*) enarrat, Judæum quemdam, dum ita faceret, ab imminente nocte obrutum, in quodam gentilium delubro, quod viæ contiguum erat, pernoctasse; Ecce ibi: Media nocte ingrediebatur ingens dæmonum multitudo, inter quos prægrandior unus soliam occupabat, & a subditis spiritibus sui ministerii rationes exigebat. Aderant infernales fauni, & unus quidem gloriabatur, se elapsa die inter fratres, & optimos amicos discordias seminasse; alter jactitabat, se hominem alias innocentem, ac casum ad periculosam familiaritatem pellexisse; tertius ajebat, se hominem iracundum ad blasphemias, & juramenta concitasse: Et sic ceteri suas industrias, ac causata peccata diluudabant. Novissime accedebant duo dæmones, quorum unus plaudebat, se tantam inter homines excitasse iracundiam, ut inter rixas etiam lethalia vulnera, & mortes fuerint secutæ: alter dicebat, se interfuisse nuptiis, & inter nuptiales convivas discordias seminasse tam vehementes, ut ipse sponsus inter bella, & velicationes fuerit obtruncatus. Atque hi duo dæmones præ ceteris omnibus laudem, & applausum tulerunt: animati etiam sunt, ut strenue pergerent dissensiones serere, pacem domesticam in familiis turbare, iras, & odia suscitare. Ex quo patet, orcum vehementer delectari ex iracundia, & discordiis hominum; cum enim Lucifer primus fuit, qui vel in ipso cælo bella concitavit, hodiedum inimicus est pacis, nihilque habet e re sua tam opportunum ad capiendas animas, quam animorum dissensiones, ex quibus odia, jurgia, detractiones, altercationes, injustas lites, rixas, hostilitates, proditiones, mortes, & mille alia

Omnis culpa potest redimi munere, non vero discordia.

4. Ex quo patet luculenter, quam exosum Deo malum sint discordiæ, & inimicitiæ; quia alia mala redimi possunt muneribus, pro hoc autem nec munus acceptatur. In Levitico fusè describitur, siquis aut mendacium dixerit, aut veritatem subticuerit: siquis obtectum, aut contactum cadaverum pollutus fuerit: siquis juramento, aut sine necessitate, aut falso prolato, animam contaminaverit: siquis sacris ritibus, & cæremoniis abalus fuerit: siquis scitu necessaria ignoraverit; poterat delictum suum oblatione agnorum, caprarum, taurorum, aut immolatione holocaustorum extinguere: at in hostierno Evangelio omnino ab Altari abesse jubetur, quisquis fratri suo necdum est reconciliatus: audiamus S. Gregorium: (*l. 4. Dial. c. 60.*) *Profundum est, cum omnis culpa munere deleatur, quam gravis sit culpa discordiæ, pro qua nec munus accipitur?*

5. Plus dico: quisquis bilisosus, & vindictæ cupidus præsumpserit insanus suum ad Altare ferre, tantum abest, ut Deum sibi propitiet, ut potius irritet, & loco benedictionum mille mala supra caput suum trahat: penamus enim, munus tuum esse preces, & præcipue Orationem illam Dominicam, omnium precum principem: quomodo oras? *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Recte se habet: dic ergo, qui ratione tu dimittis debitori tuo? nonne illi frequenter mille mala imprecaris? nonne velles, ut mille infortuniis obrueretur? nonne in suum rideres, cum infausta forte affligitur? Ergo cum a Domino Deo rogas, ut tibi dimitteret, sicut tu dimittis debitori tuo, per particulam comparativam *sicut* omnia mala tibi imprecaris, quæ proximo tuo evenire velles, & aquivalenter ita oras: Domine, ego inimico meo ita dimitto, ut vellem illum ad incitas, & miseriam redigi: tu dimitte mihi, sicut ego dimitto. Domine ego ita dimitto inimico meo, ut vellem sexcentis fulminibus pessumdari, bestiis rudi, ex orbe eliminari: tu dimitte mihi, sicut ego dimitto. &c. O mi Christiane! ecce quid tibi nocent, cum livido corde munus tuum offers ad Altare; quia sine gravissimo tuo detrimento nec unicum *Pater noster* valeas recitare.

Inimicitiæ mutant hominem in diabolum.

6. Fingamus infernalem Luciferum, aut unum ex infelicibus illius affectis huc ad Altare cum muneris oblatione accedere: an putatis, munus acceptum fore? nulla prorsus ratione: quare? quia in continuis dimidiis cum Deo, in inveterata invidia contra hominem vivit. Jam percipite memorabile sanctorum Patrum effatum: (*Leontius in Vita S. Jo. Eleemos. c. 14.*) *Aversum quidem est nullatenus litigare, sed in amicitia, & perpetua pace consistere, hominum vero est altercari quidem, sed statim reconciliari: damnosum autem est totam diem litigare, & totum diem transire irreconciliatum.* Vides, mi homo, quidem te coram oculis Dei constituat livor, & inimicitia, & audes in conspectu Dei comparere cum animo iracundo, vindictæ cupido?

Deus vindictam sibi reservat.

7. Dicis forsan, ego non inimicitias gero contra Deum, veluti diabolus; sed contra hostem meum, injuriatorem meum. Quid tum? non potest habere pacem cum Deo, qui dissidet cum proximo: quamdiu infensus es proximo, Deum quoque tibi infensum habes. Quid? an ergo Deus tuetur partes mei inimici? ita est: partes tuetur illius, quem tu persequeris. Cur ergo non meam causam defendit? respondeo: defendet sine dubio, si illi vindictam relinquas, nec ipse vindictam sumas. Delibera jam, quid fieri expediat, utrum præstet inimico paulisper cedere, & Deum habere defensorem, aut exardere in vindictæ studia, & Deum sibi facere adversarium: &c.

Injuriat non vindicare, non est probrosum.

8. Atinquies, mundus me habebit pro fungo, pro homine nauci, si cedo, si non dentem pro dente, sanguinem pro sanguine repono. Irane mundi judicium reformidas? Edic, de quo mundo loqueris; an de prudente, probo, conscientioso? & tantum abest, ut animi sui mansuetudinem, ac injuriarum condonationem improbet, ut potius summis, ut par est, laudibus extollat. Pervolve SS. Patrum codices, scrutare historiographorum volumina, & invenies heroica SS. factiora, fuisque victoriis, præsertim in condonandis offensionibus, summis laudum præconiis celebrari. Si vero de mundo dyscolo, degenere, impio, fermo est, quæso, an ejus principis curas? carpet, fugillabit, quidquid feceris: si pacis, ac Christianæ mansuetudinis studio cum inimico in gratiam redeas, dicet te fungum, cucumerem, lepusculum. Si ad sanguinem usque resistas, dicet te latronem, sanguisugam, tyrannum. Quid igitur agendum? contemnenda sunt mundi dicteria, & unice attendendum, quid Deus, quid SS. Cælites, quid conscientia de te loquatur. Attolle, obtecro, oculos in hanc crucem; en vides pendentem mitissimum Salvatorem: potuisset contra Judaicam perfidiam armare mille legiones Angelorum: potuisset contra interfectores evocare fulmina; potuisset persecutores in ictu oculi demergere in gehennæ incendia: noluit, veniam dedit, Patrem pro iis rogavit. An ausis propterea fungum dicere? en hic ipsissimus Deus quotidie tolerat innumerabiles peccatorum injurias, atque enim tuus, necdum tamen mundum evertit, necdum

dum te in periculis deserit, nec dum te æternum damnavit. An putas ideo fungus est? O miserum te, si perversas mundi regulas pro vitæ tuæ norma constituis!

9. Verum reponis iterum: Christus Deus est: exempla Divina non valet humana fragilitas æquali passu æmulari. Dabo ergo exemplum humanum, & quidem nobilis illius Florentini, cujus festiva dies pro hoc anno in hodiernam Dominicam incidit. Joannes Gualbertus Nobilis Florentinus (*Ribaden. 12. Julii.*) disturno odio arserat contra sceleratum tenebrionem, qui cognatum suum, in pancis carissimum, truculenter interfecit: diu noctuque exoptabat occasionem vindicandi scelus, & latronem exanimandi. Nec defuit occasio: cum aliquando ex itinere Florentiam rediret, obviam habuit sicarium, & quidem inermem, ao omni hominum subsidio destitutum. Nec mora; insectatur, occupat miserum, evaginato ense jamjam scelestum guttur cranfadacturus. Quid agit infelix, inter sacrum, & saxum deprehensus? quem vincere non poterat, flectere speravit; ideo in genua provolutus, obtestari cœpit furibundum, parceret sibi, ac per amorem, & vulnera crucifixi Redemptoris, qui pro inimicis veniam rogavit, vitæ sibi gratiam faceret. Gualbertus, ubi Nomen Crucifixi Domini audiit, suspendit ictum, mucronem retrahit, & totus jam mansuetior, sit ergo, ait: veniam tibi condono amore illius Dei, quem Advocatum imploraſti. Ita jacolimem dimisit inimicum, & ipse in proximum facellum sceus viam sceelit, quidubio hanc sui ipsius victoriam Deo oblaturus. Et ecce, cum ante Altare flectit, videt collocatum ibi crucifixi imaginem blando annutu sibi caput inclinare, & veluti pro obsequio, sui amore præstito, grates rependere. Ex eo Gualbertus, intimo devotionis sensu tactus, mundo nuntium remisit, in cœnobio sancte vixit, sancte obiit. Ex hac ego historia duplicem tibi, mi Christiane, interrogationem, doctrinamque eruo. Primo quidem edic; si Gualbertus sui impotens iracundiæ habenas laxasset, & strictum mucronem in jugulum adversarii immersisset, an putas, Christum Dominum illi æque inclinato capite grates habiturum? Secundo edic: an putas eum ad eundemmet sanctitatis gradum, quo nunc in Ecclesia colitur, perventurum? ah! neutrum certe futurum fuisset. Forsan crucifixus Redemptor torvo eum aspectu a se repulisset, & nunc mundus eum latronem, homicidam, immisericordem tygridem, & humani sanguinis helluonem vocitaret. &c.

10. *Epilogus.* O mi Christiane: quid ergo falsa mundi principia in consilium trahis? Deum consule, quid facto opus sit, non mundum: *Vade prius reconciliari fratri tuo*, non inter gressum in hanc Ecclesiam, antequam e corde ejeceris omnem rancorem: non pete a Deo, ut tibi dimitteret debita tua priusquam tu plene remiseris aliena. Et ego quidem, Dilectissimi, antequam Sacrificium jam nunc offeram ad Altare, ad quod accingor, veniam a vobis omnibus oro, si quem offendi, & vicissim injurias, si quas mihi illatas, noverim, ex integro corde condono, ita sperans fore, ut & a Deo delictorum veniam impetrem, cum confidenter illi dicere potero: Domine, antequam munus meum, hoc sanctum Missæ Sacrificium offeram ad Altare, ivi prius reconciliari fratri meo. Amen.

Dominica V. post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Agitur contra Vitium iræ, ejusque damnabiles effectus describuntur.

Ego autem dico vobis; quia omnis, qui irascitur Fratri suo, reus erit Judicio. Matth. 5.

EXORDIUM.

Dæmones vehementer delectantur ira, & dissidiis hominum.

1. SAnctus Gregorius in Dialogis (*l. 2. Dial.*) enarrat, Judæum quemdam, dum ita faceret, ab imminente nocte obrutum, in quodam gentilium delubro, quod viæ contiguum erat, pernoctasse; Ecce ibi: Media nocte ingrediebatur ingens dæmonum multitudo, inter quos prægrandior unus soliam occupabat, & a subditis spiritibus sui ministerii rationes exigebat. Aderant infernales fauni, & unus quidem gloriabatur, se elapsa die inter fratres, & optimos amicos discordias seminasse; alter jactitabat, se hominem alias innocentem, ac casum ad periculosam familiaritatem pellexisse; tertius ajebat, se hominem iracundum ad blasphemias, & juramenta concitasse: Et sic ceteri suas industrias, ac causata peccata diluudabant. Novissime accedebant duo dæmones, quorum unus plaudebat, se tantam inter homines excitasse iracundiam, ut inter rixas etiam lethalia vulnera, & mortes fuerint secutæ: alter dicebat, se interfuisse nuptiis, & inter nuptiales convivas discordias seminasse tam vehementes, ut ipse sponsus inter bella, & velicationes fuerit obtruncatus. Atque hi duo dæmones præ ceteris omnibus laudem, & applausum tulerunt: animati etiam sunt, ut strenue pergerent dissensiones serere, pacem domesticam in familiis turbare, iras, & odia suscitare. Ex quo patet, orcum vehementer delectari ex iracundia, & discordiis hominum; cum enim Lucifer primus fuit, qui vel in ipso cælo bella concitavit, hodiedum inimicus est pacis, nihilque habet e re sua tam opportunum ad capiendas animas, quam animorum dissensiones, ex quibus odia, jurgia, detractiones, altercationes, injustas lites, rixas, hostilitates, proditiones, mortes, & mille alia

mala callet machinari. Ita est, orcus delectatur; sed cælum ex iracundiæ vitio tristatur: hinc sub interminatione Divini judicii hodie prohibet Christus iracundiam: *Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit judicio.* (*Matth.* 5.)

2. *Propositio.* Christiani Auditores! agite, disseramus de damnabili vitio iræ, ejusque pessimis fructibus: erit hæc materia tanto magis necessaria, & utilis, quanto nihil auditur frequentius in familiis, ac domibus, quam altercationes, & jurgia: Invehitur conjux in conjugem, fratres in sororem, sorores in fratrem, amici in amicos, nec jam ullibi celebrari possunt nuptiæ, encœnia, convivia, aut consortia in popinis, quæ non rixis denique, & injuriosis disceptationibus finiantur. Favete.

Ira una laudabilis, altera vituperabilis.

3. *Explicatio.* Ante omnia notandum est, duplicis generis esse iram, laudabilem unam, damnabilem alteram; de utraque differens S. Gregorius (*in Job* 5.), *sciendum est*, inquit, *quod alia est ira, quam impatientia excitat; alia, quam zelus justitiæ format.* Laudabilis ira est, quæ assumitur ex zelo justitiæ ad extirpanda scelera, & sic laudabiliter irascitur parens contra filium immorigerum, contra famulos, & ancillas scelerantes: ita iratus fuit Mathatias (*1. Machab.* 2.), occidens legatum Antiochi, qui cogebat Judæos sacrificare idolis; & Christus ipse, qui flagello ejiciebat ementes, & vendentes e templo. (*Joan.* 2.) De hac ira loquitur Psalmista, inquiens (*Psal.* 4.): *Irascimini, & nolite peccare.* E contra ira damnabilis est, quæ ex impatientia, & præcipitantia oritur, estque commotio animi, cupiens se ulcisci in aliquo seu verbo, seu facto. Hæc ira dicitur esse brevis furor, & iracundum non differre a furibundo, nisi tempore: de hac monet Ecclesiastes c. 7. *Ne sis velox ad irascendum; quia ira in sinu stulti requiescit.* Plane in sinu stulti; quia iracundus homo sine ulla ratione seipsum, proximum, & Deum gravissime lædit. Perspiciamus singula.

§. I. *Iracundus gravissime lædit seipsum.*

2. *Confirmatio.* In primis iracundus seipsum gravissime lædit, dum duo optima bona, quæ inter bona naturalia in hoc mundo possidet, turpissime perdit, ac pessundat, videlicet vitam, & famam: Itane vitam destruit? Ita est: differtissimis enim verbis ait Ecclesiasticus c. 30. *Zelus, & iracundia minuunt dies, & ante tempus senectam adducit sollicitudo*; & ratio hujus rei est naturalis; sicut enim animalia bile carentia juxta Physicorum axioma sunt longæva; ita bilidosa cito emoriuntur (*Corn. a L. in Eccl.* 30.): ira, quæ est vehemens commotio sanguinis circa cor, destruit vitales spiritus, exiccat cor, fatigat pectus, & sanguinem malignis humoribus infecit. Perge, mi iracunde, perge mea pace irasci, fremere, ringere; sed brevi erit tempus, quo intonabitur pro te *De profundis*. Non credis ista? non credidit etiam Wenceslaus VI. Imperator, lapsus monitus, ut ira temperaret; dum aliquando ob leve verbum pugionem evaginavit, Pincernam suum confossurus, incidit in paralysin, & terræ allisus, paullo post ultimum diem clausit (*Matthias Faber in ann. Dom.* 21. *post Pentec. c.* 1.).

3. Itane etiam, ut dixi, iracundus famam perdit? Ita est: ira enim, velut altera Circe hominem mutat in bestiam, omnique humanitate, ac intellectu exuit: unde Scipio, cuidam, quodnam sit expeditissimum iræ remedium, dixit, esse speculum: putavit sapientissimus Philosophus vix fieri posse, quod homo non detestari incipiat hujus vitii turpitudinem, si in ipso æstu in seipso contempletur, quomodo cor palpitet, corpus tremat, lingua se præpediat, facies ignescat, oculi exsperentur, in ore sit clamor, & intus in animo tenebræ, ac turbatio. Nonne hoc bestiale est? nonne præsentium hoc, esse bestialem nigerrimum theta est, quod potest humanæ conditioni inuri? Esto igitur, mi homo, quod multis virtutibus polleas; esto, quod te castum, sobrium, liberalem, devotum fama deprædicet: attamen dicet alter, bestia est: quid non magni præstitit Magnus Alexander? quis illi factorum gloria fuit æqualis? Et tamen ignobilis, ac brutalis animi homo fuisse a tota posteritate creditur; quia amicos optimos ex ira præcipitantia interfecit: Lysimachum leoni objecit, Clytum hasta confodit, Calisthenem mori jussit: audiamus Senecam (*l. 6. Nat. quæst. c.* 23.): *Hoc est Alexandri crimen æternum, quod nulla virtus, nulla rerum felicitas redimet: nam quatuor quis dixerit? Occidit Persarum millia multa, opponitur; & Callisthenem . . . . Omnia licet antigua Duum, Regumque exempla transferat, ex his, quæ fecit, nihil tam magnum erit, quam feritas Callisthenis.* O dedecus! O probrum iracundi! leo est, tygris est, bestia est, quæ hoc momento obmutescat: Hæc contumelia ita conturbavit Saram, ut in superius domus cubiculum concedens, tribus diebus, & totidem noctibus nec manducarit, nec biberit. Et quid mirum? nam, uti notat S. Chrysost. (*hom.* 15. *in Matth.*), *multi ad laqueum compulerunt, fame opprobria non ferentes.* Quamvis ergo a laqueo abstinuit Sara, saltem tres dies integros lacrimando, jejunando, & orando procul ab omni consortio traduxit. O quoties in impetu iræ effutiuntur hujusmodi contumeliæ, quæ sæpe proximo enormis tristitiæ, aut fere etiam desperationis ansa fuerunt! Sicut in olla fervente, si vel unica fiba delitescat, exit, & ebullit; ita cor iracundi, quidquid malorum de proximo novit, per os evomit, paratum plura evomere, si plura nosset.

7. Notent hoc sibi illi gurgustiones, & popinarum hederæ, quæ si inter cantharos incalescunt, incipiunt varias cryses facere, verbis pungere, & ut in axiomate dicitur, de muro ansam litigandi fricare. Scribit Philostratus, apud Indos in arce quadam asservari duo dolia, quorum altero aperto per totam Indiam consurgebant nebulæ, altero autem referato exoriebantur venti, adeoque dum volunt serenitatem, utrumque claudunt dolium. Fabulosum hoc est commentum, credat Judæus Apella: verum in proposito nostro videmus, quod clausis vini, & cervisiæ doliis sit tranquillitas, & pax inter homines, quæ si per gulam aperiuntur, nil nisi contentiones, & rixæ sentiuntur, juxta illud: *Cui væ, cui elixi, cui foveæ, cui sine causa vulnera, cui suffusio oculorum? nonne his, qui commorantur in vino, & student calicibus exponditi?* (*Prov.* 23.) O quoties ex hujusmodi tumultu, immo ex putrilli, & nullius momenti altercatione prolixæ inimicitiæ, injustæ lites, vulnera, & cædes ortum traxerunt! In mentem hic mihi veniunt duo illi fratres ex antiquissima familia Patavina, (*Bernardus Scardonus lib.* 3.) quinam ambulantes, & de variis rebus confabulantes, cum innumeras stellas conspicerent, quæ tum sereno cælo splendebant, per jocum dixit alter, optarem tot habere boves, quot stellas video micantes: Tum alter jocando intulit, & ego vellem pratum instar cæli latum, & ad fratrem conversus, ait tu, inquit boves tuos pasceres? ille subjunxit, in prato tuo: tunc alter: quid si ego nollem? rursus ille: te etiam invito hoc facerem. Sic altercando ritus in iram, ira mox in rixam conversa, dum alter alteri cedere non vult, exertis pugionibus se invicem transfigunt, & hinc unus, illinc alter exanimes concidunt. Deum immortalem! cæcone ob nugas frater occidit fratrem? ita est: ita hodiedum multoties contingit: cum ritus, & vexationibus incipitur, dein intemperantes, & sui impotes animi efferuescunt, & tandem ob nugas infantiles in rixas, in vulnera convolant, ac inimicias nescio quo usque propagant. Egregii fructus iracundiæ.

§. II. *Lædit proximum.*

5. Verum-ne in his minutiis desinea? longe gravius est detrimentum, quod iracundus proximo infligit, & quidem nonnunquam amicissimo; *Quemadmodum, quamdiu non adest*, inquit S. Chrysost. (*hom.* 3. *de periculis spectaculorum.*): *sæpe ut præsentem quidem amicum agnoscimus, ita in iracundos soleo ventre*: iracundi, quando ex vehementia passionis obfuscatur ratio, in obvios quosque sæviunt, jura amicitiæ violant, beneficia omnia obliviscuntur, non sanguini parcunt, sed cæco impetu vitam & famam alienam proterunt. Pater hoc in Sara Tobiæ Junioris postea conjuge: *Tradita fuerat septem viris, & dæmonium nomine Asmodæus occiderat eos.* (*Tob.* 3. v. 8.) Habebat hæc ancillam, quam juste de culpa quadam increpabat, quæ irata ita in Dominam invecta est: *Tu effligeris viorum tuorum, nunquid & occidere me vis, sicut jam occidisti septem viros?* Petulans lingua, digna quæ

eiga conjuges, parentibus ergo liberos, quot oportet in mansuetudine, non in furore corripere, & castigare: sunt parentum nonnulli, qui ad delicta liberorum incondite clamant, baculis, & faxis delinquentes impetunt, mille imprecationes spuunt, ejulant, & spumant, ut videantur velle in rabiem agi; proh quanta infortunia ex tanta infania! Audiamus unicam, eamque luctuosam tragœdiam: (*Pelag. Chr. p. 1. c.* 7. §. 8.) Vir agricola, in agro occupatus, filium miserat domum, nescio cujus rei afferendæ caussa: moratus est diutius aliquando patris exspectatione filius, quare cum redisset, ira accensus pater obviam illebam arripuit, in puerum conjecit, & occidit. Hic primum versa in dolorem ira, dein dolori desperatione succedente, miserabilis pater domum abiit, & in horreo collo laqueum induit: quod cum uxoris quæ tum infantulum balneabat, indicaretur, illa horrore correpta, properat ad horreum: ibi prole interim, quam in tanta perturbatione neglexit, balnei aquis suffocata. Istud cum a mariti suspendio mulier tristis rediret, & hic infantem quoque extinctum inveniret, desperabunda ad horreum revertitur, clausisque ostiis; se ex eadem infelici trabe, qua etiamnum conjux pendebat, suspendit. En, ex una intemperante patris ira quadruplex homicidium, &c. &c.

§. III. *Et denique ipsum Deum.*

9. Quid dicam denique de gravissima læsione, quam iracundus vel ipsi etiam Numini infert? quemadmodum rabidi canes lunæ splendentis faciem allatrant; ita etiam homines iracundi vel ipsum Deum injuriis lacessunt. De Cajo Caligula scribitur, quod cum publici theatrorum ludi aliquando pluviis fuerint disturbati, ita indignus, Deum cæli ad duellum provocarit, exclamans: *Aut tolle me, aut ego te:* (*Dio Cass. in Calig.*) dein Deo maledicens jusserit sagittarios suos sursum in cælum tela mittere, quæ quidem deorsum recidentia, magnam plebis partem lædebant. Tolerabilis erat adhuc hæc insania; quia hominis ethnici contra falsos Deos: at quo supplicio expiari fas potest crimen, quo homo Christianus ex intemperante ira in juramenta, & blasphemias contra Deum Opt. Max. erumpit? an rarum quid hoc est? utinam esset tam rarum, quam horribile! Heu quantum sibi applaudet infernalis dæmon, cum viderit, sanctissima Sacramenta, Redemptionis nostræ mysteria, ipsumque Christi sanguinem turpissimis Christianis inhonorari? O mi Christiane: ergone te adeo partibus dæmonis addixisti, ut in illius favorem, ac jubilum levi ex caussa contra Christum Redemptorem tuum blasphemum clamicum canas? auxi, quantum orco obsequium, quantamque Deo injuriam facias. Tempore, quo Henricus III. pius Imperator anno 1055. Moguntiæ moraretur (*Dauroult. t.* 6. *Tit.* 20. *Ex.* 2.) ipso Pentecostes festo una cum plurimis Imperii Principibus in summa Æde rei Divinæ intererat: cum ecce, ja ipsa Ecclesia inter Principum famulos subita lis exorta est, quæ

demum, nullo habito loci respectu, in rixas exarsit, non sine summa Imperatoris, & Principum indignatione: lite composita, cum postea a musicis decantarentur hæc verba: *Hunc diem gloriosum fecisti.* Et in quodam Ecclesiæ angulo vicissim hæc vox insonuit: *Hunc diem bellicosum ego feci.* Nemo dubitabat hæc verba a malo dæmone proficisci, gloriante, quod Christianos haberet promptiores ad rixas, & litigia, quam Christus ad sua obsequia. Pientissimus Imperator, ut errorem compensaret, & jactabundum dæmonem confunderet, opiparum convivium, quod sibi, ac Principibus paratum erat, pauperibus opponi præcepit, quibus ille propriis manibus ministrabat. &c.

10. *Epilogus.* Quid igitur factu opus est? Dilectissimi Auditores! moderamini, obsecro iram, tanquam Seminarium multorum malorum: atque ut hujus mali vobis remedium præscribam, percipite, quid Philosophorum nonnemo, nomine Athenodorus Augusto Cæsari commendarit (*Plutarch. in Apoph.*): *Cæsar*, ajebat, *cum iratus fueris, ne quid dixeris, faciesve, priusquam græcorum viginti quatuor litterarum nomina apud te recensueris.* Ita & vos agite, mei Christiani, cum bilem vobis moveri sentitis, nihil decernite in ipso æstu; sed placidam mentis serenitatem exspectate: nihil prudenter agitur, cum animus ira conturbatur. Perpendite damna, quæ vobis ipsis, proximo, & Deo per hoc vitium irrogantur, & discite mansuescere in vestrum, proximi, & Dei emolumentum, ac honorem. Amen.

Dominica VI. post Pentecosten.

CONCEPTUS LI.

De fiducia collocanda in Providentia Divina, quæ servis suis sustentationem temporalem liberalissime subministrat.

Misereor super turbam; quia ecce jam triduo sustinent me, nec habent, quod manducent. Marc. 8.

EXORDIUM.

Deus est centuculus ad vacuitatem nostram.

1. Fabulosa gentilitas inter alias nugas commenticii ausa est, fuisse quondam Pastorem nomine Argos, qui centenis omnino oculis fuerit præditus. Figmenta sunt hæc, & deliria Poetarum; nihilominus in vero quodam sensu de Providentissimo, ac Sapientissimo Deo asseverari possunt: tot ille habet oculos, quot sunt in mundo regna, quot in regnis provinciæ, quot in provinciis urbes, quot in urbibus habitacula, quot in habitaculis homines: his vigil, attentus, sollicitus diu noctuque respicit necessitates non tantum animarum, sed & corporum. His providet, ut per universum orbem terrarum agri, campi, vineæ, horti, ædes floreant, fructusque in quantitate producant totius humani generis alimento sufficturæ: & sæpe, si deficere cernit naturalis media; prodigiosa virtute supplet defectum. Exemplum hujus rei inculentum habemus in hodierno Evangelio; sequacis enim turbæ triduanam inediam miseratus, adeo prodigiose multiplicavit modicum panem, ut plus fuerit reliquium, quam distributum. *Misereor, & misereatur Dominus escam dedit timentibus se,* (*Ps.* 110.) escam dat timentibus se, escam dabit timentibus se. Advertitis, Auditores, quem in finem ista recenseam? nimirum Philippicam armare cogito in eos, qui immoderata anxietate canescunt, & Divinæ Providentiæ diffisi, identidem oblatrant: Deus Bone! quid mihi incipiendum restat? Familia crescit, liberorum numerus augetur, in cella, in culina, in horreo, in crumena datur vacuum: quæso quid incipiendum?

Deus non deserit justos.

2. *Propositio.* O bardi, & inepti! dicam vobis, quid incipiendum: nimirum erigite fiduciæ liter animum in Deum, *omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum; quia ipsi est cura de nobis.* (1. *Pet.* 5.) Protestor autem, quod nolim hodie cum impiis rem habere; hi enim dum ingrati in donis Dei petulciunt, tantoque scelleratiores fiunt, quo Deus liberalior, sibimetipsis imputent, si Divinam Bonitatem erga se tenaciorem experiantur. &c. *Oculi Domini super justos.* (*Psalm.* 33.)

Spes in Deo collocata non potest confundere.

3. *Divisio.* Qui spem suam in humano auxilio ponunt, sæpe decipiuntur; quis amico, cui confidunt, aut *posse*, aut *velle* deficit, id est, facultas, vel voluntas adjuvandi indigentem. Neutrum in Deo deficit, consequenter fiducia non fallit: ditissimus est, ergo adjuvare potest. Optimus est; ergo etiam vult. Perpendamus utrumque.

§. I. *Deus est ditissimus, Deus promisit nobis sustentationem temporalem.*

4. *Confirmatio.* Inter Monarchias, qui unquam sub sole fuerant, ditissimus, ac potentissimus fuit Rex Salomon: stupenda sunt, quæ de illius divitiis, ac magnificentia facer codex commemorat: (2. *Paral.* 9.) Habuit Salomon quadraginta millia equotum in stabulis, & curruum, equitumque duodecim millia: exercuit potestatem super omnes Reges a flumine Euphrate usque ad terram Philistinorum, & usque ad terminos Ægypti, tantumque copiam præbuit argenti in Jerusalem quasi lapidum. Quis explicet immensa auri, argentique talenta, quæ a Patre suo David de testamento relicta habebat? quis enumeret munera, quæ quotidie a finitimis regibus inexplicabili numero, ac pretio submittebantur? quis computum ineat annuorum censuum, de quibus Scriptura (1. *Reg.* 1.): *Erat autem pondus auri, quod afferebatur Salomoni per annos singulos; sexcentorum sexaginta sex talentorum auri.* Unde tenet Serarius (*ap. Corn. a L. in* 3. *Reg.* 3. *v.* 13.) allique, Salomonem omnes omnino reges tam ante, quam post se opibus superasse. Quondam venit ad Salomonem Regina Saba, eique fuit pretiosissima munera: quid econtra Rex? *Dedit Regina Saba cuncta, quæ voluit, & amplius, quam attulerat ad eum.* Putatque Pineda (*de Rebus Salomon.*) verisimile esse, quod Salomon expenderit ad voluntatem, & voluptatem Reginæ cellas omnes thesaurorum, & aromatum, & vinorum, ut pro libitu ex eis desumeret. Cur autem ita munificus, & quasi prodigus erat Salomon? quia erat ditissimus, & in divitiis quasi inexhauribilis. Verum cedant terreni Regis divitiæ, quæ, comparatæ ad divitias Dei, se habent velut obolus ad millionem: opes omnes, quas habuit Salomon, Deus illi dedit, nec dedit illi tantas, ut non infinities majores sibi reservarit. Christianæ animæ! ingrediamur paullisper locupletissimam penum Domini Dei. Ecce, juxta computum VVeigelii (*in suo terrestri Speculo c.* 6.) in Hispania degunt decem hominum milliones, in Gallia viginti, in Italia undecim, in Britannia quatuor, in Provinciis Belgicis quatuor, in Germania viginti, in Dalmatia, Græcia cum adjunctis Insulis decem, in Macedonia, Tracia, Mœsia sex, in Polonia, Pomerania, & Lithuania sex, in Dania, Suecia, Norvvegia, Livonia octo: adeoque computando summatim in nostra Europa reperiuntur hominum nonaginta novem milliones, & hi omnes vivunt e penu Domini Dei: si pro uno homine annuatim satim unicam scapham frumenti computemus, debebit Divinus ille universi Æconomus singulis annis in alimentum solius Europæ procurare nonaginta novem milliones scapharum frumenti. Quid dicam de ceteris terræ partibus, Asia, Africa, America, quæ duplo, triplo, quadruplo sunt populosiores Europa? hic innumeras hominum numerus etiam Ethnicorum, Tartarum, infidelium, & scelleratorum ab orbe condito abundanter vi ita ex Dei liberalitate: si quæreretur singuli verbis illis, quibus Christus olim Apostolos: (*Luc.* 22.) *Numquid aliquid defuit vobis?* fatebuntur singuli: *Nihil.* Et tu, pusillanimis Christiane, tu metuis, tibi aliquid defuturum? Dic, fiditissimus, quidam Monarcha, ponamus, ipse Salomon tibi voce, & fide pro promitteret, quod in seculo cui tu animæ tuæ geras, ille tibi sustentationem corporis largissime subministraturus esset, numquid tui securus, & citra rei temporalis sollicitudinem vivere? Non est dubium. Eruditæ ergo, quod Deo minus, quam homini fidas? audi Chrysologum id tibi exprobrantem: (*Serm.* 91.) *Eo enim hominis animus obstrictus obligatione confringitur: Deus tot, ac tantis voluminibus cavet, & tamen securior non tenebitur?* promisit Deus tam amplo Chyrographo, quam ampla est tota Scriptura, quod, si animam cures, nil tibi unquam defuturum esset; Promisit Psalmo decimo, promisit Psalmo vicesimo septimo, promisit Psalmo tricesimo secundo, promisit Psalmo tricesimo tertio, promisit Psalmo tricesimo nono, promisit Psalmo quinquagesimo quarto, promisit Psalmo centesimo tertio, promisit Psalmo centesimo decimo septimo, promisit Psalmo centesimo tricesimo octavo, promisit Psalmo centesimo quadragesimo, promisit Psalmo centesimo quadragesimo quarto, aliisque; & Deo non fidis? *Jacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet.* (*Ps.* 54.)

§. II. *Deus est optimus Pater.*

5. Ex dictis patet, quod Deo neutiquam deficiat *posse*: est enim *Divus in omnes, qui invocant eum.* (*Rom.* 10.) An forte metuis, ne ipsi deficiat *velle*? erras, vehementer erras. Erige oculos versus cælum, & dic, quomodo orationem tuam formas? *Pater noster, qui es in cœlis.* Itane Dominus Deus Pater tuus est: est, inquis. Si Pater est, ergo paterno affectu miseretur necessitates filiorum, & hæc ipsa de caussa non Dominus noster, non Rex noster, sed Pater vocari voluit, ut filialem in orantibus confidentiam excitaret. Liberalissimus hic Pater nutrit reptilia in terra, natralia in mari, volatilia in aere, *dat escam pullis cervorum invocantibus eum,* (*Psal.* 146.) & metuis, ne tibi nutrimentum negaturus sit? liberalissimus hic Pater conservat cervum in sylvis, lepusculum in campis, vulpem in fovea, passerculum in tecto, immo sustentat dracones, & bubones, serpentes, & viperas; & putas tibi imagini ejus defuturum? & erras: ait enim Venerabilis Beda: (*l.* 4. *in Luc. c.* 32.) *qui irrationabilia animalia gubernat, rationabilia curare non desinit.* &c.

Providentia miracula nihil novi sunt in orbe.

6. Verum, inquis, sunt cara, dura tempora, in domo mea, in penu non nisi egestas. O eccos homo, quid tum? egestatem passus est S. Gevardus Abbas, & ecce, panis illi in ipsa fornace mirabiliter auctus est. (*Cæs. l.* 4. *c.* 65.) Egestatem passus est S. Apollonius, & ecce, panis illi in ipsa corbe crevit. (*in Vit. PP. l.* 2. *c.* 13.) Egestatem passus est S. Richardus Episcopus, & ecce, unicum panis frustillum illi ad pascenda tria pauperum millia sufficit. (*Surius in Vit.* 3. *ap. in Vit. PP.*) Egestatem passus est S. Onuphrius, S. Nicolaus Tolentinus, S. Paulus eremita, & ecce pranus ab Angelo, alter a Beatis Virginis, tertius a corvo mirabiliter panem recepit. (*Ferrar. in catal. SS. 2. Maij*) O si tibi fas foret perlustrari annales Dominicanorum, annales Carmelitarum, annales Augustinianorum, annales Franciscanorum, annales Capucinorum; certe mira miranda legeres de Dei Providentia, quæ famulis suis in extrema rerum inopia nunc frumentum in horreo, nunc vinum in cella, nunc panem in mensa mirabiliter multiplicavit, nunc per Angelum, nunc per peregrinum, nunc per divitem, nunc per gau-

pauperem prodigioso prorsus modo alimentum submisit. Proinde Domino Deo fideliter servias, peccatum extremo odio averseris, cælestia præterrenis quæras, & certus esto, si quævis media naturalia deficiant, tenetur Deus potius per miraculum te pascere, quam tibi in extrema necessitate defuturus sit. Miraris assertum? repeto, quod dixi: Deus tenetur potius ad miraculum, quam te deserat; promisit enim, fidem fecit, & auctoritatem suam Divinam interposuit: *quærite primo regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.* (*Matth. 6.*) Immo puto ego, ejusmodi Providentiæ miraculum, quamvis oculis nostris non semper sit manifestum, tamen in orbe nihil esse novum. Intuemini enim honestum opificem, qui vitam Christianam maxime vivit, quotidie Sacro interest, liberos in timore Domini educat: quærite illum: Bone Vir, qui fieri potest, ut tenui opificio familiam adeo numerosam satis bene sustentes? respondebit certe: In testem voco meam conscientiam, nescio, unde lucrum tam opulentum mihi proveniat: non sum turpiter quæstuosus, non sordide tenax, non fraudulentus; & tamen inter tot sumptus liberis, famulis, & uxori necessarios sentio mihi affluenter omnia prosperari: scripsi aliquando unius anni expensas, & plane deprehendi meis proventibus notabiliter majores. &c. Luculentius est, quod sequitur.

7. Neapoli, teste Menochio, (*l. 2. c. 29.*) degebat paupercula Mater una cum filia, quantum autem utraque bonis temporalibus erat inops, tantum virtutibus, ac pietate locuples. Ac enim nunquam infelicem periclitatur virtus, & præterim virginalis pudor, quam fame, & inopia: pusillanimis Mater, extremæ egestatis, familiæque impatiens, cui subleveandæ supellectilem jam omnem vendiderat, nec porro remedium ad manus habebat, jam fere impie decrevit, suam, filiæque pudicitiam venalem prostituere. Obstitit etcontra filia, matremque Divinæ Providentiæ admonuit, quam sibi adfuturam indubitanter speraret. Quid ergit? fusum sibi cæsariem præcindit, Matrique tradit, ut venderet, & ex pretio panem compararet. Et ecce, dum illa in foro publico capillos venum exponit, adest nobilis quidam Vir, qui auream capillitium vehementer admiratus, quærit, a quo, & unde sint elegantissimi capilli? respondet inter nictus parentis: esse filiæ suæ. Instat ille, an fortasse sanctimonialium cœnobium ingressa esset: negat illa, asseritque, hos ultimum esse pretium, quo vitam in extrema fame mercari cogerentur. Obstupuit Nobilis, & intima commiseratione tactus, tot ei pecuniarum dono dedit, quot honesto filiæ nuptui sufficiebant. &c.

8. *Epilogus.* Dic modo, Christiani animæ, meane verum verisimum est, si naturalia subsidia deficiant, Deum miraculose succurrere? Proinde pro certo teneas cum S. Davide: (*Ps. 36.*) *Junior fui, etenim senui, & non vidi justum derelictum.* Vidi plurima in orbe; vidi puniri crimina, præstari virtutes: vidi bella, cades, & prælia: vidi hostium insidias, amicorum fallacias. Vidi mortes, morbos, & pestilentias: vidi regum, regnorumque miras mutationes: vidi fortunæ inconstantiam, & varietatem: vidi mille improvisos casus: sed unum non vidi, nec video, nec videbo. Quid? *justum derelictum, & semen ejus quærens panem.* Amen.

Dominica VI. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

De plaga grandinis, & quibus de causis eamdem Dominus Deus permittere soleat.

Triduo sustinent me, nec habent, quod manducent, & si dimisero eos jejunos, deficient in via. Marc. 8.

EXORDIUM.

Deus verba patiens multiplicat, nobis per grandinem detrahit.

1. QUam diserte se mihi theatrum aperit, dum hodierno in Evangelio sequacem Christi multitudinem ex una parte, ex altera vos Dilectissimi Parochiani, intueor! turbam illam a triduo jejunam *Misereor, & misereatur Dominus, qui ecquam dedit timentibus se,* (*Psal. 110.*) adeo liberaliter pavit, ut septem sportæ reliquiarum superfuerint: nobis econtra ante triduum tempestuosa grandine panem adeo eripuit, ut destructa camporum segete, vix septem sportas nobis reliquas fecerit: illi manduca verunt, & saturati sunt; nos metuere debemus tamen, & egestatem: illi cum gaudio, & exultatione panis abundantiam prodigiose multiplicatam admirati sunt; nos lacrimabundis oculis ubertas fruges, & ventura messis ipsa, uno quasi momento everiam, intuemur. Quid hoc rei? an minor cura est Deo de nostra, quam de illorum sustentatione? an non & nos hereditas Dei sumus, ejusque Filii a liberali ejus manu nutriendi? Bone Deus! cum oculi omnium in te sperent, & tu impleas omne animal benedictione, qua de causa in nos adeo austerus, parcusque fuisti? unde tantum infortunium, unde grandis periculosi? &c. Dilectissimi, ita vobis quidem libet lamentari; ergo autem vos dignum ori imponere jubeo, & sanctissima Dei consilia adorare: Extemur cum fratribus Josephi: *Merito hæc patimur:* (*Gen. 42.*) quia inexpiabile est, esse quamplurimos ex nobis, qui suis peccatis, execrationibus, invidiis, inimicitiis, juramentis, ac blasphemiis Dei flagellum justissime provocaverunt. Sit ita: verum sunt & alteri nos orati innocentes, devoti, intimes, pupilli, orphani, & viduæ; quid ergo isti promeruerunt? Adquiescite.

2. *Perpesitio.* Ego utrisque concionabor, tam peccatoribus, quam innocentibus; illis quidem ceu

ceu concio ad terrorem, utpote, qui Divinam super nos iracundiam suis sceleribus concitarunt; illis erit in solatium, utpote qui a Deo ex sanctissimis finibus, ac saluberrimis causis affliguntur, &c. Favete.

Deus non permittit malum nisi ut eruat bonum.

3. *Introductio.* Quemadmodum aut medicinæ ex veneno viperæ hoscit confecere præstantissimam theriacam; ita certissimum est, posse sapientiam Dei ex quibusvis malis eruere sublimissima bona; immo non permittit Deus aliquod malum, nisi ut exinde eruat bonum. Sunt hominum nonnulli usque adeo temerarii, ut exortis infortuniis, bellis, infirmitatibus, incendiis, pluvia, grandine, agrorum sterilitate Dei Providentiam inhumanissime allatrent, & accusent: sed plane perperam, ac detestabiliter, cum nihil malorum permittat Deus, nisi ex sanctissimis finibus. Quamvis autem hi fines, ac causæ arcanissimæ sint, & non nisi abtersa hujus mortalitatis caligine nobis aperiendæ, nihilominus & in hac mortali vita humane intellectu Deus unam, aut alteram agnoscendam dedit. Percipiamus.

§. I. *Prima ratio grandinis, ut a peccatis præservemur.*

4. *Confirmatio.* Prima ratio, ac finis, cur Dominus Deus per plagam grandinis nobis vitæ subsidia immittat, est ista, ut nos intra honestatis limites constanter contineat; nunquam enim facilius homo exorbitat, quam in rerum affluxu, ac abundantia. Ita expresse docet doctissimus Novarinus: (*in doctrin. amor. c. 44.*) *Quia copia rerum, & abundantia extra modestiæ limites hominem trahuntur, earum necessitate necesse est coërceri.* Consideremus illas Regiones, quæ benigniori cæli climate, majorique terræ fertilitate ferunter: ibi animadvertere poterimus, homines in luxum, & luxuriam longe proniores, in victu, ac moribus longe petulantiores esse, quam illos, qui sub rigidiore cæli climate, & in terris minus fructiferis habitant: quare? quia ipse deliciarum affluxus est fomentum petulantiæ. Eloceamur hanc veritatem ex Scriptura: Patriarcha Abraham, exorta quondam fame, constituit peregre abire: permeavit Regionem Chananæa, & iter tenuit versus Ægyptum. Hanc ubi primum ingressus fuerat, mirabiles mortuæ Sarræ preces fecit: rogavit eam, ut, dissimulato conjugio, se fororem illius diceret: *Dic, quæso, quod soror mea sis.* (*Gen. 12.*) Quare hoc? respondet S. Ambrosius (*l. 1. de Abrah. c. 2.*) Abrahamum hac cautela voluisse custodire pudicitiæ uxoris, quæ inter Ægyptios periclitari poterat. Verum inito: cur non eadem sollicitudine usus est Abrahamus, dum Regionem Chananæa peragraret? cur non post modo inter Chananæos metuebat insidias formosæ, ac verecundiæ uxoris (quæ struendas? &c. Hoc dubium resolvit Eruditissimus Mendoza: in terra Chananæa, ait, erat fames, & penuria frugum: ubi autem fames, ubi penuria, ibi nulla est hominum petulantia, nulla morum dissolutio, nullum libidinis periculum. At in Ægypto erat fructuum abundantia: ubi autem abundantia, ibi delicia, ibi Dei oblivio, ibi luscivia, & impudentiæ verba Mendoza (*in 1. Reg. 2. in 22.*) sunt: *Cognitis Abrahæ non fuere fumosiores homines, sed inter famam pudicitiam uxoris sua periclitatur.* Ea Christiani Auditores! quam sapienter Dominus Deus sciat homines per victus parcitatem continere intra orbitum honestatis: forsan prævidit, quod currentis anni messis huic, vel illi fictura sit nimia intemperantiæ, fastus, injustitiæ, aut impudentis dissolutionis videlicet ægros, ut præscin ierit materiam scelerum. Recte fecisti, Sanctissime facisti. O Domine Deus! si porro vides adhuc unicum in agris nostris aristam virescere, quæ fomes futura sit alicujus peccati, sternas, destrue, extirpa illam: præstat enim millies hac terrena, quam te per peccatum perdere. &c.

§. II. *Secundo, ut pœnitentiam de peccatis agamus.*

5. Altera ratio, ac finis, propter quem Dominus Deus, hanc nobis grandinem immisit, est, ut seriam a nobis impetret delictorum pœnitudinem: nunquam enim intensius compungitur homo, quam cum sentit Dei punientis flagella. Ita iterum docet idem Novarinus: (*ubi supra.*) *Ad Deum, a quo rerum copia facile deseruntur, se flectere fame pressi solent.* Quis est, qui in felicitate constitutus, extra semitam mandatorum non exorbitet? quisquis autem per felicitatem exorbitaverit, per afflictionem revocatur ad tramitem? Recogitate, obsecro, triplicem illam parabolam, quam Mundi Salvator apud S. Lucam (*l. 15.*) uno, eodemque loco de ove perdita, de drachma perdita, de filio perdito commemorat. Res admiranda! perditur ovis, & quæritur; nam pius pastor per & avia, & invia indagatam suismet humeris reportavit. Perditur drachma, & quæritur; nam sollicita mulier non desit evertere domum, scopare omnes angulos, donec amissam reperit. Demum perditur Filius, & non quæritur: non pater, non frater, non e domesticis famulus sequitur abeuntem in regiones longinquas, ut profugum reducret: cur ita? an minoris est pretii filius, quam ovis, quam drachma? verum S. Petrus Chrysologus erraffe me dicit, errorisque convincit per illa Scriptura verba: *Perierat, & inventus est.* Si inventus est, inquit, ergo quæsitus est? an a Patre, Matre? a servo minime vero. Pater cælestis emisit post eum famem, contemptum, afflictionem, egestatem; hæc quasi capillitio apprehensum vi ad paternas ædes retraxit. *Fames revocat, quem satietas expulerat,* ait S. Chrysologus. (*Serm. 2.*) O quot hominum idemnet experti sunt! quamdiu illius omnimoda

moda felicitas arridebat, quamdiu liberalem fortunæ cornucopiam ad obsequia habebant, ruperunt frena modestiæ, instar petulcientis asini in opimis pascuis. Cum autem per varii generis infortunia ad tenuiorem sortem redacti sunt, didicerunt infrunitam vitæ libertatem detestari, & ad gentis Patris, quem antea contempserant, suppliciter provolvi. Deus non tantum Pastor est animarum, sed etiam venator: non tantum fistulæ, & pascuorum amœnitate allicit, sed etiam cum strepitu, & violentia retrahit: quinam sunt autem canes venatici cælestis hujus venatoris? Doctissimus Stapletonus (*in Dem. 15. post Pent.*) respondet, canes venaticos esse tribulationes, & ærumnas. Quis scit, Dilectissimi! an non unus ex nobis e domo Patris Cælestis, id est, e gratia Divina cum filio prodigo turpiter recesserit, quem Deus per hanc grandinis afflictionem reducere capit? & si ita est, certe magnum illi beneficium præstat. Quid? an beneficii instar sit, si agri devastentur, segetes destruantur, res familiaris ad inopiam redigatur? ita est; cum enim homo creatus non sit ad hæc terrena, & tranlitoria, sed ad æterna, certe omnes id illi beneficii instar est, quod ad consecutionem æternæ gloriæ illi cedit in promotionem.

§. III. *Tertia, ut Dei auxilium imploremus.*

6. Tertia denum, propter quam hæc plaga grandinis castigati sumus, ratio, ac finis esse potest, ut Deus preces, & auxilii Divini invocationem a nobis extorqueat. Ita sentit S. Chrysostomus, (*hom. 9. de pœnit.*) qui multiplices ærumnas a Deo permitti cernit, non alia ex intentione, nisi, *ut occasionem habeat exorandi quotidie misericordiam nobis ostendendi.* Providissimus ille rerum omnium Creator, & Dispositor, qui non minus artificiosus est in parando remedio, quam potens in infligendo vulnere, vult in omnibus necessitatibus nostris rogari, implorari, precibus sollicitari, & his nonnumquam a nobis etiam tribulationum admiculo extorquet. Desideratis iterum Scripturæ testimonium? In mentem mihi veniunt duo illi Discipuli euntes in Emaus: (*Luc. 24.*) habebant Jesum vitæ comitem, quem, quamvis non agnoverant, ob discursus tamen suavitatem teneriime amabant: sentiebant sua corda cælesti quodam ardore inflammari: avidissime auscultabant enarrata Mysteria, & nihil desiderabant vehementius, quam cum hoc peregrino tota nocte conversari. Verum ubi ad castellum ventum est, *finxit se longius ire*, non sine luctu amborum. Quæro hic: an non Christus arcano cordis consilio cum constitutum habuit ibi remorari, & sese in fractione panis manifestare? omnino: cur ergo finxit abitum? cur valedicere velle visus est? Nimirum cupiebat rogari, invitari: volebat extorquere amicum illum clamorem: *Mane nobiscum Domine.* Audiamus hac super re mellifluum Bernardum: (*serm. 74. in Cant.*) *Simulabat se longius ire, non enim hoc voluit, sed exorari audire: Mane nobiscum, Domine.* Dilectissimi Parochiani! forsan per hanc ipsam segetum destructionem nihil aliud intendit Deus, nisi ut supplices hujusmodi voces extorqueat. Audivi vos ipse his diebus dicentes: Ah! Deus nos omnino derelinquit, a nobis recessit, deserit. O nos miseros! Erratis, erratis: non deserit nos, sed fingit deserere, ut clametis, ut rogetis, ut eum invitetis. Clamate ergo: *Mane nobiscum, Domine.* ne recedas penitus a nobis, & experiemini Deum erga vos liberalem fore, *in fractione panis*; quis tam prodigiosus est in auxilio ferendo, quam potens in supplicio infligendo. Scitis utique, quod hodierno populo pauculos panes ita mirabiliter multiplicarit, ut septem cophini comedentibus superfuerint: poterit Deus tua benedictione cælesti, & pauculas aristas, quæ stragem evaserunt, ita benefice augmentare, ut saturitati nostræ abundanter sint sufficturæ.

7. *Epilogus.* Quære agite, virgam punientis Dei humiliter osculamini, & novam spem concipite: non deerit nobis misericors Dominus, nec pedum suum, quæ vel volucribus aeris patet, nobis obserabit. Quæsivit quondam Mundi Redemptor ex Apostolis, dum missi vos per orbem universum sine sacculo, & pera, numquid aliquid defuit vobis? responderunt: nihil, nihil; forsan si post annum vos, Carissimi, interrogavero: numquid aliquid deuit vobis, respondebitis omnes: Nihil, nihil nobis defuit: tantoque impensius laudabitis Benignissimi Numinis Providentiam, quanto illa in egestate, & deficientibus humanis subsidiis eluceat prodigiosius. Amen.

Dominica VI. post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Agitur contra Vitium gulæ, & ebrietatis, ejusque pessimi effectus, ac damna describuntur.

Et manducarunt, & saturati sunt. Marc. 8.

EXORDIUM.

Germanis opponitur, quod sint bibuli, quia abusus compotationum valde frequens.

1. QUæso, quis, qualis, & unde erat ille populus, qui hodie adeo numerose secutus est Christum? Sacer textus hoc non declarat, credibiliter fuerunt Judæi, Galilæi, Nazarethani, Samaritani, Bethleemitæ, Jerichuntani, Galaadita, Cananæi, aliique, qui in illa vicinia circumjacebant: & quoniam *quidam ex eis de longe venerunt*, posset esse, quod etiam inter illos fuerint Ægypti, Arabes, Damascenæ, Antiocheni & alii. Hæc pro indubitato non asservero: Verum audeo pro certo dicere, inter illos non fuisse Germanos. Qua de caussa? quia per totum Evangelium mentio hodie quidem fit de panibus, de piscibulis, de manducatione, de saturitate, nec verbulum autem de potu. Si Germani fuissent, illi certe regalem Dominum, ut non tantum multiplicaret panes, pisces, sed etiam unam amphoram cerevisiæ produceret. Hoc non dictum velim in probrum inclytæ nostræ Nationis; cum multa sit sub sole gens, quæ non patiatur suos nævos: dicitur, Carolum V. Imperatorem olim rogatum, ut Germanos milites ebrietatibus interficeret, respositse: quam parum impedire possum, ut Hispani non sint furaces, Galli luxuriosi, Itali vindicativi, tam parum efficere possum, ut Germani non sint bibuli. Verum neque in singularem laudam celsissimæ Nationi tale præticatum. Abalus potandi ita in nostra patria invaluit, ut nostri patriotæ putent, se nihil agere, nihil tractare, nihil laborare, nil incheare, nihil finire posse sine compotationibus: Nascitur infans, & ecce instituitur potus baptismalis; conducitur puer ad officium, & ecce convivia: celebratur illius Natalis, & ecce salvere debet unam amphoram in suam sanitatem: contrahit nuptias, & ecce, ex convivis vix unus est, qui non sponsis sacrificet unam crapulam: moritur, & ecce parari debet epulum cruentale: fit contractus, & ecce pro arrha sunt cantheri, agitantur consilia, aut ratiocinia, & ecce prima quæstio est de vino: celebratur una venditio tantum vigiati crucigeorum, & ecce novem lecti obligiantur. &c. cum hæc omnia satis crudi finiti sunt, ordinario adhuc aliquot menstris infunditur benedictio Sancti Joannis. Egregius mos! Hodierni Christi sequaces *mandaverunt, & saturati sunt*; nos non saturamur, nisi ad lippitudinem oculorum etiam inebriamur.

2. *Propositio.* Cum igitur rei gravitas per se postulet, & in Comitiis Augustanis (*an. 1548. fol. 57.*) etiam Parochis, ac animarum curatoribus inculcetur, ut contra vitium temulentiæ de cathedris detonent, loquar hodie de fœdissimo hoc scelere, cujusque damnosissimis effectibus, idque tanto impensius, quo Dilectissimos meos Parochianos in omnibus aliis vitiis magis, quam in hoc innocentes reperio. Pavete.

Gentiles abhorruerant a crapula.

3. *Confirmatio.* Quod lex Christiana nobis interdicit, hoc gentilibus ipsum lumen naturale vetuit, inter quos Lacedæmonii (erat Respublica in paucis ordinatissima) tantum inhuere ebrietatis odium, ut ad eam dedocendam non aliud motivum potentius judicarint, quam ipsam hujus vitii turpitudinem: hanc in hoc puerum rusticum inebriebant, eumque adolescentibus suis ante oculos posuerunt: hi cum intuerentur caligantes oculos, balbutientem linguam, nutantis genua, dilitertiam faciem, & truncum, & ad omnia inutile corpus, tantam imbiberunt ebrietatis nauseam, ut inter eos crapula grandis piaculi loco haberetur. (*Casparis Ens Convival. append. fol. 39.*) Romani, ut ex gestis eorum symbolicis constat (*Cornel. a Lap. in Gen. c. 9. v. 20.*) fingere ausi sunt, Noemum, auctorem vitis, miscuisse vino sanguinem quatuor animalium, nempe simiæ, leonis, porci, & agni, ut significarent quaternas operationes, quas vinum in ebriosis producit: alii enim sunt, moriones, ut simiæ: alii pugnaces, quasi leones: alii fœdi, & lascivi, ut porci: alii denique blandi, quasi agni. Parem fere in sensum fabulati sunt Poetæ, quod Circe, nota gentilitatis præstigiatrix, amatores suos per unicum hauftum vini in varia animalia transformarit, significantes per hanc fabulam, quod ebrietas hominem in bestiam transmutet; (*Marcincevic in Vitia Prod. tom. 3.*) aliqui enim fiunt fastuosi, ut pavones; alii luxuriosi, velut suali; alii invidi, velut canes; alii risosi, velut tygrides; alii acediosi, velut asini.

Et ordinata Respublica severe prohibuerunt.

4. Ob hanc deformitatem semper pro viribus laborarunt Magistratus, Principes, & Superiores omnium nationum, ut turpissimum hoc vitium eliminarent: Carolus Magnus Imperator lege sanxit, ut, qui unica vice in ebrietate deprehensus fuerit, decempta quoad omnem vitæ cursum vino interdiceretur. Pitacus unus ex sapientibus Græciæ triplici plena ebrios multari præcepit; primo propter destructionem sanitatis, quam sibi; secundo propter scandalum, quod communitati; tertio propter damnum, quod familiæ irrogavit. Hispani hominem, qui vel semel ebrius fuisse convincitur, tanquam infamem reputant, nec pro teste in judicio admittunt. Itali temulentum pro monstro hominis habent, atque pueri in plateis talem, tanquam infamem morionem, persequuntur. Denique Machometes ipse in suo Alcorano ebrios octoginta verberibus excipi jussit. O bone Deus! si hæc castigatio & apud nos in usu foret, quot hominum turgora toto anno nunquam detumescerent! Ex his argumentum formate, Auditores: si tam fœda est ebrietas in oculis hominum, quanto detestabilior erit in oculis Dei?

Ebrietas est peccatum lethale.

5. Quid? in oculis Dei? an ergo crapula est peccatum lethale? Deum immortalem! quæ lis hæc interrogatio? ita sit nempe: quod nimis assuetum est, denique licitum putamus. Numquam audisti, mi hone, quod Sacra Scriptura ebrietatem illis sceleribus annumeret, quæ a regno cælorum excludunt. Percipe verba Sancti Gentium Apostoli: (*1. Cor. 6.*) *Neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, ... neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.*

debant. Audis? ebrioſi accenſentur perverſiſſimis nequam, quibus nullum ad gloriam jus, aut oſtium patet. Quare attende pro tua inſtructione. Primo ebrietas, voluntarie procurata, & plena, non eſt dubium eſſe peccatum lethale: Secundo, erit etiam peccatum lethale, ſi magnam diei, aut noctis partem eporandis poculis inſumas, non curans, utrum ebrietas ſequatur, nec ne. Tertio eſt peccatum lethale ſe invicem provocare ad decumanos hauſtus; his enim væ denuntiat Deus per Iſaiam: (*c.* 5.) *Væ, qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem!* Væ autem ſignificat damnationem. &c.

Et ſi non ſit per ſe; ſaltem propter malos effectus.

6. Ponamus autem (quod in æternum non conceſſero) ponamus, temulentiam ex ſe non eſſe peccatum grave, erit tamen tale propter ſuos filios, id eſt, effectus perniciosos, quos poſt ſe trahit, ſicut ſemen vitulentum eſt, ex quo ſerpentes naſcuntur. Quæris, quinam ſint hi filii, & effectus? Reſpondeo: Primo, ebrioſi per intemperantiam deſtruunt ſanitatem, accelerant mortem; ordinarie enim fit, ut ad immoderatum *proficias* ſubſequatur maturum *recahſcat*. Secundo: ejuſmodi gurgulliones pergravando abliguriunt dotes uxorum, & liberorum, hos ad inopiam rediguntur, debita contrahunt; quia, ut ait Ambroſius, (*de Elia & jejunio.*) *unaquæque multarum dierum laboret bibam*. Tertio: cum incraſſati, impinguati domum redeunt, perſequenter imprudente ira ferociantes in uxorem, & liberos, eam tyrannidem exercent, quæ ſine lethali fieri non poteſt. Quarto: in ipſa cerevisiaria vertigine blaterant, & effutiunt, quæ diu ſecreta in corde conſiderunt, & ejus detrimentum aliena fortunæ, aut famæ divulgari nequeunt. Quinto: quoniam Venus a Bacchonunquam procul abeſt, laſcivite, & in ea turpiloquia non raro erumpere incipiant, quæ in præſentibus, præſertim juvenibus, ſunt fomenta infernalis incendii. Sexto: cum vicinis, amicis, & notis ob leve verbum caritatem rumpunt, unde diuturna odia, hoſtilitates, & mutuæ infeſtationes ſubſequuntur. Septimo denique: nonnunquam in rixas, bella, & duella exardeſcunt, unde ſæpe vulnera, & cædes. Quid multis? ut non meo, ſed meliori aliorum judicio (*Nucleus Cateſ. de peccatis capitalibus.*) inhæream, ebrioſi periculo ſe exponunt omnia decem præcepta violandi; quia nec Deum extimeſcunt, nec proximum reverentur. Hic dicit Doctiſſimus Cornelius a Lapide (*in Gen.* 19. *v.* 38.) ſummopere aſſertum ſuſe deducit: *Ebrietas iram Dei provocat, avertum erigit, luxuriam inflammat, ſenit jactaram vitæ, tollit erubeſcentiam, hominem tandem in periculo horribili damnationis*. Unde, ut verum fatear, ſæpe admiror ſimplicitatem hominum trivialium, & ruſticorum, qui ſi forte infortunia ingruant, circumſpiciunt quidem de remedio placandi iram Numinis; ſed de emendatione radicati alicujus ſceleris nunquam deliberant: ſi grandines, ſi morbi, ſi lues pecorum aceiſant, vovent peregrinationes, curant legi Sacra, aſſumunt feſta voluntaria; verum de emendandis moribus nec cogitant. Mei Chriſtiani! quid pertinet ad ſervitium Dei? numquid hæc duo puncta: *Deſtitue a malo, & fac bonum*? vos ſemper vultis facere bonum, & non declinare a malo. Laudo quidem veſtra pietatis opera, peregrinationes, ac Sacrificia; nihilominus puto, ſi iſte promitteret Deo: ego conveniendi hora noctua e popina abibo, nec computationes deinceps adſumque auſorum prorogabo: alius, ego ultra mentiram non epotabo, ne porro in perjuria, & blaſphemias erumpam: Tertius, ego charticulis, & aleas vitabo, ne in rixas, & imprecationes exardeſcam: &c. Si hæc inquam, amore Dei decerneretis, ſorſan felicitati noſtræ melius conſuluiſſet. Quod ſi dicitis, apud vos non eſſe periculum circa mala illa reſcinſa: dico, quod Scriptura & experientiæ obſtarietis.

Mala maxima in ebrietatibus contigerunt.

7. Ingrediamini tantum Scripturam, ibique indagate tunc ipſos effectus, & infortunia, quæ tumidentis, etiam alias non difficilis, contigerunt. Quis credat? Patriarcha Loth, vir alias timoratus, ac probus, turpiſſimum incæſtus flagitium commiſit. Quando id factum eſt? in ebrietate. Quis credat? Noe Vir perfectus, nuditas, & a filio irriſus eſt: quando id factum eſt? in ebrietate. Quis credat? Samſon a Dalila amiciſſima proditorio facinore in manus hoſtium traditus eſt: quando id factum eſt? in ebrietate. Quis credat? Holofernes dux fortiſſimus, qui armatos hoſtium cuneos non expavit, a Juditha debili fœmina obtruncatus eſt: quando id factum eſt? in ebrietate. Quis credat? filii Job inter menſarum delicias permittente Deo a collapſa domus ruinis obruti ſunt: quando id factum eſt? in ebrietate. Quis credat? Herodes concionantem ſuum auſicum, Joannem Baptiſtam, cum amabat, & *libenter audiebat*, decapitari præcepit: quando id factum eſt? in ebrietate. Dilectiſſimi Auditores! poſſem adhuc ingentem catalogum atrociſſimorum ſcelerum pertexere, & ſemper reſpondere: *in* ebrietate, in ebrietate: ſed omiſſis iſtis, percipite, quid in Vitis Patrum enarretur. Juvenis quidam Monachus, continuis tentationibus divexatus, inconſolabiliter ſuam plangebat ſortem: apparuit illi dæmon, promiſitque, ſe liberum eum, & ab omni tentatione immunem dimiſſurum, ſi unum ex tribus peccatis, ebrietate, adulterio, vel homicidio patrare vellet. Ille, fallaci promiſſione lectatus, elegit ebrietatem, tanquam minus inter cetera malum. Quid contigit? in temulentia cum quadam muliere in adulterium lapſus eſt: nec ibi flagitii terminus fuit. Vino ſuperveniente, & facinus ſubodorante, ne ſcelere illud ipſe vindicaret, illum trucidavit: ita, qui ſimplex, & minus ceteris malum eligere viſus eſt, triplici ſe abominabili ſcelere contaminatum agnovit. Perpendite ex hoc, Auditores, quam deteſtabile malum ſit ebrietas, & decernite, utrum felix eſſe poſſit illa communitas, in qua tanta malorum ſerna dominatur.

8. Quod maximum eſt in hac re, nondum ediſi, & in eo conſiſtit, quod ejuſmodi potatores, ſint audaculi, effrontes, temerarii, & ad quævis audenda proclives: non illos a malo pudor retinet, non timor Dei exercet, non reſpectus hominum refrænat: Rident minas illarum pœnarum, quas Deus & in hac, & in altera vita ebrioſis decrevit. Putant ſe heroes invictos, mundo formidales, liberos, infrunitos, nec calo, nec terræ ſubjectos, & ideo nihil eſt tam ſceleratum, ad quod non prorumpant, ita ut in aliquo ſenſu ebrioſus a S. Chryſoſt. (*hom.* 57. *ad Pop.*) *dæmon voluntarius* nuncupetur. Percipite, obſecro, quod horribile Goſſalcius (*Holzen. Ordin. S. Augu. Concionat. ſerm.* 101.) enarrat: Potator quidam, Judicis officium agens, habebat uxorem valde piam, quæ Deum quotidie precabatur, ut a potatione maritum avocaret, & ad cor reduceret. Accidit, eum nocte quadam temulentum redire, & per cæmeterium tranſire; ibi caſu in lapidem impingens, in maledicta contra Deum, & Virginem erupit. Mox ecce apparuit ei imago cujuſdam mortui terribili ſpecie. Ille nihil pavidus interrogabat, quis eſſet? Reſpondetur ei: *Quod ego fuero, tu eris*. At ille vino animatus ſubjungit: Quiſquis es, veni mecum, te ad cænam invito: Reſponſum eſt iterum: *Vade, non ſequar*. Cum domum appuliſſet, rem ſecum plenius conferens, timore percellitur, aperitque uxori, quod geſtum eſt, ſe invitaſſe quemquam non adminiendum, ideoque oſtia, & feneſtras omnes claudi jubet. Paullo poſt cum menſæ aſſideret, venit invitatus, pulſans fores: cumque non intromitteretur, iterum & tanto fragore pulſat, ut tota domus contremiſceret, & oſtia e cardinibus reſilirent: ait ergo intrans: *En adſum, quem invitaſti*. Fugiunt omnes, deſeritur ille trepidus. Iterum vero invitatus ad illum: Tu invitaſti me, nec jam fercula apponis; ego te ad cœnam meam reinvito, fercula mea videbis, tertia die venies, & comitaberis. Sic diſparuit. Sequenti die totus tremulus omnium peccatorum Confeſſionem fecit, exſpectavitque diem, & horam condictam. Illo die raptus eſt in locum, ubi vidit omnia genera potatorum, & menſam ſerpentibus, pice, & igne refertam: dixitque ei invitans: In cœna mea comede, & bibe, potum ſume, cibumque appoſitum, cumque ille hæreret, & horreret, quaſi emortuus præ timore, reductus eſt in locum ſuum, totus cæcus, & decrepitus factus: ex hac viſione ad mentem rediit, & poſtea graviſſimam cum lacrimis pœnitentiam egit. &c. &c.

9. *Epilogus*. Notate hoc, notate, vos ebrioſi! Vidit hic homo in inferno omnia genera potatores, vidit eorum delicatos hauſtus, videlicet picem, & ignem, hunc potum tandem ſortitur veſtrum perfrequens: *Proſit*, id quod dudum præmuntiavit Iſaias. (*c.* 5.) *Væ, qui conſurgitis mane ad ebrietatem, & potandum uſque ad veſperam*. Quid ſequitur? *Propterea dilatavit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque ullo terrore*. Quid igitur agendum? Dilectiſſimi: naturam conſulite, & juſtæ moderationis leges nunquam transgredimini: *Non in comeſſationibus, & ebrietatibus* ambulate; ſed *induimini Jeſum Chriſtum*. (*Rom.* 13.) Non prohibetur Viro ingenuo honeſta recreatio, ſed immodeſtia: Chriſtus, ut ex hodierno Evangelio conſtat, non improbat ſaturitatem, ſed intemperantiam. *Manducaverunt, & ſaturati ſunt*. Ita, o mi Jeſu: ignoſce nobis noſtra delicta hac ex parte commiſſa: deinceps emendabimur. Amen.

Dominica VII. poſt Pentecoſten.

CONCEPTUS I.

Oſtenditur, blandientium procerum aſſentationes revera amorem non eſſe; ſed deceptionem, ac falſitatem.

Attendite a falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Matth. 7.

EXORDIUM.

Lupus induit ovinum pellem, ita mundus Amaſii ſimulans amorem.

1. LUpus, diu oviculæ inſidiatus, cum ob lupinam ſpeciem ſe expaveſci cerneret, hac arte uſus eſt: ex ovinis pellibus curavit ſibi conici veſtimentum: itaque oviculæ jam minus timidæ appropinquans, familiariter cum ea agere, blandiri, adulari cœpit; O nobile animal! ajebat, ſi noſſes, quantum te amem, jam non metueres te fidei meæ concredere: quid, quæſo, ſub paſtoris ferula ingemiſcis? cur in angusto ſtabulo captiva hæres? O ſi caperes, quanta ſit libertatis dulcedo, qua nos inter ſylvas fruimur: ſi ſcires, quam opima ibi ſint paſcua: ſi credere poſſes, quanta cum ſollicitudine te nutrire vellem, certe partes noſtras ſequereris, &c. Ita lupus paullatim ſe in animum oviculæ inſinuavit; alia vice illi recentes herbas, ac racemos e nemore attulit: quibus blandimentis tandem effecit, ut male cautum animal procul a grege cum lupo in ſylvas profugeret. Verum vix attigit limitem nemoris, cum miſerandum in modum mactata, laniata, expertaque eſt infelix ovicula, quod *lupus non venit, niſi ut furetur, & mactet*. (*Joann.* 10.) Quam lupus oviculæ luſit tragœdiam, eandem incautæ nonnunquam animæ ludunt falſi illi Prophetæ, de quibus hodie Chriſtus: *Attendite a falſis*

a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Quinam sunt hi falsi Prophetæ? videmus sæpe, a scelerato simulatore hanc vel illam domum frequentari: quo fine? ut in animum juvenis puellæ se insinuet. Blanditur, adulatur, obsequia fingit, & munera, donec tandem familiaritas excrescat in offensas Dei, diuturno tempore frequentatas, ipsumque demum æternam perniciem. *Hi similes sunt lupis*, ait Drudmarus, (*ap. Dedeng. hac Dom.*) *qui alios semper cupiunt depradari aut per violentiam, aut per fraudulentiam.*

2. *Propositio.* O infelix filia! in tui gratiam detraham hodie ovinam pellem, & lupum prodam, id est, audendam ejusmodi proximiones, & blandimenta, quæ ad nefas te inducunt, revera amorem non esse, sed meram fallaciam, ac deceptionem. *Attendite a falsis Prophetis: attendite.*

Mundani amatores sunt infidi Dei.

3. *Confirmatio.* Axioma notissimum est, per Regulam juris (*in 6.*) firmatum. *Semel malus, semper præsumitur malus in eodem genere delicti.* Exempli caussa: qui furti commissi convictus est, nunquam non furti suspectus habetur: qui perjerasse aliquando scitur, postmodum jurans, vix fidem invenit. &c. Ergo etiam, qui proditionis, ac fractæ fidei reus est, merito semper infidelitatis suspicionem incurrit. Ita est; Scis vero, O anima Christiana, hic tuus leno, qui promissione matrimoniali tuam mercatur verecundiam, proditor est, fractæ fidei reus est. Quaris, quomodo, ubi, quibus in circumstantiis? Respondeo, Dei proditor est, huic datum in Baptismo, & Sacramentorum frequentatione fidem temere fregit, abrenunciavit Sathanæ, & nunc pellicitando te ad nefas, illius partes denuo amplectitur; an putas, qui Deo infidelis est, tibi fidelem fore? audi, quid liber Josue hanc in rem nobis insinuet: exploratores illi, a Josue emissi, in domo Rachab impudicæ mulieris ab insidiis regiorum militum servati sunt, (*Josue 2. c. 14.*) In gratiam tanti beneficii promiserunt illi, domum ejus totam ab excidio, omnique infestatione immunem futuram, si Regnum Chanaan, ipsaque urbs in potestatem Israelitarum deventura esset. Singulariter autem notandum venit, quod viri illi hanc porro cautionem adjecerint: *Si tamen non prodideris nos.* Cur ita? cur diffidentiam retinent de fidelitate Rachab, quam tamen adeo luculenter experti sunt fuisse? Respondet Abulensis: (*ibi.*) *Timebant, quod proderet eos, dum adhuc teneret in domo, scilicet quod locuta esset nuntiis regis*: id est, timebant merito suspectam fidem mulieris; argumentabantur enim: Si Rachab suo proprio Regi infidelis est, & ad proditionem patriæ nobiscum colludit, quid nobis cæteris, & peregrinis metuendum erit? &c. Audis hæc male credula puella, & fidem istius fallaci promissori? dicit quidem: Tu semper mea, tu Domina, tu felix eris: sed quis credat, hominem Deo suo perfidum, cui tamen longe arctiori fidelitatis vinculo adstringitur, tibi fidelem fore?

Amor impudicus potius est odium, quam amor.

4. Et cui tandem fundamento hæc fidelitatis persuasio innititur? quia amat me, inquis. O te simplicem! adeo amat te, ut non posset crudelius odisse. Edic, quid est amare alterum? est alteri bonum velle. An bonum tibi vult, qui honore te privare intendit? an bonum tibi vult, qui te cupit inducere, ut Deum, ut conscientiam, ut jus ad cæli gloriam amittas? an bonum tibi vult, qui in dæmonis servitutem, & æternæ infelicitatis periculum te cogitat præcipitare? si hoc amare est, quid tandem erit odisse? Nonne verum est hic illud sancti Isidori: (*orat. 35. Tom. 1.*) *Hei hominibus deteriores judica, quos mori præstat, quam ita ignominiose vivere: homicidæ enim a corpore animam dividit; hic vero animam simul cum corpore perdit.* Sed ut pluriculum tibi concedam, amat te sine dubio, amat, sicut apicula florem, sicut ulmus vitem, sicut hirundo æstatem; nempe ut tibi benefit, ut voluptatem suam expleat: de cætero parum sollicitus, quam exitialem famæ, innocentiæ, ipsiusque salutis ruinam tibi adornet. Vah! Decumanum amorem, qui paullo post in crudele odium migrabit! consulamus iterum Scripturam:

Ammon post commissum crimen odio habet Thamar.

5. Ammon Davidis filius ita perdite adamabat sororem suam Thamar, ut teste sacro Textu *propter amorem ejus ægrotaret.* Quid agit impurus? ex consilio amici sui Jonadab morbum simulat, Patremque rogat, ut per manus sororis sue sibi cibos delicatiores, quibus refici posset, submitteret. Factum, ut petiit: ingressa est Thamar: ehen! erubescit lingua eloqui turpe facinus, quod patratum est: scelerate gaudeo, ergone nec sanguinis conjunctio, nec loci reverentia libidinem tuam frænare potuit? peracto flagitio, audite, & obstupescite, quam tragice hæc amoris scena mutata sit: O infelix Thamar! Ammon *exosam eam habuit odio magno nimis.* (*2. Reg. 13.*) Oculos, animumque ab ea avertit, famulisque præcepit: ejice hanc a me foras, & claude *ostium post eam.* Hæccine illa egregia amoris adeo magni catastrophe? O juvenis puella, dilecto alieno damno lapsere, antequam discas tuo: quamdiu durat libidinis ardor, & voluptatis illecebra, dicunt quidem impuri lenones, te amare: at hac expleta, aut non obtenta, amor transit in odium, conversatio in contemptum: *Hinc sit*, ait Hugo a sancto Victore, (*de quad. Vitt. cavit.*) *quod sæpe inquibusdam visimus, ut eos se prius*

prius ardentius diligere videbantur, ex se postmodum vehementiori odio persequentur. Promovo ulterius argumentum,

Amor impurus ordinarie transit in odium.

6. Accedamus consistoriales Curias, ubi causæ matrimoniales judicantur: ibi cum stupore audiemus, quoties egregius ille amor in odia, in inimicitias, in mutuas imprecationes, in rixas, in litigia, in probrosas accusationes deserit: ibi audiemus, qua ratione ille ipse, qui magnificis pollicitationibus honestæ alias filiæ virginitatis thesaurum eripuit, nunc primus sit, qui eam diffamet, & plurium, quam unquam fecerit delictorum accuset; ut scilicet furtum suum levius haberetur, nec ipse censeatur prædo virginitatis, quam miserа amissam plorat. Quamdiu frondosa quercus erecto, ac firmo stat robore, nemo non illius umbra delectatur: at ubi ventorum impetu in terram sternitur, omnes in eam ferro armantur, &c.

Misera conditio fœminæ jacturam pudoris passæ.

7. Considerate posthodum conditionem fœminæ hujus jacturam pudoris passæ: illa, quæ antea ab omni populo ea honore habita fuit, nunc omnium conventiculorum est fabula. Illa, quæ antea ab omnibus amicis, ac consanguineis fuit amata, nunc mille diris devovetur. Illa, quæ antea ad invidiam amatorum in publicis conventibus, ac choreis præceteris honorabatur, nunc inter domesticos parietes delitescit, pudore plena, lacrimis perfusa, luctu absorpta, & ne festis quidem diebus templum accedere audet, impar ignominiæ ferendæ. Die modo misera, ubi sunt modo insigues illæ pollicitationes, quibus futuri matrimonii honestas addito etiam jurejurando tibi millies promittebatur? ubi sunt modo illa obsequiosa servitia, ubi cantilenæ, ubi concentus musici, quibus delectabaris? ubi sunt modo illa ambulacra, chorea, & sympotia, ad quæ ducebaris? ubi sunt modo illa munuscula, honoraria, & litteræ, quibus millies fuit firmata fides? Ehen! evanuere omnia: qui filius amator credebatur, jam infidus proditor se subduxit, nec quidquam tibi reliquum fecit præter hanc infamiam, hanc derelictionem, hanc solitudinem. O sancta solitudo, utinam citius in amoribus fuisses! si mihi liberet alienæ ruinæ insultare, possem de hac solitudine idipsum affirmare, quod Plutarchus Romano cuidam civi, qui omne patrimonium inter epulas decoxerat, olim jejune cananti exprobravit: *Si ita prandisse fuisses, nam sic canares, &c.* (*Maxim. Serm. de Prud.*)

Amor impurus potest se trahit æternum odium.

8. Quanquam, quæ hactenus dicta sunt, minime sunt eorum, quæ dicenda restant: esto enim, amatorem tuum, si ita placet, fuisse agere: esto, fidem non fallere; esto, temporalis infamiæ metum ab esse: quid autem erit post peractam hujus vitæ fabulam? an putas, amatorem hunc tuum, quem ais, non migraturum in exitiale odium? falleris: heu: falleris: audi Scripturam: Prophetа Nathan (*2. Reg. 12.*), ubi Davidi commissum adulterii crimen exprobravit, usus est illa parabola, qua viro pauperi a viro divite raptam, mactatam, affatamque fuisse unicam oviculam asseverabat: per virum pauperem intellexit Uriam, per divitem intellexit Davidem, per oviculam intellexit Bersabæam. Sed cur non solum raptam dixit, cur addidit mactatam, & affatam? &c. O infelix, & infeliciter decepta mulier, te denotat parabola: si aliquando do te verum sit, quod ovicula rapta sis, ne dubita, verum etiam erit, quod affata sis. Intuspice illud infernale barathrum, videbis ibi millenos, qui, diuturno tempore obscenis amoribus invetiti, justa Dei supplicio inopina morte abrepti, nunc inextinguibili igne torrentur, affantur: puris forte, te prius pœnitentiam agturam? putarunt & illi: ibi quibus furiis damnabis hanc voluptatem? qua rabie execraberis hanc familiaritatem? quo odio maledices illi domui, illi januæ, illi horis, illis conventibus? quem nunc amasium, sponsum, corculum vocas, vocabis tunc latronem, proditorem, animæ carnificem; & si fas erit, his dentibus, his unguibus laniabis: maledicte ganeo, inquies, redde mihi innocentiam, redde conscientiam, redde animam; redde cælum, redde Deum, quem mihi eripuisti; ego te mille diris devoveo, mille maledictis execror, quia auctor mihi fuisti, quod stulte elegerim momentaneum illud, quod delectat, & nunc inciderim in æternum illud, quod cruciat; &c. &c.

9. *Epilogus.* O Christianæ animæ, dicite, an amor hic dici potest, qui tam luctuosam vobis tragœdiam adornat? an amicus vocari meretur, qui in tantam dolorum abyssum vos impellit? siquis hunc amorem diserit, næ ego omnes hyenas, tygrides, ac dracones amicos dixerim: *attendite* ergo *a falsis Prophetis*: per amorem salutis vestræ vos obtestor, attendite: blandiuntur, ut decipiant; adulantur, ut diffament; amant, ut perdant: extra oves, intus lupi sunt; extra adulatores, intus latrones; extra Angeli, intus dæmones. Quare verbis vos alloquor sancti Ephrem (*c. 9. supra attende*): *Fugite consilia inimici improba, O homines. Recordamini vestrorum cum Deo pactorum, & Sanctificationem custodite, ac gratiam hereditis ceram Domino.* Hunc potius Deum, qui fallere nescit, serio adamate, illi fidem servate, illum timete; quia & veltram impudicitiam punire potest gehenna, & continentiam præmiari cælo. Amen.

Dominica VII. Post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

Ostenditur, falsissimos Prophetas esse mundum, carnem, dæmonem, qui ementita securitate salutis animas detinentant.

Attendite a falsis Prophetis. Matth. 7.

EXORDIUM.

Falsi Prophetæ mala plurima contulerunt in orbe.

1. QUemadmodum veri, a Deo missi Prophetæ, uti S. Isaias, Jeremias, Daniel, Ezechiel, aliique suo Prophetico prædicationis munere bona plurima in orbe disseminarunt; ita indicibile est, quot mala falsi Prophetæ suis deceptionibus causarint. Ab ortu Genesi usque in hanc horam vix nullum est, cujus incepto non erat falsus Propheta: quis protoparentes nostros ad scelus induxit? falsus Propheta, serpens, qui Evæ de se similia, & mutuorum auferre contrectare vetitas fruges, persuasit: *Nequaquam morientur* (*Gen.* 3.): fidit illa, & quid evenit? Dei gratia & paradiso excidit. Quis Regem Achabæ centum strage extinxit? (1. *Reg.* 22.) falsi Prophetæ Baal, qui numero quadringenti animarunt regem, ascenderet, arma caperet, hostes prodigaret, nec dubitaret de victoria: *Dabit eam Dominus in manu Regis.* Fidit ille, & quid evenit? fugitæ confusus miscre gessit. Quis Matrem Sisaræ decepit? falsi prophetissa, quæ illi persuasit, filiam ejus esse in bello victorem: *Nunc dividet spolia*, &c. (*Jud.* 5.) Credidit illa, & quid evenit? miserandus Sisara, a labele clavo confixus, temporalem humanum cum æterno connexuit. Hæc cæsa trophæ est eorum, qui falsis Prophetis confidunt. Et utinam cum Sisara, cum Achabo, cum Proto-parentibus desiissent falsi Prophetæ! sed adhuc dum tumultuantur in orbe, ita, ut æternæ Veritas nos commoneat: *Attendite.* (*Matth.* 7.) Quinam autem sunt hi falsi Prophetæ? Consilius a Lapide (*in Matth.* 7. *n.* 15.) per falsos Prophetas intelligit hæresiarchas, qui sub pseudo apostolatu innumerabiles animas ad infernum barathrum ducunt. S. Ephrem (*de Recte vivendi ratione, n.* 22.) intelligit per falsos Prophetas perversos socios, qui innocentes animas ad scelera alliciunt. Verum in rem meam zelotissimus quidam Verbi Divini Præco (*Barlas. serm.* 49. *n.* 8.) per falsos Prophetas subaudit mundum, carnem, dæmonem, deceptoriam illam triadem, quæ si non esset, infernus incolis magis vacuus, cœlum autem magis repletum foret.

Falsi Prophetæ sunt mundus, caro, dæmon.

2. *Propositio.* Dilectissimi, *attendite.* Et ut fraudes triplicis hujus Prophetæ noscere discatis, quibus animibus nostris indefinenter insidias struunt, detegam fallacias: Videbitis. Falsa esse mundi delicias, quibus nos velut tursos melle allectat: videbitis, falsam esse vitæ diuturnitatem, qua caro nobis blanditur: videbitis, fallam esse salutis securitatem, qua diabolus nos demergere satagit. *Attendite:* fycete.

3. *Introductio.* Post nimius ira est turbidus, ut non interdum clarescat, cadam nullum ita est nubilosum, ut non interdum serenetur: Parimodo homo nullus ita lætus fuit, est oblivioso, ut non interdum saltarit timore percussus, futura cogitet: Bone Deus! quid de me fiet? hæc vitæ voluptas, quem tandem finem sortietur? extra cælum, & infernum vix non datur medium; alterutrum erit: mea æterna habitatio. &c. Hæc motli cogitationes nonnunquam somnes sunt grandis incendii, volo dicere, generalis conversionis: quid agunt falsi Prophetæ, ut salubria cunctis in cumulatis extinguant? suggerunt homini falsa principia, politica dictamina, periculosas haæreses, imaginarium securitatem. Audiamus unum post alterum.

§. I. *Mundus decipit promissione deliciarum.*

4. *Confirmatio.* Primus falsus Propheta vidclicet mundus, ait: Quid istam meru angeris? da modo tempori, quod tempori congruit, fruere deliciis, divitiis, ac honoribus, quos uberes tibi offero: pone vale Deus scrupulos, & anguillas animi; multo minus inferium peccatorum: Valeberis, ne dubita, Salvabuntur omnes Christiani: &c. O damnabilis falsi Prophetæ! Dilectissimi! *attendite*: ne fallite.

5. Dicite, obsecro, cui perfidus mundus fidem non fregit? percurramus sacras paginas, & mille ejus fallacias deprehendemus: Nonne puer ille Amalecita (1. *Reg.* 30.) securum se arbitratus de nocio, quanta Domini sui beneficentia? at modica febre decumbens, mitte eum alibus ejectus est; ita mundus solet. Nonne Jacob (*Gen.* 35.) in domo Laberi septimis annis pro Rachele pastorem egit? at post septennale servitium illi Lia loco Rachelis tradita fuit. Ita mundus solet. Nonne Amasa (2. *Reg.* 20.) a proditore Joab amicos amplexus expectavit, & in vicem horum pugionem in viscribus recepit? Ita mundus solet. Nonne Achitophel (2. *Reg.* 17.) diu fidelis Absolonis consiliarius haud vulgare fidei sue præmium promeruit, & loco hujus infami suspendii morte perlit? ita mundus solet. Nonne illud Angliæ idolum, Cardinalis Volsæus, (*Apud Cord. a Lap. in Ecc. c.* 10. 2.) qui Henrico VIII. divortii cum Catharina auctor, & consequenter omnis exinde emergentis mali architectus fuit, postliminio regis gratia exutus, in ultimo vitæ articulo in desperabundas has voces erupit: *Quia non Deo, sed Regis favorem quæsivi, hinc gratiam Dei amisi, & Regis ejus adquisivi?* Ita mundus solet: loco deliciarum mœrores, loco mellis absynthium, loco honorum ignominiam reddit: *O mundo proditor*, exclamat Augustinus, (*Serm.* 31. *ad fratres in erem.*) *cum Bona bona promittis, & cunctis mala profers — promittis plene, & rita cadit.*

6. Nunc tandem capio Scripturæ locum, qui capta difficilis mihi hactenus videbatur. Josephus Ægyptius (*Gen.* 41.) e carcere ad thronum, & Vice-Regis dignitatem promotus fuit. Quæritur jam, an hanc tuam promotionem Patri Jacobo significaverit? facer textus nullam de hoc mentionem facit, & sacri interpretes commentissime stant pro negativa. Cur autem omisit tam lelici nuntio pertum solari, qui de putatis illius morte extreme erat afflictus? &c. Respondet Thomas Angelicus: (*in Gen.* 42.) *Exspectavit tempus ordinatum a Deo, quo recepturus esset fratrem.* Nimirum satis superque agnovit prudentissimus Patriarcha inconstantiam mundani honoris, cogitabatque secum, quid prodest Parenti nuntium mittere mez promotionis, cum tam facile fieri possit, me denuo e solio in carcerem detrusi, quam e carcere ad solium fui evocatus? &c. Quid sequitur ex hoc?

7. Sequitur plane, felicem illum esse, qui falso prophetæ mundo non fidit, & animum habet a terrenis bonis plene avulsum. *Bestamene*, exclamat S. Leo: (*Serm.* 12. *de quadr.*) *qua magis ab habita, quam Divina sortemur.* Et hanc felicitatem agnovit etiam gentilis Philosophus Zeno nomine, qui, uti tollatur Gregorius Nazianzenus, (*Serm.* 27.) cum illi bona omnia naufragii in mare projiciebantur, cum risu dixisse fertur: grates tibi, O fortuna, quod me usque ad Philosophiam pallium expoliaveris; ita enim porro a fraudibus tuis securus ero, &c.

§. II. *Caro blanditur fragilitate vitæ.*

8. Alter falsus Propheta, videlicet Caro, homini salutis sue sollicito fugerit: Quid opus est curis, & anxietatibus? juvenis es: vegetus & robustus: cum aliquando frons rugas, capilli canities indicent, nunc satis adhuc temporis superest ad suscipiendum salutis negotium. &c. O damnabilis falsi Prophetæ! Dilectissimi, *attendite.*

9. Nescio sane, an fragilius quidquam fingi possit vitæ humanæ, ode qua sancti Patres adeo eo usque prima tenuerunt. S. Job (*cap.* 13.) comparat vitam humanam folio arboris; quid imbecillius folio arboris, quod vento consellum dicitur? sapientissimus Salomon comparat vitam humanam nubi (*Sap.* 2.): quid fugacius nube, quæ ab aere traditur? S. Rex David comparat vitam humanam fumo (*Psalm* 61.), quid vanius fumo, qui cito dispatet? S. Jacobus comparat vitam humanam vapori (*Jac.* 4.): quid manius vapore terræ, qui statim ad nihilum redigitur? S. Chrysostomus (*Serm. ad pop.*) comparat vitam humanam cardui: quid velocius festinante vendacio? S. Gregorius Nazianzenus (*Orat. in syn.*) comparat vitam humanam torrenti: quid transitorium magis, quam unda continuo defluens? S. Basilius (*hom.* 5.) comparat vitam humanam comœdiæ; quid fabulosius comico spectaculo? Tandem S. Augustinus (*ap. Barl. serm.* 11 *n.* 26.) comparat vitam humanam vitro: quid fragilius vitro momentis omnibus fractioni obnoxio? Cur autem sancti Patres de vita hominis tantam vilipensionem expressserunt? Non alia ex ratione, quam, quia adeo labilis, instabilis, fragilis, & nec unico momento a morte secura est. Sanctis Patribus consonant prælegis mundi linguæ: in Hebraico vocabulum *Metim* cum puncto significat vitam, sine puncto denotat mortem, ac si insinuare voluissent Hebrææ linguæ auctores, vitam & mortem unico puncto differre. In latino verbum *vivere* non tantum significat *vivere*, sed etiam *mortuum* in præterito perfecto *statis* illum est, ac *mortuus est.* Quodsi vita adeo fragilis est, qua fronte impudens prophetæ caro, homini blanditur diuturna vitæ periodo?

10. Dominus Deus ostendit olim Ezechieli navigium splendidissimum, quo Tyrus Phœnicie metropolis navigabatur; fatidicus, ut interitum hujus navigii vaticinaretur: *Assume super Tyrum lamentum*: (*Ezech.* 27.) Quid? eighne navis instructissima interibit? ita est, interibit, ait Lyranus (*in 1. p. 2. n. 183.*); quia *anchoras*, id est, firmitatem *non habebat.* O mi homo! quamvis vita tua instructissima sit optimo temperamento, juvenilibus annis, forti valentudine, tamen firma non est; quia momentis singulis morti obnoxia. Considera quatuor elementa, hæc die, noctuque in tuam necem armantur, ignis combarit, aqua submergit, terra absorbet, aer suffocat; ostende locum unicum, actionem unicam, quæ a morte tuta sit: &c. Quid sequitur ex hoc?

11. Sequitur, felicem illum esse, qui falso Prophetæ Carni non fidit, & in momenta singula mori paratus est. (*Rec. in te. 2. de morte Patr. exemp. V. mors ex* 3.) O quam ingenue hoc expressit ille juvenis, qui sacrum asceterium ingressus, & a patre denuo revocatus, respondit: Pater, fac, ut in mundo tollatur mors moriendi in juvenibus animi, & tequm ad æquum redibo, &c.

§. III. *Dæmon decipit securitate vitæ.*

12. Denique tertius falsus Propheta, videlicet dæmon, hominis salutis sue auctor insurrat: Quid, quæso, inutilibus curis consumeris? via ad cælum brevissima est; Deus non vult interitum peccatoris: multi diu in delictis vixerunt, uti Manasses, Petrus, Magdalena, Thais, Pelagia, aliique, & nunc in cælo sunt, &c. O damnabilis filiæ Prophetæ! Dilectissimi, *attendite.*

13. Dicite, obsecro, cur infernalis hic vermis tam spatiosum sibi orci vitam nempe non alio ex fine, nisi, ut hominum conscientias sopiat, & in sua tepiditate conservet. Si prudentius latro viatorem in eum sylvam pellicere cupiat, ubi complices sui tricis suis præsidiantur, dissimulat periculum, & securo omnia fingit. Ita diabolus securitatem attendit,

ut hominem in casses trahat. Ulterius, si tanta est salutis securitas, prout Dæmon prophetizat, unde fit, tam innumerabilem hominum copiam æternum intrare, ita quidem, ut numerus damnatorum, numerum electorum incomparabiliter excedat? Quæsitum olim fuit a Christo Salvatore (*Luc.*13.): *Domine, si pauci sunt, qui salvantur?* Respondit Dei Filius: *Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt.* Supra quæ verba S. Augustinus animadvertens, ait (*Serm.* 30. *de Verb. Dom.*): *Confirmavit Dominus, quod audivit; scilicet, quod pauci sunt, qui salventur, quia per angustam portam intrant.* Non audistis, Civissimi, quid S. Vincentius Ferrerius (*Serm.*6. *in Sept.*) communicarit? Lugduni in Gallia quidam Archi-Diaconus, renuntiata dignitate, in eremum secessit, felici morti se paravit: mortuus est eadem die, qua S. Bernardus, & Episcopo Lugdunensi spectabilis factus, inter alia edixit: Ex hora, qua obii, simul triginta hominum millia cessarunt: Ex his S. Bernardus, & ego absque remora salvati, tres ad purgatorium relegati, ceteri omnes æternum damnati sunt. O Bone Deus! ex triginta hominum millibus tantum quinque salvi! dicite, an verum esse putetis, quod mendax Propheta blaterat, nempe spatiolum esse cæli viam? &c.

14. *Epilogus.* Quid factu igitur opus est? O Christiana pectora? *attendite:* nolite dementari a falsis principiis triplicis hujus Prophetæ. Falsa sunt delicia, quas mundus offert: falsa est vitæ diuturnitas, qua caro blanditur: falsa est salutis securitas, quam dæmon ante oculos pingit. Vivite, obsecro, conformes Divinæ veritati, quæ vobis per Dei verbum insinuatur, nolite diligere vanitatem, & quærere mendacium: operamini salutem vestram inter spem, & metum, & ita contendite intrare per angustam portam. Amen.

Dominica VII. Post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Evertitur ioanis spes peccatorum, qua præsumptuose putant per unicum actum contritionis, in ipso mortis articulo efficitum, se salvatos iri.

Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, introibit in regnum cælorum. Matth.7.

EXORDIUM.

Sicut obstinatus Pharao, ita multi peccatores differunt pœnitentiam. Quæ putant, salutem una actu contritionis posse obtineri.

1. QUis credat? obstinatissimus Pharao, tot plagis a Deo castigatus, noluit dimittere populum. Misit ergo Deus loquaces advocatos, qui sua eloquentia Regi obedientiam persuaderent, intelligo ranas, quæ in innumerabili copia aulam occupabant. Molesta prorsus res! Quidquid Rex agebat, ubicumque versabatur, hæc fœda animalia aures insinuabant, corruptione fœtebant. Volvit prandere? in ipsas patinas insiliebant. Volvit in lecto recumbere? erant & ibi insolentes bestiæ. Volvit in solio jura dare? Volvit diadema capiti aptare? Volvit optimates ad affatum admittere? & ecce mensas, thoros, scriptoria, solium, ipsumque diadema tentent, ac millene ranæ occupabant. Quilibet locus videbatur fœtens palus. Jussi sunt famuli eas colligere, dumque duos sacos perfertas ejiciunt, decem alii e pavimento succrescunt. Tum demum fracta videbatur perviacia Pharaonis; vocat Moysen, regatque, ut Deum sibi propitiatet, se paratum esse ejus jussa implere. Quærebat Moyses: quando vis, ut preces pro te fundam? *constitue mihi tempus, quando deprecer pro te.* (*Exod.*2.) Quid responsi tulit? O perversitatem animi obstinati! putassem ego, Regem petiturum, ut nunc statim, absque inducias, absque mora oraret, & ecce *respondit: cras.* &c. Ah! quot non in veniuntur Pharaones inter miseros peccatores! Fiunt nonnunquam plures anni, quibus ille, vel iste ad occultum facinus lœtenter admissum molestissimas conscientiæ coxationes continuo audit: quærit illum Deus per internas inspirationes: quando te emendabis? & semper respondet: *cras, cras.* Hi sunt illi perversi, de quibus S. Birgitta in Revelationibus (*l.*3. *c.*12.) *quod in arbitrio suo penant misericordiam Domini.* Quare? quia putant, negotium salutis esse rem facili labore parabilem, ac portam cæli ad unicum contriti cordis suspirium aperiri. Quid opus est, inquiunt, ad cantilenæ usque amiari? elicio unicum actum contritionis, & salva sunt omnia. &c.

2. *Propositio.* Dilectissimi Auditores! Error hic est, prout non varus, ita in paucis periculosus, quem hodie potentissime refutat æterna Veritas: *Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, introibit in regnum cælorum.* (*Matth.*7.) Vultis, ut hoc periculum detegam, & deceptionem manifestem? faciam id præsenti dissertatione: Interim credite, ideo infernum tot damnatis repleri, quia nimia fingitur salutis certitudo, ac fecuritas. Favete.

Peccator semper prorogat pœnitentiam.

3. *Confirmatio.* Scitis, Auditores, quis sit genius morosi debitoris, qui illiberaliter contracta nomina expungit? percipite Ecclesiasticum: *In tempore redditionis postulabit tempus, & loquetur verba tædii, & enumerationem, & tempus confabitur.* (*Eccl.*29.) Qui in futurum debebat solutionem præstare, differt eam ad Pascha, a Pascha in autumnum, ab autumno in hyemem. Si solutionem urges, conqueritur se nimium premi, inducias petit usque ad finem mensis, sed finito mense, iterum novas, novasque excusationes obtendit. Quid desumere licet ex hac iterata prorogatione? desumitur, debitorem brevi venturum ad hastam. Parem in modum dantur nonnulli peccatorum, qui tam fordide licitantur cum Deo: non negant quidem pœnitentiæ debitum; sed de die in diem producunt: nullum anni tempus ad eluenda crimina illis conveniens, & placitum est: post Pascha sequuntur dies amœni, indulgendum est sanitati, in æstate calor enervat corpora, tempore messis impedit labor, in autumno peragenda est tritura, in adventu sunt brevissimi dies, festa natalitia computationibus sunt celebranda, bacchanalia lætitiis consecranda, quadragesima ex jejuniis fastidiosum facit animum: verbo: quocumque tempore admonentur ad seriam pœnitentiam, objiciunt: modo non vacat, impendent alia negotia, nunc ratiocinia sunt componenda, nunc iter instituendum, &c.

Hora mortis incerta est.

4. Interim monent in sacris pulpitis Prædicatores, imonent in sacris tribunalibus Confessarii, quod *nascatur ex dilatione periculum*: (*S. Chrys. hom.*22. *in Ep.*2. *ad Cor.*) quid respondent illi? Respondent idipsum, quod ajebat Augustinus (*serm.*230. *de Temp.*): *Homo juvenis sum*, facio modo, quod volupe est, postea pœnitentiam agam. Instant ecostra illi: Mi bone, non advertis, hanc esse deceptionem diaboli, qui, quanta potest contentione, persuadere conatur homini, ut tempus præsens sibi, futurum autem, & incertum Deo consignaret? ita expresse docet Nazianzenus (*Orat. de sanct. Baptism.*)? *Hæc illius consuetudo fert, dicentis: Da mihi, quod sit temporis, futurum Deo: mihi ætatis florem, Deo senectutem.* Dummodo juvenitem illi consecres, non curat, si in ætate decrepita alter Oauphrius, aut Arsenius evadere cupias. Non nescit, te desiderare usque ad annum quinquagesimum levitatibus sæculi vacare, & adquiescit; ex tua enim corporis constitutione compertum habet, te anno trigesimo satis concessurum, nec supervicturum ad ea tempora, in quæ seriam vitæ emendationem decrevisti. Porro quis juvenili ætati confidat, ubi tot, ac tanti improviso occubuerunt? nonne quotidie audiuntur hæc nova, videlicet unum sanguine in somno suffocatum, alterum aquis haustum, hunc præcipitio allisum, illum equo in terram excussum, hunc muro collabente oppressum, illum lethaliter sauciatum, istum denique a latronibus occisum fuisse? quæ igitur sors alios tetigit, hæc & in te recidere potest. Si Deus homini, dum nascitur, vitæ annos ad calculum numeratos consignaret, posset aliquis inter triginta, aut sexaginta aliquam partem sibi alteram Deo dispertiri: verum cum Deus nec minimum temporis alicui revelarit, sed voluerit juxta S. Augustinum (*hom.*13. *qu.*50.) *latere ultimum diem, ut observetur omnis dies*, plane crasse allucinantur, qui disponunt de diebus nunquam venturis. Non nego quidem, aliquem post centum annos in vitiis transactos, posse gratiæ Dei per pœnitentiam restitui; verum affero, tempus hoc pœnitentiæ non esse nobis addictum. *Qui pœnitenti veniam spopondit, ait Gregorius (hom.*12.), *peccanti diem crastinum non promisit.* Quin immo hæc ipsa temeraria præsumptio sæpe meruit, ut Deus ante tempus vitæ flemma improviso abruperit, &c.

5. Hæc, & similia, dum sacri animarum curatores temerariis procrastinatoribus objiciunt, quæruntque, mi bone, si improvisæ mortis periculum in malo statu te occuparet, quis posset te inferno subducere? Unicus actus contritionis, inquiunt. En, Dilectissimi! habemus tandem apertum carcinoma: habemus fallibilem eventum, cui isti totam æternitatem infallibiliter inædificant. O quanta dementia est, spes longa inchoantium! ajebat Seneca. (*Epist.*102.)

Potest bene a morte prævenire, ante quam concipiatur.

6. In primis scias velim, mi peccator, longe aliam esse hominum dispositionem, dum in periculis lethalibus versantur, quam cum sibi plane compotes, & extra discrimen sunt. Granatensis, homo in paucis probus, de seipso testatur, quod quadam vice in discrimen adductus, Dei plane oblitus, & solum in id intentus fuerit, quomodo emergere posset. Idque meo judicio in simili eventu, si non etiam probis, saltem peccatoribus ex justo Dei supplicio evenit; solet enim ita plectere Divina Nemesis, teste Gregorio, (*apud Speranz. sculpt. sel. punit.*139.) ut, *qui vivens oblitus est Dei, moriens oblitus capiatur sui.* De Anglo quodam narratur in vita Thomæ Mori (*cap.*32.), quod crebro de vitæ licentiosæ emendatione monitus, cum risu solitus sit excipere, se cura salutis parum angi; cum ad mortem ventum esset, se tribus verbis cœlum a Christo extorsurum, *Domine, miserere mei.* Quid evenit? spe sua turpiter delusus est: aliquando pontem obequitans cespitante caballo, in præterfluentem excussus est: deinceps tria verba quidem locutus est, sed longe alterius tenoris: *Rapiat omnia diabolus.* Ita sit. Multi nescio quantas cautiones, securitatesque sibi in futurum polliciti sunt; sed idem ipsis obtigit, quod Archiæ Thebanorum tyranno: cum lauto sympotio interesset, inter convivarum lætitias porrectæ sunt illi litteræ, quibus de conjurationis periculo monebatur. Rex litteras legere dedignatus, Jovialiter reposuit: *Seria in crastinum.* O luctuosam procrastinationem! eadem nocte ab ingruentibus sicariis misere trucidatus occubuit.

In articulo mortis incipit esse ad pœnitentiam.

7. Ah bonus est Deus, non me repellet: nec adeo præcipitabit mortis tempus ut non relinquat spatium affectuosæ contritionis. Quid

tum, mi peccator? demus, tibi superfore spatium! an arbitraris, seriam contritionem, conversionemque peccatoris ad Deum esse rem tam facilis negotii, quæ quovis momento comparari queat? eheu! metuo, ne stygius tentator, qui tibi nunc pœnitentiam tam facilem proponit, tunc impossibilem ante oculos ponat. Metuo, inquam, & cum S. Bernardo (*Jerem.42. in Cant.*) exclamare cogor: *Ex hac imprudentia pullulabit impœnitentia, mater desperationis.* Considera, obtecro, quam ad omnia inunia ineptus sis, cum unicus dens tibi dolet: & speras, te idoneum fore ad agendam pœnitentiam, dum caput acutissimis doloribus constringitur, dum sanguis in arteriis æstuat, dum cor febribus exuritur, dum viscera calore cremantur, dum membra omnia tormentis occupantur? Non credo, non credo. Considera, quam fastidiosus esse soleas, cum magni negotii moles premit? & speras, te ad seriam pœnitentiam satis expeditum, ac alacrem fore, cum deferendæ sunt facultates, tot sudoribus conquisitæ, cum moriendum est litenecdum determinata, filia nondum dotata, debitis necdum expunctis, expensis necdum in codicillum relatis, contractibus necdum finitis? Non credo, non credo. Insuper præter hæc impedimenta, quæ quodammodo intrinseca sunt, aderunt extrinseca, quæ animum, suæ saluti invigilare cupientem, in mille curas distrahent. Cum voles ad cœlestia mentem intendere, aderit infirmarius, qui pharmaca propinabit, aderit Medicus, qui arteriam explorabit, aderunt amici, qui de testamento monebunt, aderunt vicini, qui varia consilia suggerent, aderunt alii: solus aberit Confessarius, qui tibi quidem sinceriſsime rem prout est, ediceret, sed non admittitur, quamdiu tibi præsens es, & hoc, ne ultimæ voluntatis tabulas mutare, aut pium legatum abjicere possis: rogatur, ut mane reverteretur, nunc somno concedendum esse, propter noctem integram vigiliis transactam, &c. O miserum te! an in his circumstantiis, immo cum tot impedimentis speras te eliciturum salvificam contritionem? quæso, unde spem concepisti tam incertam? credo quidem, quod daturus sis unum, vel alterum gemitum, sed insufficientem: *Non enim omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum.* Plane nisi nunc, dum vires valent, rebus tuis consulas, credo, te nolle salvari, nec ullum habere salutis desiderium: ita mecum sentit S. Anselmus: (*Epist.1.*): *Qui differt in futurum, & fortasse non futuram ætatem, suam vitam corrigere, probat se non amare, quod exspectat, & non meretur accipere.*

Pœnitentia sera suspecta.

8. Verum ponamus, quod tibi fortuna faveat; ponamus etiam, quod confitearis exacte, alta trahas suspiria, plangas, pectus tundas, crucifixi plagas crebris oculis salutes; an ideo te salvum putas? Nequaquam, inquit, Ambrosius (*l.2. de Pœnit.*): *Non præsume: non polliceor, non dico, non vos fallo, non vos decipio, non vobis promitto.* Non nego quidem a morientibus sæpe fundi gemitus: sed quare? quia a voluptatibus magis deseruntur, quam deserunt. Lacrimantur; sed quare? quia mundus, vita, facultates, amici reliquendi sunt: aliud nullum detestari, aliud bonum desiderare nesciunt; quia talis detestationis, aut desiderii usum non habent; certe fructuosæ pœnitentiæ vim ex anteactæ vitæ habitu ut plurimum desumendam esse puto. Contremiscite peccatores inveterati audiendo S. Hieronymum, non minus vitæ sanctitate, quam experientia illustrem: Hoc eraculum Ecclesiæ, in ultimo agone constitutum, cum spiritu jam ita defecerat, ut vix loqui posset, vim tamen sibi faciens, prout Eusebius ejus Discipulus (*Ep. ad Damas. de morte Hieron.*) enarrat, in hæc verba prorupit: *Hoc timeo, hoc verum puto, hoc multiplici experientia didici, quod ei non bonus est finis, cui mala semper fuit vita.* Ita est, ita est: mors est umbra vitæ: corpus bestiæ non præfert umbram hominis; & qui vixit ut mala bestia, non morietur ut bonus homo. Nec mihi objicias exemplum latronis: illud enim exemplum est prorsus singulare, & sine ulla consequentia: singulare quoad diem, in qua Redemptor suæ misericordiæ thesauros immensum explicavit: singulare, quoad virtutes ipsius latronis, quas in ardua Christi crucifixi confessione fuse dilaudant sancti Patres: singulare, quoad patrocinium sanctissimæ Deiparentis, quam in Ægyptum fugientem una cum Divino Pusione a latronibus dicitur præservasse. Verum abstrahendo ab his, scisne, mi peccator, cur Ecclesia hujus latronis festum nullum celebret, officium nullum recitet? nunquid in Ecclesia agitur festum Magdalenæ, Petri, Augustini, aliorumque, qui æque fuere peccatores? cur ergo non & latronis? Respondent passim Doctores, ideo id fieri, ne quis illius exemplo deceptus, frivole speret, se fore secundum, qui post vitam male transactam moriatur mortem bonam. Non datur alius, non datur alius; &c.

9. *Epilogus.* Nunc igitur, mi homo Christiane, nunc dum vires valent, cumulanda sunt merita, nunc vita sic coordinanda, ut post se trahat bonam mortem: proposuit nobis Deus æternam beatitudinis mercedem, ut eam mereamur, non furemur; vana est spes, quam in unico nonpunquam suspitio reponis: audi pro coronide, quantum Sapiens hanc spem explodat: *Spes impii tanquam lanugo, quæ a vento tollitur, & tanquam spuma gracilis, quæ a procella dispergitur, & tanquam fumus, qui a vento dissipatus est.* (*Sap.5.*) Ut compendio absolvam omnia, ut salveris, operose, caute, ac sollicite servanda sunt mandata: errat, quisquis salvari sperat per unicum: *Domine, Domine*; &c. &c.

Do-

Dominica VIII. post Pentecosten.

Duplex munus Villici.

CONCEPTUS I.

De obligatione Patrum-Familias, quam habent erga liberos, & domesticos.

Homo quidam erat dives, qui habebat villicum. Luc. 16.

EXORDIUM.

Christus Dominus est homo ille dives. Per villicum intelligitur Pater-Familias.

1. QUis mihi dixerit, quis, & ubi fuerit homo ille dives, quis villicus? an forte sermo est de Abrahamo, qui fuit *dives valde in possessione auri, & argenti?* (*Gen 13.v.2.*) an de Rege Ezechia, qui fuit *dives, & insitus valde?* (*2. Paralip.32.*) an de Assuero, qui ad ostentationem potentiæ suæ Regni proceribus centum, & octoginta dierum convivium fecit? (*Esther.1.*) &c. Christiani Auditores, nihil horum: sub divitis hujus nomine intelligitur, teste Hugone Cardinale, (*in Luc.16.*) Christus Jesus Dei Filius, profecto Dominus ditissimus: divitias ejus quis explicabit? In Ecclesia triumphante habet milliones Angelorum, uti quondam vidit Propheta Daniel (*c.7.v.10.*): *Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei.* In Ecclesia autem militante habet milliones animarum, pretiosas illas margaritas, pro quibus dedit omnia sua, & comparavit eas. In primi, seu Ecclesia triumphante regnat per se ipsum, eamque sua gloria, Providentia, Sapientia, ac Potentia administrat. In altera autem, seu Ecclesia militante subordinavit suos villicos, & administratores, quibus animas suas concredidit. Quis certo intelligitur sub nomine Villici? respondet idem Cardinalis, subaudiri quoscumque Prælatos, Superioresque, qui vel in magna, vel in parva republica clavum tenent; hos omnes quondam ad judicium citabit, & gesti muneris rationem exposcet: *Redde rationem Villicationis tuæ.* Per Superiores parva reipublicæ intelligo Patres-Familias, qui caput sunt domus, & de his hodie specialiter agere constituī. O Christiani Patres! certi estote, *judicium illud durissimum*, quod omnibus *his, quæ præsunt*, (*Sap.6.*) intentatum est, etiam vos exspectat; rigorosissime examinabitur, quam curam, ac sollicitudinem supra animas liberorum, subditorum, ac domesticorum habueritis.

2. *Propositio.* Agite, ut severo huic judicio provideatis, monebo vos hodie, quod domus vestræ non domini, sed Dei Villici sitis: ostendam, quæ sint obligationes muneris vestri: attentos autem vos, si unquam alias, esse percupio; hæc enim materia est, ex qua pendet orbis universi reformatio.

3. *Divisio.* Duo sunt objecta, circa quæ sollicitudo Villici indesinenter versari debet, lucrum, & damnum domini sui: illud omni opera promovere, ipsum præcavere debet. Hinc ait Cornelius a Lapide, (*in 1. Cor.4. v.1.*) præcipuus Villici dotes esse fidelitatem, & prudentiam: *Ejus præcipua virtus est fidelitas, & prudentia.* Fidelitas requiritur ad lucra facienda, prudentia ad damna avertenda. Mi Christiane Pater-Familias! hæc eadem est duplex tua obligatio in administratione domus. Villicus Dei es, &c.

§. I. *Villicus debet attendere lucrum Domini.*

4. *Confirmatio.* Primo quidem, lucrum Dei omni modo promovere debes, id est, inter domesticos pia virtutum opera verbo, & exemplo implantare; nemo credit, quantæ virtutis, & efficaciæ sint verba, & exempla Patrum-Familias in domo sua; quemadmodum enim ad motum primi mobilis omnes orbes cælestes, eidem subjecti, moventur, ita ad ejus recte facta liberi, famuli, domesticique omnes suavi quadam violentia trahuntur. Res oppido mira est in sacris litteris, quod Dominus Deus obedientiam Abrahami magnis laudibus deprædicet, magnis etiam præmiis, ac promissionibus remuneretur; neque vero vel verbulo laudet obedientiam Isaaci. Sine dubio admiranda fuit obedientia Abrahæ, qua promptus, & alacer præcipienti Domino Filium in holocaustum obtulit: verum puto, non minus admirandam fuisse obedientiam Isaaci, qua sine omni tergiversatione jugulum sub paternum acinacem inclinavit. Cur ergo exsollitur virtus Abrahæ, nulla facta mentione de virtute Isaaci? respondet Mendoza, (*in 1. Reg. 1.*) id ideo factum fuisse, quia obedientia filii non tam filio, quam patri tribuenda esset: *Obedientia filii paterna institutioni tribuebatur, & propterea, quidquid boni filius agebat, refundebatur in parentem.* Audis hæc, mi Pater-Familias? ut liberi tui, ut famuli, ut domestici virtutem amant, ad cælestia aspirent, obedientiam Dei præceptis præstent, ex tua pendet institutione, & exemplo; vis habere filium adeo virtuosum, ut Isaac? vive tu adeo virtuose, ut Abraham.

Bona opera Patrum Familiæ in domo sua.

5. Si quæras, quomodo ergo rem domesticam componere oporteat, ut ingens exinde virtutum lucrum in Deum redundet, auscultа, specimen dabo: Christianus Pater-Familias, cum a nocturna quiete se levat, animum ad Deum erigit, & totius diei opera meritoria intentione offert. Sacro, quantum fieri potest, quotidie interest, tum laboribus suis invigilat, mores præfert ad modestias compositos, in verbis manſuetus est, singulis ad minimum

mensibus sacra Reconciliationis, & Eucharistiæ Sacramenta frequentat. Si cum liberis, & domesticis ad mensam assidet, de auditu Concione, aut Cathacheſi sermonem instituit, ad laborem hortatur, qui rosse fecerint, laudat, qui perperam, carpit. Infantes, quamprimum voces proferre incipiunt, crucem formare, & ad prima Fidei principia respondere docet, in sabbathis, & vigiliis Beatæ Virginis cum omnibus domesticis corollam Marianam genuflexus decurrit. Ex filiis, & famulis sollicite indagat, ubi, & cum quibus morentur, an Concioni interfuerint, quando ultimo sacra Confessionis, & Altaris Sacramenta receperint. Si contingat Patres Missionarios in vicinia morari, illos diligenter mittit, ut timorem Domini, & seriam conscientiæ expiationem edoceantur &c. Hæ, & aliæ id genus industriæ mirum quantum in domesticis sensus pietatis implantant, in plurimas generationes, & diuturna annorum spatia duraturos. De ejusmodi domo enuntiat sanctus Spiritus: (*Sap.4.*) *O quam pulchra est casta generatio cum claritate!* Addit specialiter hoc elogium: *Immortalis est enim memoria illius.* Quomodo immortalis? nonne omnes familiæ mundi emoriuntur? nonne præterit figura hujus mundi? ita est, præterit, ait Doctissimus Holcot; (*In Sap.4. lect.43.*) sed etiam post mortem corporalem manet memoria illius; *quia de bonis parentibus educantur boni filii, & per illos filii filiorum, & sic deinceps.* Mi Pater-Familias, postquam hoc mortale corpus ruum dudum erit in cineres redactum, dicet de te filius, dicet nepos, hoc vel illud laudabile factum didici a Patre, didici ab Avo meo: dicet de te famulus, dicet ancilla, hanc vel illam virtutem intime in animum meum implantavit meus olim Dominus, &c. Ea, *Immortalis est enim memoria illius.* Taceo inexplicabile præmium, quo te, tanquam fidelem villicum, Dominus Deus remuneraturus, & ad gloriam suam invitaturus est: *Euge serve bone, & fidelis.*

§. II. *Villicus debet damnum attendere Domini sui. Negligentia Patrum Familiæ in domo sua.*

6. Altera obligatio Villici est, ut damna Domini avertat; & hæc eadem tua est, o Pater-Familias. Quæ sunt damna Domini Dei? sunt peccata, quibus animæ destruuntur, & pereunt. O vacuæ sedes in cælo, quis vos evacuavit? peccatum. O plenæ sedes in inferno, quis vos implevit? peccatum; &c. Contra hunc Dei inimicum, quilquis Christianus est, viribus omnibus pugnare, & præsertim Pater-Familias illud e domo extirpare, eliminare debet. Quid? ait nonnemo: an ergo peccata domesticorum pertinent ad me? ætatem habent, ipsi se curent: &c. O imprudens, falleris, & graviter fallerit: si enim peccata domesticorum nihil ad te, cur præcepit Apostolus (*1.Tim.5.*): *Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior?* Etiam infideles invigilant, ut subditi sui ad suæ sectæ præcepta vivant; & pro pudor! minus faciat Christianus Pater-Familias? crede mihi, crede, tibi imputatur, quidquid mali inter domesticos agitur, *ad negligentiam Patris referetur dissolutio filiorum, & omnia, quæ delinquerint filii* (vel famuli, vel ancillæ) *de parentibus requiretur*, ait Origenes. (*l.1. in Job*) Pro quantum pavidus, trepidusque contremuit Jacob, cum socer ejus Laban illam e domo sua abeuntem furti accusaret (*Gen.9.*)! *Cur furatus es Deos meos?* an vera erat hæc imputatio criminis? erat falsissima. Ergo Jacob innocens erat? innocentissimus. Cur ergo pavet? cur tremit? Nimirum cogitabat prudens Patriarcha, si ego solus forem, facili negotio posseum meam demonstrare innocentiam: at quoniam numerosam familiam in comitatu habeo, metuo, ne ex famulis unus penates Soceri absturlerint, & siquidem inter reculas inventi fuerint: furtum mihi, tanquam Patri-Familias, imputetur. Ita in hunc locum animadvertit Olcaster (*in Gen.9.*): *Timuit, ne furtefacienda ipsa esset inventura.* Audis ista, mi Pater-Familias? Jacob timuit furtum, a domesticis patratum, sibi imputatum iri, & tu non metuis, ne Deus gravissimam a te exigat propter peccata domesticorum, quæ ex tua negligentia proficiscuntur? *Reddе rationem villicationis tuæ.* (*Luc.16.*) Quid respondebis Deo Judici, quando rationem exposcet, quod nullam prorsus sollicitudinem adhibueris indagandi in vitia filiorum, & famulorum? id quod deplorat sanctus Hieronymus (*ad Job*): *Solemus mala damus nostra fcire novissimi, & liberorum, ac conjugum vitia vicinis carentibus ignorare.* Quid respondebis Deo Judici, quando rationem exposcet, quod filios, filiasque pro libitu hinc inde evagari permiseris, parum sollicitus, ubi, & cum quibus morentur? Quid respondebis Deo Judici, rationem poscenti, quod impudentes filii loquelas cum risu & complacentia exceperis, id quod dudum damnavit gentilis Quintilianus (*l.1. Orat. instit. c.3.*)? *Gaudemus, siquid licentius dixerint, & risu, & osculo excipimus.* Quid respondebis Deo Judici, rationem poscenti, quod sciveris famulum pejerare, blasphemare, procari, noctu e domo abesse, nec tamen ejus petulantiam studueris frenare? quid respondebis Deo Judici, rationem poscenti, quod adverteris quidem ancillam noctu surgere, cum proco colloquia miscere, aut omnino intra domum admittere, nec tamen separaveris palearn ab igne? Væ tibi! quia hæc peccata omnia, & quæ inde consequuntur, tuæ negligentiæ imputabuntur. Mox ut advertit Sara Abrahami Uxor, quod Ismael filius Agar cum filio suo Isaac luderet ludum minus honestum, & impudentem, petiit ab Abrahamo: *Ejice ancillam, & filium ejus.* (*Gen.21.*) Tu quid agis? si famulus, una, vel altera vice castigatus, non emendetur, *ejice*: si ancilla una vel altera vice monita non respiscat, *ejice*: secundum est carcinoma.

7. Scio, quid opponas, sic patietur, inquis, mea res domestica: famulus est laboriosus, ancilla est sedula, &c. Egregia, & Christiano digna excusatio: O crucifixe Redemptor: on, hac denique ventum est, quod Christiani tui plus suum, quam tua damna attendant: plus modicum lucellum æstiment, quam tuum præceptum, quamquam ne istud quidem lucellum, quod sibi fingunt, adquirant, ubi tua benedictio deficit. Dic, imprudens Pater-Familias, quid ageres, si famulus pestilenti ulcere, vel lepra esset infectus? confestim, sine omni mora ex ædibus esset pellendus, ne luem inter domesticos propagaret: & viliores tibi sunt animæ domesticorum, quam corpora, nec metuis illis affari scelerum pestem a libidinoso famulo, aut ancilla? &c. Fac, per me licet, quod lubet, attende lucris tuis, gratulor tibi exanimo, si annuatim tibi famulus, aut ancilla triginta argenteos prosperetur; nam & istud lucrum est, pro quo Christus olim erat venditus! at si exhorreticis ad tantum crimen,

9. *Epilogus.* Rogo te per amorem animæ tuæ, consule rebus tuis; neque enim tui solius causam coram Divino Tribunali agere debebis; sed etiam causam domesticorum, quorum peccata in te recumbent; Villicus Dei es, & ibi a te exposcetur, *redde rationem villicationis tuæ.* Attende igitur monitis S. Chrysostomi, (*hom. 9. in 1. ad tim.*) quæ jam pro coronide adduco: *Non ergo tanquam unius animæ commodis prospicientes, sed ut plurimis per unam consulentes, magno cum studio omnia faciamus.* Amen.

Dominica VIII. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

De frequenti consideratione judicii Divini, ejusque considerationis utilitate.

Redde rationem villicationis tuæ. Luc. 16.

EXORDIUM.

Nec villici sumus Dei, qui multa bona nobis contradidit.

1. SI infelix iste villicus præsentem rerum statum, id est, indignationem, ac severam objurgationem Domini sui frequentius ante oculos habuisset, non puto, quod injustitiis, furtisque manus contaminasset, res Domini perdidisset, bona dissipasset: sed quia vixit muneris sui incurius, & futurorum immemor, ideo spem sibi leviter faciebat, delicta, fraudes, ac injustitias suas vel nunquam in lucem venturas, vel bonitate heri sui facile dissimulatas iri. Nunc spe sua deceptus, diffamatus, ad rationem vocatus, exauctoratus ingemiscit: *quid factum?* arteisque omnes excogitat Domini sui placandi. Christiani Auditores: nollem, ut in villicum iniquum, sed in vosmet ipsos commiserationis oculos contorqueatis: de vobis narratur hæc historia: quotquot in orbe degimus, Villici sumus magni illius Domini, qui de seipso: *Meus est orbis terræ, & plenitudo ejus.* (*Ps.49*) Potens iste Dominus, & dives in omnes, contulit nobis innumera dona, ac beneficia: dedit nobis bona fortunæ, naturæ, & gratiæ, dedit animæ potentias intellectum, memoriam, voluntatem; dedit corporis sensus visum auditum, gustum, odoratum, tactum; dedit creaturas innumerabiles ad confectionem ultimi finis nostri proficuas; dedit vocationem ad certum munus, ac statum; alios in Reges, ac Principes, alios in Sacerdotes, alios in Superiores, alios in cives, alios in rusticos, constituit; concredidit fidei nostræ Subditorum, famulorum, ancillarum liberorum animas: An putatis, hæc omnia Domino nostro pro libeto arbitratu subjecta esse? erratis. Res Dei sunt, nos Villici sumus, a quibus aliquando severa disquisitione exigetur: *Redde rationem villicationis tuæ.* Quid factu opus est?

Recordatio reddendæ rationis excitat ad opera Vocationis nostræ ritu peragenda,

2. *Propositio.* Respondeo, ut muneris, vocationisque nostræ partes magna cum sedulitate expleamus, non est potentior stimulus, quam frequens recordatio hujus ipsius gnomæ: *Redde rationem,* (*Luc.16.*) agite Christianæ animæ, in omnibus operibus veitris cogitate Dei judicium, & hæc judicii memoria vobis instar scuti erit contra tentationes, instar frœni contra peccata, instar stimuli contra tepiditatem. Favete.

3. *Introductio.* Sapientissimus Solon præscripsit Atheniensibus legem, utcivium singuli quotannis præfectis suis, ac tribunis rationem reddere teneantur de vita, victu, arte, domo, ac negotiatione: siquis deprehendebatur prodigus, qui ultra redditus annuos bona sua dissipidabat, non mitius, quam furti reus puniebatur: undefactum est, ut Athenienses in negotiis, ac rebus suis quam cautissime agerent; & nemo facile nisi locuples, & fortunatus viveret. (*Brissonius hac Dem.*) Si efficere id potuit ratio dandæ homini, nonne multo magis pavor judicii Divini nos existimulare debet ad muneris nostri partes sedulo agendas? certe cum sacer Psalmographus (*Ps.74.*) nos hortatur: *Nolite iniquè agere: Nolite iniquè agere:* potentius motivum haud adjici posse arbitratus est, nisi illud: *Quoniam Deus Judex est.*

§. I. *Memoria judicii retrahit a peccatis.*

4. *Confirmatio.* Et primo quidem recordatio judicii potenter cohibet a peccatis; impossibile enim videtur, in scelus posse prorueve illum, qui strictissimam rationem, Deo judici, ac vindici dandam, ante oculos habet. Con-

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS CENTRO DE ESTUDIOS ECLESIÁSTICOS DE ANDALUCÍA

sula-

mensibus sacra Reconciliationis, & Eucharistiæ Sacramenta frequentat. Si cum liberis, & domesticis ad mensam assidet, de auditu Concione, aut Cathacheſi sermonem instituit, ad laborem hortatur, qui rosse fecerint, laudat, qui perperam, carpit. Infantes, quamprimum voces proferre incipiunt, crucem formare, & ad prima Fidei principia respondere docet, in sabbathis, & vigiliis Beatæ Virginis cum omnibus domesticis corollam Marianam genuflexus decurrit. Ex filiis, & famulis sollicite indagat, ubi, & cum quibus morentur, an Concioni interfuerint, quando ultimo sacra Confessionis, & Altaris Sacramenta receperint. Si contingat Patres Missionarios in vicinia morari, illos diligenter mittit, ut timorem Domini, & seriam conscientiæ expiationem edoceantur &c. Hæ, & aliæ id genus industriæ mirum quantum in domesticis sensus pietatis implantant, in plurimas generationes, & diuturna annorum spatia duraturos. De ejusmodi domo enuntiat sanctus Spiritus: (*Sap.4.*) *O quam pulchra est casta generatio cum claritate!* Addit specialiter hoc elogium: *Immortalis est enim memoria illius.* Quomodo immortalis? nonne omnes familiæ mundi emoriuntur? nonne præterit figura hujus mundi? ita est, præterit, ait Doctissimus Holcot; (*In Sap.4. lect.43.*) sed etiam post mortem corporalem manet memoria illius; *quia de bonis parentibus educantur boni filii, & per illos filii filiorum, & sic deinceps.* Mi Pater-Familias, postquam hoc mortale corpus ruum dudum erit in cineres redactum, dicet de te filius, dicet nepos, hoc vel illud laudabile factum didici a Patre, didici ab Avo meo: dicet de te famulus, dicet ancilla, hanc vel illam virtutem intime in animum meum implantavit meus olim Dominus, &c. Ea, *Immortalis est enim memoria illius.* Taceo inexplicabile præmium, quo te, tanquam fidelem villicum, Dominus Deus remuneraturus, & ad gloriam suam invitaturus est: *Euge serve bone, & fidelis.*

§. II. *Villicus debet damnum attendere Domini sui. Negligentia Patrum Familiæ in domo sua.*

6. Altera obligatio Villici est, ut damna Domini avertat; & hæc eadem tua est, o Pater-Familias. Quæ sunt damna Domini Dei? sunt peccata, quibus animæ destruuntur, & pereunt. O vacuæ sedes in cælo, quis vos evacuavit? peccatum. O plenæ sedes in inferno, quis vos implevit? peccatum; &c. Contra hunc Dei inimicum, quilquis Christianus est, viribus omnibus pugnare, & præsertim Pater-Familias illud e domo extirpare, eliminare debet. Quid? ait nonnemo: an ergo peccata domesticorum pertinent ad me? ætatem habent, ipsi se curent: &c. O imprudens, falleris, & graviter fallerit: si enim peccata domesticorum nihil ad te, cur præcepit Apostolus (*1.Tim.5.*): *Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior?* Etiam infideles invigilant, ut subditi sui ad suæ sectæ præcepta vivant; & pro pudor! minus faciat Christianus Pater-Familias? crede mihi, crede, tibi imputatur, quidquid mali inter domesticos agitur, *ad negligentiam Patris referetur dissolutio filiorum, & omnia, quæ delinquerint filii* (vel famuli, vel ancillæ) *de parentibus requiretur*, ait Origenes. (*l.1. in Job*) Pro quantum pavidus, trepidusque contremuit Jacob, cum socer ejus Laban illam e domo sua abeuntem furti accusaret (*Gen.9.*)! *Cur furatus es Deos meos?* an vera erat hæc imputatio criminis? erat falsissima. Ergo Jacob innocens erat? innocentissimus. Cur ergo pavet? cur tremit? Nimirum cogitabat prudens Patriarcha, si ego solus forem, facili negotio posseum meam demonstrare innocentiam: at quoniam numerosam familiam in comitatu habeo, metuo, ne ex famulis unus penates Soceri absturlerint, & siquidem inter reculas inventi fuerint: furtum mihi, tanquam Patri-Familias, imputetur. Ita in hunc locum animadvertit Olcaster (*in Gen.9.*): *Timuit, ne furtefacienda ipsa esset inventura.* Audis ista, mi Pater-Familias? Jacob timuit furtum, a domesticis patratum, sibi imputatum iri, & tu non metuis, ne Deus gravissimam a te exigat propter peccata domesticorum, quæ ex tua negligentia proficiscuntur? *Reddе rationem villicationis tuæ.* (*Luc.16.*) Quid respondebis Deo Judici, quando rationem exposcet, quod nullam prorsus sollicitudinem adhibueris indagandi in vitia filiorum, & famulorum? id quod deplorat sanctus Hieronymus (*ad Job*): *Solemus mala damus nostra fcire novissimi, & liberorum, ac conjugum vitia vicinis carentibus ignorare.* Quid respondebis Deo Judici, quando rationem exposcet, quod filios, filiasque pro libitu hinc inde evagari permiseris, parum sollicitus, ubi, & cum quibus morentur? Quid respondebis Deo Judici, rationem poscenti, quod impudentes filii loquelas cum risu & complacentia exceperis, id quod dudum damnavit gentilis Quintilianus (*l.1. Orat. instit. c.3.*)? *Gaudemus, siquid licentius dixerint, & risu, & osculo excipimus.* Quid respondebis Deo Judici, rationem poscenti, quod sciveris famulum pejerare, blasphemare, procari, noctu e domo abesse, nec tamen ejus petulantiam studueris frenare? quid respondebis Deo Judici, rationem poscenti, quod adverteris quidem ancillam noctu surgere, cum proco colloquia miscere, aut omnino intra domum admittere, nec tamen separaveris palearn ab igne? Væ tibi! quia hæc peccata omnia, & quæ inde consequuntur, tuæ negligentiæ imputabuntur. Mox ut advertit Sara Abrahami Uxor, quod Ismael filius Agar cum filio suo Isaac luderet ludum minus honestum, & impudentem, petiit ab Abrahamo: *Ejice ancillam, & filium ejus.* (*Gen.21.*) Tu quid agis? si famulus, una, vel altera vice castigatus, non emendetur, *ejice*: si ancilla una vel altera vice monita non respiscat, *ejice*: secundum est carcinoma.

7. Scio, quid opponas, sic patietur, inquis, mea res domestica: famulus est laboriosus, ancilla est sedula, &c. Egregia, & Christiano digna excusatio: O crucifixe Redemptor: on, hac denique ventum est, quod Christiani tui plus suum, quam tua damna attendant: plus modicum lucellum æstiment, quam tuum præceptum, quamquam ne istud quidem lucellum, quod sibi fingunt, adquirant, ubi tua benedictio deficit. Dic, imprudens Pater-Familias, quid ageres, si famulus pestilenti ulcere, vel lepra esset infectus? confestim, sine omni mora ex ædibus esset pellendus, ne luem inter domesticos propagaret: & viliores tibi sunt animæ domesticorum, quam corpora, nec metuis illis affari scelerum pestem a libidinoso famulo, aut ancilla? &c. Fac, per me licet, quod lubet, attende lucris tuis, gratulor tibi exanimo, si annuatim tibi famulus, aut ancilla triginta argenteos prosperetur; nam & istud lucrum est, pro quo Christus olim erat venditus! at si exhorreticis ad tantum crimen,

9. *Epilogus.* Rogo te per amorem animæ tuæ, consule rebus tuis; neque enim tui solius causam coram Divino Tribunali agere debebis; sed etiam causam domesticorum, quorum peccata in te recumbent; Villicus Dei es, & ibi a te exposcetur, *redde rationem villicationis tuæ.* Attende igitur monitis S. Chrysostomi, (*hom. 9. in 1. ad tim.*) quæ jam pro coronide adduco: *Non ergo tanquam unius animæ commodis prospicientes, sed ut plurimis per unam consulentes, magno cum studio omnia faciamus.* Amen.

Dominica VIII. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

De frequenti consideratione judicii Divini, ejusque considerationis utilitate.

Redde rationem villicationis tuæ. Luc. 16.

EXORDIUM.

Nec villici sumus Dei, qui multa bona nobis contradidit.

1. SI infelix iste villicus præsentem rerum statum, id est, indignationem, ac severam objurgationem Domini sui frequentius ante oculos habuisset, non puto, quod injustitiis, furtisque manus contaminasset, res Domini perdidisset, bona dissipasset: sed quia vixit muneris sui incurius, & futurorum immemor, ideo spem sibi leviter faciebat, delicta, fraudes, ac injustitias suas vel nunquam in lucem venturas, vel bonitate heri sui facile dissimulatas iri. Nunc spe sua deceptus, diffamatus, ad rationem vocatus, exauctoratus ingemiscit: *quid factum?* arteisque omnes excogitat Domini sui placandi. Christiani Auditores: nollem, ut in villicum iniquum, sed in vosmet ipsos commiserationis oculos contorqueatis: de vobis narratur hæc historia: quotquot in orbe degimus, Villici sumus magni illius Domini, qui de seipso: *Meus est orbis terræ, & plenitudo ejus.* (*Ps.49*) Potens iste Dominus, & dives in omnes, contulit nobis innumera dona, ac beneficia: dedit nobis bona fortunæ, naturæ, & gratiæ, dedit animæ potentias intellectum, memoriam, voluntatem; dedit corporis sensus visum auditum, gustum, odoratum, tactum; dedit creaturas innumerabiles ad confectionem ultimi finis nostri proficuas; dedit vocationem ad certum munus, ac statum; alios in Reges, ac Principes, alios in Sacerdotes, alios in Superiores, alios in cives, alios in rusticos, constituit; concredidit fidei nostræ Subditorum, famulorum, ancillarum liberorum animas: An putatis, hæc omnia Domino nostro pro libeto arbitratu subjecta esse? erratis. Res Dei sunt, nos Villici sumus, a quibus aliquando severa disquisitione exigetur: *Redde rationem villicationis tuæ.* Quid factu opus est?

Recordatio reddendæ rationis excitat ad opera Vocationis nostræ ritu peragenda,

2. *Propositio.* Respondeo, ut muneris, vocationisque nostræ partes magna cum sedulitate expleamus, non est potentior stimulus, quam frequens recordatio hujus ipsius gnomæ: *Redde rationem,* (*Luc.16.*) agite Christianæ animæ, in omnibus operibus veitris cogitate Dei judicium, & hæc judicii memoria vobis instar scuti erit contra tentationes, instar frœni contra peccata, instar stimuli contra tepiditatem. Favete.

3. *Introductio.* Sapientissimus Solon præscripsit Atheniensibus legem, utcivium singuli quotannis præfectis suis, ac tribunis rationem reddere teneantur de vita, victu, arte, domo, ac negotiatione: siquis deprehendebatur prodigus, qui ultra redditus annuos bona sua dissipidabat, non mitius, quam furti reus puniebatur: undefactum est, ut Athenienses in negotiis, ac rebus suis quam cautissime agerent; & nemo facile nisi locuples, & fortunatus viveret. (*Brissonius hac Dem.*) Si efficere id potuit ratio dandæ homini, nonne multo magis pavor judicii Divini nos existimulare debet ad muneris nostri partes sedulo agendas? certe cum sacer Psalmographus (*Ps.74.*) nos hortatur: *Nolite iniquè agere: Nolite iniquè agere:* potentius motivum haud adjici posse arbitratus est, nisi illud: *Quoniam Deus Judex est.*

§. I. *Memoria judicii retrahit a peccatis.*

4. *Confirmatio.* Et primo quidem recordatio judicii potenter cohibet a peccatis; impossibile enim videtur, in scelus posse prorueve illum, qui strictissimam rationem, Deo judici, ac vindici dandam, ante oculos habet. Con-

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS CENTRO DE ESTUDIOS ECLESIÁSTICOS DE ANDALUCÍA

sula-

salamus Josephum Ægyptium: (*Gen.* 39.) scitis, quomodo in domo Putipharis famulum agens, ab impura illius uxore ad nefas fuerit sollicitatus: *Per singulos dies molliter molestus erat adolescenti*. Quæso, quis non conspicit hic fragile vitrum inter lapidum fractus? quis non conspicit paleam inter medios ignes? quis non conspicit columbam inter milvos? an fractum est vitrum, an arsit palea, an periit columba? nullo modo. Vicit, triumphavit, innocentiam servavit. S. Chrysostomus (*hom. 62. in Gen.*) majus prodigium reputat, Josephum evasisse illibatum e tentatione, quam tres pueros ab igne fuisse illæsos in fornace; isti enim solum ad extra, ille vero ad extra, & ad intra ignem patiebatur.

7. Verum edic, castissime juvenis, unde tantum tibi, & adeo rarum robur? unde tam Illustris victoria? percipite cautum, Auditores, quam textus Hebraicus insinuat ad mentem Septuaginta interpretum (*apud Lan. hom. 5. n. 15.*) Non otiose Josephus ingressus est cubiculum Dominæ suæ; sed, *ut investigaret scripturas cathenis sua*. Illo ipso tempore erat occupatus ratiociniis suo Domino deponendis, conferebat activa, & passiva, & gesti muneris administrationem scrutabatur: aderat tunc Domina, & ad scelus provocabat occupatum; sed impossibile judicabat crimen: *Quomodo possum hoc malum facere?* quia se ad gravissimas muneris sui rationes brevi dandas obstrictum videbat. En, Christiana pectora, danda ratio cohibuit Josephum a scelere, & vos a peccatis retardare non possit strictissimum judicium, quod vos exspectat? Ah obsecro vos: si infernalis tentator ad nefas inviteт, si ad impudens facinus, ad lucrum injustum, ad blasphemiam, ad detractiones, ad vindictas exstimulet, in memoriam revocate erectum Dei tribunal, & certe discetis cum Josepho exclamare: *quomodo possum hoc malum facere?* quomodo possum, brevi ad judicium citandus, quomodo possum brevi judicandus, quomodo possum brevi, si consentiam, condemnandus? audite Chrysostomum hanc in rem ita differentem: (*apud Speranz. script. sel. paull. 26.*) qui hujus diei oblivisciture, tanquam frano abjecto, in præcipitium fertur: ita econtra, qui hujus diei continuo recordatur a præcipitio sceleris seruus est.

§. II. *Memoria judicii expurgat reliquias peccatorum.*

6. Neque solum a peccatis potenter revocat memoria judicii; verum etiam peccatorum reliquias mirabiliter ex animo expurgat: quæ sunt hæ peccatorum reliquiæ? sunt pravæ inclinationes, inveteratæ consuetudines, inordinati affectus erga terrena, conscientiæ laxitas, vivendi libertas: hæ sunt rubigo animi; sed memoria judicii lima est, quæ rubiginem eradit: hæ sunt scoria auri; sed memoria judicii ignis est, qui scoriam exurit: hæ sunt lepra animæ; sed memoria judicii balneum est lepræ sanandæ laluberrimum. Naaman, exercitus Regis Syriæ Princeps, immedicabili lepra diu affectus, non sine admiratione totius exercitus repente ita mundatus fuit, ut infante recens nato mundior appareret: *Et restituta est caro ejus, sicut infantis recens nati*. (4. *Reg.* 5.) Quo remedio usus est? remedio facili, & expedito: Eliæus Propheta suasit illi: *Lavare septies in Jordane*. Lavit, sanatus est. Christiani Auditores, hanc figuram remoto cortice intueamur.

7. An desideratis æternum salvari? sine dubio: verum ad consequendam salutem opus omnino est, ut ante Dei tribunal instar innocentium parvulorum mundi compareatis: *Nisi conversi fueritis, & efficiamini, sicut parvuli, non introibitis in regnum cælorum*. (*Matth.* 18.) O mi peccator; quam proch pro dolor! abes a mundicie parvulorum, considera teipsum a capite usque ad calcem, & comperies, nimis quam verum esse de te illud Isaiæ: *a planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas*. (*Isa.* 1.) Caput tuum plenum est ambitione, oculi concupiscentiis: *Oculos habentes plenos adulterii*. Manus tuæ repletæ sunt injustitiis: *Manus vestræ plenæ sunt sanguine*. Pedes tui ad flagitia festinant: *Pedes ejus ad malum currunt*. Os tuum impatientiis, blasphemiis, juramentis, & detractionibus abundat: *Sepulcrum patens est guttur eorum*. &c. (*Ps.* 13.) Eheu! nonne hæc lepra est supra immunditiem Naamani? cupis autem sanari, & ad infantis mundities reduci? age, utere eodem remedio, quod Eliæus Naamano fecit: *Lavare septies in Jordane*; volo dicere, frequenter ante oculos tibi statue Divinum judicium; Jordanes enim juxta interpretationem S. Hieronymi (*in c. 47. Ezech.*) idem sonat, ac judicium: *Fluvius Jordanis, id est, fluvius judicii*. Hoc judicium in mentem revoca, & quidem *septies* in hebdomade, id est, diebus singulis; immo in omnibus actionibus; & dilues omnem peccatorum fœtorem ex animo evomere; disces cautius incedere; disces sancta conversatione in via mandatorum progredi; disces mundana contemnere, & ad cælestia aspirare. &c.

§. III. *Memoria judicii tollit tepiditatem in aliorum.*

8. Nec satis hoc emolumentorum: Memoria judicii non solum a peccato retrahit, non solum a peccati reliquiis expurgat; verum & singulariter excitat ad functiones officii, & vocationis nostræ rite, caute, ac sollicite peragendas: non est potentior tepiditatis inimica, quam memoria judicii: cogitet quis, in omnibus actionibus suis sibi in aures dici: *Redde rationem*: & certe, excusso omni torpore, muneris sui partes accurate explere contendet. Pilatus erat iniquissimus judex: judicavit secundum respectus humanos, attendit amicitiam Cæsaris, judæorum minas, rationes status. Dei Filius nil intentatum reliquit, ut miserum sui muneris commoneret: admonuit per prolixam collocutionem, admonuit per agnitionem suæ innocentiæ, admonuit per somnium vaticinium uxoris; at cum ista omnia nihil proficerent, tonare incepit: *Amen dico vobis, amodo videbitis Filium hominis venientem in nubibus cæli cum potestate magna, & majestate*. (*Matth.* 26.) Cur Christus mentionem fecit judicii? nempe quia potentius remedium non est hominem cohibendi in orbita, & excitandi ad rite obeundas muneris sui partes, quam mentio judicii. Infelix Pilatus, cujus obstinaciam non fregit hoc tonitru: audiamus ergo aliam historiam, ubi meliores fructus memoria judicii post se traxit.

9. Adolescentulo, unico Matris solatio, consilium erat a rebus humanis sese avellere, & salutem, quam in mundi pelago fluctuari sentiebat, in portu sacri Alceterii quærere: obstitit Mater, & suam orbitatem cauffata, cum lacrimis retardare contendebat filium: has lacrimas illa validissimo scuto repulit: habendam sibi suæ salutis curam, velle se extra periculum per arctæ viæ compendia cælum petere, ne cum turba, laxioribus spatiis assueta, aliquando repulsam timere cogeretur. Ita vicit Matris preces, abiit, intra claustra Religiosa se abdidit. At paullo post, ut homines sumus, a primo fervore remittere, in virtutum studio intepescere, ad voluptates, quas nuper generose abdicarat, eminus anhelare, & laxitatis sectator salutis curam, quam sibi proposuit, negligere cœpit: Nil profuerunt æqualium exempla, nil senum monita, nil majorum imperia. Inter hæc senio confecta moritur Mater non sine mœrore Filii, cui ut liberius vacaret, declinatis arbitris, in locum solitarium secedens, primo lacrimis, dein lacrimarum fatur sopori se dedit, sed sopori terrifico non minus, quam salutari.

10. Visus sibi est adolescens in vasta regione constitutus, ubi circum circa excubante præsidio nullus effugii locus patebat. Ab alto emicabat fulgurans fella, terribile tribunal, vacuum quidem adhuc, sed quod in momenta judicem exspectabat: audiebantur tubæ, ducebantur rei, & immensæ molis liber protrebatur. Infra stabat hominum turba, consilii inops, plangens pectora, & crines vellicans præ timore: alii misericordiam orabant, alii montium ruinas implorabant, alii cælum, & terram gemitibus complebant. Obstupuit juvenis, præ pavore fere exanimis: sed luctuosissimum illi fuit spectaculum, cum inter hanc turbam etiam Matrem intueretur eadem calamitate, qua cæteri, afflictam. Hanc cum videret, vicissim visus ab illa fuit; hæsit attonita mater, dum filium pavitantem, suisque rebus diffidentem conspexit: diu non reperit, quid loqueretur: demum media inter admirantem, & exprobrantem quæsivit: Haccine esset illa salutis cura, quam crepitantibus buccis toties jactasset? Hæc vitæ, quam instituerit, privilegia? ideo tu spes omnes, opesque mortales abjicere, ut nobilitum hic hodie pallere posses, & formidare? &c. Erubuit hoc Matris convitio adolescens, & dum excusationem, qua se illi purget, nullam inveniat, sopore simul, & somnio solvitur. Manabat toto corpore frigidus sudor, & omnibus, adhuc membris vigil tremiscebat. Quid porro? totus deinceps fuit, alius a seipso: Nemo illum in virtutis studio vincere, nemo in patiendi desiderio æquare: nil eodem ad vigilias alacrius, nil ad abstinentiam promptius, nil ad voluntaria corporis tormenta severius. Verbo: prodigium erat sanctæ austeritatis: cumque a fratribus moneretur, ut mitius secum ageret, identidem aggerebat: Non potui sustinere objurgationem Matris, quomodo potero Judicis? &c. &c.

11. *Epilogus.* En Christianæ animæ! quid judicii memoria possit, Vos quid? ah! obsecro vos, verba hodierni Evangelii, *Redde rationem* semper habete in corde, semper in oculis, semper in auribus, semper in manibus, &c. Immo hæc verba inscribite domus januis, inscribite mensis, inscribite lectis, ut in omnibus actionibus memores sitis Divini Judicii. Ita fiet, ut vitam omnis nævi expertem trahatis, & salutem consequamini. &c. &c.

Dominica VIII. Post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Agitur contra furta fraudes, & injustitias, in negotiatione, & commerciis fieri solitas.

Ait autem Villicus intra se: quid faciam? quia Dominus aufert a me villicationem! Luc. 16.

EXORDIUM.

Olim sancta erat hominum fidelitas, nunc ubique mera fraudes.

1. PRofecto rem admiratu dignissimam esse arbitror, quod gentilis Putiphar in Ægypto homini alienigenæ, uti erat Josephus, domum integram, cellam, culinam, horreum, jumenta, omnemque supellectilem crediderit: Josephus erat quasi villicus, & administrator rerum omnium: *Præposuit omnibus gubernabat creditam sibi domum*. (*Gen.* 39.) Et quidem gubernabat tanta cum dexteritate, sapientia, ac fidelitate, ut Domini sui divitias haud parum augmentarit. Pro quantum discrepabant illa tempora a nostris! *Ille temporibus*, ait S. Ambrosius (*r. 3. de Off. n. 10.*) *adeo sancta erat fides, ut fallere aliquem posse non crederetur*: Nunc inter Christianos vix reperitur quispiam, cujus fidelitate tuto confidi possit: passim dantur villici iniquitatis, qui ex injustitiis, & fallacibus lucris ditescere fatagunt. Quid agitur in palatiis Principum, & nobilium? *omnes avaritiæ student*. (*Jerem. 6.*) Opprimuntur subditi, augentur tributa, diripiuntur agri, ac vineæ, &, ut ait S. Ambrosius, (*in 3. Reg. 21.*) *injurias putant potentiores, si pauper habeat, quod dignum possessione ne divitis videatur*. Quid agitur in curiis, & tribunalibus? prorogantur litigia ut litigantes emungantur; delicta pauperum castigantur, divitum

vitum dissimulantur; quia muneribus isti corrumpunt justitiam: advocati abscondunt scripturas, & documenta necessaria: utrique parti serviunt, ut utramque expeculent. Quid agitur in mercatorum tabernis? augentur ultra dimidium pretia, nunc mercimonia corrupta vendumtur pro bonis, nunc mistentur liquores, nunc fraus fit in peculio, in pondere, & mensura. &c. Uno verbo: quamcumque urbem, aut communitatem perlustro, *non deficit in plateis quæ usura, & dolus.* (*Ps.* 54.) Extincta jacet antiqua fidelitas, disparuit Caritas, quæ *non quærit, quæ sua sunt*, succesit injustitia, decceptiones, & fraudulentiæ. &c. Non opus est amplius furibus, & raptoribus, quia homines simplices, ac sinceri per quotidiana commercia, per fures, ut ita dicam, privilegiatos emerguntur.

2. *Propositio.* Verum quid ad hæc conscientia? quid lex Divina? quid ipse Deus? Hoc in præsentiarum perspiciamus. Heu! quam multi sunt villici iniquitatis, qui quamvis ad tempus, nescio quibus dictaminibus, conscientiam sopiunt; nihilominus aliquando pleni anxietate ejulabunt: *Quid faciam? quid faciam?* quia Dominus aufert a me; quid? & bona temporalia, quæ perdidi, & æterna, quæ non acquisivi. Faveto.

Et quidem non tantum inter magnates, sed etiam inter tritulares hominet.

3. *Confirmatio.* Quid hæc materia ad nos? ait nonnemo: Esto, quod Principes subditos tributis fatigent; esto, quod judices litigia producant; esto, quod mercatores mercimonia corrumpant: Inter nos neque Principes, neque judices, neque mercatores reperiuntur. Quid hæc materia ad nos? Parcite, Parcite, Auditores. Injustitia non solum serico, sed etiam lino, non solum sceptro, sed etiam aeni, fabulæ, dolabræ, malleo, & stivis adhæret: Injusti sunt opifices, qui laborem v. g. vestem, aut calceos ita luride conficiunt, ut quod per annum durare debuisset, intra mensem destruatur. Injusti sunt operarii, qui, dum pro diurna mercede conducuntur, pigerrimi sunt, & operas diu prolongant; econtra, dum pro certa mercede summatim constituuntur, laborem perfunctorie deplorant. Injustæ sunt uxores, quæ marito nummos clepunt pro panigiis & radiis aureis, aut argenteis, eoque ibi ex dono obvenisse mentiuntur. Injusti sunt filii-familias, qui parentibus pecuniam auferunt ad lusus, ad comessationes. Injusti sunt famuli, qui, labores stipendio majores esse rati, putant, sibi competere jus aliquod tacitæ compensationis. Injusti sunt mendicantes, qui, dum domi satis habent, unde vivant, aut manuum labore panem lucrari possent, mendicato vivunt, aliisque pauperibus stipem suffurantur. Injusti denique sunt Agricolæ, qui arando limites transgrediuntur, pecora male custodita in alienos agros evagari sinunt, fictiva emunt, mercedem famulorum aut operariorum defraudant, aut diu differunt, famulos, finito triturę labore, ex rationibus studiose ementitis dimittunt, illis omnia, quæ frangunt, immisericorditer de mercede detrahunt, illas panni lintei ulnas, quas annuatim pro stipendio habent, in materia vilissima, ac crudissima solvunt, denique debita contrahunt, nec unquam compensare cogitant. Quid dicam de decimis? ibi certe magis, quam in aliis quibusque obligationibus ingeniosa est avaritia, & mille exceptiones simulat, mille fraudes exercet. Scio quidem, quod nemo ex istis sit, qui non palliola, & prætextus obtendat, quibus se excuset; verum certus sum, quod aliter vobis vestra conscientia loquatur, & hæc illicita esse dictitet.

Conscientia furum irrequieta est.

4. Furum nonnemo Sancto Medardo Episcopo borem e stabulo furtive abegit: sed ecce, dum jumum domi habet, campanula, quam pecus e collo pendulam habebat, repente etiam non mota sonare incepit: obstruit ergo læno, & gramine; campana pergit fonare: eruit linguam, seu milleum, nec sic tacuit garrula: abjicit ergo in abstrusum angulum, eamque sarmentis, & quisquiliis cooperit; sed neque sic erat malo remedium: perrexit indesinenter sonare campanula, donec, molesti sonitus pertesus, fur furtivum pecus suo Domino restituit. (*Ribaden. Tom. 3. 8. Junii.*) Talis irrequieta campanula est conscientia eorum, qui lucris iniquis saginari student: excogitent prætextus, & effugia, quæcunque velint, semper latrat, semper sonat: & præsertim, cum infortunium inguit, statim reminiscuntur isti, mutuumque; forsan vindicta Dei super me propter illam, & illam fraudem, quam feci. &c.

Et obolus hujus receptus decorat decem alios.

5. Neque decipiuntur hac ex parte; bona enim, injuste adquisita, non prosperantur: *Nihil proderunt thesauri impietatis*, ait Dominus per sacrum Proverbium (*Prov.* 10.) Quemadmodum enim argentum aquarum guttulis maledictum æruginem contrahit, & vestis humectata tineas gignit: ita opes, quæ lacrimis pauperum humectantur, facile corrumpuntur, & percunt. Prophæta Habacuc postquam dixisset: (*c.* 2.) *Væ ei, qui multiplicat non sua*, paullo post subjungit: *Nunquid non repente consurgent, qui mordeant te, & suscitabuntur lacerantes te?* Esto, quod aliquamdiu in pace, & quieta possessione injuste parta retineas, nihilominus cum minime putaveris, consurgent, qui injustis litigiis te depauperabunt: veniet inopinus grando, & segetes destruet; veniet lues pecorum, & stabulum evacuabit; veniet morbus, & familatem corrumpet: ubi enim iniquus asservatur obolus a ibi

isti nulla Dei benedictio, sed infortunia, & maledictio impendent. Quid vidit Prophæta Zacharias? *Volumen volans.* Quid in eo scriptum erat? *Maledictio*: & quotiam volvit? audi, quo ingrediebatur, *Egredietur illud dicit Dominus, in domum furis.* Et quid sibi erat ille liber? *Consumet illum in medio domus ejus, & consumet eum, & ligna ejus, lapides ejus.* (*Zach.* 5.) Esne mi Christiane, unde venit, quod e domo tua calamitates nunquam discedant? cave, ne domus tua sit domus furis; quia per aerem volant infortunia, domosque injustas ingrediuntur. &c. Quin immo hæc Divina maledictio non tantum destruit bona injusta, sed una cum istis etiam justa; unde effatum illud in vim axiomatis invaluit, quod unus numinus injuste partus de rore Hermonis juste adquisitos. Id quod Dominus Deus comminari videtur per Prophetam Job, inquiens: *Divitias, quas devoraverit, evomet, & de ventre ejus extrahet eas.* (*Job* 20.) Pathetica similitudo! quam ut intelligatis, Auditores, consideranda, quid vomitus causet: Vomitus (ut verba venia) non solum cibos inutiles, ac noxios e stomacho eruit, sed etiam profluvios repellit. O fraudulente! O injuste Euclio! mare quidem in finum tibi applaudit, cum pauperi operario vel amicum terrenicum subtrahere potes. Verum, non fraudatur Dei verbum: veniet tempus, veniet forsan pusillo post, cum una cum hoc terrucio autreum & amplius effundes. Vos vero, o pauperculi, o inopes, nolite invidere temporanee felicitati iniquorum divitum: *Nolite æmulari ad pessessores iniquos*, ait Ecclesiasticus (*c.* 9.). *Deus enim ultricabit*: certe vindicabit, vindicabile.

Non sufficit restitutio facta Ecclesiæ, Ecclesia salvatori spretor suos injuste ablatos.

6. His cælestibus monitis, ac minis detertis nonnulli secum ipsis decernunt, sumtque: Sit ergo: quod titulo minus æquo possideo, distribuam in pauperes, impendam in sacrificia, donabo Ecclesiæ. O insigne inane! errantis, Delicatissimi, erratis: quid enim decepto, quid damnificato accedit per compensationem alteri factam? Restitutio fieri debet Domino suo: quin ipse Deus noverit, & abominatur bona injuste sibi oblata: audite iterum Ecclesiasticum (*c.* 34.): *qui offert Sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu Patris sui.* Tigurina vertit: *Filium coram patre mactant) similis est.* Perpendite, obsecro, quantum reatus committatur esset, qui innocentem natum, inspectante genitore, jugulare auderet: id ipsum nefas committit, qui Deo, aut Ecclesiæ oblationem facit ex eo, quod pauperum est; substantia enim est vita pauperum, pauperes autem speciali titulo sunt Filii Dei; quisquis ergo ex substantia pauperum oblationem facit, ex vita filiorum Dei facit oblationem. Percipite hac super re explicationem S. Gregorii (*l.* 7. *Epist.* 111.): *Quantus dolor patris sit, perpendamus, si in ejus conspectu filius victimetur: & hinc facile cognoscamus, quanto apud Deum dolor exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur.* &c. Nunquam quidem rationem, cur nubsum fulminis adeo frequenter in Ecclesias decidant? quæso, cur Dominus Omnipotens non sustinens conservat Ecclesias, ac loca sacra, in quibus ipse in Eucharistico Pane habitat? Nemirum hanc ipsam subjecti rationem affirmant multi Doctorum; quia similiarum plurimi hujusmodi bona fictive adquisita in compensationem (ut inepte putant hi Euclioni) donantur, & quoniam Deus extreme odit hujusmodi oblationes rerum furtivarum, ideo eas fulmineis ignibus exscindit, ac pessumdat. Ne dubitate, mei Christiani, bona injuriose parta restituti debent non alteri, nisi injuriam passo.

Licet difficilius sit restituto, difficilius tamen est dimittere.

7. Eheu! ingemiscit forsan nonnemo, ardua res est restituto! difficile est privari ils rebus, quas diu quiete possedi! quid dicent de me homines? quid liberi? quid uxor? quid maritus? &c. Mi Christiane, non nego arduum esse rerum quid difficilius est, semper versari in inimicitia Dei, aut pactum inire de vilis alicujus boni transitorii? certum est, indubitatum est S. Augustini effatum (*Ep.* 45. *ad Macedon. Est verum c.* 3. *cauſſ.* 14. *q.* 6. *Juris Can.*): *Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.* Et tu eligere mavis peccatum, quam gratiam? tu pro pugillo terræ vis renuntiare integro cælo? tu præcipis tolerare tormenta gehennæ, quam sinere modicum, quantumvis arduum, tui ipsius victoriam? audi ergo, quid S. Gregorius Turonensis (*l.* 1. *de Gloria Mart. c.* 106.) enarret, & decerne, quid in hac re fieri expediat.

8. Femina erat, quæ hypocritica pietate oculos, animumque hominis multum attraxerat, & ut æstimationem sui augeret, sacris peregrinationibus terram Sanctam Palestinæ, quam Divinus Redemptor suis vestigiis sacraverat, frequenter invisit. Hæc octavo illi fuit colligendæ pecuniæ; quippe fidelium liberalitas peregrinanti multas contulit stipes ad redimendos captivos, ad inopes sustentandos, ac loca sacra reparanda: has pecunias versipellis femina non in Terram Sanctam portavit, sed eam domi in terra defodit. Subinde repentina morte extincta est. Episcopus loci jubet in defunctæ pecunias inquisitionem fieri, sed nec ipsa superstes filia interrogata respondere quidquam potest, Matre occulte omnia domi defodiente; quare inquisitores, omnes zdium angulos perscrutati, tandem thesaurum alte tumulatum reperunt. Indignatus fuere Antistes noluit sceleratam pecuniam in alios usus impendere, sed in detestationem flagitii jubet eas super infame mulieris cadaver in sepulcrum jactari. Quid evenit? audite, & obstupescite: per integrum triduum funestissimæ voces e sepulcro perceptæ sunt: mulieris clamantis, ac ejulantis: *Urit me aurum, urit me aurum*: aperitur denuo sepulcrum: & ecce horribile spectaculum! visum est liquefactum, & candens aurum instar lucentis flammæ in os mulieris tanquam rivus influe-

instituere: quo spectaculo indicari voluit horribile tormentum, quod infelis illa in gehennali carcere æternum patietur. &c. &c.

9. *Epilogus.* Quid ad hæc, mi injuste Euclio, qui bona iniqua aut fitis, aut possides? an poteris sustinere tale tormentum? nonne si nunc in hac vita aut male parta reddere, aut unicum digitum amburendum præbere deberes, cum malles fortunarum omnium jacturam, quam tantum cruciatum subire? & non alemmet facis propter infernale supplicium, quod incomparabiliter crudelius est? an speras forsan, Deum misericordiorem fore erga te, quam erga hanc feminam? actum agis, restituendum est, aut ardendum est: esto, quod interim peregrinationes instituas, eleemosynas facias, jejunia frequentes, Ecclesiis pia legata constituas: esto: quod vitæ austeritate cum Anachoretis decertes: frustra sunt omnia; restituendum est, aut ardendum est. *Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.* &c. &c.

Dominica IX. post Pentecosten.

CONCEPTUS L.

De infelici morte peccatoris, repræsentata sub schemate excidii Jerosolymitani.

Cum appropinquasset Jesus Jerusalem, videns civitatem, flevit super illam. Luc. 19.

EXORDIUM.

Sicut Christus flevit super interitum urbis Jerusalem; ita flet super interitum peccatoris cujusvis.

1. CRedo equidem, quod misericors Christus amare fleverit, considerando infelicem interitum Jerosolymitanæ civitatis: post quadraginta annos enim aderant armati exercitus Titi, & Vespasiani, eamque in urbe adornarunt tragœdiam, qua luctuosiorem nulla enarrat historia: aliæ urbes, ac Provinciæ nonnunquam per singula mala interierunt, uti hæc fame, alia bello, alia morbis: at quidquid ubique miserum mundus tulit, hæc quasi agmine, urbem Solymæam inundavit: in cælo horribilis conecta fulsit, & sol inimico splendore obfulgebatur: in aere terrifica spirituum voces audiebantur; in urbe nil nisi ruina ædificiorum, cædes, lapides, inopia, morbi, mortes, sanguinis effusiones, & pereuntium ejulatus; ita, ut & hostium animis in commiserationem verti, Titus, & Vespasianus publice protestati fuisse dicantur, se ad internecia tanta inala, nec voluntatem habuisse, nec vires. (*Iosph. l. 6. c. 12. & seq.*) Quid mirum, inquam, quod Christus Dominus amaras commiserationis lacrimas fuderit? An abstersit modo sunt lacrimæ? neutiquam: an adhuc fluit? omino: supra urbem insultem? nequaquam: sed supra animam, cujus figura, ac typus erat urbs illa: *Hæc abstrahamus mystice præsignavit*, ait S. Bernardinus Senensis. (*de dign. an. tit. 3. c. 1.*) *Non etiam flemus Jerusalem, quæ deflevit*, ait Origenes. (*hom 18. in Luc.*) *Non flet civitatem terrenam solum, sed principaliter animam: non etiam lapidum, sed virtutum*, ait S. Antonius Paduanus. (*apud Manss hac Dom.*) Quæris, quanam anima figurata fuerit ab excidio miseriæ illius civitatis? nimirum illa peccatris anima, quam Christus Dominus in tremendo illo mortis articulo prævidet ab infernalibus inimicis obsidendam, mille afflictionibus, ac angustiis conficiendam. Ita Glossa. (*hic.*) *Quod Dominus secundum historiam semel fecit, hoc quotidie per Electos suos in Ecclesia agit: plangit reprobos, — qui à damnatione suam providerent, fecisset cum Electorum lacrimis plangerent.*

2. *Propositio.* Agite Christianæ animæ! hunc infelicem statum animæ peccatricis paullisper perpendamus, non alium in finem, nisi ut lacrimas pœnitentiæ super peccata fundamus, antequam Christus fundat super nos lacrimas commiserationis. *Videns civitatem, flevit super illam.* (Luc. 19.) Fiveie.

§. I. *Anima peccatrix in morte obsidetur a dæmonibus.*

3. *Confirmatio.* Primam rationem lacrimarum suarum allegat Christus his verbis: *Venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui valla.* &c. O peccatrix anima! veniet, ne dubita, dies, veniet inefragabilis hora, qua audies, actum esse vitæ fabulam, migrandum esse: tunc inter ultimos mortis singultus, clausis, ac nictantibus oculis, videbis, infernales belluas turmatim adesse, tumeque lectulum circumsilagere: sive supra, sive infra, sive ad dextram, sive ad sinistram oculos conjicias, utique aderit hostium ut tuam perniciem conjurata multitudo. Quis tibi nunc animus erit? quis tensus? audi, quid Regum historia commemoret. Rex Syriæ Benedab emisit quondam milites, ut Elisæum consiliis suis infestum caperent. (*4. Reg. 6.*) Quid Propheta? rogavit Dominum, ut militum oculos excæcaret, ne ab iis agnosceretur: factum, ut petit: tunc obviam iis procedens ipse præcedit, ac Elisæum in manus eorum tradituros: exultabant illi, & præsentem absentes sequebantur: & ecce, obcæcatos milites in mediam ducit Samariam: ibi abstersis oculorum caligine, videbant, se in hostili urbe inter suos hostes stare: *Aperuitque Dominus oculos eorum, & viderunt se in media Samaria.* Quis latis explicet, quis stupor, & tremor occupaverit animos militum cum se absque effugii spe in inimica civitate, in arbitrio hostium inclusos cernerent? certe mori malussent, quam tanto pavore consternari: audiamus Chrysostomum: (*hom. de Elisæo.*) *Mox ut civitatem ingressi sunt, clausæ sunt portæ, occurrit populus, Rex irruit, stupori omnes, attoniti animantur. Tunc credulitas ista, lamentatur, cum se captivos, imo vero se interfectos sentiunt.* Hæc figura, Scriptura Auctorum

mini explicationem Doctissimi Sanchez: (*in 4. Reg. 6.*) Peccatrix anima in vita hujus cum Deo fœdera, & exultat in rebus pessimis; at in illo æternitatis adeundæ articulo apertis, quos cupidine claudebat, oculis, videt se inde incidisse in manus æternorum hostium: eheu! quanta erit affligi conscientia? quantus tremor? *Dum illis ipsum Deum aspicit, quos claudendo expulerat, in bona videlicet patrimonia sua, tunc redditus visus, Zacchæus, & salvatus, tunc se sed exspectans.* O terribilis animæ status, dignus, quem misericordi Redemptor amaris lacrimis deploret! &c. &c.

§. II. *Peccatrix maximis terribus inhabitat peccatorum.*

4. Cæcis plerique de materiis cum Dei Filius prædixit: *Cum ædificaret te videbis: Undique extra in muris, & intra in ædificiis; undique in templo, & in foro; undique, in nobilium palatiis, & in trivialium angustis.* &c. Christiana pectora, non loquor de urbe Solymæa, sed de miserrima peccatrice anima; conjurati cum undique circumsilientes inimici, *ubique flenda peccata præterita, & futura pœna.* (*Bossuet. Iachin Med. hac Dom.*) *undique*, in memoria, cui præsto vitæ omnes, a prima pueritia commissæ, accurate suggerent; *undique*, in intellectu, cui criminum patratorum fœditatem animum quantum exaggerabunt! *undique*, in voluntate, cui commerita supplicia exprobrabunt: *Undique*, in sensibus corporis; nihil enim infelix anima videbit, nisi objectiones sceleratum; nihil audiet, nisi fabricationes dæmonum. *Christus multitudine circumsedit me.* &c. (*Psalm. 17.*) Res arduæ est, prodere peccata, & vel in ipso arcanissimo conscientiæ tribunali magnam habet difficultatem: vidi non una vice peccatores, præsertim ex eo genere, qui enormius execrandum delictum diuturno tempore prævere diu, oculluerunt, vidi inquam, ita tremere, expallescere, ac trepidare, ut ipsum adeo confessionale haud leviter concuteretur: quod si tantus est pavor, ubi peccatum unicum coram unico homine aperiendum est, & quidem in ordine ad impetrandam remissionem; eheu! quanta erit confusio peccatricis animæ, cum peccata sua omnia patere videbit, sibique obiici a dæmonibus, & quidem in ordine ad æternam damnationem? quid aget infelix anima, in his angustiis deprehensa? quo fugiet? quid dicet? Præterea erit in augmentum angustiarum, quod tunc peccata longe fœdiora appareburt, quam in hac vita; quia exspoliata erunt fuis palliis, ac excusationibus; hic nunquam non extenuantur, palliantur, deuibantur; at ibi apparebit, quam inanes, ac futiles sint ejusmodi extenuationes. Quid mirum proinde, quod sæpenumero in moribundis audiamus horribiles quasdam actiones? circumagunt caput, oculos diripiunt, corpus irrequiete volvunt, ducunt fulpiria. &c. Quanam hæc indicia? dicent quidem Medici, esse morbi symptomata: at faxint Superi! ut non plerumque sint occulta certa nimæ, ac conatus animæ, peccatorum suorum obtutum fugere volentis! ita enim expresse sentit sanctus Ephrem. (*apud Sperant. part. II. 231.*) &c.

§. III. *Peccatrix quærens tentatur desperatione.*

5. Denique ulteriorem plorandi calamitatem præsit Christus Dominus his verbis: *Ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem.* &c. O peccatrix anima! te iterum tangit hæc analogia: infernales inimici, in tuam perniciem conjurati, te intuitu scelerum tuorum contritam *prosternent in terram*, id est, in desperationis abyssum, & *filios tuos, qui in te sunt*, id est, opera tua bona in quibus confidebas: *non relinquent lapidem super lapidem*, id est, nihil fixi, aut bonæ cogitationis, tibi reliquum facient. O infelicissimam conditionem, incidere in hostem crudelem, & miserere! acclium! audite mihi Apocalypseos Vatis. *Væ terræ! væ maris! quia descendit ad vos diabolus, habens iram magnam.* (*apoc. 12.*) sunt aliqui, qui in suis fortunis, in sua valetudine, in felicitate mundana firmos se stare sistar terræ arbitrantur; at *væ terræ!* sunt alii, qui gleni sunt amaritudine peccati instar maris, at *væ maris!* Verum, cur mihi horum mortis dicitur diabolus habere *iram magnam?* an enim non semper iracscitur, semper infidiatur? ita est, respondet S. Gregorius, semper iracscitur, semper infidiatur; verum in comparatione ira ultima, qua in mortis articulo animam peccatricem percipitur; prior ira vix ira nomine venit; ibi longe atrocius sævit *ferber*, quit modicum tempus habet. Audiamus Gregorium. (*l. 34. Mor. c. 1.*) *Quantum brevitate temporis angustatur, tantum multiplicitate crudelitatis expanditur.* Nunc in hac vita tentatur anima ab uno, aut altero dæmone; at in hora mortis totius inferni fit conjuratio; cum anima in æternitatem, velut Israelitæ ex Ægypto, abitura est, tunc universus colligitur Pharaonis exercitus; tunc unanimo fefe ciebant. Adeste socii! animamini contra hunc infirmum, cum æternitate luctantem. *Omnes inimici ejus appetebanderunt eam inter angustias.* (*Thren. 1.*) O infelix anima! ille ipse Dæmon, qui tibi nunc misericordiam Dei magnam nimis, & tuam confessionem facile ante oculos ponit, ille tibi tunc exprobrabit; si justus vix salvatur, peccatori, quid fiet? alias tibi suggeret: Impossibile est male vivere, & bene mori. Alius te in frivolam spem eriget, confide, non morieris, erit adhuc tempus pœnitendi: &c. &c. Eheu! quid ages misera, nis fluctibus jactata? O vere non frustra Dei Filio sub schemate urbis Solymæ lacrimas elicuisti: &c. Audi pro coronide historiam.

6. Erat tempore Conradi Regis Vir quidam militari dignitate conspicuus, ob obsequia bello præstita Regi quidem placens, sed ob vitæ scelera displiceas. (*V. Beda apud Marf. Dis. 27. n. 9.*) Admonuit ergo illum sedulo, ut vitia emendaret; sed admonitus sprevit verba salutis,

& fil-

& fallaci spe prorogabat pœnitentiam. Inter hæc subita ægritudine corruptus, in lectum decidit: adest iterum Rex, & pristini amoris magnitudine, quo eum complectebatur, iterum monet: ager iterum contemnit monita: velle se confiteri, ajebat, cum convaleseret, ne mortis timore pœnituisse videretur, & consolationis sibi visum faceret. Forsiter sibi loqui visus est; sed miserabiliter deceptus est. Cum paullo post iterum Rex ad eum visendum intraret, totus horridior statim clamare cœpit: quid vis modo? nil mihi amplius prodesse potes: Paullo ante intraverunt horribiles visu spiritus, & totum cubiculum repleverunt: Tunc ille, qui ceteris major videbatur, collem horrendæ vitiositatis, & magnitudinis enormis & ponderis pene importabilis justit uni ex satellitibus suis mihi afferri, quem cum legissem, inveni omnis scelera mea, verbo, opere, & cogitatione commissa. Hos alii dæmones turmatim in me involare, secandenti terro, unus in capite, alter in visceribus me ultulare coperant: Ira loquebatur miser desperans, & paullo post infelicem animam in orcum emittens, &c.

7. *Epilogus.* En Christiana pectora! infelix sane infernivitio, sint ii genus infera anima, cujus intuitu Dei Filius amarissime flevit: *Videns civitatem, flevit super illam* (*Luc.* 19.): pelliat miser; quia previt monita salutis, & non cognovit tempus visitationis suæ. Ah! rogo vos, ne spernite monita mea, prævertite lacrimas Christi per lacrimas veræ pœnitentiæ, & nunc agite, quod in tremendo illo mortis articulo ecclesiæ optabitis. Te vero, o Divine Mundi Redemptor! per viscera misericordiæ tuæ obsecto, & elico: egone, aut unus ex præsentibus est e numero infelicium illarum animarum, quas tibi lacrimas eliciunt? O si ita est, rogo te per pretium tui sanguinis, quem pro hac anima effudisti, cohibe ferientem manum, promitto tibi lacrimas pœnitentiæ: clamo cum Davide; *Ne projicias me a facie tua.* Clamo cum servo illo nequam: *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Amen.

Dominica IX. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

De arcana peccatorum mensura, cuilibet hominum a Deo prafixa.

Ea, quod non cognoverit tempus visitationis suæ. Luc. 19.

EXORDIUM.

Misericordia Dei habet certos limites.

1. PLane misericors Deus est, & misericordia ejus super omnia opera ejus, id quod nemo in dubium vocare potest. Misericordiam suam utique demonstrat, dum longanimiter conversionem peccatoris præstolatur, dicente Isaia: *Exspectat Dominus, ut misereatur vestri.* (*Isa.* 30.) Posset absque injuria post primum statim peccatum perdere, e vivis eliminare, & æternum damnare peccatorem; sed tardat iram, submittit salutaria monita, hostatur ad pœnitentiam, vocat ad Misericordiam. Postquam Proto-parens nostri inobedienter deliquit, venit Dominus Deus in Paradisum quærens, & vociferans: *Adam ubi es?* (*Gen.* 3.) quinam est hæc interrogatio omniscii? S. Ambrosius (*l. de Paradis. c.* 14.) respondet, non esse, hanc quæstionem ignorantis, sed miserentis; quippe *hoc ipsum, quod vocet, indicium amoris est.* Nunquam adversitatis, quid prudens pater-familias agere soleat, cum domum ingreditur, in qua filii ejus petulanter, & dissolute se gerunt? de industria vocem edit, ac suam præsentiam significat, ut petulantes conterreat, ac compescat, simulat austeritatem in verbis, ne prorsus cogatur ad verbera. Ita Deus egit cum Adamo; immo talliter agit cum quovis peccatore, meosit, antequam punitat. &c. Verum eheu! quam admirabilis est hæc Dei Misericordia, cum damnabilis econtra est multorum peccatorum temeritas, qui ex eo ipso prorogant iniquitatem suam, quia Deus misericors est: adeoque ut loquitur Ambrosius (*l. 2. de Pœnit. c. 9.*): *Remedium peccati vertunt in incentivum peccati.* Misericordia Dei confundere ad emendationem salutarem est. Misericordia Dei abutitur pervicacissimi pericolosissimum est; quia quamvis hæc Misericordia in se infinita sit, respectu tamen nostri certis limitibus circumscribitur, ac terminatur. Exemplum hujus rei lucidissimum habemus hodie in urbe Jerusalem: monuit eam Deus sæpenumero, per Prophetarum oracula, per Christi miracula; sed frustra nihil proficientibus, cum de incredulitate sua, ac flagitiis non resipuit, flet hodie super ea Salvator, o misera urbs, quare? *Eo, quod non cognoverit tempus visitationis tuæ.* (*Luc.* 19.) Quodnam est hoc tempus visitationis? audiamus Lucam Burgensem (*hic*): *Significat jam dicens, seu tempus extremum adesse, quod æterna Dei consilio ordinatum fuit in salutem Jerosolymæ, quod si elabi hanc opportunitatem sineret: fore, ut in posterum salutis janua ei præcluderetur.* Clarius adhuc de urbe Jerusalem loquitur hac ex parte Isaias: *Extendetur super eam mensura, ut redigatur ad nihilum.* Notate bene, alii artifices applicant mensuram, dum ædificant; Deus autem, dum destruit.

Præfixit homini determinatam mensuram peccatorum.

2. *Propositio.* Christiani Auditores! Vellem vos hodie, præ quam alias intentos, ac consideraburdos; quia materiam occasione hujus Evangelii proponere cogito, quæ ex se sola sufficeret hominem potenter a peccatis cohibere, videlicet agam de peccatorum mensura, cuilibet hominum arcano Dei consilio præfixata. Præliminariter quæro ex te, mi Peccator, si scires, peccatum proximum fore etiam ultimum, eoque patrato statim mortem pœnitinam, ipsumque interitum securum, an auderes illud committere? Non puto: jam vero scias velim, potest fieri, ut hoc ultimum sit? Id quod in præsentiarum auscultate. Favete.

Judicia Dei sunt inscrutabilia.

3. *Confirmatio.* Judicia Dei sunt inscrutabilia, ejusque Providentia incomprehensibilis, investigabilis, ita ut exclamet Apostolus: (*Rom.* 11.) *O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!* Altissimi Seraphini stant ante thronum Dei velatis faciebus; quare? quia arcanos Divinæ Providentiæ ordines, ac consilia nesciunt scrutari, nesciunt comprehendere. In hanc arcanorum abyssum non pertingit Philosophorum subtilitas, non Oratorum eloquentia, non intellectus creati acies. Aut, si non ita est, die mihi, inquit S. Job. *Indica mihi, si nosti omnia; in qua via lux habitat, & tenebrarum quis locus?* (*Job* 38.) quasi diceret, juxta interpretationem Hieronymi: (*in Job l.c.*) quæ caussa subest, nonnullos hominum salvari, alios damnari? quæ caussa subest, aliquos post vitam, diu laudabiliter peractam, peccare, & perire? alios post innumera commissa flagitia pœnitentiam agere, & salutem consequi? Profecto ad hæc, & similia allucinatur humanus intellectus, caussam nescit, ita ut vel perspicacissimus Augustinus (*l. 2. de peccat. remiss.*) plus effari nesciat, quam, *hoc penes ipsum est.* Dicat mihi quis, cur Dominus Deus hominibus, qui diluvio perierunt, (*Gen.* 6.) centenorum annorum inducias dedit, non vero Sodomitis, & Gomorrhæis? (*Gen.* 19.) *Hoc penes ipsum est.* Dicat mihi quis, cur Dominus Deus pœnitentiam Nabuchodonosoris septennis omnino annis (*Dan.* 4.) exspectavit, nepotem vero ejus Regem Balthasar eorumdem criminum reum in medio iniquitatis curriculo inopina morte abripuit? (*Dan.* 5.) *Hoc penes ipsum est.* Dicat mihi quis, cur Dominus Deus arborem, a Daniele visum, (*Dan.* 4.) absque mora abscindi præcepit; econtra Evangelicæ ficui totius anni spatium (*Hebr.* 12.) indulsit? *Hoc penes ipsum est.* Dicat mihi quis, cur Dominus Deus pœnitentiam Davidis benigne recepit; (1. *Reg.* 13.) econtra pœnitentiam Antiochi despexit? *Hoc penes ipsum est.* Denique dicat mihi quis, cur Dominus Deus tibi, O peccator! millena peccata misericorditer indulsit; econtra complures alios, pauciorum longe scelerum reos, æternum damnavit? *Hoc penes ipsum est.* Plane ad hunc solem noctuæ sumus, nec plus nobis superest dicere, quam: *Judicia Dei abyssus multa.* Abyssus multa.

Quibus hominum habet præfixam alienum mensuram.

4. His præsuppositis, scias velim, O peccator! hunc ipsum Deum, qui in judiciis suis est inscrutabilis, incomprehensibilis, cuilibet hominum arcano, nobisque ignotum consilio determinasse certam actionum suarum mensuram, ac numerum: determinavit numerum dierum, numerum salutarium monitionum, numerum peccatorum: *Omnia in mensura, & numero & pondere disposuisti*, ait Sapiens. (*Sap.* 11.) Vultis, ut hanc veritatem nonnullis Scripturæ testimoniis demonstrem? Populus Israel, diuturnæ peregrinationis pertesus, (*Num.* 14.) multoties contra Deum, contra Moysen, ac Aaron murmuravit: tandem infelicis rebus, quas a speculatoribus terræ promissæ audierat conterritus, decrevit sibi ducem eligere, ejusque auspicio in Ægyptum reverti: quidquid contra molliebatur Josue, & Caleb, frustraneum videbatur: clamabat seditiosa plebs: *Constituamus nobis Ducem, & revertamur in Ægyptum.* Quid ad hæc Deus? insolita ira exanduit, & quamvis Moyses pro rebellibus deprecabatur, nihilominus juramento sese obstrinxit: *Vivo ego! tentaverunt me jam per decem vices, nec obedierunt voci meæ, non videbunt terram, pro qua juravi:* Notate specialiter verba illa: Tentaverunt me per decem vices: quid verbis istis significare vult Deus? nempe complesse Israelitas mensuram peccatorum; decrevit enim novenis vicibus misericorditer connivere: at ubi decima vice rebellavit impia gens contra præceptum Domini, lata est excidii sententia, pereat scelerata gens, non videat terram promissam. Quis negare audet, esse certam peccatorum mensuram? nemo, nemo: subnecto hic verba Augustini: (*l. de Vita Christ. c.* 4.) *Est certum peccatorum modum, atque mensuram, Dei ipsius testimonio comprobatur.* Pergo ulterius.

5. Scimus, Patriarchæ Abrahamo a Domino Deo hanc ipsam terram, de qua paullo ante locuti sumus, fuisse appromissam: *Semini tuo dabo terram hanc.* (*Gen.* 15.) Sed quando, O Domine, hanc promissionem effectui dabis? *generatione quarta.* Notate, Auditores, terram illam Chanaan, quam Deus Abrahæ in promissis dederat, pro tunc inhabitatam Amorrhæi, aliique populi; consequenter promittere semini Abrahæ hanc regionem, idem est, ac decernere exterminium Amorrhæorum. Quæro igitur, cur non jam modo Deus tradit Patriarchæ possessionem illius regionis? cur non jam modo pestibus, ac bellis excindit Amorrhæos? percipite responsionem ipsius Numinis: *Nondum enim completa sunt iniquitates Amorrhæorum*: Quasi diceret: Ego non nisi coactus ferio, & quidem coactus per completam mensuram peccatorum: cum igitur Amorrhæi hanc mensuram primum post quartam generationem complebunt, ideo illis quadringentorum annorum inducias indulgebo. Audiamus hic iterum Augustinum: (*ubi supra.*) *Hoc exemplo manifestissime instruimur, & docemur, singulos secundum peccatorum suorum plenitudinem tem-*

summari, & tandem, ut conveniatur, sustineri, quamdiu cumulum suarum non habuerint delictorum consummatum. O doctrinam terribilem! O doctrinam terribilem! quæ sola hominem ab omni peccato potenter cohibere deberet!

6. Considera, obsecro, mi peccator. Et mihi, & tibi, & nobis omnibus constituit Deus certam, eamque occultam peccatorum mensuram, qua expleta, fulminabit contra te sententiam eamdem, quam contra Israelitas; non videbis terram beatitudinis: qua expleta, tecum aget, velut cum Amorrhæis: escinderis, peribis: scias enim velim, expleto termino, & mensura, ait Ludovicus de Ponte, (*Vitæ spirit. tr. 2. c. 1. §. 3.*) aut ingruet super te una cum peccato ultimo repentina mors, aut Deus te omni pœnitentiæ gratia, ac auxilio destituet, penitusque deseret. Ita expresse præter alios Sanctos Patres Eusebius: (*l. 8. c. 2.*) *Deus exspectat aliquem usque ad certum numerum peccatorum, & postea eum deserit.* O horribilem desertionem! O peccatum terribile! O peccatum cæli vale ultimum, & gehennæ auspicium! In mentem hic venit, quod paucis ante annis Halæ in Tyrolli haud procul Oeniponto mihi contigit: Vidi ibi fallinas Cæsareas; erat foraax horrendum succensa; nihilominus e famulis unus, qui rei salinariæ deserviebant, in ferrea, aut ænea olla prægrandis magnitudinis, in qua sal coquebatur, grallis, & pedum stapedibus innixus, circubat, qui fuscinula Salem & Safuginem æquali proportione in olla dividebat: ebulliebat subtus eius pedibus aqua, unaque intolerabilem vaporem, ac calorem spargebat. Quæsivi, mi bone Vir! quomodo perferre vales tantum calorem? respondit, Domine, hunc ex assuetudine perferre discimus: interrogavi ulterius, quodsi autem lubricante pede, aut fallente gralla te cadere contingeret? reposuit; tunc actum esset de me; apud nos enim cadere idem, ac perire est. O peccatum ultimum, & mensuræ completivum vere de te idem dixero: cadere idem, ac perire est. O mi peccator! ardet sub pedibus tuis infernale incendium, tu nihilominus secure circuis: *In circuitu impii ambulant*, (*Psalm. 11.*) ideest, de peccato in peccatum. Verum eheu! veniat ultimum peccatum, tunc actum est de te; *cecidisti, periisti es*: &c.

Hæc mensura incerta est, & inæqualis.

7. Quod terribilissimum est hujus rei, nondum editi, & fundatur in eo, quod hic ipse numerus, & mensura sit disparata, & diversissima; si Dominus Deus æqualiter constituisset singulis hominibus convivere viginti peccata lethalia, posset saltem in novemdecim secure procedi; sed cum uni millena, alteri centena, huic decem, illi tantum unicum præfixit, nunquam securi sumus, an non jam hoc peccatum sit ultimum, mensuræ completivum, & gehennæ exordium. O Bone Deus! quid est hoc? famulus, qui decem millia talentorum debebat, profidens, veniam rogat, ac impetrat: econtra, qui unicum talentum in terra abscondit, ejicitur in tenebras exteriores; *Terribilis est Deus super omnes, qui in circuitu ejus sunt*, ait Doctissimus Lopez, (*Annot. in Ier 6. Parasc. n. 4.*) *Ille, qui debebat decem millia talentorum, una verbo postulans solutionis dilationem, accipit remissionem; & qui unum accepérat talentum, damnatus est, quia ille usus non est.* Audiamus pro coronide exemplum terribile: Vienna Austriæ juvenis erat florentissimus, in studiis, & pietate exemplar juventutis, qui Spiritus sancti instinctu ad perfectius vitæ institutum anhelans, jam in sacrum Religiosorum Ordinem susceptus, & adscriptus erat. Priusquam igitur ultimum mundo vale dicturus erat, convocatis amicis, & familiaribus, ultimum epulum adornabat, altera die e mari in portum, ideist, e mundo ad sacra claustra transiturus: lautè, & lætè agebatur dies. Remotis epulis, itum est in saltus, placuitque juveni e domicellis præsentibus unam ad choreas invitare, cum qua familiariter, ac blande conversatus, fere delicit, quod hactenus nescivit, videlicet amare, & amari. Sed nox abrupit consortium, valedictis amicis, dormitum concedit. Ibi, dum pecudum sopitus jacet, recruduerunt Syrenum species, & præsertim illius puellæ blandi-loquentia animo obversabatur; nec defuit flygii Vexatoris astutia, qui has imaginationes alere, ignemque periculosum suscitare callebat. Quid factum est? Infelix juvenis, hactenus primæva innocentia insignis, admittit delicias, contentit, peccat, & paullo post obdormiscere incipit. O somnum terribilem! Audite, obsecro, Dilectissimi, & expavescite Dei Judicia: sopito Juveni rumpitur vena, exspuit sanguinem, & cum sanguine animam. Quanta fuit amicorum consternatio de repentina morte, tanta etiam erat spes de illius beatitate, utpote de cujus innocentia, ac probitate satis constabat. Interim miserrimus juvenis uni Præceptorum suorum apparuit totus igneus, seque ob hoc peccatum unicum æternaliter damnatum asserit, &c. &c.

8. *Epilogus.* O Dilectissimi Christiani! quid ad hoc? quid ad hoc? hic juvenis, innocentiæ exemplar, ob peccatum unicum æternum periit: quare? quia Deus illi pro sua mensura peccatum unicum præfixit: ardet nunc in inferno, & sine fine ardebit. O mi peccator! qui fronte audes committere peccatum unicum, cum nescias, an non sit ultimum? ultima guttula repletur vas, & demergitur: ultima guttula excavatur lapis, & frangitur: ultima hora completur dies, & ingruit nox: ita ultimo peccato acceleratur repente tua damnatio. Per salutem tuam igitur te rogo, cum ingruit tentatio, cum allicit mala occasio, subsiste paullisper, & cogita: Quid si hoc ultimum foret peccatum? &c. Hæc cogita, & in æternum non peccabis. Amen.

Domi-

Dominica IX. post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Agitur contra irreverentias in templo, & locis sacris fieri solitas.

Ingressus templum, cœpit ejicere vendentes in illo, & enentes, dicens: quia domus mea domus orationis est, vos autem fecistis speluncam latronum. Luc. 19.

EXORDIUM.

Irreverentiæ in templo sunt tam graves delictum, ut omnipotenti brachio puniri mereantur.

1. QUæ causa subest, quod mansuetissimus Redemptor insolita iracundia adeo effervescat, ut flagello, e funiculis contexto, suis ipse manibus sæviens, ac vendentes e templo ejiciat? certe hæc ejectio merito reputatur inter maxima Christi Domini prodigia; cum ipse solus ingentem Judæorum turbam tam potenti brachio expulerit, ut tumultuaria festinatione fugam capientes, etiam merces, oves, boves, columbas, nummulariorum mensas, æs, & argentum reliquerint. Omissis ceteris, quæ hic sub admirationem trahi possent, solum interrogo, siquidem hi nummularii, & institores attroci supplicio digni fuerunt, cur non Angelorum, aut elementorum ministerio eos castigavit? scimus, olim rebellem Luciferum per Michaelem, militiæ cælestis Archistrategum, ad inferos fuisse præcipitatum. Scimus, Adamum a Cherubino e paradisi deliciis expulsum. Scimus Pentapolim, primogenita Ægypti, & potentem exercitum Sennacherib Angelorum armata manu punitum. Quodsi non placuit Divinæ voluntati impios negotiatores cælestium Spirituum opera plectere, cur non præcepit terræ, ut repentino hiatu eos absorberet, veluti Dathan, & Abiron? cur non evocavit ignes, qui eos dilaniarent, velut pueros, Elisæi illusores? cur non excivit leones, qui dente & ungibus in eos sævirent, velut in pseudo prophetas? Sistite, Auditores, & hujus rei rationem percipite. Voluit Dominus suis ipse manibus hoc supplicium exerci, ut innotesceret, templorum profanationi, commissisque in loco sacro irreverentiis esse crimen atrocissimum, quod mereatur non alio, quam omnipotenti brachio castigari: ita S. Vincentius Ferrerius: (*Serm. 3. de Incar.*) *Hinc apparet, quantum displiceat ei, qui tangit Ecclesiam suam.* Vigebant tunc, teste vel ipso Josepho, Hierosolymis innumera alia scelera: Palatia plena erant injustitiis, officinæ fraudibus, ædes invidiis, odiis, detractionibus, tabernæ ebrietatibus, lupanaria spurcitiis, &c. neque tamen eb hæc flagitia Christus tanto æstuavit zelo, ut flagello cives ex urbe eliminaret; sed ubi vidit Domum Dei profanari, ipse manus adhibere statuit, ut cognoscat orbis, quanto odio Deus aversetur eos, qui Ecclesiam, & cultum Dei variis irreverentiis turbant, & inhonorant.

2. *Propositio.* Dilectissimi Auditores! an templum hoc nostrum ab ejusmodi irreverentiis illæsum, ac immune est? utinam esset! Verum cum nonnunquam tanta hic immodestia, garrulitas, cachinni, & effrons morum dissolutio cernatur, ut merito Dominus Deus de novo flagellum contexere deberet, operæ pretium esse duxi in præsentiarum explicare, quam enorme id sit, & Divina ultione dignissimum scelus. Favete.

Templum Salomonis maxime in honore habetur. Quanto magis habenda sunt nostra templa ob præsentiam Dei?

3. *Confirmatio.* Revera obstupescenda fuit munificentia, qui Regum Sapientissimus Salomon ærarii, ac regni sui vires in ædificationem, splendoremque templi Jerosolymitani exhausit: Integro septennio triginta millia artificum ejus structuræ insudarunt, mille Judæi ligna scinderunt, mille proselyti lapides politiverunt, septuaginta millia eos adveserunt, ter mille & sexcenti fuerunt operarior um præfecti: In illud impensi sunt bis mille nongenti viginti milliones, nongenta novem millia auri, & argenti. Tot vasa, & instrumenta ei fecerunt illata, ut æneorum non esset numerus. Thuribulorum fuerunt viginti, candelabrorum decem millia, tubæ mille ducentæ, instrumenta musicalia quadragies millena, ita ut juxta computum Josephi vasa ex auro puro fuerunt ultra ducenta, & quinquaginta millia, ex argento nongenta quinquaginta millia; præterea non contentus Salomon, quod templum intrinsecus quasi meto auro fuerit incrustatum, etiam ad extra illud cancellis munivit, prout observat Procopius, (*in l. 4. Reg.*) ne pulum tangi posset. Jam quæro, cur templo huic tantæ impensæ, tanta reverentia fuit exhibita, ut populi sibi gratiæ ducerent, si pavimentum illius osculari, & Reges, armis depositis, custodibusque corporis ante portam relictis, ingredi possent? ao fuit illud Summi Dei realiter præsentis habitaculum? Nequaquam: solum ibi continebatur umbra Dei, nempe arca, pauxillum manna, Virga Mosaica, ac tabulæ Decalogi; & tamen Regum Sapientissimus tam portentoso sumptuum impendio vix crudidit suæ obligationi satisfactum. Ex quo colligere licet, quid non fecisset, si Deum ipsum hospitem habere meruisset, sicut nos in templis nostris Deum præsentem habemus, innumeris Sanctorum, & Angelorum millibus stipatum.

Infideles in suis templis sunt modestiores, quam Catholici.

4. Verum enimvero haud admodum afflictor, quod Judæis, olim, Baeli populo, in hac ipsa

locorum sacrorum reverentia primas crederè debeamus: illud potius agerrime fero, quod vel ipsi gentiles, & heterodoxi in suis aris, & dæmonum delubris nonnunquam majorem spirent modestiam, quam fideles Catholici. Possumus barbarum quendam peregrinum, qui e dissitis mundi partibus nempe ex ipso Africæ, aut America mediterraneo, in nostras regiones adventat, Europæorum mores, acregiones sacri curiositate lustraturus: Venit itaque Basileam, Argentinam, aut in civitatem Imperialem, ibique hæreticorum intrat templum, non Ecclesiam, cum nec habeant crucem nec imaginem, sed solum pulpitum. In hoc errans quidam Ministellus legit unum ex aut scripturæ corruptæ, videtque populum alias dissolutissimum, ut pote ex novitatibus Apostatis, & Religiosæ excucullatis progenitum; tanta usurpare compositione, ut vix audeant tussire, non dico loqui. Ulterius iter faciens pertingit Mechain in Turcia, ubi sepulcrum infamis Machometi colitur: observat ibi Turcas, misere delusos, tanta morum compositione ex Moschea redire, ut oculos, quibus tumulum sui pseudo-prophetæ intuiti erant, in nullum amplius objectum indignum conjiciant. Præterea barbarus ille peregrinus videt, vel audit, quod de Suecis refert Tacitus: (*de Mor. Germ.*) nimirum illos, dum nondum habebant templa, sed solum sylvas, quas incoli a suo Deo credebant, nemini aditum in eas permisisse, nisi vinctis manibus, & pedibus. Audit Gentiles, dum Veneri, Saturno, aut Jovi sacra faciebant, exactissimum tenuisse silentium, illudque fuisse tam sacrosanctum, ut teste Seneca, (*Epist. 94.*) unus ex Ephebis magni Macedonis potius brachium carbone accenso amburi permiserit, quam sacra turbarit. Hæc, inquam, peregrinus ille in sanis hæreticorum, & idolatrarum videt, & audit.

5. Postliminio in Ecclesiam Catholicorum delatus, videt quidem die festa ingentem confluxum, apparatum superbum, musicam amabilem; sed in hoc laborat, ut decideret, num Sacrificio, aut choreis interfit: *Magnus tumultus, magna confusio; tanta turba, tantus risus, quantus in balneis, quantus in foro.* (*S. Chrys. hom. 26. in Epist. 1. ad Cor.*) Christus in Venerabili quidem est expositus: sed quo plura ardent lumina, eo clarius irreverentiæ astantium se produnt. Quatuor leniculi, & pauci alii probiores reverenter adstant, ceteri ferme omnes tam incomposite se gerunt, ut moneri indigeant a Chrysostomo, (*hom. 36. in 3. ad Cor.*) olim pleno fervere ita detonante: *Non est tonstrina, aut unguentaria taberna Ecclesia, non officina forensis: est locus Angelorum, Archangelorum, Regia est, Cœlum ipsum.* Puellæ attendunt salutationibus, interrogantibus respondent, alienos habitus, ac vestimenta circumspiciunt. Nobiles obvertunt tergum Altari, legunt literas, narrant nova, pixides tabacarias, sæpe imparas, inviscem propinant. Mercatores licitantur, contractus ineunt, rationes exigunt. Rustici velut ficci frumentarii, scamnis superincumbunt. Verbo paucissimi sunt, qui orationi, & sacris rite intendunt. Hanc dissolutionem, hanc immodestiam dum videt, & audit barbarus ille peregrinus, num poterit condignam de Catholica Religione existimationem concipere? O irreverentia in templis! vos causa estis inter maximas una, cur sancta Fides hæreticis, ac gentilibus contemptui sit, ac opprobrio.

6. Jam intelligo mirabile illud effatum Ambrosii, (*Tom. 5. serm. 33.*) quod hactenus insanum mihi dedit difficultatem: ait sanctus Ecclesiæ Doctor: *Multi cum parvo peccato ad Ecclesiam veniant, & tam multis, ac magnis ab Ecclesia revertuntur.* Quid ais, O sancte Pater? ergone in Ecclesia, ubi est asylum peccatorum, ubi est miserationis Divinæ domicilium, ubi expiari deberent commissa crimina, ibi, inquam, in Ecclesia multiplicentur peccata? Ita, ita est. Dilectissimi! descendamus ad particulares irreverentias in templis frequentius committi solitas, & deprehendemus, verissimum esse, Mediolanensis Antistitis pronuntiatum. Nonne verissimum est, multos Christianorum inveniri, qui per integram, aut maximam partem Sacrificii risui, ac cachinnis vacant? quid? in Ecclesia ridere, ubi deberent peccata defleri? vah scelus! justa Philonem (*lib. de Legat. ad Caium*) coram Imperatore ridere *periculosum est aliis, quam valde familiaribus*; hanc enim risus immodestiam terreni Principes, ja despectum suum interpretari, nonnunquam ipsa morte ultisunt. Et homo Christianus coram supremo cæli, terræque Imperatore, coram quo Cherubini, ac Seraphini cum tremore, ac metu assistunt, audeat in risus erumpere? O Dite Chrysostome, ubi es? exprobra his tepidis Christianis verba illa ardentia: (*Tom. 3. hom. 24.*) *Adest Rex, exercitum recensens; tu sub illius oculis stas videns, & risum despicis?* Ulterius: nonne verissimum est, multos Christianorum inveniri, præsertim adolescentes, qui in Ecclesia in omnes angulos curiositatem circumferunt, & oculis alienas formas imprudenter venantur? Quid? in Ecclesia incentiva captare libidinis, ubi est domicilium castitatis? vah scelus! olim S. Liberius Papa scripsit Marcellinæ, sorori sancti Ambrosii: (*l. 3. de Virg.*) *Tu in ministerio Dei genitrix, servatur, & rugas adjice.* Insuper de Matre S. Gregorii Nazianzeni perhibetur, quod in reverentiam loci sacri nunquam in templo expuerit; & audeat Christianus Domum Dei pudendis obtutibus, ac impudicitiis conspurcare? O aurea oratur, clama, & cum tonitru illud ingemina. (*hom. 2. in illa Apost.*) *O horrendam abominationem, in templo oculos non servare, sed ad mulieres convertere!* Porro, quid dicam de compressionibus, & tumultu, quæ in ingressu, aut egressu Ecclesiæ, vel etiam in ipso sacræ Communionis usu nonnunquam fieri cernuntur? an possent idolatriæ immodestius agere coram simulatum statuis, quam multi Christianorum in accessu ad Eucharisticum Epulum? id quod acerbissime terens Sanctus Liberius Papa exclamat: (*Ex S. Ambrosio lib. 3. de Virg.*) *Longe indignissimum est circumsonari Sacramenta confossis vectibus, cum gentilet*

tes idolis suis irreverentiam tacendo deferant. Quid denique dicam de prolixis confabulationibus, quas aliqui adeo impudenter prorogant, ut etiam Sacerdotem, in Ara operantem, turbent? Quid dicam, ajo? nempe nil dicam aliud, quam verissimum esse enuntiatum illud Ambrosii supra allegatum, nimirum quamplurimos in Ecclesiam venire cum uno peccato, & exire cum centenis. Nihil dicam aliud, quam quod dicit hodiernum Evangelium, a multis Ecclesiam converti in *spelunçam latronum.* (*Luc. 29.*) Nihil dicam aliud, quam quod detonuit Chrysostomus: (*hom. 24. in alia.*) *Digna fulmine sunt hæc.*

7. Scio, quid hic unus, vel alter obloquatur: dicit aliquis, vix fieri posse, ut in tanta hominum multitudine non incidat necessitas paucæ aliquæ colloquendi, &c. Respondeo expeditissime hoc est effugium: non enim apparet talis necessitas, cui anne, vel post obsequium Divinum satisfieri non possit. Modicum ante tempus interfui ludis theatrali amœno, & ingenioso, aderant ibi, quantum summarie computus inire poterat, circa tria spectatorum millia, & tamen totius orchestræ tanta erat requies, tam altum silentium, ut nemo mussitare sit ausus. Si fieri hoc per quatuor, & amplius horas potuit amore spectaculi theatralis, cur fieri non queat hora unica in reverentiam Numinis præsentis? O mi Christiane! obtende pallia, quæcumque velis, certus sum, si tu domi seria occupatione, uti ratiociniis, & studio abstrusiore detineatis, non ferres a domesticis eos risus, jocos, & confabulationes, quas tu in Ecclesia diu protrahis, etiamsi illi nescio quam prætexterent necessitatem. Et Deus hæc patiatur in sua domo?

8. O Bone Deus! patere, ut finaliter ad te convertar, & tibi ex animo condoleam: tu summo cum desiderio cupis in Eucharistico velamine nobis præsens esse usque ad consummationem sæculi, & tam iniqua est tua sors, ut vel ipsi fideles tui vel in ipsa domo tua tibi ab injuriis non parcant. Tu humano generi totam terræ amplitudinem in habitaculum creasti, & tamen ad tales incitas redactus es, ut angulum non amplius habeas, qui possit dici tuus. E rusticorum tuguriis te expellunt crassæ plebis ignorantiæ, ex ripis Oceani mores dissoluti nautarum, e castris impudentiæ militum, ex foro mercatorum injustitiæ, ex tribunalibus partialitates Judicum, ex hospitalibus impatientiæ infirmorum, ex aulis invidiæ famulantium, ex ædibus privatis discordiæ conjugum, & impudicitiæ solutorum. Ita ex universo orbe expulsus, confugisti in Ecclesias; sed & has invasit abominatio, ut nec locus in iis tibi permittatur. Vocantur domus Dei; sed sunt juris alieni, sunt receptaculum scelerum, sunt hypodromus vanitatis, &c. Christiana Pectora! quid factu igitur opus est? audite, quid de S. Pontifice Stephano sexto perhibeatur. Aliquando sacris in Altari operans, audiit populi irreverentis tumultus, & immodestias; cum subito ad populum conversus, lubiis recenti Divini Agnelli sanguine tinctis, velut leo rugiens, ita fulminavit? *Pavescite illum, qui, flagello facto de funiculis, ejecit vendentes de templo.* (*Bonav. Tom. 10. Anno 890.* &c.

9. *Epilogus.* Huic fulmini, quod addam non habeo, nisi ingeminando illud. (*Ex Toulero Bravio, & aliis*) *Pavescite, pavescite:* si enim jam olim ante aliquot centenos annos sanctæ Virgini Hildegardi revelatum fuit, Germaniam, amantissimam patriam nostram, duriori punitam iri propter irreverentias locis, ac rebus sacris exhibitas, heu! quæ supplicia porro a justissimo Deo metuenda erunt, nisi immodestias in locis sacris emendemus, & seria pœnitentia defleamus? &c. &c.

Dominica X. post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

Ostenditur, quod homo neutiquam de operibus suis superbire, nec de suis meritis præsumptuose confidere debeat.

Deus gratias tibi ago; quia non sum, sicut cæteri hominum — Jejuno bis in Sabbato, decimas do omnium, quæ possideo, &c. Luc. 18.

EXORDIUM.

Quidam de suis operibus sibi blandiuntur.

1. SUnt hominum nonnulli, qui caput habent adeo debile, ut gustato modico vini haustu, vel etiam ex solo odoratu inebrientur, dum econtra alii, qui stomacho validiore vigent, post generosas compotationes sui plene compotes consistant. Ita sunt e Christianis nonnulli, qui ob quodlibet bonum opus sibi gloriose applaudunt, & nescio quantam perfectionis præsumptionem concipiunt, dum econtra homines sancti, Spiritus sancti Magisterio edocti, de se, operibusque suis non nisi humiliter sentiant. Sunt illi ut Pharisæus, qui hodie oraturus templum ingreditur: en: ut elata fronte incedat; en, ut supercilium jactet; en, ut spumantibus buccis suam sanctitatem crepet. *Deus gratias tibi ago; quia non sum, sicut cæteri hominum:* &c. Evax! gratulor tibi, sanctissime Vir! sine dubio Deus sanctitati tuæ nescio quantum obstrictus est, forsan jam obligat Angelos, qui te novum Moysen supra sidera efferant: dolendum maxime est, quod gentes, & populi non videant radios vultus tui, alias pleno concursu advolaturi, & simbriam vestimenti tui venerabundo poplite osculaturi, &c. Christiani Auditores, advertitis Ironiam? advertimus, dicitis. At quoniam hæc Pharisaica elatio nonneminem etiam e vobis dementare potest, qui forsan unius, aut alterius boni operis intuitu sibimet ipsi de mira quanta sanctitate blanditur.

Non est superbiendum de meritis.

1. *Propositio.* Ideo hodierno sermone explicare constituit, quantilla ipse sit, quæ operibus nostris ædificari potest. Abiit ecclesiastes, incedat præsumptio, memorante illius Paulini: (*Ad. 3.*) *Si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse seducit.* Favete.

Homo se humiliet intuitu summæ deformitatis.

Confirmatio. Pavo, inter aves superbissima, gemmatum syrma versus solem explicans, nihilum quantum in sua pulcritudine sibi complacet, & ceteras volucres fastuoso, ut ita dicam, supercilio despicit: at ubi oculos in nigricantes pedes reflectit, confestim, complicato syrmate, suas maculas verecundatur. (*Picinelli mund. symb. l. 4. c. 1. n. 510.*) Explica, o Christiane, operum tuorum gemmas, perine licet, applaude tibi ob proixas orationes, quas fudis, elecmosynas, quas distribuis, sacrificia, quæ fieri curas, jejunia, quæ frequentas, dic jactabunde: *Non sum, sicut ceteri hominum.* At ego te contra oculos reflectere jubeo in nigricantes animæ tuæ maculas, quas tum gravibus delictis; quam quotidianis defectibus contraxisti. *Septies in die cadit justus.* (*Proverb. 24. v. 16.*) Si justus septies, quoties tu? percurre vitæ tuæ totius historiam, pro quantus peccatorum numerus a prima infantia, & per omnes adolescentiæ annos occurret! numera si potes, cogitationes peccaminosas, numera verba minus honesta, numera opera maligna: versaris in salvifica Ecclesia, jam tot, & tot annis frequentasti Sacramenta; pastus es Angelico Epulo; audisti millies Verbum Dei: ubi fructus? ubi Sanitas, tot perceptis Mysteriis commentaria? confidera te a capite ad calcem, nihil invenies, nisi meram fragilitatem, & miseriam, peccata plurima commissionis, & adhuc plura omissionis. Nonne omnis vita tua est mera continuatio, & lesies peccatorum, de quibus merito cum Davide exclamas: *Insuper auxisti super me iniquitates meas? (Psalm. 37.)* Cum ergo ex una parte certus sis, quod gratiam per peccatum perderis, ex altera parte neutiquam sis certus, quod eam vera pœnitentia recuperaris, *nisi ab gloriatio tua?* (*Rom. 3. v. 27.*) an grande quid tibi videtur, quod in te reperias unam unciam auri, & centenarium plumbi? an grande tibi videtur, quod ager tuus ferat unam volam frumenti, & integrum acervum lolii? an grande tibi videtur, quod colligas unam laguncilam mellis, & integram amphoram venosi? *Decem jugera vineæ facient lagunculam unam.* (*Isa. 5.*)

Opera bona, Dei magis sunt, quam nostra?

4. Verum demus tibi, opera tua bona, aut æquiponderare, aut omnino præstare operibus malis: dic, quænam sunt illa tam insignia opera tua? sunt, inquis, elecmosynæ, sunt jejunia, sunt generosæ mespirus victoriæ. Itane? hæc tua sunt? ita est, mea sunt. Heu! Falleris, & vehementer falleris: non tua, sed potius Dei sunt: quamvis umbra stylli in horologio solari diei horas convenienter designet, non tamen ea operatio umbræ, sed soli tribuenda est, a quo umbra dependet: ita, quamvis recte, & laudabiliter agas, ea tamen operatio plus Dei, quam tua est; quia tam esse, quam operari tuum a Deo plene dependet. Collige omnes naturæ tuæ vires, adhibe omnes corporis, & animæ facultates, & certe ex te ipso non poteris eliocre, vel unicam actionem æternæ vitæ meritoriam; ad hanc enim requiritur gratia supernaturalis, & quidem duplicata, videlicet *habitualis & actualis*: prima facit, ut possis meritorie operari, altera excitat, ut velis: quamvis anima tua gratia habitualis domino exornata sit, nihilominus ad omnem actum hujus statui proprium requiritur gratiæ actualis auxilium, ea fere ratione, qua, licet oculi pupilla integerrima, & ad videndum expedita sit, tamen ad cernendum rem quamlibet objectum indiget luminis influxu. Quantilla ergo pars operis tui tua est? an forte ita hoc gloriaris, quod gratiæ invitanti cooperatus fueris? quid si hoc ipsum a gratia provenerit, quo Deus juvat, ut operam conferas? certe æterna Veritas enuntiat: *Sine me nihil potestis facere.* (*Joan. 15. v. 5.*) Audis? non dicit Christus, sine me nihil facile, aut nihil magnum potestis facere, sed simpliciter *nihil* nec magnum, nec parvum, nec facile, nec difficile, prout annotat S. Augustinus, (*l. 1. de grat. c. 29.*) & Concilium Arausicanum, inquiens: *Quoties bona agimus, Deus in nobis, atque nobiscum, ut operemur, operatur,* &c.

Opera nostra sunt valde mendosa.

5. Taceo innumerabiles defectus, quibus opera, quantumvis tibi arrideant, ex tua culpa corrumpuntur. O quoties in operando se infinuat amor proprius! O quoties subest mundanum solatium! O quoties opus fit ex mera consuetudine! O quoties meritum minuit naturalis propensio! O quoties subrepit torpor, & defectus! O quoties opus depravatur a vana gloria, & quæ similia sunt! heu! memendum est, ne quondam Deus Judex, cum opera tua examinaverit, idemmet tibi respondeat, quod Episcopo Sardiensi! *Non invenio opera tua plena,* (*Apoc. 3.*) sed mutila, truncata, & multis sinistris intentionibus depravata, &c.

Homo miserimus, si se comparet cum Sanctis.

6. Quodsi tanta est hominis fragilitas, & nihilum, cum se secundum se, consideratione, ut ita dicam, *abstracta*, perpendit, quanta eheu! erit illius miseria, cum se consideratione *comparativa* intuetur, idest, cum se ipsum confert cum magnis illis Sanctis, qui cum Christo in cælis regnant? hipalmaris pigmæus grandiusculum se arbitrari potest, quamdiu sola se imaginatione metitur: at cum procero giganti appropinquat, & illius excelsum videt, staturam tuam despicere docetur. Adeito igitur, mi homo, intuere in patente cælo Sanctorum ordines: En hi sancti Apostoli, animarum zelo, & Fidei propagandæ studio incensi, in frigore, & nuditate, in fame, & siti, in opprobriis, & persecutionibus, in insidiis, & adversitatibus mundum peragrati sunt: dic, quid tu pro animarum salute magnum egisti? En, hi sancti Martyres, in exsilium pulsi, gladiis obtruncati, lanceis confossi, cruciibus affixi, flammis combusti, a feris laniati, vitam, & sanguinem omnem pro Dei gloria effuderunt. Dic, an tu unicam sanguinis guttulam pro Deo? En, hi sancti Confessores, centenis omnino annis, in summa asperitate vitam traxerunt, ut S. Romualdus; triginta annis catena ferrea onerati incesserunt, ut S. Eusebius; quatuordecim annis in mortuorum sepulcris delituerunt, ut S. Jacobus perstans; quadraginta annis supra columnam steterunt, ut S. Simeon Stylites; septem continuis annis lacrimati sunt, ut S. Britius; pectus cavo cruentarunt, ut S. Hieronymus; corpus cilicio domuerunt, ut S. Eligius &c. Dic, quæ tua pœnitentiæ opera? En, hi sanctæ Virgines paternam domum deseruerunt, mundi divitias conculcarunt, Regum, ac Principum nuptias despexerunt, monilia cum cilicis, armillas cum sacris, palatia cum specubus, & cavernis permutarunt. Dic, quid tu amore Dei reliquisti? Exhibere teipsum, & in comparatione tam excellentis sanctimoniæ, agnosce nihilum tuum. Quodsi omnes cæli Empyrei ordines prætergredi, & ad ipsum sanctissimæ Virginis, & Dei Optimi Maximi thronum appropinquare libeat, eheu! tunc minus eris, quam unica arenula ad Olympum, quam unica formica ad balanum, quam unica scintillula ad solem comparata. Et superbire audes? merita tua extollere? grandiuscule de te sentis? dicere: *Non sum sicut ceteri hominum?* &c. O miserum te! cave, ne tua te jactantia trahat in ruinam. Finio, & pro coronide historiam annecto huic materiæ accommodam.

7. Eremita quidam, latialiter decumbens, e proximo monasterio Sacerdotem vocari petiit, a quo ultimus moriendum Sacramentis muniretur. (*Gallicchio. Perula in summa Virtut.*) Dum Sacerdos, SS. Eucharistiam portans, per sylvam transit, & campanulam, ut moris est, Clericus pulsat, latro quidam ibi latitans, audito sonitu, appropinquabat, videns, quid rerum ageretur. Rem, ut erat, edoctus, secutus est usque ad cellam Eremicolæ, manuque foris, indignum ratus, quod domum viri sic sancti ingrederetur. Cum ergo ager, præmissa Confessione, Eucharistiam recepit, ilans latro prope januam, ingemiscere, & inter lacrimas in hæc verba erumpere cœpit: *O miserum & ego talis essem, qualis tu es!* audiens hæc Eremicola inflari, & repentie cœpit: *Enimvero tu hæc merito optare debuisti, ut talis foret, qualis ego.* Peracto ministerio, Sacerdos ad monasterium regressus, eumque secutus est latro magna contritione, volens conscientiæ noxas per seriam Confessionem exonerare. Sed ecce a morte præventus, in via exspiravit. Mortuus est pariter Eremicola, & sequenti nocte huic Sacerdoti revelatum, quod Angeli animam latronis in cælum deduxerint ob humilitatem, & dæmones animam Eremicolæ in infernum rapuerint ob suam jactantiam, & mentis elationem: &c.

8. *Epilogus.* En, O Christiane homo! quam imprudenter agas, cum meritis tuis præsumptuose confidis, & cum hodierno Pharizæo magna de te ipso sentis. Excute te ipsum, agnosce infirmitatem, & miseriam tuam, & ex hac cognitione disces coram Deo humiliari; quamvis enim subsistantia humilitatis in voluntate consistat, nihilominus voluntas non aliunde legem accipit magis, minusve se demittendi, quam ab intellectu: constanter in animo tene illud sancti Lucæ monitum: *Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: servi inutiles sumus,* &c. &c.

Dominica X. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

Ostenditur, orationem non placere Domino Deo, nisi conjunctam humilitati.

Publicanus a longe stans, nolebat nec oculos in cælum levare; sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Luc. 18.

EXORDIUM.

Mendicus fastuosus non impetrat stipem.

1. Quæstionem ad Vos, Christiani Auditores: quid censendum putatis de illo mendico, qui, elecmosynam rogaturus, prius digitos annulis, & adamantibus, collum torqueribus aureis, corpus pretiosis vestibus ornare? plane, dicitis, talis homo crasse stulticit; talia enim ornamenta potius demonstrant, eum alicujus opis minime esse indigum: pauperes suam potius miseriam, infirmitates, egestatemque sub conspectum dare debent, ut intuentes ad misericordiam flectantur. Gabonita, ut a Joue gratiam, ac commiserationem impetraret, veneratus ad cum miserabili aspectu, obsoletis vestibus, obtritis calceamentis, quæ ad indicium vetustatis pittaciis consuta erant. (*Josue 9.*) E contra jactantia, & vana ostentatio odiosa est, & aspectantium potius odium, quam miserationem provocat. Recte judicastis, Auditores: hanc tamen quantam, quantam stultitiam commisit hodiernus

Pharisæus, fastuosus hic thraso, ait S. Bernardus, (*ap. Speranz. script. sel. punct. 21.*) *stipem mendicans, manus divitis, & auro plenas aperuit, quid mirum, si vacuas remeavit?* accedit ad fontem misericordiæ, & misericordia se indignum ostendit, vult Deum orare, & incipit seipsum laudare. O infelix Pharisæe! esto, quod decimas des, esto, quod jejunes, esto, quod eleemosynas facias, esto, quod plenus sis virtutibus; has tamen omnes uno quasi momento perditissimo vanam gloriationem tuam, quæ sicut pretiosum unguentum, nisi diligenter ampulla claudatur, evaporat. Econtra humilis publicanus, dum se peccatorem profitetur, dum in extremo templi angulo se abscondit, non ausus oculos ad cælum levare; dura pectus tundit, & lamentatur, gratiam invenit: O quam apposita similitudine Doctissimus Stapletonus (*hac Dom. tert.* 3.) utrumque depinxit! sicut optimi cibi, inquit, inordinate sumpti, ægritudinem afferunt; venenum vero, in medicina sumptum, ut in theriaca, sanitatem operatur: sic aliqui, cum ipsis virtutibus tumescunt, animæ perniciem sibi conciliant, ut hic Pharisæus: alii in peccatis humiliantur, uti hic publicanus, & interdum ad majorem perfectionem resurgunt, &c.

Oratio debet esse confusa humilitati.

2. *Propositio.* Christianæ animæ! hoc theatrum hodie nobis aperitur ad nostram instructionem, qua erudimur, orationem, ut Deo grata, nobisque proficua sit, debere esse conjunctam humilitate. Quid efficacius contritione? justificat hominem; & tamen ausim dicere, illam sine humiliatione Deo non placituram: Idam David, ubi de corde contrito loquitur, statim mentionem addit de corde humiliato: *Cor contritum, & humiliatum, Deus, non despicies.* (*Psalm.* 50.) Hæc materia hodierna esto. Favete.

Triplex est humilitas.

3. *Divisio.* Celeberrimam illam gnomen, quam S. Lucas hodie nobis inculcat: *Qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur*, trinis vicibus in Evangelio repetit Salvator, nempe apud D. Matthæum decimo tertio, apud D. Lucam decimo quarto, & in hodierno Evangelio; trinis etiam vicibus Ecclesia fideli populo prælegit. Cur trinis vicibus? Respondet Didacus Stella: (*ap. Manss hac Dom. v. 14.*) *Ad inuendam triplicem humilitatem cordis, oris, & operis.* Omnis hæc triplex humilitas orationi conjuncta esse, & econtra triplex superbia cordis, oris, & operis a supplicante abesse debet, ut oratio utilis sit, & impetratoria. Percurramus ordine hæc tria requisita.

§. I. *Humilitas cordis.*

4. *Confirmatio.* Primo quidem ad Orationem utilem requiritur humilitas cordis, qua homo de se ipso viliter, & abjecte sentit, sive se secundum statum gratiæ, sive secundum statum naturæ consideret, sicut vilissime de se sensit humilis publicanus. Quid est homo, si secundum statum naturæ spectetur? est vilis terræ vermiculus, est corruptionis speculum, est temporis spolium, est manciplium mortis, est fragile corpus, est fulium arboris, est viva mors, est Seminarium vermium, est sensitivum cadaver: (*Corn. a Lapide in Gen.* 3.) & esto, quod homo magnis naturæ dotibus, uti robusta sanitate, pulcritudine corporis, divitiis, acri ingenio, scientiis, & artibus polleat, tantum tamen abest, ut ex his superbiendi ansam capere debeat, ut potius ex hoc ipso capite eo majorem habeat rationem se coram Deo humiliandi, tanquam eo fonte, a quo hæc omnia sibi largiter profluxerunt: *Quid habes, quod non accepisti?* interrogat S. Paulus: (2. *Cor.* 4.) Nihil, nihil: quantus, quantus es, quanta, quanta habes, omnia a Deo es, & habes: *Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* quemadmodum igitur ridiculus est puerulus, qui de nova tunica superbit, quam a patre accepit: ita nos profecto Deo, & Angelis ridiculi sumus, si in donis naturæ, quæ cœlitus data accepimus, immoderate nobis complaceamus.

Homo nihil habet ex se, & quod habet, est valde mendosum.

5. Longe adhuc miserabilior est homo, si secundum statum gratiæ spectetur; ea enim opera, preces, jejunia, eleemosynæ, aliaque, in quibus sibi plus æquo complacet, coram Divinis oculis multoties sunt mendosissima, & defectibus plenissima: lugeredere, mi Christiane! in aream horrei, ubi purgatur triticum: videbis ibi, quando triticum agitatur in cribro, cito disparere grana fructifera, & nil remanere in cribro, nisi fungos, lolia, & paleas: ita se res habet in homine, si animum suum excutiat: *sicut in percussura cribri remanet palea*, ait sapiens Syrach, (*Eccl.* 27.) *sic apparia hominis in cogitatu illius.* Contigit forte, ut nonnemo, dum aliqua opera, insigniter a se præstita, consideret, de seipso magnifice sentiat; verum excute te ipsum, O homo! examina opera tua, & invenies furfures, & paleas: O quot sinistræ intentiones, somnolentiæ, vanæ complacentiæ, aliique defectus delitescunt sub operibus tuis! *Excute te*, inquit Doctissimus Palacius, (*in Ezech.* 26.) *& farina bonorum cadente, nihil nisi furfures, & miserium invenies.*

6. Quodsi ponere velis, opera tua undequaque esse perfectissima, non quidem me opponam, nihilominus tamen dicam, te magnam habere miseriam, & causam profundissimæ humiliationis: quæris, quare? quia quidquid egeris, nescis tamen amore, an odio dignus sis. Mei Christiani! scimus quidem, quod preces fundamus, quod jejunemus, quod Sacramenta frequentemus; sed nescimus, cujus valoris sint hæc opera coram oculis Dei. Numquam vidistis laborem artificiosi? ille modulum quidem, artificiose elaboratum, defodit in terra, metallum ingeniosum super instruit; sed nescit, quid fuderit; nescit, an perfecta, aut defectuosa statua sit proditura, neque tum primum experitur, cum modulus erit apertus. Ita in operibus nostris bonis par ratio se habet: quin in tenebris agimus, orationes fundimus, confitemur, ad Sacram Synaxin accedimus, sed de perfectione operis securi non sumus, nisi tum primum, cum aliquando, referato conscientiæ modulo, Divini Judicis approbatio accedet: hinc est, quod homines sancti adeo parum confiderint operibus suis, dicente sancto Job: (*c. 9.*) *Verebar opera mea*, &c. Tu ergo, mi Christiane, cum ad thronum Divinæ Majestatis oraturus accedis, accede humiliato corde, & confidera, quantillus es, si cum eo, quem oras, in comparationem venias: ille Deus est perfectissimus, tu plenus imperfectionibus; ille immortalis, tu in momento singula morti obnoxius; ille Dominus cæli, tu vermiculus terræ; ille mare gratiarum, tu gutta roris antelucani, ille omnia, tu nihil; &c.

§. II. *Humilitas oris.*

7. Altera humilitas, quæ orationem comitari debet, est humilitas oris, qui videlicet homo non tantum viliter de seipso sentit, sed & loquitur, prout humilis publicanus seipsum peccatorem fassus est. Quotiesdmodum terreni Principes in supplicibus orationum libellis maximo ad humilitatem stylo, & subjectionem supplicantis attendunt, ita plane & Deus facit in exaudiendis hominum precibus: *Loquar ad Dominum, cum sim cinis & pulvis*, ajebat Patriarcha Abraham, (*Gen.* 18.) ubi pro incolumitate Sodomorum supplex ad Deum accedit: cur mentionem facit sui nihili, pulveris, & cineris, quia sciebat non esse validiorem arietem ad expugnandam Dei beneficentiam, quam humilitatem. Crasse igitur hac ex parte delinquunt multi Christianorum, qui tam naturalia, quam supernaturalia ficta, non tam Deo, quam suæ industriæ adscribunt. Naturalia quidem; quia sunt nonnulli, qui si ad fortunam pinguiorem, aut divitias uberiores pertigerint, jactabunde plaudunt: ecce has opes, hanc dignitatem, hanc messem mea diligentia mihi comparavi, ita scire calleo tractare meum artificium, litterarum studia, aratrum, &c. Videntur hi mihi similes illi fortunæ, quæ in aratro sedens quæsita quid rerum hic ageret, reposuit, hic aro: O mi Christiane! non hæc a tua proveniunt opera, quæ possides: a Deo sunt; frustraneus enim est hominum labor, nisi Divina benedictio accedat; quin immo metue, ne hæc omnia propter hanc ipsam ingratitudinem repentinis infortuniis perdas: putas fortasse hanc non esse ingratitudinem? est enimvero maxima, dicente Gregorio: (*Mor. l. 28. c. 10.*) *Auctori sui gratium negare convincitur, quisquis sibi tribuit, quod operatur.*

8. Multo turpius adhuc deliratur, qui a donis etiam supernaturalibus applausum quærunt: sunt, qui nullam eleemosynam, nullam peregrinationem faciunt, & statim buccina canunt ante se: cum ad Ecclesiæ structuram subsidium conferunt, cum pupillum ad servitium, aut opificium promovent; cum ægroto inserviunt, cum viduam defendant, ubique suam beneficentiam propalant, & deprædicant. O infelicia bona opera! immo hoc ipso jam non amplius bona opera, quia propalata: displicent enim Deo, cum vanitate, & ostentatione conjuncta. Dic, mi Christiane, quid sentis de illo ægroto, qui, dum vena illi secatur a chyrurgo, puriorem sanguinem emittit, grossiorem autem retines? dicis sine dubio, hunc miserum esse filium inertiæ: ita ego affirmo de fastuoso homine, qui navos sacc errores sollicite tegit, econtra bona opera undique debuccinat: in periculoso statu versatur; quia bonum sanguinem dissipat, malum retinet. Venerunt olim ad Regem Ezechiam Legati Assyriorum, quibus ille magnificentiam regni sui deprædicabat, thesauros etiam regii ærarii ostentabat: quid evenit? confestim jussu Domini a Propheta audire debuit: *Ecce dies veniunt, & auferentur omnia, quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt Patres tui usque in hodiernum Babylonem.* (1. *Reg.* 20.) Unde hæ minæ? qua de causa Deus Ezechiam Assyriis exspoliandum dedit? propter hanc ipsam ostentationem, & jactantiam. *Hæc pœna eorum est*, addit doctissimus Speranza, (*Script. sel. punct.* 21.) *qui sine accessere, & cum, quibus non oportet, propalant bona spiritualia, quæ acceperunt*: perdunt ea; quia non Deo, sed suæ vanitati; & complacentiæ offerunt. Tu ergo, mi Christiane, cum Deum oraturus accedis, profitere te peccatorem maximum, &, *cum omnia fecerit*, ad quæ ratione muneris tui obstringeris, *dic* tamen *servus inutilis sum.* (*Luc.* 17.) &c.

§. III. *Humilitas operis.*

9. Tertia denique humilitas, quæ orationis comes esse debet, est humilitas operis, qua homo non tantum corde, & ore, sed etiam externa corporis compositione suum coram Deo abjectionem, submissionemque ostendit: hanc iterum nos edocuit humilis publicanus, dum in extimo templi angulo percutiens pectus, non ausus est præ erubescentia oculos in cælum levare. Nemo credit, quantum hæc submissa gestuum, sensuumque compositio Deum moveat ad commiserationem: De Anna Samuelis Matre recensent Regum fasti, (1. *Reg.* 1.) quod cum illa *multiplicaret preces in conspectu Domini*, tanta sensuum recollectione oraverit, ut tantum labia ejus moverentur: quid? an tantum labia? an non caput hinc inde jactitabat? an non oculos in omnes templi angulos emittebat? an non risit, gurit, aut cæ-

circumstantium mores, aut vestimenta contemplata est? nihil simile. Ergo plane prorsus aliena fuit a moribus hodiernis Christianorum, & Christianarum: illorum quidem, quibus sollemne est in templis irreverenter circumspicere, uno poplite flectere, nova legere, aut narrare: harum autem, quæ vanissime comptæ, ornatæ, ac calamistratæ in Ecclesiis, tanquam ad comœdiam, apparent, ut vel ex ipso vestitu appareat, eas plus hominum, quam Dei oculis velle placere, has pleno spiritus fervore alloquitur Chrysostomus: (*hom. 8. in 1. ad Tim.*) an choreas ductura ad Ecclesiam pergis? an ut cui spectaculum præbeas, advenis)? non est hic supplicantis habitus, sed insultantis.

10. Quid dicam de illo, qui in templo de primo loco ambitiose decertant, contendunt anteire aliis, nemini cedunt, putant sibi despectui esse, si virum trivialem, opificem, servum, aut ancillam, vel quemcunque inferioris sortis hominem ante se patiantur: dicunt, hæc est tantum trivialis, & inops femina, ego sum ditior, sum honoratior. Mi Christiane, falleris; coram Deo enim omnes sumus pares: stella differt quidem a stella in claritate, sed si conferantur, neutra alteram superat, sed utraque obfuscatur. Præterea forsan ingens tibi nocumentum infers hac tua ambitione; fieri enim potest, omnes preces tuas non esse Deo acceptas, quia cum tali arrogantia conjunctas: quia immo hæc unica humiliatione, qua fratri tuo honoratiorem locum connives, potes plus meriti forsan apud Deum colligere, quam per nescio quantum prolixas preces. Narratur de anachoreta quodam, (*Ex l. Doll. Pat. de Humil. n. 5.*) quod arcana cujusdam textus scripturalis intelligentiam volens a Deo impetrare, per septuaginta hebdomades severe jejunarit: habebat penes cellam suam haud procul ullam Monachum, quem hac super re consulere poterat; sed nolebat, quia illum, ut juniorem, despexit, seque ipso rudiorem reputavit: tandem, ubi duo operam frustra perdidit, decrevit fratrem suum consultum ire. Ivit, & vix ostium clausit, cum ecce Angelus ei e cælo adfuit, inquiens, septuaginta hebdomadarum jejunium non ita placuisse Deo, quam hanc humiliationem, qua fratri suo juniori se subjicere voluit; deinde textum Scripturæ ei aperuit, & evanuit, &c.

11. *Epilogus.* Et, mi Christiane, quid apud Deum humilitas possit. Tu igitur, cum eras, humilia te *corde*; humilia te *ore*, humilia te *opere*, & oratio tua, ut ita dicam, omnipotens erit. Ne quære, cur mulier Chananæa facile a Christo impetrarit expulsionem dæmonis a filia: respondebo enim, propter humilitatem: ne quære, cur Centurio obtinuerit pueri sanationem: respondebo enim, propter humilitatem: Ne quære, cur Actus confectus sit duplici signum a Deo, Respondebo enim propter humilitatem: Da dies, quorum unus sabbatice, alter humiliter accedit ad hec templum, & primo dicam, quod vacuus sic recessurus sine gratiis, & beneficiis Dei. Alteri dicam, quod descenderit justificatus in domum suam. Amen.

Dominica X. post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

De obligatione Decimarum, & de damnis, quæ ex illarum defraudatione oriuntur.

Decimas de omnium, quæ possideo. Luc. 18.

EXORDIUM.

Dominus Deus ex frugibus terræ sibi reservat decimas.

1. BEnignissimus Deus ex rebus omnibus, quas in emolumentum humani generis produxit, sibi aliqua speciatim reservavit. Creavit tempus, uti sæcula, annos, menses, septimanas; & ex his hebdomatim unam diem sibi sanctum esse voluit. Creavit hujus mundi ædificia, uti palatia, arces, castella, officinas, tuguria; & ex his Ecclesias ad suum cultum sanctificari præcepit. Creavit animalia, uti boves, & oves universas, insuper & pecora campestria; & ex his innumera selegit veteris testamenti holocausta. Creavit homines, eorumque diversissimos status, ac ordines; & ex his aliquos singulariter ad suum cultum deputatos esse voluit, uti Sacerdotes, & Religiosos. Denique, ut ad hodiernum scopum magis appropinquem, creavit, creatque annuatim uberitates terræ fruges; & ex his sibi reservavit decimas. Æquitatem hujus obligationis primus agnovit Abraham, (*Gen. 14.*) qui de victis Chodorlahomor, & tribus foederatis Regibus, Sacerdoti Melchisedech nomine Dei decimas dedit. Exemplum Abrahami amulatus est nepos Jacobus. (*Gen. 28.*) Tum in lege scripta obligatio decimarum transiit in præceptum: *Decimas, & primitias tuas non tardabis offerre Domino*: (*Exod. 22. & 23.*) simque hæc obligatio adeo constans, & universalis, ut vel ipsi Gentiles ad præstandas idolis suis decimas fese obstringi putarint, uti de Posthumio post obtentam belli Latini victoriam, nec non de aliis Romanorum Ducibus (*ap. Garn. in Lib. Gen. 14.*) testantur Dionysius, Halicarnassæus, (*l. 6.*) Livius, Xenophon, (*in Cyrop. l. 5.*) & alii. *Hercules*, inquit Cicero, (*l. 3. de Nat. Deor.*) *quidquam decimam accepit unquam, si copiosa fuisset?* Et Herodotus: (*in Clio.*) *Ibat*, inquit *ad singulos portas aliquot ex suis satellitibus custodes, qui vetent exportari opes; ut earum decimæ Jovi necessariis reddantur.* Atque ut ab hodierno Evangelio non recedam, certe inter alia pietatis opera justabunde gloriatur Pharisæus, se rerum omnium, quas possidebat, decimas fideliter exsolvisse, &c. Ecce, quid valet; nolter Parochus hodie erit Cicero pro domo sua, pro tabit de decimis, Advocatum aget pro marsupio suo: &c.

2. *Propositio.* Christiani Auditores, suspendite temerarium judicium. Dicite, an per integrum decennium, quo in hujus Parochiæ vertice, unquam vel verbulo mentionem feci de decimis? certenter scio, nullum plebi adhuc esse moneri: verum quoniam vos accuratissimos, fidelissimos, & plane Christianos esse comperior in solvendis decimis, utique vitio mihi non vertetis, si insignia emolumenta vobis explicem, quæ ex hac re in vos redundant: inquit fortassis dixero, id plane non de vobis, sed de aliis infidis, & injustis defraudatoribus intelligi cupio. Favete.

Explicatur quid sint decimæ.

3. *Explicatio.* Ante omnia explicandum venit, quid, & unde sint decimæ? Decimæ, ait Doctissimus Abulensis, (*q. 14. de decim.*) sunt tributum, quod Domino Deo penditur in recognitionem beneficiorum, quotidie a liberalissima ejus manu acceptorum. Decimæ, ait S. Augustin. (*ser. de decim.*), sunt oblatio Deo facta, qua homo se profitetur decimum rationalem creaturam, quam Omnipotens Creator post novem Angelorum Choros produxit. Decimæ, uti desumitur ex Tridentino, (*Sess. 25. c. 12. de Reform.*) sunt actus Religionis, quatenus in recognitionem supremi Domini Dei exsolvuntur, &, tunc simul actus justitiæ, quatenus sunt debitæ Ministris Ecclesiæ ob Officium spirituale. Indicibile est, quanta tam corporalia, quam spiritualia Bona Benignissimus Deus humano generi conferat ob hoc tributum, ob hanc oblationem, ob hunc actum Religionis, & Justitiæ: certe S. Augustinus (*Serm. 219. de temp.*) Bona illa corporalia (ut jam nihil dicam de spiritualibus) ad triplicem classem reduxit, inquiens: ex præstatione decimarum confugere agrorum fertilitatem, corporum sanitatem, & in rebus, ac negotiis Benedictionem Divinam. Loquamur de unoquoque horum singillatim.

§. I. *Plurima Bona post se trahunt, uti primo agrorum fertilitatem.*

4. *Confirmatio.* Primo igitur ex solutione decimarum oritur agrorum fertilitas, & fructuum abundantia; non enim liberalitatem a creaturis suis se vinci finit Creator; sed quisquis liberalis est in Deum, sentiet vicissim Deum multo in liberaliorem. Ingrediamur Scripturam, & textum Malachiæ considerata dignissimum perpendamus, ibi ait Dominus Deus: (*Malach. 3. v. 10.*) *Inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, si non aperuero vobis cataractas cæli.* Ad intelligentiam hujus Scripturæ notandum est cum Cornelio a Lapide, (*hic.*) quod Judæi, Babylane redeuntes, fuerint valde pauperes, & ideo negligi decimas. Hoc nempe familiare est illis, qui post festitate se prehi arbitrantur, fiunt parci, sordidi, avari, furaces, & præsertim juxta Ecclesia debita vel negant, vel minuunt. Quid autem factum est? agri erant infecundi, segetes grandine, pruina, rubigine, locustis, & ariditate devastabantur; ut igitur Dominus Deus his malis remedium daret, exhortatus est Judæos ad præstandas decimas, quasi diceret, si in me & meos Sacerdotes liberales eritis, ego & liberalis in vos, atque aperiam cataractas cæli: quid sunt hæ cataractæ cæli? S. Hieronymus (*ap. Garn. l. c.*) intelligit fœcundas pluvias, roseres vertiles, quibus agri humectantur, impinguantur, & ad frugum abundantiam disponuntur.

5. E contrario, quam parce Dominus Deus agere soleat cum defraudatoribus decimarum, testimonium habemus ex eodem Malachia: (*c. 3. v. 8.*) ibi conqueritur Deus contra Judæos: *Vos confuitis me.* Ut hanc phrasin intelligatis, sciendum est, ly *confucere* juxta versionem Pagnini, (*hic.*) & aliorum idem dicere, *ac rapere, fraudare, extorquere, spoliare.* Interrogatur ergo Judæi vicissim, *in quo confuimus te?* id est, in quo spoliamus, fraudamus? & confestim reposuit Altissimus: *In decimis, & primitiis.* atque ut injuriæ gravitatem declaret sine mora, gravissimum pœnam subnexuit, inquiens: *Et in penuria estis malefidii estis*: per malefidionem intelligit negationem pluviæ, terræ sterilitatem, famem, & penuriam, ait Cornelius, a Lapide (*in Malach. hic.*)

6. Vultis, Dilectissimi, hujus rei exempla? percipite, quid enarret Eugypius in Vita S. Severini Noricorum Apostoli: (*c. 17.*) Lauriacenses cives monuit a S. Severino decimas dare pauperibus, id facere distulerant, ideoque segetes eorum alias pulcras invasit rubigo: illi ad cor redeuntes, culpam confessi, veniam petierunt a S. Severino, qui eis respondit: *Si decimas abstulistis pauperibus, non solum æterna mercede fraudastis, sed etiam commodis presentis abundare prohibemini. Sed quia culpam propria confessione fatigatis, de Domini pietate pollicor, quod rubigo presentis non nocebit: tantum fides vestra alterius non vacillet.* Inde hortatus est indici jejunium, quo expleto, placidus imber desperatæ messis abiterit incommoda. Terribilius est, quod de Daniæ regno refert Joannes Archi-Episcopus Upsalensis (*in hist. Gothor. l. 18.*) & Joannes Molanus: (*Ord. 2. & 3.*) Canutus Rex, cum pio studio contenderet, ut Christi ministris liberalius de decimis, & primitiis provideretur, infigni cujusdam blasphemiæ perfidia traditus, ab insana plebe trucidatur. Quo facto, tanta frumenti penuria Daniam invasit, ut maxima populi pars emoreretur: finitimis populis erat abundantissima seges, ut privata gentis, non publica terrarum ultio videretur. Experimento nempe didicerant, se juste novem frumentorum partes amisisse, qui decimam ex eis Deo, & Dei Ministris reddere noluissent. Quare, unde frequenter contingit, quod Dominus Deus pulcherrimas segetes grandine, pruinis, & eluvionibus de-

destruat? unde est, quod multi vix decimam partem fructuum in messe colligant? nescio ego: verum S. Augustinus (*serm. 119. de temp.*) ait: *Hæc est Domini justissima conservando, ut si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam revocerit.*

§. II. *Secundo corporis sanitatem.*

7. Alterum emolumentum, quod ex solutione decimarum redundat, est sanitas corporum. Bonum illud, quod supra cetera omnia terræ Bona æstimabile est; justissimus enim Deus quasi ex æquitate tenetur, ut illis, qui Ministris suis vitæ subsidia suppeditant, vitæ integritatem, incolumitatemque conferat. O quam dii, ne feliciter vivere potuisset Cainus, nisi ergo Deum turpiter hac ex parte tenax, & avarus fuisset! scitis, Auditores, primos, duos fratres Abel, & Cain sacrificasse Domino Deo. Sacrificium Abelis placuit Nomini, Caini displicuit; (*Gen. 4.*) nec mirum; quia primus obtulit *de adipibus*, id est, optima, & pinguissima gregis sui; econtra alter obtulit *viliores fructus*, & *meliores sibi reservavit*. (*Corn. a L. hic v. 3.*) Indignatus Dominus Deus sordidissimæ avaritiæ, gravissime punivit Cainum; qua pœna? Scriptura dicit: *Fugax Dominus Cain gemens*: quale erat hoc signum? Communior sententia interpretum (*Corn. a L. hic v. 15.*) est, signum hoc fuisse tremorem corporis, ac vultus consternationem, hoc est, gravem infirmitatem, & defectum valetudinis. Subintrat hic Philo Judæus, inquicas: (*l. de Sacrif. Abel & Cain.*) *Sicut Cain de fructibus, & non de primitiis Deo Sacrificium obtulit, sic sunt multi, qui dant primatum creaturæ, secundarium honorem Numini.* Quinam sunt illi? Cornelius a Lapide (*in Gen. 4. v. 3.*) differe reponit: *Qui ex fructibus pejoribus dant pro decimis.* Sunt Christianorum nonnulli, qui nescio quantum se lucrum facere putant, si de decimis quidquam suffurentur, & elepant; alii enim decipiant in numero, duo decimum aut quindecimum, pro decimo pendunt: alii manipulum exiliorem segregant: alii, si danda est ovicula, aut pullus gallinaceus, vel anserinus, dant miserrimum, macilentum, & jamjam morti proximum. Christiana pectora! quid prodest hæc fraudulentia? an putatis quod ditet? neutiquam sane: veniet de repente gravis ægritudo, veniet infortunium filiorum, veniet strages pecudum, veniet inopina mors, quæ decuplo plura auferat, quam iniqua defraudatione corrasistis.

8. Placet iterum hujus rei exempla audire? In Polonia nonnulli Nobiles (*Baronius Tom. 11. Ann. Chr. 1022.*) onerosam decimarum solutionem ita aversabantur, ut vel decreverint ad Gentilismum redire, & Ecclesiæ suis Pastoribus viduare. Quid evenit? Boleslaus pius Rex auctores sceleris bonis omnibus privatos, partim morte plecti, partim verberibus mulctari præcepit. Catanenses in Scotia (*Joann. Magnic. l. 4. de gestis Scot. c. 10.*) Episcopum suum Adamum, decimas de morte exigentem, in culina ejus combussere: id audiens Rex Scotiæ Alexander, collectis copiis, auctores sceleris comprehendit, & supra quadringentos extremo supplicio affecit: Comitem vero Catanensium, quod Adamo, opem ejus invocanti, non succurrisset, Comitatu privavit. Sed Deus graviasse eum punivit; nam famuli ejus, quod eos asperius æquo tractasset, post paucos annos noctu trucidatum, accensis ædibus concremarunt: periit ergo eodem supplicii genere, quo sui Adamum Episcopum affecerunt. Burcardus Halberstadimsis Episcopus (*Lambert. Scafnaburg. Anno Chr. 1059.*) decimationes Saxoniæ, quæ ad Monasterium Hesfeldense pertinebant, sibi inique vendicabat. Abbas ejus Cœnobii Megiahrus jubet Episcopo per Pridericum Palatinum indicari, cum ad furta restituenda nullo jure adduci posset, brevi instare tempus, quo coram Deo hæc causa dijudicanda esset. Moritur paullo post Abbas; & cum Episcopus hujus rei gratia synodum indixisset, & in itinere lapsus de equo domum relatus est, ubi domesticos suos rogavit, ut decimas illas absque mora cœnobio restituerent; se enim injustitiæ pœnas jam luere, &c. Dilecti Auditores, nonne terribilia sunt isti? sunt itique: sed quare Dominus Deus tam graviter punit defraudationem decimarum? Notate responsionem: quia, ut cum communi doctorum docet Cardinalis Cajetanus (*in Summa V. decimæ, non solutis.*) hæc defraudatio non est furtum qualecunque, sed sacrilegium. Sacrilegium est, Sacrilegium est.

§. III. *Tertio in ordine omnibus benedictionem Divinam.*

9. Denique tertium emolumentum, quod ex solutione decimarum consurgit, est Benedictio Divina, prosperitas rerum omnium, & abundantia divitiarum. Perpendite, obsecro, mei Christiani! quam mirabilia narrentur de fortunis, ac opibus veterum: Abrahamus in auro, & argento: Jhacus in campis & sylvis, Jacobus in gregibus, & armentis erant locupletissimi: qua de causa? audite responsionem S. Augustini: (*hom. 48. inter 50.*) *Majores nostri idee omnium capita abundabant, quia Deo decimas dabant.* Atque de causa Judæi religiosiores, licet templum, Sacerdotes, & Levitas non habeant, decimum tamen numinum Bonorum omnium pauperibus erogant, habentque hoc proverbium: *da decimas, ut ditescas.* (*Corn. a Lap. in Deut. 14. v. 22. in fine.*) Cur tu non ditescis, mi Christiane?

10. Econtra defraudatores decimarum plane omni benedictione Divina destituuntur, in gravia scelera labi permittuntur, fortunis omnibus exuuntur, corpore, & anima tenus puniuntur. Profecto hanc in rem horrendum est, quod Joannes Molanus commemorat: (*26. Nov.*) S. Bellinus Episcopus Paduanus divitem quemdam, nomine Thomam Captivacum coegit ad solvendas decimas: & ecce insanus homo usque adeo exarsit, ut Episcopum in itinere interfecerit: postea sanctus Vir multis miraculis inclaruit, & ideo ab Eugenio IV. catalogo Martyrum adscriptus est. Homicida autem a Deo punitus, ad

ad summam egestatem redactus, & ab omnibus derelictus, in carcere misere vitam finit. Potest esse, ut iratum Numen placarent, templum, in honorem S. Bellini Deo dicatum, ædificarunt quidem, sed templum numquam ingredi potuere; quin immo paullo post omnino defecere. Ecce, tot mala ex defraudatione decimarum, &c. &c.

11. *Epilogus.* Quapropter laudo vos, Dilectissimi Parochiani, quod in præstatione decimarum accurati, religiosi, ac solliciti sitis: gaudete, quia plurima sunt Bona, quæ exinde sperare potestis: quænam Bona? repeto paucis: sperare potestis agrorum fertilitatem, corporum longævam sanitatem, & in rebus omnibus Benedictionem Divinam: atque hæc quidem Bona in hac vita, in altera autem vitam æternam. Amen.

Dominica XI. post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

De crimine detractionis, ejusque pessimis effectibus.

Solutum est vinculum linguæ ejus, & loquebatur recte. Marc. 7.

EXORDIUM.

Lingua est indomabile membrum. Præsertim in Vitio detractionis.

1. MAgnam profecto laudem reportavit homo iste, quem Christus hodie usu linguæ donavit: *Loquebatur recte.* Insanitum præconium, quod sustan de nullo altero, aut saltem de pauciissimis poterit affirmari. Lingua recte uti, res artis est; illa enim tam inæquitatum, tam indomitum est membrum, ut S. Jacobus Apostolus pro homine perfecto habeat, qui in lingua non delinquit: *Qui non offendit in verbo, hic perfectus est Vir.* (*Jac. 3.*) Oculos frænare, aures occludere, gustum mortificare necdum arguit perfectionem; sed qui coercere valet linguam, hic perfectus est Vir. Quis est autem, atque ubi est hic, & laudabimus eum? plane aut nullus est, aut rarissimus. Furibundi leones, ursi, tygrides possunt per artem cicurari; *linguam autem nullus hominum domare potest*, ait idem Apostolus. Atque ut de unico detractionis vitio, omittis millenis aliis, loquamur, perscrutemur omnes hominum conditiones, ac status, transeamus magnatum aulas, nobilium arces, senatorum curias, opificum officinas, mercatorum tabernas, rusticorum rugaria: exploremus colloquia in popinis, in conventibus, in visitationibus, & videbimus linguam esse bellum implacabilem, quæ nemini parcit: Incidit forte sermo de honestissima puella, & statim est, qui dicat, eam jam semel navigasse in Cyprum. Incidit sermo de juvene uxore, & statim dicitur, eam nuptias celebrasse in pleniluio. Incidit sermo de Officiale, aut Prætore, & statim dicitur, eum esse mercatorem, qui justitiam venalem habet pro auro. Incidit sermo de Literato, & statim dicitur, eum gradum sumpsisse in Italia. Incidit sermo de Oratore sacro, & statim dicitur, isti pœne detonant contra vitia, & ipsimet non sunt melioris farinæ! Uno verbo, nihil tam sanctum, nihil tam innocens, nihil tam illibatum est, quod non carpere, taxare, fugillare, & denigrare audet petulantissima linguæ dicacitas. Sane Christus Dominus hodie linguam mutam fecit loquacem, nostris autem temporibus vice versa optabile foret, ut multæ linguæ loquaces possent fieri mutæ, idque maxime ob damnabile vitium detractionis. *Grave malum est detractio*, exclamat Chrysostomus, (*hom. in Psal. 100.*) *turbulentus dæmon: Ex eo odia pullulant, dissidia serum trahunt, suspiciones male procreantur, sine ulla causa fastus redditi, qui prius amici erant, utriusque domos subvertit, & pacatas urbes ad bellum excitat.*

2. *Propositio.* Christiani Auditores! agite: disseramus hodie de pessimo hoc crimine, ejusque pessimos effectus sub considerationem trahamus. Videbimus sane linguam detractoris venenosis viperis, & serpentibus esse nocentiorem. Favete.

3. *Divisio.* Detractio ad mentem Divi Thomæ (*2. 2. q. 73. art. 1.*) est injuriosa læsio, qua fama alterius denigratur, additque Cardinalis Cajetanus; (*in Summa V. Detract.*) hoc fieri posse sive dicendo verum, sive dicendo falsum, sive asserendo, sive referendo, sive addendo, sive minuendo, sive interpretando, sive tacendo, seu quovis alio modo. Putant aliqui, non esse detractionem, si latens peccatum e latebris eruant, modo vera sint, quæ dicunt: putant alii, non esse detractionem, si crimen alterius cum augmento enarrent. Putant alii, non esse detractionem, si rem narratam referant: putant alii, non esse detractionem, cum innocentiam proximi non defendunt, ubi possent, & deberent. Omnes hi detractores sunt: est autem detractio gravissimum peccatum, quippe quemadmodum vipera tricuspide lingua sauciat, & uno ictu tria simul vulnera infligit; ita, inquit Sanctus Bernardus, (*de tripl. custod.*) lingua etiam detractoris comparata est: tres uno dicto gravissime ladit, videlicet seipsum, qui detrahit; audientem coram quo detrahit; & eum, cui detrahit. Quis non averletur vitium ter abominabile? Dilucidemus autem unum punctum post alterum,

§. I. *Detractio ledit illum, cui detrahitur non sine gravi tristitia læsi.*

4. *Confirmatio.* Primo quidem detractio gravissimum damnum irrogat illi, cui detrahitur; quia adimit illi, aut saltem imminuit boni nominis existimationem, famamque, bonum illud ingens, quod plerumque ab hominibus ipsi vitæ æquiparatur. Regius Psalmista, ubi de vitiis linguæ disserit, specialiter indignatur detractoribus, illisque pœnam a Deo destinatam sequentibus verbis comminatur: *Deus conteret dru-*

destruat? unde est, quod multi vix decimam partem fructuum in messe colligant? nescio ego: verum S. Augustinus (*serm. 119. de temp.*) ait: *Hæc est Domini justissima conservando, ut si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam revocerit.*

§. II. *Secundo corporis sanitatem.*

7. Alterum emolumentum, quod ex solutione decimarum redundat, est sanitas corporum. Bonum illud, quod supra cetera omnia terræ Bona æstimabile est; justissimus enim Deus quasi ex æquitate tenetur, ut illis, qui Ministris suis vitæ subsidia suppeditant, vitæ integritatem, incolumitatemque conferat. O quam dii, ne feliciter vivere potuisset Cainus, nisi ergo Deum turpiter hac ex parte tenax, & avarus fuisset! scitis, Auditores, primos, duos fratres Abel, & Cain sacrificasse Domino Deo. Sacrificium Abelis placuit Nomini, Caini displicuit; (*Gen. 4.*) nec mirum; quia primus obtulit *de adipibus*, id est, optima, & pinguissima gregis sui; econtra alter obtulit *viliores fructus*, & *meliores sibi reservavit*. (*Corn. a L. hic v. 3.*) Indignatus Dominus Deus sordidissimæ avaritiæ, gravissime punivit Cainum; qua pœna? Scriptura dicit: *Fugax Dominus Cain gemens*: quale erat hoc signum? Communior sententia interpretum (*Corn. a L. hic v. 15.*) est, signum hoc fuisse tremorem corporis, ac vultus consternationem, hoc est, gravem infirmitatem, & defectum valetudinis. Subintrat hic Philo Judæus, inquicas: (*l. de Sacrif. Abel & Cain.*) *Sicut Cain de fructibus, & non de primitiis Deo Sacrificium obtulit, sic sunt multi, qui dant primatum creaturæ, secundarium honorem Numini.* Quinam sunt illi? Cornelius a Lapide (*in Gen. 4. v. 3.*) differe reponit: *Qui ex fructibus pejoribus dant pro decimis.* Sunt Christianorum nonnulli, qui nescio quantum se lucrum facere putant, si de decimis quidquam suffurentur, & elepant; alii enim decipiant in numero, duo decimum aut quindecimum, pro decimo pendunt: alii manipulum exiliorem segregant: alii, si danda est ovicula, aut pullus gallinaceus, vel anserinus, dant miserrimum, macilentum, & jamjam morti proximum. Christiana pectora! quid prodest hæc fraudulentia? an putatis quod ditet? neutiquam sane: veniet de repente gravis ægritudo, veniet infortunium filiorum, veniet strages pecudum, veniet inopina mors, quæ decuplo plura auferat, quam iniqua defraudatione corrasistis.

8. Placet iterum hujus rei exempla audire? In Polonia nonnulli Nobiles (*Baronius Tom. 11. Ann. Chr. 1022.*) onerosam decimarum solutionem ita aversabantur, ut vel decreverint ad Gentilismum redire, & Ecclesiæ suis Pastoribus viduare. Quid evenit? Boleslaus pius Rex auctores sceleris bonis omnibus privatos, partim morte plecti, partim verberibus mulctari præcepit. Catanenses in Scotia (*Joann. Magnic. l. 4. de gestis Scot. c. 10.*) Episcopum suum Adamum, decimas de morte exigentem, in culina ejus combussere: id audiens Rex Scotiæ Alexander, collectis copiis, auctores sceleris comprehendit, & supra quadringentos extremo supplicio affecit: Comitem vero Catanensium, quod Adamo, opem ejus invocanti, non succurrisset, Comitatu privavit. Sed Deus graviasse eum punivit; nam famuli ejus, quod eos asperius æquo tractasset, post paucos annos noctu trucidatum, accensis ædibus concremarunt: periit ergo eodem supplicii genere, quo sui Adamum Episcopum affecerunt. Burcardus Halberstadimsis Episcopus (*Lambert. Scafnaburg. Anno Chr. 1059.*) decimationes Saxoniæ, quæ ad Monasterium Hesfeldense pertinebant, sibi inique vendicabat. Abbas ejus Cœnobii Megiahrus jubet Episcopo per Pridericum Palatinum indicari, cum ad furta restituenda nullo jure adduci posset, brevi instare tempus, quo coram Deo hæc causa dijudicanda esset. Moritur paullo post Abbas; & cum Episcopus hujus rei gratia synodum indixisset, & in itinere lapsus de equo domum relatus est, ubi domesticos suos rogavit, ut decimas illas absque mora cœnobio restituerent; se enim injustitiæ pœnas jam luere, &c. Dilecti Auditores, nonne terribilia sunt isti? sunt itique: sed quare Dominus Deus tam graviter punit defraudationem decimarum? Notate responsionem: quia, ut cum communi doctorum docet Cardinalis Cajetanus (*in Summa V. decimæ, non solutis.*) hæc defraudatio non est furtum qualecunque, sed sacrilegium. Sacrilegium est, Sacrilegium est.

§. III. *Tertio in ordine omnibus benedictionem Divinam.*

9. Denique tertium emolumentum, quod ex solutione decimarum consurgit, est Benedictio Divina, prosperitas rerum omnium, & abundantia divitiarum. Perpendite, obsecro, mei Christiani! quam mirabilia narrentur de fortunis, ac opibus veterum: Abrahamus in auro, & argento: Jhacus in campis & sylvis, Jacobus in gregibus, & armentis erant locupletissimi: qua de causa? audite responsionem S. Augustini: (*hom. 48. inter 50.*) *Majores nostri idee omnium capita abundabant, quia Deo decimas dabant.* Atque de causa Judæi religiosiores, licet templum, Sacerdotes, & Levitas non habeant, decimum tamen numinum Bonorum omnium pauperibus erogant, habentque hoc proverbium: *da decimas, ut ditescas.* (*Corn. a Lap. in Deut. 14. v. 22. in fine.*) Cur tu non ditescis, mi Christiane?

10. Econtra defraudatores decimarum plane omni benedictione Divina destituuntur, in gravia scelera labi permittuntur, fortunis omnibus exuuntur, corpore, & anima tenus puniuntur. Profecto hanc in rem horrendum est, quod Joannes Molanus commemorat: (*26. Nov.*) S. Bellinus Episcopus Paduanus divitem quemdam, nomine Thomam Captivacum coegit ad solvendas decimas: & ecce insanus homo usque adeo exarsit, ut Episcopum in itinere interfecerit: postea sanctus Vir multis miraculis inclaruit, & ideo ab Eugenio IV. catalogo Martyrum adscriptus est. Homicida autem a Deo punitus, ad

ad summam egestatem redactus, & ab omnibus derelictus, in carcere misere vitam finit. Potest esse, ut iratum Numen placarent, templum, in honorem S. Bellini Deo dicatum, ædificarunt quidem, sed templum numquam ingredi potuere; quin immo paullo post omnino defecere. Ecce, tot mala ex defraudatione decimarum, &c. &c.

11. *Epilogus.* Quapropter laudo vos, Dilectissimi Parochiani, quod in præstatione decimarum accurati, religiosi, ac solliciti sitis: gaudete, quia plurima sunt Bona, quæ exinde sperare potestis: quænam Bona? repeto paucis: sperare potestis agrorum fertilitatem, corporum longævam sanitatem, & in rebus omnibus Benedictionem Divinam: atque hæc quidem Bona in hac vita, in altera autem vitam æternam. Amen.

Dominica XI. post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

De crimine detractionis, ejusque pessimis effectibus.

Solutum est vinculum linguæ ejus, & loquebatur recte. Marc. 7.

EXORDIUM.

Lingua est indomabile membrum. Præsertim in Vitio detractionis.

1. MAgnam profecto laudem reportavit homo iste, quem Christus hodie usu linguæ donavit: *Loquebatur recte.* Insanitum præconium, quod sustan de nullo altero, aut saltem de pauciissimis poterit affirmari. Lingua recte uti, res artis est; illa enim tam inæquitatum, tam indomitum est membrum, ut S. Jacobus Apostolus pro homine perfecto habeat, qui in lingua non delinquit: *Qui non offendit in verbo, hic perfectus est Vir.* (*Jac. 3.*) Oculos frænare, aures occludere, gustum mortificare necdum arguit perfectionem; sed qui coercere valet linguam, hic perfectus est Vir. Quis est autem, atque ubi est hic, & laudabimus eum? plane aut nullus est, aut rarissimus. Furibundi leones, ursi, tygrides possunt per artem cicurari; *linguam autem nullus hominum domare potest*, ait idem Apostolus. Atque ut de unico detractionis vitio, omittis millenis aliis, loquamur, perscrutemur omnes hominum conditiones, ac status, transeamus magnatum aulas, nobilium arces, senatorum curias, opificum officinas, mercatorum tabernas, rusticorum rugaria: exploremus colloquia in popinis, in conventibus, in visitationibus, & videbimus linguam esse bellum implacabilem, quæ nemini parcit: Incidit forte sermo de honestissima puella, & statim est, qui dicat, eam jam semel navigasse in Cyprum. Incidit sermo de juvene uxore, & statim dicitur, eam nuptias celebrasse in pleniluio. Incidit sermo de Officiale, aut Prætore, & statim dicitur, eum esse mercatorem, qui justitiam venalem habet pro auro. Incidit sermo de Literato, & statim dicitur, eum gradum sumpsisse in Italia. Incidit sermo de Oratore sacro, & statim dicitur, isti pœne detonant contra vitia, & ipsimet non sunt melioris farinæ! Uno verbo, nihil tam sanctum, nihil tam innocens, nihil tam illibatum est, quod non carpere, taxare, fugillare, & denigrare audet petulantissima linguæ dicacitas. Sane Christus Dominus hodie linguam mutam fecit loquacem, nostris autem temporibus vice versa optabile foret, ut multæ linguæ loquaces possent fieri mutæ, idque maxime ob damnabile vitium detractionis. *Grave malum est detractio*, exclamat Chrysostomus, (*hom. in Psal. 100.*) *turbulentus dæmon: Ex eo odia pullulant, dissidia serum trahunt, suspiciones male procreantur, sine ulla causa fastus redditi, qui prius amici erant, utriusque domos subvertit, & pacatas urbes ad bellum excitat.*

2. *Propositio.* Christiani Auditores! agite: disseramus hodie de pessimo hoc crimine, ejusque pessimos effectus sub considerationem trahamus. Videbimus sane linguam detractoris venenosis viperis, & serpentibus esse nocentiorem. Favete.

3. *Divisio.* Detractio ad mentem Divi Thomæ (*2. 2. q. 73. art. 1.*) est injuriosa læsio, qua fama alterius denigratur, additque Cardinalis Cajetanus; (*in Summa V. Detract.*) hoc fieri posse sive dicendo verum, sive dicendo falsum, sive asserendo, sive referendo, sive addendo, sive minuendo, sive interpretando, sive tacendo, seu quovis alio modo. Putant aliqui, non esse detractionem, si latens peccatum e latebris eruant, modo vera sint, quæ dicunt: putant alii, non esse detractionem, si crimen alterius cum augmento enarrent. Putant alii, non esse detractionem, si rem narratam referant: putant alii, non esse detractionem, cum innocentiam proximi non defendunt, ubi possent, & deberent. Omnes hi detractores sunt: est autem detractio gravissimum peccatum, quippe quemadmodum vipera tricuspide lingua sauciat, & uno ictu tria simul vulnera infligit; ita, inquit Sanctus Bernardus, (*de tripl. custod.*) lingua etiam detractoris comparata est: tres uno dicto gravissime ladit, videlicet seipsum, qui detrahit; audientem coram quo detrahit; & eum, cui detrahit. Quis non averletur vitium ter abominabile? Dilucidemus autem unum punctum post alterum,

§. I. *Detractio ledit illum, cui detrahitur non sine gravi tristitia læsi.*

4. *Confirmatio.* Primo quidem detractio gravissimum damnum irrogat illi, cui detrahitur; quia adimit illi, aut saltem imminuit boni nominis existimationem, famamque, bonum illud ingens, quod plerumque ab hominibus ipsi vitæ æquiparatur. Regius Psalmista, ubi de vitiis linguæ disserit, specialiter indignatur detractoribus, illisque pœnam a Deo destinatam sequentibus verbis comminatur: *Deus conteret dru-*

dentes eorum in ere ipsorum, molas leonum confringet Dominus. (*Psalm.* 57.) Non admiror, in hoc textu detractores dentibus comparari; quemadmodum enim cibi dentibus manducantium comminuuntur; ita detractor comminuit honorem proximi: verum admiratio dignius esse videtur, quod Psalmographus detractorem comparet dentibus leonum: *Molas leonum confringet.* Quæ convenientia inter detractorem, & leonem? percipite explicationem Cardinalis Hugonis: (*Ibid.*) *Leo*, inquit, *habet fœtidos dentes*: si in carne, aut alio quovis edulio denses delegat, tantum illi afflat fœtorem, ut ab aliis omnibus animalibus intactum relinquatur, ac naufeetur. Eadem est malignitas linguæ detractoriæ: si famam proximi mordaci dente arrodat, tantum illi afflcat fœtorem, ut ab aliis passim hominibus despiciatur, & contemptui habeatur. Esto, talem hominem esse virtuosum; esto esse artificiosum; esto, esse innocentem; nihilominus malus odor in eo remanet, quia, quod sinistri de illo vulgatum est, æterna memoria retinetur.

5. Quem autem ingenuum hominem non intimo dolore afflcat tam grande, & sæpe irreparabile damnum? quis est nostrum, quem non affligit factura unius floreni? tanto ergo major est afflictio hominis detractionem passi, quanto certius est neminem in orbe terrarum reperiri, qui suam boni nominis famam pro floreno habeat venalem. Hæc afflictio detractionis sæpe homines pios, & alias satis cordatos in immensam conjecit perturbationem, ac pusillanimitatem. Nonne Rex David erat sanctissimus, erat magnanimus leonum, & urtorum domitor, erat gloriosus Goliathi triumphator, erat Vir secundum cor Dei? & tamen aliquando impatientissime exclamat: *Redime me a calumniis hominum, ut custodiam mandata tua.* (*Psalm.* 118.) Plane exclamatio, quæ videtur Viro tam sancto indigna, & dedecens: quid enim? an non potest Rex David custodire mandata Dei, etiamsi non redimatur a calumniis hominum? Respondeo, potest quidem; sed ægre; quippe, ut enuntiat Ecclesiastes, (*Cap.* 7) *calumnia perturbat sapientem, & perdit robur cordis illius*: perturbatus autem animus non est expeditus, & alacer ad Divina servitia, ad orationem, ad custodienda mandata Dei: calumnia tam altum vulnus animo infligit, ut homo etiam pius, & quamvis sanctus diu noctuque illo occupetur, non cibum, non somnum bene capiat, de detentione sui nominis continuo cogitet, partes sui officii negligat, & in omnibus actionibus fastidiosus, ac perplexus fiat. Vide, mi detractor, quantum damnum proximo tuo irrogas. Scias autem, velim, Deum requisivisse in veteri Testamento, ut siquis proximam suum graviter fugillasset, non tantum compenset expensas in chyrurgos fictas, sed etiam damnum, & lucrum, quod interim fugillatus facere potuisset. Quid vulo dicere? nimirum tu, o detractor, Domino Deo compensare debebis non tantum ea peccata, quæ detractionem passus ex odio, ex fastidio, ex animi pusillanimitate commisit, sed etiam bona opera, & muneris sui functiones, quas interim omisit: consequenter, si fuit Sacerdos, & ex tædio consuetas orationes, Horas Canonicas, Sacrificia negligentius solito peregit: si fuit Superior, & ex tædio curam suorum genere, verbo, & exemplo prælucere neglexit: si fuit pater-familias, & ex tædio opificium, ac alimentationem familiæ cum damno uxoris, & prolium intermisit; in se, in te, tuamque detractoriam maledicentiam hæc peccata omnia coram Divino tribunali redundabunt. Quid dicis ad ista?

§. II. *Detractio nocet audienti.*

6. Jam pergamus ulterius. Alterum vulnus detractor triculpide lingua sua impingit audienti, quæ suæ malitiæ participem facit, & eadem una secum ruina involvit. Recte de detractoribus pronuntiat David: *Sepulcrum patens est guttur earum.* (*Psalm.* 5.) Cur comparat sepulcro, & quidem patenti? Respondet quidem Raulinus, (*tract.* 2. *de Mort.* c. 2.) quia detractor id, quod dudum æterna oblivione consepultum erat, denuo e tenebris eruit, & in publicum producit: *Exhumant mortuos, ut comedant, quod factum detractores diffamando, & publicando, quæ occulta sunt.* Verum ad rem nostram magis appolite Chrysostomus (*in Psalm.* 5.) ait, ideo detractorem comparari sepulcro patenti, quia sicut sepulcrum, in quo semiputre cadaver jacet, corruibus, quotquot accesserint, pestilentem halitum afflat; ita detractor omnes, quotquot nactus fuerit auditores, virulento peccati fœtore una secum intoxicat. Quæ enim differentia inter detrahentem, & audientem? non alia inquit Augustinus, quam quod primus habeat diabolum in ore, alter in aure.

7. Obstringi hic me arbitror, ut dedoceam errorem tam periculosum, quam vulgarem: sunt nonnulli, præsertim ex plebe, qui, quamvis detractionem facere sibi interdictum esse sciant, putent tamen, citra culpam detractionem se posse audire: atque ideo non solum avidis auribus imbibunt, quæ alter eructat; verum & nonnunquam laudant detrahentem, interrogationibus excitant, ulterius inquirunt, aut omnino mercede compensant. Error hic est decimanus: nonne enim, qui furtiva emunt, æque punibiles sunt, ac ipsi fures? ita qui detractiones audiunt, non minus coram Deo obligabiles sunt, quam qui faciunt. Si non esset auditor, non esset detractor; nec uno hilo unus melior est, quam alter: detractores cum suis detractionibus non veniunt ad conscientiosos, sed ad perversos, sicut mercator, qui pannos villosos, ac crudo gaufapa vendit, non ad aulas Principum venit, sed ad mapalia rusticorum, apud quos sperat venditionem. O quam præclare hanc rem infignis ille Angliæ Cancellarius, Thomas Morus, amicorum nonnemini exprobravit! amicus iste exarravit illi, quod hesterna die pessime fuisset traductus, cui Thomas: alter non tam libere detraxisset, nisi tu tam libenter audivisses: &c. (*in Vita Thomæ Mori.*) Quæret hic forsan nonnemo, quid igitur agendum sit, cum in hoc, vel illo conventu discursus detractorii consurgunt? Respondeo, quæso, quid faceres, si habitus loquentis esset venenosus, ac pestilens? quod tunc facturus esses, hic & in præsenti proposito: interrumpendus est sermo, displicentia exhibenda est, aut si fieri aliter nequeat, abeundum est: &c.

§. III. *Detractio gravissime notat detrahentem.*

8. Tertium tamen, illudque gravissimum damnum detrahentes sibimet ipsis infligunt, dum conscientiam periculoso, eoque nonnunquam insanabili vulnere lædunt. *Convertí sunt in arcum pravum*, ait de illis Psalmographus: (*Psal.* 57.) quid intelligitur per arcum pravum? Sanctus Hieronymus (*ap. Speranz. script. fol. pœnit.* 115.) exponit, arcum pravum esse, qui dum contra inimicos sagittas jacere putatur, sauciat tenentem. Infelices detractores! tenent quidem arcum suum, & maledicentiæ sagittas contra proximum, *ut sagittent in obscuro rectos corde*; (*Psal.* 10.) verum teipsos, id est, conscientiam suam gravissime vulnerant. Quid evenit Mariæ sorori Moysis? (*Num.* 12.) murmuravit contra fratrem, cumque coram Aarone detractionibus profecit, & ecce mox tædiosa lepra occupata, ejusque *caro* in supplicium criminis a voracissimo morbo depasta est. Hæc lepra symbolum, ac indicium esto, quam abominabilem faciem induant detractores coram oculis Dei.

9. Dixi, detractorum vulnus esse nonnunquam *insanabile*, idque specialiter addendum putavi propter difficultatem restitutionis: cum enim ex una parte de furtis famæ idem pronuntiatum procedat, quod de furtis fortunæ: *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum*: (*S. Aug. Ep.* 54. *ad Macedon.*) ex altera parte cum difficultas hæc restitutionis valde ardua sit, reuco procerto, quod multi potius æternum intereant sint, quam revocationem illatæ calumniæ eo modo faciant, quo deberent. Nobis Sacerdotibus, quibus difficultates conscientiarum in arcano tribunali patent, mirum esse non potest, quod ajo; quid enim ibi frequentius, quam quod ictiusmodi detractores, cum ad revocationem dictorum obstringuntur, incipiant mercuri, licitari, lamentari? O mi Pater, inquiunt, tantum hoc non. Sum Vir honestus, non possum me ipsum inculare mendacii: volo subire aliquot dierum jejunia: actum agis, revocandum est: volo largissimas eleemosynas facere: actum agis, revocandum est. Volo peregrinationes instituere: actum agis revocandum est. Revocandum, aut ardendum est. &c. Mettorabilem, ac omnibus detractoribus metuendam historiam narrat P. Hieronymus de Lanuza: (*hom.* 13. §. 11.) audite, & exhorrescite. Mutabatur, inquit, Afcalæ Pater Alphonsus a Castro Fratrum Minorum de observantia, Vir inter totius Hispaniæ doctissimos celebris: ad hunc nobilis quidam accessit postulans remedium peccato, in quod pridem collapsus fuerat; nempe cum inter primarios aulæ nobiles versaretur, jactavit se falso, ac mendaciter, quod pro libitu puellam quamdam nobilem ad usum turpem haberet, idque tanrummodo dixit ad propriæ laudis aucupationem: Respondit ille Doctor Alphonsus: Domine, peccatum hoc nullum capit remedium, periisti æternum. Exhorruit nobilis, & mœrore fere contabuit. Profectus est igitur Salmaucam ad Patrem Franciscum de Victoria, cui conscientiam male afflictam aperuit: Pater mi, adsum vobis, quo tristior nullus in mundo: casus mihi infaustus contigit, cujus remedium quærens consulsi Patrem Alphonsum de Castro, qui inquiebat, actum esse de me, desperatam esse salutem animæ meæ. Solatus est afflictum Confessarius, nullumque ajebat esse peccatum adeo grave, quod careat remedio: dic mihi, Domine, quis ille casus? coram Curiæ primatibus famam puellæ nobilioris graviter læsi. Grave peccatum: at super est remedium. Exiliit præ gaudio nobilis, atque, Pater mi, videntur mihi hoc tuo responso cæli dilatari; dic, quid agam? Respondet Pater: Hoc tibi agendum, ad omnes illos redi, coram quibus detraxisti; dic, te fuisse mentitum; atque potest, te hoc non dicere ex urbanitate, juramento confirma. Eheu! Pater mi, Nobilis sum, qui hoc perficiam? quantum per hoc honori, ac dignitati meæ derogabitur! absit, ut hoc faciam. Nunc ait Pater Franciscus de Victoria, nunc tibi dico, quod optime responderit P. Alphonsus de Castro, nullam esse salutis spem; superesse nihil aliud, nisi æternam damnationem. Quo nobilis ille possiminio pervenerit, nescitur; hoc tamen certum est, nisi adhibuit præceptum restitutionis remedium, ardet indubitanter in inferno, cum aliis suæ farinæ detractoribus, &c. &c.

10. *Epilogus.* O Christiana anima! Exhorresce periculosissimum detractionis crimen: iterum clamo, exhorresce: nihilque aliud adde, quam Spiritus Sancti monitum illud per os sapientis: *Attende, ne forte lapsus sis lingua, & sit casus tuus insanabilis ad mortem.* (*Eccli.* 22.) attende, attende. Amen.

Domi-

Dominica XI. Post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

Agitur contra linguam lascivam, detegunturque enormia animarum pericula, quæ ex Verbis impudicis oriuntur.

Et exspuens, tetigit linguam ejus, & suspiciens in cælum, ingemuit. Marc. 7.

EXORDIUM.

Christus visa lingua ingemiscit. Quia in ea lutuitur est omnis lingua vitia.

1. PRofecto rem insolitam, ac raro auditam enarrat hodiernum Evangelium, nempe Jesum ingemuisse, dum surdo, & muto homini vinculum linguæ solvit: Perlegite, Auditores, totam Dominicæ Passionis historiam, decurrite mysteria omnia agoniæ, flagellationis, coronationis, illusionis, & crucifixionis, & non invenietis tormenta tam acerba, quæ Christo suspiria expresserint: quod autem non potuit integra Passio, potuit unius linguæ intuitus: unde admirabundus exclamat Bernardus: (*ap. Transeor. Gall. cant. fol. m. 964.*) *O bone Deus! Transeor. Gall. cant. fol. m. 964.*) *O bone Deus! transeuntis mille tormentis, & non gemis: & excruciaris mille tormentis, & non gemis: & efunc tibi impiorum ad linguæ salutationem gemis? efunc tibi impiorum ad linguæ salutationem gemis? linguæ severior omni morsu telo?* Quæ causa vero subfuit, quod linguæ fanatio Christum ad gemitus, & turbationem spiritus commoverit? credite, non alia, quam quia in una lingua quasi in compendio conspicit vitia omnia, quæ a lingua originem trahunt: Doctissimus Jeremias Drexelius integrum librum de vitiis linguæ conscripsit, ubi secundum Alphabethum agit de lingua adulatoria, de blasphema, de contentiosa, de detractoria, aliisque, eumque librum erudite intitulat, *Orbis Phaetons*; quemadmodum enim juxta Poetarum commenta Phaeton, ignarus currum solis agere, orbem incendit: ita lingua maledica odiis, dissensionibus, rixis, hostilitatibus belli, & mille malis orbem inflammat. Quis fuit architectus primi in orbe mali, nempe infelicis comestionis pomi in paradiso? nemo alius, nisi loquax lingua serpentis: ab illo tempore, quotquot iniquitates, contentiones, blasphemiæ, perjuria, micitiæ, hæreses, aliaque mala mundum turbarunt, ut plurimum a lingua originem traxerunt, ita ut merito asserat Augustinus: (*l. de Nat. & Grat. c. 15.*) *Lingua inquietum malum, plena venenosissimo, utique nocentiore, quam bestiarum, & serpentum; nam illud carnem interficit, hoc vero animam.*

Sermo erit de lingua lasciva.

2. *Propositio.* Christianæ animæ! nos de tot, tantisque malis unicum hodie sub consideratione trahamus, loquamurque de lingua lasciva, nostris temporibus frequentissima, sed & damnosissima. Specialiter, cujus præ ceteris me commoneat hodiernum Evangelium; scitis, in quo? in eo, quod Christus vitia lingua exspuerit; quotiescumque enim homo Christianus videt; vel audit linguam lascivam, merito præ nausea exspuere deberet. Favete.

Quæ sint verba lasciva.

4. *Confirmatio.* Non opus est prolixe explicari, qui per verba lasciva intelligantur; per se enim, sicut campana ex sonitu, ita ex suo tenore satis nota sunt: ut paucis dicam: verba lasciva sunt ea, quæ agunt de iis rebus, quas homines verecundi cum rubore, procuces cum risu excipiunt: sunt ea, quæ impudicitiam propagant, & alios in peccatis instruunt. Imaginamini vobis infantulum inter Catholicos natum: quæso, nisi innocens hic pusio audiret inhonesta, quomodo sciret garrire talia, priusquam bene scit Pater, & Ave? quæso, nisi instructetur ab impudicis, quomodo nosset hæc & ista, priusquam novit Fidei Principia? hi pueili pipiunt ad cantum majorum volucrum; fiscant, quæ a majoribus fieri vident; garriunt, quæ a majoribus garriri audiunt, ita ut ait Augustinus: (*Psal. 136.*) *Quid fatturus est adhuc infans, anima tenera attendens ad majores, vix id, quod est videris agere?*

Turpiloqui sedent in cathedra pestilentiæ.

3. Sanctus Psalmista David, ubi de homine justo loquitur, beatum dicit Virum, *qui in cathedra pestilentiæ non sedit.* (*Psal. 1.*) Mirabilis dictio! quid est hoc sedere in cathedra pestilentiæ? sanctus Bernardus (*serm. 35. in parc.*) illum vocat pestilentem Doctorem, qui pessimo suo exemplo quasi docet, aliosque in peccando instruit: *Sedet, qui docet, exemplo suo docens peccare alios.* Porro non sine singulari ratione, & mysterio vocatur hæc sedes cathedra pestilentiæ; sedendum enim ex Sancto Basilio, duplex esse peccati genus; unum se habet per modum morbi vulgaris, uti febris, hecticæ, phthisis, herniæ, tabuli, & similium, quæ solum illi nocent, quem occupant. Alterum peccati genus habet se per modum suis contagiosæ, quæ etiam aliis toxicum affiat: ab uno homine pestifero tota domus, ab hac domo tota vicinia, ab ista vicinia integra urbs, & ab urbe nonnunquam mediante venenoso aere, integrum regnum inficitur, & intoxicatur. Proinde, ut explicat David grande nocumentum, quod ab eo provenit, qui alios peccare docet, cathedram ejus, cathedram pestilentiæ nuncupat; ab uno enim lascivo fabulatore sensim virus ad alios, & alios non sine gravi animarum ruina propagatur: audiamus verba S. Basilii: (*Psal. 1.*) *Pestilentes solet Scriptura vocare, qui non solum ipsi perierunt, sed etiam in alios pestem suam juxta pestilentis morbi rationem transferunt.* O mundi immundi, ne tu certe mundior fores, nisi per immunda colloquia propagaretur immundities.

Turpiloquium admiti verecundiam.

5. Præterea & ex alio capite obscena verba merito pesti comparantur: sicut enim pestes ordinarie præter editam hominum stragem etiam Medicorum industriæ, & medicis diu pertinaciter obsistunt; ita illa non tantum peccata seminant, sed & præcipuam fere peccati medicinam evertunt: quæritis, quid per hanc peccati medicinam intelligam? intelligo verecundiam: hæc ex singulari Dei Providentia est, virtutum omnium, & maxime pudicitiæ custos; cum enim verecundia sit ingenuus ille timor, quo fugimus infamiam, ex scelere admisso nascituram, æquum est, ut tanto studiosius hæc verecundia peccatum aliquod caveat, quanto illud est magis pudendum. Quis autem dubitat, quin luxuriæ peccata omnium maxime pudenda sint? pertinet igitur ad verecundiam hæc præ ceteris averlari. Atque hujus rei haud pulra habemus heroica exempla, & generosa spectacula; sæpe timor ille, quo dedecus flagitii exhorrescimus, in prava occasione magnos animos subdidit sexui etiam illi, qui alioquin timiditissimus est, adeo ut robur ille, quem vultu præferebant, instar vexilli purpurei fuerit, quo omnes animi facultates ad propugnandam castitatis arcem convocabant. Atque istud tam nobile peccatorum frenum, pura verecundia per obscena colloquia rumpitur, ac tollitur: pone innocentem animulam, quæ antea nulla non fuit vel umbram minus honeste locutionis absque vultus rubore nominare; pollquam unica vice minus pudice confabulationi interfuit, jam desiscit erubescere, & in malo magis audacula incipit corridere, ac conspirare. Sicque evenit, ut quæ paullo ante facta est lasciviæ discipula, paullo post fiat ejusdem magistra. O infelix magisterium!

Idæ singulariter excitatur a demone: turpiloqui sunt demonis apostoli.

6. Hanc ob rem indubitanter credo, quod quoties hi Veneris nugivenduli os aperiunt, numquam id faciant sine peculiari mali dæmonis ope, ac instinctu, qui per nullam aliam artem magis impietatem disseminat, simoque regno pinguius lucrum conficit, quam per verba impudica. Vultis, Auditores, ut affectum hoc explicem? auscultate attente: Infernalis animarum Prædo, tanquam spiritus superbissimus, non sofum suæ creationis tempore, sed hodiedum vult similis esse Altissimo; ideo omnia ea honoris insignia, quæ Deo deferuntur, cupit æmulari: vidit Deo ædificari templa, & hæc etiam sibi ædificari procuravit ab ethnicis idolorum adoratoribus: vidit a Deo patrari miracula, & hæc etiam ad apparentiam patravit per magos Ægypti: vidit a Deo mitti Prophetas, & statim insecitavit pseudo-prophetas in hæresiarchis, & sectarum, ac schismatum compilatoribus: denique, ut ad rem nostram loquar, vidit a Deo ad prædicandum Evangelium ablegari Apostolos, & confestim etiam sibi ad prædicandum impietatem de Apostolis circumspexit: itane est, ut audio? habemne dæmon etiam suos Apostolos? ita est, ita est: quinam sunt illi? sunt impudici nugatores, Veneris tubicines, de quibus

nobis sermo: hi Apostoli sunt dæmonis, quem in perversione animarum fisenue juvant, nimocentiam expugnant, lasciviam docent, ad pudenda facinora clandestina canunt, & tam suas, quam audientium conscientias infernali nigredine conspurcant. Ecce, O parentes, qui de rebus matrimonialibus coram juventute incaute, ac impudenter formocinatis, ecce, quam egregium munus administretis! Apostoli dæmonis estis. Ecce, O loquaces ranæ, quæ in gurgustiis, in commessationibus, in visitationibus, in popinis, in choreis pudendissima quæque coaxatis, ecce quam egregium munus administretis! Apostoli dæmonis estis. Ecce vos Syrenes, quæ in vestris conventiculis ejusmodi cantilenas, ex ore prognatas, de rebus amatoriis modulamini, ecce quam egregium munus administretis! Apostoli dæmonis estis. O mei Christiani, quid agitis? cedite obsecro flygium latronem in deprædandis animabus adjuvare, ille per se satis industrie, ac callide tamen suum agit, tentationum recta tendit, non opus est vobis adjutoribus, aut dicite, obsecro, qua mercede conducti estis a dæmone, ut animas inferno submittatis, & Christo, tam pretioso sanguinis litro redemptas, furto auferatis? &c.

Nec dicant, fuisse tantum jocos, & æquivocationes, aut, non fuisse periculum scandali.

7. Scio quidem, quid respondere soleatis: hæc enim excusatio sollemnis est lascivientibus linguis, si de periculo admoneantur: dicunt, fuisse tantum jocos, fuisse ostentationem ingenii, fuisse æquivocationes: quid autem tum? quid refert, si hujusmodi æquivocationes turpitudinem oleant? apud Oseam interdicit Deus Sponsæ suæ dilectæ, ne porro ausit se, nempe Deum vocare *Baali*; verba Prophetæ sunt: *Et erit in die illa, ait Dominus, vocabis me Virum meum, & non vocabis me ultra Baali.* (*Oseæ 2.*) Quid rei ergo significat hæc vox *Baali*? juxta Calparum Sanchez significat Sponsum, aut Dominum. Si ita est, cur ergo Deus non vult eo nomine vocari? audite eruditam instructionem memorati Doctoris: quamvis hæc vox Baali nihil inhonesti sonet, nihilominus a Deo respuitur; quia etiam idolis communis est, & consequenter æquivocationem spirat tam veri, quam falsi Dei: quo facto commotere nos voluit Deus, inquit Sanchez. (*in Oseæ c. 2.*) *Ne quid eorum loquamur, quod aliquid oleat aut magis illorum, aut minus pudicum, qualia sunt verba, quæ licet non nefaria, tamen propter paronomasiam, aut sui affinitatem, aliquid possunt olere nefarii.* O Verba æquivoca væ vobis! quoties nefanda similiaritas ab ambiguitate tallum verborum originem traxit!

8. Alii dicunt, non fuisse periculum scandali, puerulos adstantes necdum fuisse doli capaces, & quæ sunt similia. O frivolam palliationem! utinam abesset scandalum! utinam non ab experientia conflarent grandia nocumenta,

quæ oriuntur et incauto verbo in cor innocentis animulæ delapso! nunquam vitiliis, Auditores, in præalta rupe, aut macieia ficum aut aliam arbusculam excrevisse? quæso, quis arborem ibi plantavit? nescitis? ergo ego dicam: contigit forte, ut volucris ficum arroserit, & granum fici e rostro adhærens illuc demiserit, ibi granulum in cavitatem alicujus lapidis decidit, atque accidente pulvere, quem ventus illuc deportavit, pluviis, & sole, radices egit, & tandem in arbusculam progerminare cœpit. Hæc similitudo historia est in nostro proposito: O quoties ex improvido verbo, in cor audientis delapso, pessimi fructus eruuntur! id quod Gentilis Seneca deplorans, inquit (*Ep.* 124.) *Horum semina multum nocent.* Quid noceat? parvulus audiens nondum est maturus, nondum dolli capax. *Etiamsi non statim efficit, semen in animo relinquit, sequiturque nec etiam, cum ab illis discesserimus, refurrecturum pectia malum.* Accidit fortasse, ut verbum impudicum in cor audientis decidat: & quamvis persona illa audientis rupes, aut murus videatur caffitatis, quid sit? actedit curiositas, & pruritus indagandi, quid hoc rei sint? retinentur in memoria, dæmon suggerit varias imaginationes, malignum semen radices agit, propullulat in pravas cupiditates, fert fructum malorum operum, & tandem excrescit in arborem malæ consuetudinis: unde tot mala, nisi ex primo semine impudici verbi, quod informalis volucris rostro in cor illud tulit? Væ illi, si malorum omnium exinde excrescentium rationem Divinus Judex repetat! &c. &c.

9. *Epilogus.* Dilectissimi Christiani! Vos cauti ac circumspecti estote, & si quis inter vos hactenus fuit turpiloquus, hodie adhuc renuntiet diabolico muneri, quod in animarum ruinam gerit, nisi malit leveram Dei gumentis manam experiri; nihil novi enim est, scandalosos ejusmodi blateones a Deo in flagranti fuisse percussos: placet audire, quid in vita S. Valarici enarretur? (*Riuadeu. T. 3. 1. April.*) S. Abbas, hyemali tempore itinerans, in via divertit ad domum, ubi Sacerdos, & Prætor loci pudendis miscebant colloquia: dehortatus est utrumque S. Vir, & pulle se gelu rigescere, quam id locum hunc Veneris diutius morari, ajebat: sed quoniam fruitantes erant monita, abiit, & etiam pulverem pedum in impia limina excussit. Quid evenit? paullo post Sacerdos (heu muneris sui oblitus, non pastor, sed mercenarius) utroque oculo captus est. Prætor autem repentino carcinomate contabuit. O si Divina Justitia semper turpiloquium ejusmodi pœnis plecteret, quot hominum e consortiis, e propriis, e choreis, e fori, ac molibundi rediremt! Vos, Dilectissimi, discite alieno damno sapere: nolite partem habere cum vetulis judicibus, sed cum Susanna, non cum Pittiphariæ uxore, sed cum Josepho, ac semper concludere cum S. Paulo: (*Ephes.* 5.) *Fornicatio, & omnis immunditia nec nominetur in vobis, sicut decet Sanctos.* Amen.

Dominica XI. post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Ostenditur, casus omnes in hoc mundo a Domino Deo providissime ordinari, adeoque debere nos in omnibus plene esse contentos.

Bene omnia fecit. Marc. 7.

EXORDIUM.

Sicut cæcus male judicat de arte statuaria, ita nos male judicamus de Providentia Dei in hoc mundo.

1. Si cæcum quemdam hominem, rationis tamen usu quam optime pollentem, contingeret ingredi in officinam sculptoriam, esque fas foret, non tantum artificiosas imagines, sed insuper totam artis supellectilem utpote scalpra rudiora, malleos, limas, serras, toreumata, uncinos, aliaque manibus explorare, miraretur quidem primo, & vix non risu exploderet instrumentorum varietatem; nihilominus, cum dici sibi audiret, hæc omnia in usum esse pertissimi artificis, qualis nec celeberrimus Phydias, nec Polycletes, nec Lysippus olim fuerant, profecto hac sola notitia contentus, demisso supercilio, artificis consilia veneraretur. (*Card. S. Fanerat. in modo prædest.*) Quod fingere lubet, hunc cumdummodo cæcum eo ipso temporis momento oculorum usu donari, ac pretiosissimas statuas Minervæ, Jovis, aliasque coram intueri, proquantis ille encomiis ea, quæ paullo ante ignorans culpaverat, celebrare, clamareque inciperet; *Bene omnia fecit!* (*Marc. 7.*) Christiani Auditores! versamur in hoc mundo, tanquam in officina Providentiæ Divinæ: videmus ex una parte fortunæ prosperæ insignia, uti dignitates, coronas, infulas, purpuras, fasces; ex altera parte fortunæ adversa flagella, uti bella, morbos, sterilitates, incendia, grandines, persecutiones, aliaque mala, quæ Dominus Deus, velut artifex instrumenta, in manu tenet, & vitæ hujus cursum mirabili varietate distinguit. Videmus hæc omnia, inquam; sed ad quid sint? cur sint? quem in finem? plane ignoramus & cæcutimus. Hinc est, quod multi hac ipsum Providentiæ ordinem imprudentes allaturare audeant, & res humanas aut nullo consilio Regi, aut ab hominum ordinatione dependere, aut ab improviso casu provenire arbitrentur.

Deus omnia bene ordinat in hoc mundo.

2. *Propositio.* Christianæ animæ: *Sanite de Domino in bonitate.* (*Sap.* 1.) Deus est, qui hæc omnia ordinat, atque hoc solum vobis in hac vita sufficiat, ut venerabundo vertice ejus consilia adorantes, conclusionem statuatis: Ergo *Bene omnia fecit.* In hac vita, inquam; plenam enim hujus rei notitiam habebitis tunc, cum, abstersa hujus mortalitatis caligine, arcanum Providentiæ consilium, finesque altissimos clare intuebimini. O quanta cum admiratione justa, & exultatione ingenium Divini Artificis tunc diludabitis!

3. *Divisio.* Inauditæ crudelitatis spectaculum edidit Astyages Rex. Uni ex satrapis suis, nomine Harpalo clam eripuit, mactavit, assavit filium, assatasque carnes patri devorandas apposuit. Finita mensa, jussit reliqua obtruncati filii membra afferri, interrogavitque: quomodo tibi placent ista? Quid Harpalus econtra? an sævit? an stricto mucrone in tyrannum involavit? neutiquam. Respondit: *Quidquid fecit Rex, illud mihi placet.* (*Herod. Halicarn. l. 3. c. 5. §. 3.*) Obstupescite lydera! homo gentilis in extrema immunitate, in gravissima afflictione contentus est, tolerat crudele facinus ex eo solum, quia Rex fecit, quamvis tyrannus, impius, sceleratus. Et homini Christiano grave accidat peccato, tranquilloque animo perferre Dei Optimi, Maximi dispositiones? Quæris, qua ergo arte in omnibus mundi adversitatibus homo se Divinæ voluntati conformare queat? Quæsivit olim S. Catharina Senensis (*Dialogo*) a Christo Domino, & responsum accepit, brevissimam hujus conformitatis viam esse, si viva fide crederet, Deum esse *Patrissimum*, atque adeo sine ejus permissione nihil posse illi accidere. *Sapientissimum*; atque adeo omnia, quæ illi accidunt, in bonum illius vergere. Et *Optimum*; atque adeo nihil, nisi quod optimum est, eum posse permittere. Adeo hanc potentiam, hanc sapientiam, hanc bonitatem.

§. I. *Deus est potentissimus: ergo bene omnia facit.*

4. *Confirmatio.* Primum igitur fundamentum, quo plena cum resignatione adversis mundi acceptare, & dicere debemus: *Bene omnia fecit*, est *Potentia* Dei, sine qua nihil unquam in mundo accidere potest. Quid? an ergo sine Dei nutu non potest terra sterilescere, malignis planetarum influxibus depravari, motibus concuti, dihiscere? non potest: an ergo sine Dei nutu non potest aqua limites suos egredi, campos inundare, segetes suffocare? non potest. An ergo sine Dei nutu non potest acr procellis turbari, tempestates ciere, grandines vomere? non potest: an ergo sine Dei nutu non potest ignis e nubibus prorumpere, ædes, ac habitacula in cineres dare? non potest: numquid voluit Nabuchodonosor tres pueros in camino ignis Babylonici comburere? Deus cohibuit vim ignis. Numquid voluit Pharao Israelitas perdere? Deus aperuit fugitivis viam in medio mari. Numquid voluit Holofernes Bethuliam depopulari? Deus per unicam feminam eluit consilia fastuosa ducis. Numquid voluit Senacherib Jerosolymam evertere? Deus protexit urbem per vastatorem Angelum, qui una nocte octoginta quinque supra centena millia hostium delevit. Dico longe minus, quo minus vix dici valet: sine Dei nutu nec unicus capitis mei capillus pereat. Dicite, Auditores, *nonne duo passeres asseruerant?* quid vilius, quid contemptibilius uno passere? & tamen affirmat Christus Dominus: *unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro.* (*Matth.* 10.) Cum ergo Divina Providentia adeo caute ordinat casus omnes, suaque potentia tam sollicite temperat agentium naturalium vim, ut nec unicus terræ vermiculus sine illius voluntate pereat, pro quantum id mihi solatium esse debet in afflictionibus, cum sciam, quod nec hominum malitia, nec ipse diabolus plus mihi nocere valeat, quam Deus velit! Esto, quod ager sim, tamen nec uno momento diutius ero in doloribus, quam Deus velit. Esto quod pauper sim, tamen nec unico obolo pauperior ero, quam Deus velit. Esto, quod in persecutionibus sim, tamen nec unico verbulo plures injurias tolerabo, quam Deus velit: *Bona, & mala, vita, & mors, paupertas, & honestas a Deo sunt.* (*Eccl.* 11.) &c. Quid mirum, quod Sancti Dei adversitates, persecutiones, & quidquid malorum in mundo est, nulla ratione expaverint, sed intrepida animi æquitate sustinuerint? Exemplo sit unicus S. Lupus Episcopus Trecensis; postquam truculentus ille Europæ devastator Attila cum immenso Hunnorum exercitu Trojam Galliæ urbem appulit, quid egit sanctus Vir? si humanis consiliis agere voluisset, debuisset utique muros, ac munimenta erigere, cives ad arma concitare, ballistas, machinasque bellicas auxilio adhibere. Sed contraria omnia fecit: portas urbis reseravit, Attilamque salutavit: *Salve flagellum Dei.* (*Naucler. vol. 2. ap. Rodrig. p. 1. tr. 8. c. 83.*) An non temeritas erat hostem intra muros recipere? non erat; sciebat enim, sibi, suisque nec capillum capitis motum iri, nisi Deus velit; ideo Attilam flagellum Dei vocavit; non potest enim flagellum vel unicum ictum vibrare, nisi ferientis manu dirigatur. *Bene omnia fecit.*

§. II. *Deus est sapientissimus; ergo mala omnia, in bonum sint conversura.*

5. Altera ratio, quæ nobis in quibuscumque fortunæ eventibus plenam animi serenitatem persuadet, est *Sapientia Dei.* Deus est sapientissimus; ergo potest mala omnia, quæ permittit, in bonum hominis convertere: intuimini ægrum, qui virulento corrumpatur pedem infectum habet: adsunt igitur Medici, adsunt Chyrurgi: ille sanguisugas adhibet, alius amaricatas potiones propinat, alius inutile, & jamjam ardoribus degustum membrum chordis ligat, alius ferro a corpore avellit. (*S. Greg. l. 3. Mor. c. 31.*) An hæc omnia tolerat ager? tolerat libentissime. At tormenta sunt; scient archiatri hæc tormenta in ægrotantis salutem convertere. Christiani Auditores! non hæc mea similitudo est,

sed S. Gregorii : vult nos animare S. Doctor, ut sicut afflictissimus ejusmodi æger consilii in arte chyrurgorum, quamvis fallibili, & erronei ; ita nos in infinita Dei sapientia, quæ e malis bona eruere utique quam optime novit, fiduciam omnem collocemus. Hujusmodi artificis Divinis plena est omnis Scriptura : e millibus unum adducamus Joseph um Ægyptiacum, (*Gen. 39.*) a fratribus ex invidia limelite, venditus, in Ægyptum ductus, mancipatus (traditus), Domina, Putiphatis uxore, turpissimi furtivi oculatus, & in stuprum conjectus est. Quis non credidisset actum esse, oppressum, occisum, ejus dum esse innocentem pavoneis ? & ecce : hæc ipsa venditio, accusatio, incarceratio, ita disponente Dei sapientia, ceslit in ejus gloriam. *Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum, ut exaltaret me.* (*Gen. 50.*) Quippe in carcere Regis somni interpres factus, ad solium, & totius regni clavum evectus est. Ecce, ait S. Basilius Seleuciensis, (*or. 8. de fer.*) *Josephi fratres, quæ impedire voluerunt, palam confecerunt, & per eas actes, quibus maxime insecerunt, cooperatores reperti sunt.* Christiana anima ! Ex hoc duplex tibi documentum influito : In primis cum adversitatibus premeris, stolt imprudenter Dei Providentiam accusare : secundo : Deus oblivis est mei, plus viribus meis gravari me permittit, malleni habere afflictionem quamcunque aliam, quam illam, & quæ finillia sunt ; Dei enim voluntas totius vitæ, ac felicitatis nostræ regula est ; qui sine regula ædificat, an putas aliud exspectabit, quam ruinam ædificii ? Deinde, etsi ab amicis, intimis, consanguineis, ipsisque fratribus adversa patiaris, tamen erecto in cælum animo dic : *Bene omnia fecit* : indubitanter enim credo, Deum præstolari opportunitatem temporis, quo e malis bonum tuum erlar. O quantum tunc miraberis, quod sapientissimus Deus ex nocentissimo veneni potuerit confecere tam præstantem theriacam ! &c. Dicis forte : scio quidem, quod Deus id possit ; at dubito, utrum velit. Ergo tertium tibi confidentiæ motivum suggero.

§ III. *Deus bonus est, ergo bona sunt omnia quæ facit.*

6. Quid est *Bonitas* Dei ? Deus est *Optimus* ; ergo omnia, quæ facit, optima fiant : argumentum hoc est S. Hieronymi : (*in Epist. ad Paulam de obitu Blesillæ.*) *Bonus est Deus, & omnia, quæ bonus facit, bona sunt, necesse est.* Natura ipsa ita ordinavit, ut quodcumque agens naturale producat sui simile, ita leo producit leonem, ursus ursum, aquila aquilam, neque auditum est a facultis, quod unquam leo serpentem, ursus draconem, aquila basiliscum genuerit. Et si autem generandi facultatem haberet, certe nisi nisi aurum produceret. &c. Cum ergo Deus ex natura sua Bonitas sit, certe ea omnia, quæ producit, nil nisi bona erunt : Hinc sequitur, quod omnes rerum humanarum eventus etiamsi cæteroquin prosperi sint, ex fastigium boni non sint, sed unice ex Dei voluntate suam bonitatem sortiantur, consequenter nullatenus paradoxa tibi videri debent, si asseram, melior est ægritudo, si Deus velit, quam sanitas ; melior est paupertas, si Deus velit, quam divitiæ ; melior est perfectatio, si Deus velit, quam labor totius mundi. O quam alte hanc doctrinam animis suis imbibitam habebant Sancti ideo, quamvis nonnunquam a Deo inter bonum & malum optionem recperint, adduci tamen haud poterant, ut ita electionis, sed unice Divinæ voluntatis arbitrium sequerentur. Beata Margarita, (*Lucchius 23. Nov.*) e Ducibus Sabaudiæ nata Princeps, & Theodori Paleologi Marchionis Montferratensis uxor, mortuo marito, ordinem S. Dominici amplexa est ; in hoc perfectionis domicilio unice virtutibus intenta, agrotis, ut ipsamet ægra, diu noctuque serviebat, eorumque ulcera propriis manibus purgabat : singulis noctibus tres, quatuor, aut plures horas orationi dabat : ad præclarissimas Principum nuptias invitata constantissime resistebat : a Beatissima Virgine, aliisque Cælitibus frequenter visionibus recreabatur. Verbo, adeo erat Sanctitatis prodigium, ut in illius obitu cum pompa ultro contonare, & Sancti Cælites in suis comitatu amœnissime cantare auditi sint. Hæc olim sancta, gravissimis morbi doloribus afflictata, Christum Dominum spectabilem habuit cum tribus lanceis, uni interiptum erat : *Calumnia*. Alteri : *Morbi*. Tertiæ : *Persecutionem*. Inter tria hæc mala ei Dominus optionem obtulit. Quid elegit Margarita ? elegit, quod Deo placeret ; nec adduci potuit, ut sortem suam ipsa præriperet, paratissima constanter perferre, quidquid Deus decreverit. Cur non hinc voluntatis arbitrium secura est ? quia nempe quam optime novit, id fore optimum, quod Deus voluerit.

7. *Epilogus.* Audis hæc, Christiana anima : Dei voluntas est norma omnis Boni. *Bene omnia fecit.* Deus *Potentissimus est* : ergo non potest ulla creatura te contristari ultra, quam Deus velit. Deus *Sapientissimus* est ; ergo e malis, quæ pateris, novit bona eruere. Deus *Optimus* est ; ergo non possunt non esse optima, quæ ex illius voluntate proficiscuntur. Erige igitur oculos, & confitere in omnibus adversitatibus : *Bene omnia fecit.* Dic cum afflicto Davide. (*Psalm. 38.*) *Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti.* Non conquerar, non lamentabor, non inordinate tristabor : *Quoniam tu fecisti* : non mundus, non diabolus, sed *Tu*, qui es *Potentissimus*, Tu, qui es, *Sapientissimus*, Tu, qui es *Optimus*. &c. Amen.

Domi-

Dominica XII. post Pentecosten.

CONCEPTUS L

De grandi beneficio Vocationis ad Fidem, & quantam id nobis obligationem pariat.

Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Luc. 10.

EXORDIUM.

Regina Saba felices reputat subditas Salomonis, sed felicitores sunt Christiani.

1. CUm Regina Sabe urbem Jerosolymitanam ingressa, audivit sapientiam Salomonis, cerneretque magnificentiam domus, quam ædificaverat, cibos, qui quotidie mensam ejus occupabant, habitacula servorum, & ordines ministrantium, qui in ejus servitiis adstabant, vestes pretiosas famulantium, & immensam auri, argentique suppellectilem, obstupuit vehementer, & inter alia Regis præconia edixit est : *Beati viri tui, & beati servitui, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam.* (3. Regum 10.) &c. Verum fecellant umbræ, triumphet veritas. Salomon typus fuit Christi Domini, supremi cæli terræque Regis, ait Cornelius a L. (*hic*) magnificentia domus ejus præsignabat Ecclesiam, de cujus incolis, ac habitatoribus potiori cum jure exclamo, quod Regina illa de ordinibus ministrantium, *Beati Viri tui, & beati servitui, qui stant coram te semper.* O Christianæ animæ ! vestram felicitatem hodie admitor, quæ a Deo ad veram salvificam Fidem præ mille aliis vocatæ estis. Vobis datum est, in hoc templo coram Eucharistico Salomone adstare semper : vobis fas est per annum integrum audire Sapientiam ejus in prælectione Evangelii, & Verbi Divini : vobis singulariter concessum est intueri, & admirari divitias ejus, id est, Sacrificia, Sacramenta, gratiarum auxilia, piorum exempla, sacrorum librorum, indulgentiarum, & reliquiarum thesauros. Non continco me, quin cum magna animi exultatione vobis gratuler his Evangelii verbis : *Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis* : (Luc. 10.)

2. *Propositio.* Patimini igitur, ut hodie vos grandis illius beneficii commonearum, quo Dominus Deus vos ad sanctæ Ecclesiæ, & salvificæ Fidei gremium vocavit : spero enim fore, ut ex hac consideratione cognoscatis, quanta vobis obligatio pro tanto beneficio incumbat. Favete.

Beneficium Fidei æstimandum est, quia pro mille aliis concessum.

3. *Confirmatio.* Cum Christus Dominus quatriduanum Lazarum ad vivos revocaret, præcepit circumstantibus, ut sepulcrale saxum ab ostio monumenti amolirentur. *Tollite lapidem* : (*Joann. 11.*) Occurrit hic non inane dubium : cum enim resuscitatio Lazari Divinæ virtutis opus effet, quid necesse erat lapidem revolvere ? nonne ex occluso tumulo Lazarus prodigiose prodire potuisset cum in medium, quo Christus ipse in resurrectione sua per occlusum sepulcrum prodiit ? potuisset utique, nemo dubitat. Quæ ergo causa subfuit amolitioni lapidis ? S. Augustinus, (*serm. 104. de temp.*) opinatur, Redemptorem voluisse indicare, quod homo, si Divinum sibi beneficium exhiberi cupiat, debeat impedimenta removere. Aliam rationem assignat Ambrosius, (*1. de fide cap.*) videlicet, remotum fuisse lapidem, ut in circumstantium animis ex patenti sepulcri intuitu piæ quædam cogitationes consurgerent. &c. Veneror has Sanctorum interpretum mentes ; verum non ibs re ecrit credere, ideo lapidem fuisse revolutum, ut resuscitatus Lazarus tanto majorem conciperet collati beneficii æstimationem, ac animi gratitudinem. Explico : si Lazarus monumento occluso prodiisset, intueri non potuisset aliorum morruorum scelera, quæ una secum in tumulo jacuerunt hactenus, & deinceps inter lætores jacebant : quapropter revolvi jussit lapidem Redemptor, ut retroplocere posset Lazarus, & sno intuitu ponderare, quanta sibi gratia fieret, dum e cadaverum squaloribus se solum evocari, & alios ibi relinqui cernit. &c. *Circa Lazarum quod geritur*, ait Chrysologus, (*serm. 63.*) *totum singulare est.*

Millena hominum millia in infidelitatis tenebris sedent.

4. O Christiana pectora ! demus operam, ut amoliamur obicem, qui obstat Divino lumini, videlicet oblivionem, socordiam orationis, peccatorum lapides, & certe æstimare magis discemus singulare Dei beneficium, quo ad salvificæ Fidei gremium nos misericorditer vocavit. Eheu ! quot regna, quot provinciæ jacent in tenebris, puta in ignorantiis, in erroribus, in idolotatria, in hæresi ? Pervageinur tantisper quaternas orbis partes Asiam, Africam, Americam, Europam : In Asia, quid sunt Natolia, Arabia, Persia, utraque India, magna Tartaria, nisi sepulcra Idolotatriæ, & Machometismi ? In Africa, quid est Barbaria, Mauritania, Æthiopia, Abissinia, nisi tumulus cadaverum, & cloaca errorum ? In America quid est California, Lusyna, Canada, Regio Amazonum, terra Majellanica, Regna amplissima, quid, inquam, sunt, nisi impietatis receptacula, & dæmonis dominia ? angusta sunt terrarum spatia, quibus a Missionariis Apostolicis lex Evangelica illata est. Denique in nostra Europa quid est Anglia, Holandia, Dania, Suecia, Moscavia, nisi sentina hæresum ? &c. Agnosce ex his, O Christiano-Catholices sortem tuam : nonne illa ipsa die, qua anima tua creata

est, creatæ sunt plurimæ aliæ, cur ergo felicitas tibi obtigit, ut præ aliis in regione fideli, a parentibus fidelibus nascereris? cur in Arca Ecclesiæ collocatus es, percuntibus tot aliis in infidelitatis cataclysmo? (*Laurent. V. Arca.*) cur e Sodomis horrendum evocatus es, ne gehennæ incendio pereres? cur ut domo Rachab constitutus, ne exitium incurras? Tene pro certo, si inter Judæos, inter Machometanos, inter hæreticorum natus fuisses, nunc cadentem pervicacia, & obstinatione, qua illi, incurris errorem, & pleno cursu ad orcum properares: sed ob hanc ipsam causam laudo Dei Bonitatem, quæ *in caritate perpetua dilexit te, idcò attraxit te miserans*. (Jer. 31.) laudo, inquam, & cum Augustino (*ap. Bart. serm. 20. §. 6.*) tibimet gratulare: *Video innumerabilibus homin. hoc negatum, quod mihi gratulor esse concessum.* Promoveamus hoc argumentum.

Barbari non habent salutis remedia, nisi valde remota, e contra Christianus expeditissima habet media ad salutem.

5. Nunquam luculentius homo æstimare dicit bonam felicitatem, quam ex oppositæ miseriæ intuitu; ita agnoscit sanus felicitatem istam respectu infirmi, liber respectu captivi, videns respectu cæci. &c. quapropter, ut sortem tuam felicissimam capias, O Christiane! imaginare tibi hic præsentem, quem Angelus e media Africana, aut Asiatica Gentilitate huc transtulit. Eo, infelix hic hominculus, qui præter speciem vix quidquam humani habet: per omnem vitam non vidit unicum Missæ Sacrificium, non recepit unicum Sacramentum, non agnovit, nisi confusissime, verum Deum, non sperat præmium, aut timet pœnam, & ideo secundum appetitus animales solum ea sectatur, quæ terni, & corpori arridenti; nihil umquam audivit de Christiana manfuetudine, & ideo barbare vivit inter barbaros, quibus mos est se invicem jugulare, macerare, devorare: non vidit unicum bonum exemplum, non audivit unicam sacram exhortationem, & si semel in casses diaboli incidit, non habet unicum refurgendi a peccato remedium. &c. Tu econtra, O Christiane! quot millena audivisti altaris Sacrificia, concionatorum monita! agnoscis Deum, speras cali præmium, frænare doceris appetitum, quotidie ante oculos habes bonum exemplum, & si forte corrigerit te fucubuisse tentationi, in promptu habes efficacissima resurgendi remedia, videlicet Sacramenta. O felicem te! perire vix poteris, nisi ultro perire constituisti. Videtur hic nonnemo incidenter quærere, si tanta est inter barbaros Dei, rerumque supernaturalium ignorantia, quomodo ergo a Domino Deo possint æternum damnati? &c. Respondeo: Arcanum hoc est Divinæ Providentiæ humano intellectui inscrutabile: *Nolit velle judicare, si non vis errare*, ait Augustinus. (*ep. 107. ad Vital.*) Certum est, quod Dominus Deus legem naturæ scripserit in eorum cordibus, cui si conformiter sine peccato lethali vivant, tenetur Deus, ut illos vel per homines, vel per Angelos, si fieri aliter nequeat, instruat in fide gratiæ. Ex quo ipso patet, quod nobis (Deo sint infinitæ laudes!) via ad cælum longe planius, apertius, & expeditius pateat, quam illis, propter plurima salutis media, quæ miseris his deficiunt.

Barbari accusabunt Christianos in judicio.

6. Verum. O mi Christiane! si non obstantibus tot salutis remediis, tamen impie, scelerate, & vix mortalibus barbaris vivas. En, hic Africanus confundet te, accusabit te in judicio, vindictam poscet, dicens: Justissime Judex, si ego habuissem unicum tale salutis remedium, qualia millena habuit hic Christianus, si unicum Confessionem, si receptivum unicum Sacramentum, ego velut terreus Seraphim tibi servissem, & ad excellentem sanctitativam gradum ascendissem. Tu tibi negasti, quæ huic liberaliter concessisti: minus ergo inferno dignus sum: hic vero post tam claras rerum cælestium agnitiones, post innumera gratiarum auxilia, non unum, sed millenos prumeruit infernos: &c. *Regina austri surget in judicio cum generatione ista, & condemnabit eam.* (*Matth. 12.*)

7. Quemadmodum fecit Christianus scelerastus ipse barbaris infelicior est; ita, qui legi Evangelica conformiter, sanctique vivit, cum habet felicitatem, quam nec cum totius mundi coronis deberet permutare, Pinge te sylvam ingredi haud minus, quam millenarboribus consitam, quarum pretiositatem, situm, densitatemque dum admiraris, ecce, adest Angelus, qui unam arborum digito signans, En, ait, hæc una e millibus arbor est, e quis peritissimus artifex Physicæ, aut Lysippi æmulus artificiosissimum formabit statuam: hæc in aula Regis collocata in omnem diminutionem erit, & supra auri, argentique talenta æstimabitur. Quæris Angelum, quid ergo de ceteris arboribus futurum sit? repondit Genius, ceteræ nongentæ nonaginta novem temporum injuriis peribunt, a procellis, a fulminibus, ab æstibus sterilescent, & in lomentibus comburentur. His auditis, non poteris non felicem dicere unam illam arborem, quæ unica e millibus ad honorem elecla est, ceteris omnibus ad ignominiam destinatis. O mi Christiane, non arborem, sed seipsum felicem dic; dum enim universum hominum genus veluti sylvam intuor, video millena arborum millia, quæ ad æternum ignem destinata pereunt; tu vero es arbor illa felicissima, quæ dummodo velis, in cælesti Regia summis honoribus excellere potes: si verus est eorum calculus, qui ajunt numerum hominum per totum orbem ad mille millliones excrescere, (*Henricus Scherer Astræ part. 1.*) verum etiam erit, quod nongentos millliones infidelium numerus efficiat, qui æternum perituri sunt; numerus autem Catholicorum via ad centum millliones assurgit. Vide quaso hæc tibi gratia, quod cum paucis salveris, & non cum pluribus pereas. O quot miseranda animæ hac hora, qua loquor, damnantur ob defectum Fidei! & tu vivis, & quidem ad spem æternæ salutis vivis? unde hoc tibi? Magna fuit sors *Moysis*, qui e filia Pharaonis e Nilo flumine ereptus, & in filium adoptatus est. (*Exod. 2.*) Magna fuit sors Josephi, qui e carcere ad thronum elatus est. (*Gen. 41.*) Magna fuit sors Davidis, qui a gregum pascuis ad Regni Israelitici clavum evectus. (*2. Reg. 5.*) &c. Sed incomparabiliter major est tua felicitas, qui non ad mortalem coronam, sed ad æternæ gloriæ solium destinatus es. Exulta, applaude tibi, Christiane es, Catholicus es; an posset esse major tua felicitas?

9. O quanti faciebant homines sanctitatem, & dignitatem! unum tibi præ mille aliis ante oculos pono Ludovicum Galliæ Regem. (*Pedagog. Christ. p. 1. c. 1. §. 1. n. 6.*) Non in hoc sibi applaudebat, quod solium teneret, quod populis jura daret, quod armatos exercitus ad justa haberet, quod hostes vinceret; sed in hoc gloriam suam collocabat, quod Christianus esset; hinc nullibi jucundius agebat, quam Parisiis, in qua urbe per Sacramentum Baptismi in Album Christianorum inscriptus est. Dicere frequenter solebat, se in aulla regali sui parte, quam illa ipsa in urbe tantum honoris, & gloriæ percepisse. &c.

8. *Epilogus.* O anima Christiana! estima, obsecro: tantam gratiam tibi præ mille aliis collatam! & prædicerim, si a niversaria recurrat dies, qua a fidelibus parentibus nata, & baptizata fuisti; Deo singulariter grates rependo pro beneficio vocationis ad Fidem; renova hodiernum illud, quod in regenerationis Sacramento Deo præstitisti; celebra illam diem cum sancta lætitia; ibi enim positum est fundamentum tuæ felicitatis, & salutis. Amen.

Dominica XII. post Pentecostes.

CONCEPTUS II.

De misericordia, & caritate, qua homines, præsertim divites, tenentur indigentibus, & miseris succurrere.

Misericordia eorum est, & assumptione allisorum salutem ejus -- & curam ejus egit. Luc. 10.

EXORDIUM.

Sacerdos fuit humanior viator, quam Samaritanus, ita multi Christiani durissimi sunt.

1. Bella Historia, si Superis placet. Sacerdos, & Levita, hominis vera Fidei lumine imbuti, Synagogæ ministri, & opibus haud mediocriter ditati, dum miseram victorem, a latronibus lethaliter sauciam, inter vulnerum dolores, & sanguinis profluvia jam morti vicinum penes viam jacere vident, transeunt, nec curam illius habent: E contra Samaritanus, Gentilis, & forsan ipse pauperculus, *Misericordia motus est*, sauciati vulnera alligat, in jumentum assumit, ad hospitium deducit, curam illius agit. Quis credat in ethnico, cui caritatis præmia & Fide non erant cognita, plus pietatis reperiri, quam in Sacerdote, in Levita, in hominibus fidelibus? Verum quid admiror præposteros illorum temporum mores, qui hodiedum passim in usu sunt? tanta enim est inter fideles cordium durities, tantum frigus, ut, fere dixerim, plus caritatis inter infideles videantur inveniri: quis pauperis, exsulis, Viduæ, pupilli curam habet? quis ægrorum, afflictorum, oppressorum defensionem suscepit? quis egentibus, famelicis, orphanis succurrit? ditissimi sunt omnium minime caritativi, facilius, e pumice aqua, quam ab illis obolus exprimitur. Si importunitate mendicantium nonnunquam sestertium elargiantur, putant, ut dici solet, se filium Religioni dedisse. Samaritanus appropiavit ad ægrum; divites omni studio declinant ab egenis, ille oleo levavit vulnera; isti pauperum dolores crudis verbis exasperant; ille in jumentum assumpsit miseram; isti egenos pedes jumentis tractant; ille curam illius habuit percepit; isti curam prorsus nihil ad se pertinere arbitrantur. &c.

2. *Propositio.* Erratis, Caristiani Dilectissimi, erratis: atque hunc errorem hodie vos dedocebo, dum de obligatione Misericordiæ, & caritatis erga proximum differam. Est hæc materies magni momenti; divites enim non habent aliam in cælum viam, nisi ut eleemosynis sibi devinciant pauperes. Favete.

Omnes unum corpus sumus, ergo unum membrum alteri succurrere debet.

3. *Explicatio.* Ante omnia sciendum est, quod omnes totius Ecclesiæ fideles unicum mysticum Christi corpus efficiant, dicente Apostolo (*1. Cor. 12.*) *Vos estis corpus Christi, & membra de membro.* Quod autem in corpore est sanguis, idem sunt divitiæ in Ecclesia; sicut enim sanguis in omni corporis necessitate illuc ad partes magis indigentes, ut ilo reparatio metu ad cor, in loco pudore ad faciem, unde metuens pallescit, verecundatus rubescit: ita divitum opes ad proximos magis indigentes confluere debent. Sicuto, si cor, tanquam officina sanguinis, uni membro, verbi gratia, pedi omnem sanguinem, tanquam nullum subministraret, nonne monstrum esset hac de re dissertatio? ita succedentibus est, e membris Christi unum admodum, dirum fuerit: Hinc merito Theophilus, (*apud Euseb. hac Dom. tract. 6.*) cum illi e discipulis duo magistrarentur, quos familiares amicos diceret, quorum unus tamen opulentus, alter indigus esset, respondit: *si amici sunt, quorsum alter ita dives, alter ita pauper est?* Jam ad rem nostram.

Caritatis opera non tantum sunt consilii, sed præcepti, quidquid contra moveant avari.

4. *Confirmatio.* Scio, quæ maxime causa sit in divitibus avaræ tenacitatis, & immisericordiæ erga egenos; putant: naturam eleemosynis, & caritatis operis esse prorsus voluntaria, & cuivis pro libitu arbitraria: verum decipiuntur miserrime, atque hunc errorem dudum refutavit S. Thomas de Villanova, inquiens: (*Serm. 2. de Mart.*) *Eleemosyna divitibus non consilio monetur, sed præcepto injungitur.* Revolvite mentis, obsecro, divites Epulones; perit ille, *sepultus est in inferno*: cur? an rapuit aliena? an lites injustas movit? an Lazarinis parcere avit? an fatuarie cloacis se immersit? an injustus, blasphemus, aut sanguinarius fuit? de hoc nullam mentionem ingerit Evangelium; periit; quia pauperi Lazaro, cupienti de micis mensæ illius saturari, nihil de suo distribuit: quodii alienæ miseriæ sublevatio res tantum consilii est, non præcepti, non puto, ob eam causam defectum Epulonem potuisse damnari. *Damnatur ergo*, ait idem sanctus Doctor, *non quia rapuerat alterum, sed quia proprium non donaverat*, & quia abundantiam fructuum in horreo, annonæ in penuariis, & pecuniarum in cramena sibi soli reservare decrevit; hoc enim epiphonemate Divinum Oraculum (*Luc. 12.*) Epulonis Historiam claudit: *Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives.* O verbum noxium, & iniquum *sibi*; O ingluvies insatiabilis! O ingens præjudicium inopum! canales nos esse oportet, non charybdes.

5. Non dubito quidem, O divites, quod excogitatis nonnullis rationibus tenacitatem vestram excusare, & inter vos, ac Epulonem aliquam disparitatem invenire possitis: non dubito quin familiam, liberos, modernos mores, temporum pericula, multas expensas, & quæ sunt similia objecturi sitis: verum, an prætextis ejusmodi tergiversationes coram Deo quidquam ponderis habituras? dicite, si nostro avo viveret Epulo, an non has ipsas excusationes obtenderet, & aliquem Theologum nancisci posset, qui ejus causam tueretur? de hoc non est dubium. Diceret, quod & vos dicitis: non possum, quia nihil habeo superflui: diceret, quod & vos dicitis: Non volo; cur enim alii non juvant inopem? cur ego? & quæ sunt similia. Quibus tamen non obstantibus sepultus est in inferno: quare? non ex alia culpa, quam quod eleemosynas non dederit suo statui sufficientes: *Non digne pascebat*, ait Augustinus. (*ap. P. Segneri quadr. Serm. 22. n. 3.*) Hæc igitur lex est universalis: qui abundat, largiatur: *Vestra abundantia illorum supplens inopiam*, vult Apostolus instruxit fuos Corinthios. (*2. Cor. 3.*)

Passum dicunt, se nihil habere superfluat.

6. Perspiciamus autem, an ejusmodi excusationes, quas avari Eucliones sibi familiares habent, sint adeo solidæ, prout sibi imaginantur, inter cives communissima est, se nihil habere superflui. Quid respondendum putatis? Enimvero, si res nostras juxta mundi principia metiri, & pompas, ac luxum, quem in cibis, ac potu, in vestibus, ac supellectile superfluum conditionem turpiter increvisse cernimus, ad nonam corruptissimi mundi æmulari velimus, concedendum foret usque, vel apud divinos nihil ulpiam superflui reperiri: quis enim non videt, fere neminem mediocriate status sui contentum vivere? qui antea fuit opifex, jam ad nobilitatem; qui antea fuit nobilis, jam ad Baronatum; qui antea fuit Baro, jam ad Comitatum; qui antea fuit comes, jam ad Principatum; qui antea fuit Princeps, jam ad Regium dignitatem assurgere, & indies se augmentare desiderat. Verum si ad regulam ipsius Salvatoris, qui voluit, ut omnes ejus sequaces in Baptismate diaboli pompis renuntient, si, inquam, ad hoc sanctuarii pondus facultates nostræ examinentur, O quantum superflui apparebit? cum Elisæus Prophetæ (*4. Reg. 4.*) quondam transiret civitatem Sunæ, imploratus a muliere Sunamitide, mortuum illius filiolum ad vivos revocavit: qua methodo? clausit ostium, incubuit super puerum, os super os, oculos super oculos, manus super manus imposuit, sicque frigida cadaveris membra, suis membris calefacta, redivivo spiritu animavit: admiror hic rem aliquam, quam non advertitis: numquid enim demortuus erat tener parvulus? numquid Propheta grandis Vir? qua proportione ergo reneris membrulis se accommodare, qua ratione manus manibus, pedes pedibus proportionare potuit? nempe constrinxit se, contraxit se, seque ipsio minorem effecit. O mei divites, quot pauperculos possetis calefacere, animare, vivificare, si velletis vos ipsos constringere, & superfluitatem contrahere! O si Reges, & Principes vellent contrahere pompam, & luxum, ædificia nimis magnifica, commeatationes delicatissimas, venationes immoderatas. O si nobiles vellent contrahere numerum famulorum, equorum, rhedarum, canum venaticorum. O si Dominæ, & domicellæ vellent contrahere fictam, & pompam in gemmis, in monilibus, in vestibus holosericis auro intextis, immo in mitio, in cerussa, in pulvere cyprio, in cuscellis pulvinaribus. O si homines etiam plebeji vellent contrahere crapulas, debitatos, lusus, aleas, choreas, aliisque id genus inutiles expensas; quot pauperes exinde, qui nunc fament, & fitiunt possent frugaliter sustentari? Dic, mi homo opulente, an nihil habes superflui?

Se habere superflua non possunt non confiteri.

7. Regalis fortasse, ut tibi regulam aliquam submittrem, cognoscendi, quid revera superfluum sit, quid non? Respondeo, mi Bone, nolo jocari: poli me tentare: luscus rei enim perspectissimam notitiam possidet, quam ego tibi explicare valeam, vis, ut te convincam? respiciamus Dei obsequium, & in hoc accurate discernis, quid necessarium, quid superfluum sit: exempli causa; vides aliquem, qui singulis septimanis animum a noxis purgat, cælesti Epulo frequenter accumbit, bis tur per hebdomadatim jejunat, cilicio, aut disciplinarione corpus castigat; & tutum sis, hæc & alia non esse necessaria, esse superflua. Ulterius, ponimus, te interesse symbolo baptismali, post solidas dapes, qui saltem illatas, continuatis commessatio in seram valperam, apponuntur cupediæ delicatissimæ fine fine, & numero; & ecce tutum iterum judicas, hæc esse superflua. Si ergo in rebus Politicis, & divinis inter superfluitatem & necessitatem accuratissimam distinguis, cur non eandem regulam in mundi obsequio attendis, & rebus tuis applicas? Enimvero hæc affectata ignorantia est; nescis; quia nolle discere audiatur cupis: *Luter bei valentes*, ingemino tibi cum Divo Petro (*2. Petr. 3. v. 5.*): *latet hoc volentes*. Cum enim quid in primo casu superfluum sit, facile discernere calles, cur non in altero aliquam pari facilitate discernis?

Nec verosimiliter pro illud non possunt.

8. Nempe plus ponderis habet illud avarorum effugium, quo immisericordiam suam palliare contendunt: identidem obstrantes frigidum illud: *Non possum*: *Non possum*: Veritis enim dicerent: Non volo, non volo. Audite, quid insolitum in Libro Exodi c. 32. legatur: Quando Moyses diuturno tempore in monte inter Dei colloquium versabatur, interim populus Israel petiit ab Aarone, ut sibi vitulum conflatilem adorandum conficeret: Retitit primo Aaron; quantum potuit, impietati; dein cepit in arena consilium: scichat populum non minus ad avaritiam, quam ad idolatriam propendere, ideo excusavit se; non esse sibi ad manus auri, argentique materiem: quod si vero, aiebat, imures, monilia, & quidquid auri possideris, ad hoc opus mihi tradere velitis, consentiam vestræ petitioni: Hoc stratagemate sperabat Aaron, se illorum scelcratum desiderium frustrari posse; quia credebat, nulla ratione futurum, ut avari Israelitæ suis se divitiis exuerent: Verum sua opinione deceptus est; sine mora enim mulieres suos annulos, imures, monilia, & quidquid pretioli in thesauris habebant, ad idolum ultro obtulerunt. O perversitatem intolerabilem! forsitan si ad Dei cultum, ad egentium solatium contribuere debuissent, pertinacissime renitebantur, resistebant. Ita hodiedum fieri ad unum, nemo est, qui non abnuat, cum vero de exigua caritatis obsequio consilium est, statim excusatio obtenditur: non possum. *Considera*, ait in hunc locum D. Gregorius Ostiensis (*apud Hurt. ser. 33. num. 11.*), *Considera peccatum animæ in sitis libertatem qui renuntiant, & pauperibus suos ad vivatur.* Quod non volunt, id non possunt. O quam recte de his Ecclesiasticus: *c. 25. Deseruerunt timorem fortis hostis omnibus.* Num, ut perbene animadvertit, & avarum Eucliones perstringit Augustinus (*apud P. Segneri Quadr. Serm. 22. num. 14.*) *potest in iis, quæ vult, & in iis, quæ non vult, non potest.* Si ille convivium, & symbolia agitur, *potest*: si vero de centibus, qui sæpe familiis debentur, *non potest*. Si de comœdiis & theatris, de cantatricibus & lyrenibus agitur, *potest*: si vero de piis legatis, Ecclesiæ pertolvendis, *non potest*. Si de canibus, equis, venationibus, & sumptuosis relaxationibus agitur, *potest*; si de famulitii salariis, de operariorum stipendiis, *non potest*. Si de chirotis, de nuptiis, de lusu, de aleis agitur, *potest*; si de subsidio caritativo egestantis pauperculi, *non potest*. Deceptæ eti quandam Roma tenacitatem, sublatumque Imperatoris Caligulæ (*apud Gurner. de laud. Vit. Rust.*), cogitus enim, ut ad reparandas meninum ruinas summam pecuniarum contribueret, non ultra mille sestercios contulit, excusans se avarium esse valde exhaustum: verum paullo post illis ipsis diebus impudice pellici centies mille sestercios pro vestimento numeravit. O utinam eam monstrosi mendacitas non reperiretur apud multos Christianos, qui pro vitiis, ac illegitis profusissimi, pro solatio pauperculorum saxei, & alienei sunt, &c. &c.

9. *Epilogus.* Eia agite Christiani: indulte viscera pietatis. Memenote, quod cor hominis, etsi membris omnibus vitam inspiret, sinistram tamen, & lævam partem magis propendat: ex dextra parte fluxile cupiditates vestras, delectationes, recreationes, his utimini, fruimini moderate; ex læva parte tamen collocate inopes, tristes, ægrotos, viduas, orphanos, & in hanc partem semper magis propendite: perpendite, si eadem infelix sors vos deprehendisset, numquid importune, opportune alienum auxilium esset is imploratus? quod igitur vobis factum desideratis, id aliis quoque mentiter facite. Si miser victor esset e latronibus fauciatus, ardenter optaretis auxilium Samaritani; igitur & vos erga alios misericordem Samaritanum vos exhibete. &c. Amen.

Domi-

Dominica XII. post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Agitur contra spirituale homicidium, id est, ex probratur perversis sociis, quam enorme peccatum sit, animam innocentem ad peccandum inducere.

Quæ etiam despoliaverunt eum, & plagis impositis abierunt semivivo relinquentes. Luc. 10.

EXORDIUM.

Pessimi socii sunt animarum latrones, sed filii ipsis nocentissimi.

1. DIvus Bernardus, Clarevalensis Abbas, & insigne Ecclesiæ ornamentum, jam in tenera juventute claris indiciis præsignabat, qualis in adulta ætate futurus esset: ex ejus natura, & gratiæ donis luculenter patebat, quod ad cælum natus esset; & ideo occumbere fit corrivalem: ejus eloquentia erat mellea, & ideo multos attraxit sucos; ejus vita lilio, & rosæ similima; & ideo multos allexit scarabæos: ejus innocentia plane aurea; & ideo multos habuit insidiatores. Indicibile est, postquam mundo valedicere, seque totum Deo consecrare decrevit, quas luctas, quos adversarios habuerit, inter quos nonnulli adeo fuere impudentes, ut de nocte in cubiculum Bernardi, adducta secum, nescio qua, lamia, irrumpere, castitatemque juveni pudendas insidias machinari sint ausi. Verum innocentissimus Juvenis, mori, quam fœdari paratior, generoso clamore prodidit proditores, ingeminando illud: *latrones! latrones!* &c. Pulcherrima hæc historia animam mihi dedit, ut per hodiernos latrones, quorum Evangelium meminit, non alios intelligam, quam malos socios, innocentiæ seductores. Idque ob multiplicem analogiam, prout explicat eruditus quidam auctor (*Tobias Lohn. in Bibliath. V. Societat.* §. 12. n. 1.): Primo, sicut latrones in abditis locis, sylvarumque umbris se detinent; ita mali socii lucem fugiunt. Secundo sicut latrones fallaci amore, ac simulis itineranates seducunt; ita mali socii facetis, blandisque sermonibus incautos illaqueant. Tertio, sicut latrones spoliant vestibus & divitiis; ita mali socii auferunt gratiam una cum virtutibus, ac meritis. Quarto demum, sicut latrones vulnerant, & occidunt; ita mali socii pleramque animæ seductæ æternum afferunt interitum. Ut dicere de iis fas sit: *quæ etiam despoliaverunt eum, & plagis impositis abierunt semivivo relinquentes.* Sed quo illorum bono? non alio, quam quod eidem seipsos involvant ruinæ. Dicitur, in India esse serpentem, elephanto infensissimum, quippe ubicumque hunc occupare valet, pedibus ejus se circumvolvit, illidque in pectore lethale vulnus figit: verum suomet infortunio; namque sanctatus elephas, dum in terram concidit, suo pondere serpentem obterit, & enecat. Quid posset dici similius de malis sociis? eadem illi ruina involvuntur, quam aliis moliti sunt; damque multas animas in infernum præmittunt, mox subsequuntur. &c. &c.

2. *Propositio.* Christianæ animæ! dum hodiernis perversissimi mundi moribus nihil est frequentius, quam dainnabilis procandi affectudo, dum quotidie cernimus nimis credulas animas invitari ad choreas, ad familiaritates noxias, ad deambulationes, & conventicula inspecta, etiam nocturna, decreri in has morum corruptelas serio invehi: vobisque singulariter, O animarum seductores! ante oculos ponere, quid rerum agatis, cum innocentem animam ad nefas trahitis. Utinam per mihi foret eloquentia tantæ materiæ gravitati. &c. Favete.

Diabolus ad propagandapeccata substituit sibi malos socios, tamquam sunt animarum auceps.

3. *Confirmatio.* Fastuosus Rex Pharao, uti scimus, Israelitarum populum tyrannica servitute detinebat; utque eos citra effugii spem sub jugo servaret, per subalternos sibi tatrapas, præfectosque tuti, taterumque labore gravabat: *Præposuit eis Magistros operum, ut affligerent eos operibus.* (Exod. 1.) Rex Pharao typus est diaboli, qui supra universum hominum genus, præsertim supra fideles tyrannidem imperiumque affectat: ideo omnem movet lapidem, ut eos peccati catenis vincist, vinctosque conservet. Quod autem per se ipsum nequit, per suos satrapas, & amanuenses evincit; quinam sunt hi satrapæ, & amanuenses diaboli? sunt perversi socii, qui animas, nullius mali hactenus conscias, lutto molestant, id est, pessimis exemplis, persuasionibus, pollicitationibus, minis, dictoriis, derisionibus ad nefas inducunt. Est innocens animula, quæ hucusque sub tutela parentum, aut curatorum viam virtutis inambulabat; cum adest ejusmodi orci emissarius, in ejus amicitiam, qui potest arte, se insinuat, invitat ad visitationes, ad ambulacra, ad choreas; tum contracta familiaritate, demum incipit cantillare infernæ cantilenam hujus tenoris: peccata impudicitiæ inter omnia hominum delicta esse minima; his Deum præ ceteris comgaudere; calum in Christianorum, non Turcarum gratiam esse conditum; justitiam Dei non statim fulmina mittere; fusse multos hujus farinæ homines, & tamen evasisse incolumes: facros Oratores indulcereto nimis fervore detonare; si illis patendum foret, computrescendum esse inter quaternos parietes, nec cuiquam deinceps viam patere ad honestum matrimonium, & quæ sunt similia. &c.

4. Scitis, Auditores, quid ex fucata tali blasphemia consequatur? imaginamini vobis arculum in aucupio; dum auceps canit fistula, & giutem viridibus ramusculis regit, illa fra-

sum magis, maisque appropinquat arcæ, parum granula carpit, avulsa, & revulsa, donec tandem capta jugulatur. Ita omnino se res habet cum juvenili consortio: inimo innocens anima communicie se jungit suspectis sociis, paullatim affuescit, familiarisatur: abiteretur una vice, ac iterum monitore Confessario, aut conscientia: capet rursus anceps, rursus redit illa, sed lubrior, & non sine metu: jamque minus caver deceptam; quia semel, & iterum sine pudoris detrimento utrumque elapsa est. Fit deinde audacior ad sequiora sectanda, fastidiosior ad virtutis exercitia, incipit partem de confluetis precibus decerpere, Sacramentorum fre quatiam intermittere, oculos curiose in alienum obliquare: ita paullatim ex scintilla fit flamma, ex rima ostium, ex stillatis guttulis inundatio navis: verbo: anima proba, modestia, verecunda, quæ erat majoribus solatio, æqualibus obsequio, inferioribus auxilio, omnibus bono exemplo, quasi pocula Circes ineantata, ex homine fit bestia, ex agno lupa, ex Angelo dæmonis incantatoria avis, quæ mille scelera, & in seipsum impudenter devovat, & in alios scandalose propagat. Penes quem sunt culpa est tam enormium malorum? penes te, O impie seductor, qui hanc animam, antea Latis bonam, in turpissima procandi, amandique arte primitus eruditisti; tu latro es hujus animæ, tu infernalis Pharaonis administer. &c.

Ecclesia deplorat persecutiones Christiani contra Christianum.

5. Nunc rationem capio, cur S. Bernardus (*ap. Bart. serm. 37. n. 9. Isa. 38.*) condare asserat, Ecclesiam Dei majorem nunc habere lugendi materiam, quam olim inter tyrannicorum persecutiones, & hæreticorum conflictus, illique attribuat lamenta agrotantis Ezechiæ: *Ecce, in pace amaritudo mea amarissima.* Quid ais, O mellifluæ Doctor? die, quomodo, qua de causa, a quo Ecclesia nostris temporibus plus affligitur, quam olim a tyrannis, & hæreticis? Recordare duodecim persecutionum, quibus plures Christiani ad laniemam raptati sunt, quam in veteri Testamento pecudes ad victimam. Quid potest esse luctuosius? Recordare Novati, Sebelli, Manichæi, Arii, aliorumque Hæresiarcharum, qui e fusibus crebi erumpentes, mendaciis, fraudibus, & imposturis mille malleatas animas, ex ovili Christi ad hæresim haram traduxerunt. Quid potest esse luctuosius? Et tu tamen affirmare ausus, amaritudinem Ecclesiæ nostris temporibus esse amarissimam? Ita est: reponit Bernardus: in quo ergo? in eo, quod nunc faciant ipsi Christiani, quod antea inceps viam tyranni, hæretici, dum animas Christo eripiunt, & qui strictissimum Deo fidelitatem juraruut in baptismo, illi jam bellum inferant. &c.

Seductores animarum sunt dæmone pejores.

6. Dixi paullo ante, hujusmodi seductores esse dæmonis Vicarios; verum mansuete nimis locutus sum; debuissem dicere, esse incarnatos dæmones, aut dæmone pejores. Hunc in finem memini, quid Petro Apostolo evenerit; amantissimus discipulus pro ea, qua in Christum Magistrum suum ferebatur, pietate dissuadere illi ausus est mortem crucis, & ecce Dei Filius in solito majore, quam unquam antea, fervore in Petrum invectus, ajebat: *Vade post me Satana, scandalum es mihi.* (*Matth. 16.*) Divinissime Redemptor, licerat mihi desinquentis Petri caussam suscipere: etenim tam austeræ reprehensionis haud modica me tenet admiratio. Tu Judam, cum lictorum, & apparitorum face capturæ tuæ advenientem, amicum vocitabas: *Amice, ad quid venisti?* (*Matth. 26.*) Tu Herodem tyrannum, adulterum, incestuosum, crudelem, homicidam non severiore, quam vulpis vocabulo nominasti. *Dicite Vulpi illi.* (*Luc. 13.*) Tu ergo Pharisæos hypocritas, invidos calumniatores, Dejcidas non austeriore invectiva usebaris, quam illos vocando *serpentes & genimina viperarum.* &c. (*Matth. 23.*) Cur ergo nunc miserum Petrum sub tam acerbo Satanæ nomenclatura obmutescere, & sinere jubes? Doctissimus Corn. a Lap. (*hic.*) aliique passim interpretes ajunt, hoc ideo fuisse factum, quia Petrus Passionem Dominicam, & humani generis Redemptionem, utut præter intentionem, voluit impedire. Jam ad rem nostram: cogitent mali socii, quam nomenclaturam coram Deo mereantur, qui ex destinata, intentaque malitia animam non tantum a virtutis semita avocant, sed in turpissima scelera inducunt, docendo, & dicendo: hoc vel illud peccatum non esse, aliter vitam duci non posse, eum in finem creatum non esse hominem, ut solus sit. &c. Nonne talis blatero incarnatus est diabolus, aut diabolo deterior? quia hunc, si mihi apparere, & talia persuadere veller, signo crucis possum in fugam agere, illum autem seductorem innocens anima, nil mali sibi metuens, læta excipit, foris recludit, Mater blandissime salutat, & de ejus adventu conqueritur. Pater-familias invitat ad coenam, omnemque illi humanitatem exhibet; ita latro ille sub specie amici latitatur, lupus sub pelle ovina latitat, & mactat.

7. Ergone possibile est, ut homo munus illud diabolicum in se suscipiat, & contra Deum ipsum caput erigens, omnia Dei consilia, ac intentiones evertere moliatur? ponite, obsecro, in bilancem crucis Christi unicam animam, & ibi perversitatem vestram trutinate: etenim quævis anima tanti valoris est, quanti ipsa vita Christi; quia hanc pro illa obtulit: & animam, quæ tanto pretio Salvatori stetit, sacrilego furto illi eripere audetis? Referunt, Albertum Magnum auro rotarum artificio confecisse statuam,

tuam, qua voces quasdam articulatas proferebat. Aliquando S. Thomas cum Alberti Discipulus in conclave ingressus, cumarticifil hujus ignarus statuæ murmur audiret, suspicari cœpit, an non diabolicæ præstigiæ subesseit; unde cum magno animo aggressus, etiam confregit, nec antea errorem dedidicit, quam Albertus, ad conclave reversus, exclamaret: Fili, quid fecisti? triginta annorum laborem una hora perdidisti: Nihilominus hæc statua non nisi industria, & artis inventione suo auctori steterit: quid dixisset, obsecro, si illi vita, ac sanguine constitisset? Hoc ipsum, & quidem multo justius dicet Salvator unicuique tullium seductorum, cum non multo ab hinc tempore ad ejus tribunal judicandus sistetur: Perdidisti animam, pro qua non laboravi tantum, sed triginta tribus annis passus sum. Pro illa carnem humanam assumpsi, & cum Dominus essem, servum indui: pro illa in paupere tugurio natus sum: pro illa in officina fabri plures annos vitam abstinentiæ duxi; pro illa tot, & tot passus feci, conciones coegi, jejunia toleravi, fœtores profudi, opprobria sustinui, calumnias infimissimas audivi, & mortem denique mille mortis truculentiorem in cruce obivi. &c. Tu autem pro oblectatione momentanea, & bellvina libidine eam mihi sustulisti. O Prodicrem!

8. Fingite Reginam, quæ postquam novem mensium dolore, & gravi onere filium in utero circumtulit, tandem elapso tempore in lucem edit: fervet applausus totius aulæ: sed eccè in mediis exultantis populi lætitiis adest truculentus proditor, qui Principi neo-nato ex insidiis imminens, truculenta manu jugulum fraugit. Quis par sit describendo parentum dolori? quis pœnam sufficientem statuat patricidæ? En, hæc tua est crudelitas, scelerate seductor: Dei Filius Redemptor noster est, & Regenerator: is vera tunc genitrix Ecclesiam cum omnibus animabus, ex quibus constat, cum in cruce *emisit voce magna respiravit.* (*Marc.* 15.) Unde S. Augustinus (*lib.* 1. *de symb. c.* 6.) crucem nominat *thalamum parturientis.* Jam cum parta tam dolorifero prodit anima, hieres regni cælestis: cum diem festum agit cælum cum omnibus suis incolis, tu ausis hanc animam, adeo dilectam, spiritualiter trucidare, in peccatum, ipsamque perniciem præcipitare, & tam atrocis delicti a Deo veniam speres? absit, absit: scelleratus Cain, cum in sacrificio fraudem fecit, benignissime quidem fuit correptus; sed cum fratrem occidit, tum a Deo fuit maledictus: *qui animo lætatur alterius, non erit impunitus*, ait sacer Proverbiales. (*Prov.* 17.) Non desunt luculenta hujus supplicii Divini, eaque terribilia exempla. Unum præ ceteris audiamus excerptum e P. Dominici Ottonelli S. J. libro, cui nomen intitulat: *Nemulla movita, & casus conscientiæ circa periculosam conversationem.* Rem verbis auctoris enarro.

9. In regno Lusitaniæ adolescens erat bonarum litterarum, tot & malorum morum, alumnus, quos pessimos induerat, præsertim sanctæ castitati repugnantes (*Pecca fœd. cum. H. l.* 82.) Contigit, ut aliquando ea hora, qua Conventus Marianæ sodalitatis asitari solebat, incideret in conciliabulum, ad dictum Conventum iturientem. Huic impius juvenis auctor fuit, ut mutato consilio, secum extra urbem recreationis causa progrederetur; reluctari ille, sibique mature domum redeundum esse ob pensum a Magistro scholæ præscriptum, & sequenti die ad scholas referendum, ajebat. Rejecit importunus alter hanc excusationem, seque apud Magistrum hanc negligentiam purgaturum promisit. Pergunt itaque simul non locii ad aram, sed ad haram. Quid factum sit, erubescio dicere: id unum satis sit, innocens juvenis, qui exierat ut columba, rediit ut corvus. Altero mane seductus adolescens ad seductoris ædes contendit, rogaturus illum, ut omissi pensi scholastici excusationem Magistro in vicem sui faceret. Quærit ibi, ubi esset? respondetur, etiamnum in lecto hærere. Præstolatur quadrante, hora, & ultra horam, nec tamen consodalis adfatum impetrat. Monet ergo domesticos, ut dormientem excitarent: it pater ad cubiculum, sed aperta janua ingenti cum horrore a teterrimo monstro rejicitur. Hoc ubi unus cognovit melioris vitæ Matrona, assumit virilem animum, teque Deo commendata, cordate ad cubile accedit, fenestras admittendæ luci reliquit, nec tamen filium reperit, sed loco hujus horrifica quædam per lectum dispersa frusta, ac ossa, ac si flammea, & ardente manu fuissent impressa. Sævit attonita infelix Mater, adacta tamen desiderio videndi filium, dum oculos circumfert, ecce videt filium examinem hoc situ horrifico: Caput miserabilis juvenis depressum erat supra sedem sordibus humanis fœtidam, & oppleam, quibus impurum illius os, & putida lingua immersa erant: totum corpus nudum per plures sui partes ab igne impressis notis largiter ustulatum erat. Dici non potest, quantopere afflicta Mater, & omnes sparso rumore accurrentes tristissimo spectaculo fuerint contristi. Præfectus scholarum ipsemet in rem præsentem venit, omniaque oculis lustrans dein juvenuti in terrorem malorum sociorum enarravit. &c. &c.

10. *Epilogus.* Quis vobis jam sensus impii animarum seductores? an non metuitis simili catastrophe vitam claudere? heu! vivit adhuc, regnatque in cælo idem scelerum Vindex Deus, qui Lusitanum hunc adeo terribiliter punivit: ille tanto certius, districtiusque a vobis pœnas repetet; quia sunt fortasis jam animæ, quæ a vobis seductæ nunc in inferno ardent, & vindictam clamant. Etenim via credo, talem posse salvari, propter quem una anima perit, idque ob perpetuum vindictæ clamorem, quam misera illa reposcit. Refert Cautipratanus, (*l.* 2. *c.* 30. *p.* 3.) condiscipulum quondam suum principio probum, a perverso postea corruptum, sine Confessione mortuum ac inter hæc verba vitæ defunctum esse. *Ego ad eternum abeo; Væ autem illi, qui me seduxit.* Væ illi, qui me seduxit: o clamorem terribilem! quem clamor iste non commovet, jam plus desperatus, & ne uno quidem pede procul ab inferno est: &c. &c. &c.

Dominica XIII. post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

De grandi beneficio Justificationis, & quanta gratitudine propterea homo Deo obstringatur.

Unus autem ex illis, ut vidit, quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes ejus gratias agens. Luc. 17.

EXORDIUM.

Leprosus mundatur, admodum felix erat; Sed felicior homo justificatus.

1. NOn possum me continere, quin huic Samaritano, a lepra mundato, felicitatem suam cum magna animi exultatione gratulet. Proh quam longe alius est a seipso, qui antea fuit! antea fœditas erat, & ulcerosus; nunc integer, & vegetus: antea membrorum officio destitutus: nunc ad quæcunque quævis munia expeditus: antea fanie, ubique persusus; nunc corporis valetudine, artusque venustate præditus: antea ab humano consortio exclusus; nunc in hominum societatem receptus; antea contagioso halitu omnibus exosus; nunc recepta sanitate nemini gravis: antea membrorum doloribus afflictus, nunc integro corporis robore sibi constans; & quod caput est, ab insanabili, ac desperatissimo morbo, qui nullis artis remediis admittit, subita curatione præter spem liberatus. Quid mirum, quod regressus in faciem procidat, Divino Benefactori gratias agat, nec satis capiat suam animi lætitiam; si moderam felicitatem cum priori miseria metiatur? O homo Christiane! (te alloquor, qui de statu peccati ad statum gratiæ, Deo auxiliante, transiisti) putas, quod de leproso hoc solummodo loquar? minime: tuam tibi felicitatem admirabram volo; cum enim, teste Cardinale Hugone (*in Luc.* 17.) *Per lepram significatur peccatum*, certe Dominus Deus, qui te e statu peccati ad statum gratiæ erunt, id omne tibi beneficium, quod huic leproso, præstitit. Sordidus eras scelerum immunditiæ, miser, lurdus, ulcerosus, infirmus: ostendisti te Sacerdoti in Confessionis sacramento, & mundatus es. An putas, hanc emundationem a peccato tubm esse opus? a viribus tuis, a voluntate tua procedere? erras: est opus liberrimæ castitatis Dei: ille te mundavit, ille te talibus inspirationibus, talibus illiciis traxit: *Indulgentia sua redemit te* (*Isa.* 63. *v.* 9.). Quid agis? nondum in faciem procidis? nondum gratias rependis? nondum magnificas Divinum tuum Benefactorem?

2. *Propositio.* Age, monebo te tuæ obligationis: describam, quod describi non potest; explicabo, quod explicari verbis non valet, nimirum grande beneficium Justificationis, dicamque, quam magna illud unum in se beneficia complectatur. Quem in finem autem hanc materiam tracto? non alium in finem, nisi ut peccator ad statum felicissimum justitiæ aspiret, justus autem omni sollicitudine eum conservet, ac æstimet. Pavete.

Quid sit beneficium justificationis?

3. *Explicatio.* Ante omnia inquirendum venit, quid ergo sit justificatio? respondeo verbis præstantissimi cujusdam Ascetæ (*Lud. gran. Dux peccat. l.* 1. *p.* 1. *c.* 5.): Est illud Dei beneficium, quo per virtutem Divini Spiritus, fractis cæcitatis, ruptisque laqueis peccatorum, homo evadit dominium, & tyrannidem diaboli: a morte ad vitam resuscitatur, e peccatore fit justus, ex filio maledictionis, fit Filius Dei. Est hoc præstantissimum Dei beneficium, tum quia sine peculiari ope Numinis adquiri non valet, cum nec liberum arbitrium, nec vires humanæ naturæ hominem per se liberare a peccatis possit, dicente Christo Domino (*Jo.* 6.) *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit illum.* Tum quia quum hoc beneficium plurima alia in se complectitur. Quæris, quænam plurima alia?

§. 1. *Homo justificatus fit Dei amicus.*

4. *Confirmatio.* Primo quidem per justificationem restauratur amicitia Dei, per peccatum perdita; nam malorum omnium maximum, quod in anima causat peccatum mortale, est, quod hominem facit inimicum Dei: *Odisti omnes, qui operantur iniquitatem.* (*Ps.* 5.) Fucre, qui cum Isaæ terreuæ Majestatis sese agnoscerent, relicta patria, de provincia in provinciam, de urbe in urbem profugi aberrant, nec tamen ullibi se satis tutos arbitrati, diu noctuque insidias metuerunt, ac metu contabuerunt: quid dicam de peccatore, qui Dei ubique præsentis, & omnia cernentis faciem fugere non potest, & quocunque fugias, suum semper carnificem, id est, irrequietam conscientiam circumferre? &c. Quemadmodum ergo inimicitia cum Deo maximum est totius mundi malum; ita e contra quæ amicitia summum bonum est; siquidem axioma Philosophicum affirmat, tanto rem esse meliorem, quanto pejus est ejus contrarium. Proh, quam felices reputamus illos fortunæ filios, qui apud Imperatorem, Regem, Principem magnis in honoribus habentur: omnes oculi illis applaudunt, aut invident. Quæso, quid erit invenisse gratiam apud altissimum cæli, terræque Monarchum, in cujus comparatione omnes terræ Principes sunt velut guttula ad mare, velut scintil-

sula

lula ad solem, velut annula ad totum orbem comparata. Jactent ergo mundanissimas divitias, jactent hominum applausus, jactent Principum favores, tu, o anima Christiana, ne illis invide tuam felicitatem: felicior es, tantoque felicior, si Dei amica es, quanto Deus omnes terræ Monarchas dignitate excellit.

Beneficium justificationis est prorsus gratuitum.

5. Crescit hoc amicitiæ Divinæ beneficium eo, quod prorsus gratuitum sit: neque enim vel ex parte tui, vel ex parte Dei ullus justitiæ titulus inveniri potest, ex quo tibi deberetur: non ex parte tui, quemadmodum enim homo creationem suam meritis promereri potest, eo quod operari non valeat, antequam sit; ita, postquam in peccatum lapsus est, facere nihil valet, quo justificationem suam mereatur; quia Deo exosus, & odibilis est. Immo S. Augustinus (*in Ps.*) beneficium justificationis longe majoris æstimat, quam beneficium creationis. Cui consonat S. Th. inquiens: (*2. q. 113. a. 9.*) *Major est opus justificationis impii, quam creatio cæli & terræ.* Sed neque ex parte Dei ullus est justitiæ titulus; an enim Deus indigebat tui? an non erat sat magnus, sat beatus sine te? nulla prorsus ratione: felicissimus foret, utut æternum pertisses. *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non egeres.* (*Ps. 15.*) O quantum igitur erat beneficium Dei, cum te sine ullo merito, *propter nimiam suam caritatem*, ut loquitur Apostolus, (*Ephes. 2.*) ad gratiam suam vocavit! Magna est gratia Regis, si Nobilem, ac generosum in aulæ suæ optimatem eligat: at si hominem eligeret ignobilem, mendicum, barbum, stupidum, ineptum, quis satis posset mirari? &c. Hæc tua est gratia, tibi collata: quid ergo agis? qua gratitudine Deo compensas tantum beneficium? quid moraris cum hodierno leproso magnificare Dominum, in faciem procidere, & gratias agere?

§. II. *Homo justificatus liberatus a gehenna reatu.*

6. Alterum beneficium, quod ex justificatione procedit, fundatur in eo, quod homo absolvatur ab æterni supplicii reatu; eo ipso enim momento, quo peccat graviter, reus est gehennæ, & si in statu peccati tunc moreretur, damnatus esset. O homo, introspice per infernales clathros in insticem illum damnatorum carcerem, & bene perdende, quid sit infernus: Tertullianus (*de Anima.*) ait, esse terribilem profundum. Hugo Victorinum (*l. 4. de anima c. 13.*) esse barathrum, in quo portæ spei clausæ, & desperationis apertæ sunt. S. Greg. (*ap. Sperpuell. 140.*) ait: in inferno erit frigus intolerabile, ignis inextinguibilis, vermis immortalis, fœtor intolerabilis. &c. Excogita omnia totius mundi bona, & scio ex omnibus nec unicum reperiri in inferno: ibi nulla pax, nulla requies, nulla satisfactio, nulla spes, nullum gaudium, nullus ordo, sed sempiternus horror, planctus, & stridor dentium. Considera totius mundi tormenta, congere in unum cumulum dolores omnes, quos vel sancti Martyres, vel malefactores, in equuleis, in carcaribus, in carceribus, in rogis perpessi sunt, & scias velim, hæc tormenta omnia, ad infernum comparata, non esse nisi ignem pictum ad ignem verum. &c. Sed ecce: ab his malis omnibus, o homo, liberatus es, quamprimum justificatus: revocata est æternæ damnationis sententia; deletus est chyrographus peccati, rupti sunt laquei, & catenæ dæmonis quibus te vinctum tenebat. Et parvi pendis hoc tantum beneficium? Magna, & admiranda fuit Dei caritas, qua populum e servitute Ægypti, Abrahamum ab igne Chaldæorum, Lothe flammis Sodomæ, tres pueros e fornace Babylonica eripuit. Sed hæc beneficia amicis suis exhibuit: numquid major est beneficentia Dei erga te, cum te inimicum suum ab inferno præservavit? O quam felicem reputas illi genus maleficum, qui dum jam nunc ad patibulum rapeatur, ultima scelerum suorum supplicia daturus, subito a Principe, mutata sententia, vitæ gratiam consequitur, quanto felicior es, qui, dum non temporaneæ, sed æternæ mortis reus, ad gehennæ incendia rapiebaris, in Dei gratiam fuisti receptus? forte arderes nunc in inferno: forte hoc momento, quo tecum loquar, hi oculi tui, hæ aures tuæ, hæ nares tuæ, hoc os tuum, hæc præcordia tua, hæc viscera tua plena essent igne, ac dolore, nisi benignissimus Deus ex suæ Bonitatis abyssu de statu peccati ad statum gratiæ te revocasset. Quid agis? qua gratitudine Deo compensas tantum beneficium? O si sapis, velut hodiernus leprosus gratum te exhibe, qui, *ut vidit, quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem suam ante pedes ejus, gratias agens.* (*Luc. 17.*)

§. III. *Homo justificatus fit hæres gloriæ cælestis.*

7. Tertium denique beneficium, quod homini per justificationem confertur, constituit in adoptione filiali, vi cujus in Filium Dei, & regni cælestis heredem assumitur: posset quidem liberalissimus Deus ita homini peccatum remittere, ut eum in suam amicitiam admitteret sine gloriæ cælestis collatione: noluit tamen id facere, sed quibus peccata remittit, illos etiam in filios, & coheredes gloriæ suæ adoptat. Hinc oritur illa spes, quæ justificatos inter quascumque tribulationes mirum quantum exhilarat. Homo justus in morbis, in persecutionibus, in paupertate, in afflictionibus serenam semper frontem, & animum hilarem gerit; sicut enim una guttula absynthii integram ollam mellis amaricare non potest, ita hæc exspectatio æterni præmii omnem tristitiam inter quæcumque mala absorbet. O mi homo, attolle oculos! intuere hunc solem, hanc lunam, hæc sidera, hæc sub pedibus tuis erunt: noli quærere cum Davide (*Ps. 72.*): *quid mihi est in cælo?* satis enim tibi dictum sit, quod cælum sit antithesis inferni: sicut enim in inferno nullum invenitur bonum, sed cumulus omnium malorum; ita in cælo nullum invenitur malum, sed cumulus omnium bonorum. Finge hominem illum maleficum, de quo paullo ante diximus, non tantum a patibuli supplicio liberatum, vitæ gratia donari, sed insuper in filium Regis adoptari, corona, torque aureo, amictu regali exornari, *prob!* qua satis admiratione capere posses saltum illum, quo homo ille ab infimo infelicitatis gradu ad luminum gloriæ apicem ascendit? Eo, hæc tua quanta est felicitas e mancipio perditionis in filium æternæ adoptionis migrasti; ibi oculi tui merebantur intueri infernales dæmonum larvas; nunc, Deo inserente, destinantur ad videndam in cælo Dei faciem: hæ aures tuæ merebantur audire blasphemos damnatorum ejulatus; nunc destinantur ad audiendos Angelicæ symphoniæ concentus. Hæ nares tuæ merebantur odorare sulphureum fœtorem; nunc destinantur ad olfaciendum odorem suavitatis. Hoc os tuum merebatur pasci liquato metallo, ac serpentum veneno; nunc destinatur ad gustanda manna cælestis sympotia. Hoc corpus tuum merebatur ustulari interminabili gehennæ incendio; nunc destinatur ad eam gloriam, qua supra solem meridianum fulgebit. &c. O quam mirabilis hæc mutatio dexteræ Excelsi! certe si hanc satis caperes, o homo, ne tu totus absorptus, & quasi stupore extaticus incederes, ne tu sine intermissione clamares; unde hoc mihi, quod invenerim tantam gratiam coram Deo meo? unde hoc mihi? &c. &c.

8. *Epilogus.* Age igitur, ne obligationi tuæ desis, cum hodierno leproso in faciem procide, magnifica Deum, gratias age, quod a lepra peccati mundatus sis. Recole æterna memoria illam inspirationem, illam concionem, illam Confessionem, aureum illum horam, qua a peccatore in justum transisti; de hac hora merito affirmare potes illud: *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.* (*Sap. 7.*) omnia bona; quia redii in amicitiam Dei. Omnia bona; quia liberatus sum a reatu gehennæ. Omnia bona; quia adquisivi jus filiationis, & hereditatis æternæ. Amen.

Dominica XIII. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

De detestabili ingratitudinis vitio, præsertim hominis peccatoris erga Deum.

Non est inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi alienigena. Luc. 17.

EXORDIUM.

Gratitudo laudabile virtus, contra ingratitudo detestabile vitium est.

1. Laudabilissimam assuetudinem tenuit Rex ille, de quo Doctis. Speranza (*scripti. chr. pontif. 156.*) testatur, quod omnia tibi collata beneficia in ephemeridis retulerit: constanter habebat secum annales, & siquod ei a subditis obsequium præstabatur, illud diligenter annotavit, dataque occasione condigna remuneratione compensavit: sciebat prudentissimus Rex, non esse potentiorem hominum ad attrahenda hominum corda, quam gratitudinem; nescio enim, quæ instinctu naturæ ordinatus, ut non alios magis homines, quam gratos, & beneficiorum memores diligamus. Ecce tria abominabile vitium est ingratitudo, nullamque puto aversionem rationali naturæ adeo congenitam esse, quam ergi ingratos; hinc passim audiuntur gravissimæ, & præ ceteris sensibiles querimoniæ parentum contra filios, patronorum contra clientes, amicorum contra perfidos sodales, dicentium: Ego huic homini tot tantasque beneficia contuli, ad honorificum officium promovi, a mortis periculo liberavi, in necessitate opem tuli, & nunc me despicit, denigrat, deserit, offendit, & persequitur. &c. Hanc virtutem dilaudat, vitium autem perstringit in hodierno Evangelio Benignissimus Redemptor: laudat quidem virtutem gratitudinis in illo leproso, qui post receptam sanitatem rediens, grates retulit Divino Benefactori; perstringit autem vitium ingratitudinis in ceteris, qui accepti beneficii immemores emanserant. Christiani Auditores! an quisquam est ex nobis, cui Deus non plura contulit, quam huic leproso? consideremus nosmetipsos tam corpore, quam anima tensus, & videbimus nos esse vasa plenissima Divinis beneficiis. Hoc tamen non obstante, quotusquisque est, qui condigne gratum se exhibeat? In necessitatibus in periculis, ut cum Bernardo (*ap. Speranz. ubi supra.*) loquar, satis importune petimus, quod nobis deesse cognoscimus; sed pauci admodum sunt, qui dignas super acceptis beneficiis gratias agere videantur. *Non est inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo.*

2. *Propositio.* Quare agite, cum ingratitudinis vitium adeo detestabile sit, ut non dubitarit Publius Mimus (*ap. Basilium in Psalm. V. ingratitudo.*) affirmare: *Maledictio cunctis dicenda, si ingratum dicerit*: ideo vobis ante oculis statuam hujus sceleris deformitatem, idque eum in finem, ut nonnunquam Divina beneficia, præsertim hoc tempore messis, quo Deus vobis fructuum abundantiam largiter contulit, recolentes cum S. Davide deliberetis: *Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi?* Felicem me, si hoc intentum consequar; hæc enim, ut eliminetur omne peccatum, utpote quod committi contra Deum non potest, nisi ab ingratis. Favete.

Ingratitudo triplex est.

3. *Divisio.* Ingratitudo recte describitur, quod sit culpabilis omissio gratitudinis debitæ, & quemadmodum alia quævis vitia, ita & hoc habet suos gradus, & augmenta; præcipue autem, prout insinuat ingeniosissimus Seneca (*ap. Lyr. Luc. & ap. Lohn. Bibl.*), tres sunt gradus ingratitu-

lula ad solem, velut annula ad totum orbem comparata. Jactent ergo mundanissimas divitias, jactent hominum applausus, jactent Principum favores, tu, o anima Christiana, ne illis invide tuam felicitatem: felicior es, tantoque felicior, si Dei amica es, quanto Deus omnes terræ Monarchas dignitate excellit.

Beneficium justificationis est prorsus gratuitum.

5. Crescit hoc amicitiæ Divinæ beneficium eo, quod prorsus gratuitum sit: neque enim vel ex parte tui, vel ex parte Dei ullus justitiæ titulus inveniri potest, ex quo tibi deberetur: non ex parte tui, quemadmodum enim homo creationem suam meritis promereri potest, eo quod operari non valeat, antequam sit; ita, postquam in peccatum lapsus est, facere nihil valet, quo justificationem suam mereatur; quia Deo exosus, & odibilis est. Immo S. Augustinus (*in Ps.*) beneficium justificationis longe majoris æstimat, quam beneficium creationis. Cui consonat S. Th. inquiens: (*2. q. 113. a. 9.*) *Major est opus justificationis impii, quam creatio cæli & terræ.* Sed neque ex parte Dei ullus est justitiæ titulus; an enim Deus indigebat tui? an non erat sat magnus, sat beatus sine te? nulla prorsus ratione: felicissimus foret, utut æternum pertisses. *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non egeres.* (*Ps. 15.*) O quantum igitur erat beneficium Dei, cum te sine ullo merito, *propter nimiam suam caritatem*, ut loquitur Apostolus, (*Ephes. 2.*) ad gratiam suam vocavit! Magna est gratia Regis, si Nobilem, ac generosum in aulæ suæ optimatem eligat: at si hominem eligeret ignobilem, mendicum, barbum, stupidum, ineptum, quis satis posset mirari? &c. Hæc tua est gratia, tibi collata: quid ergo agis? qua gratitudine Deo compensas tantum beneficium? quid moraris cum hodierno leproso magnificare Dominum, in faciem procidere, & gratias agere?

§. II. *Homo justificatus liberatus a gehenna reatu.*

6. Alterum beneficium, quod ex justificatione procedit, fundatur in eo, quod homo absolvatur ab æterni supplicii reatu; eo ipso enim momento, quo peccat graviter, reus est gehennæ, & si in statu peccati tunc moreretur, damnatus esset. O homo, introspice per infernales clathros in insticem illum damnatorum carcerem, & bene perdende, quid sit infernus: Tertullianus (*de Anima.*) ait, esse terribilem profundum. Hugo Victorinum (*l. 4. de anima c. 13.*) esse barathrum, in quo portæ spei clausæ, & desperationis apertæ sunt. S. Greg. (*ap. Sperpuell. 140.*) ait: in inferno erit frigus intolerabile, ignis inextinguibilis, vermis immortalis, fœtor intolerabilis. &c. Excogita omnia totius mundi bona, & scio ex omnibus nec unicum reperiri in inferno: ibi nulla pax, nulla requies, nulla satisfactio, nulla spes, nullum gaudium, nullus ordo, sed sempiternus horror, planctus, & stridor dentium. Considera totius mundi tormenta, congere in unum cumulum dolores omnes, quos vel sancti Martyres, vel malefactores, in equuleis, in carcaribus, in carceribus, in rogis perpessi sunt, & scias velim, hæc tormenta omnia, ad infernum comparata, non esse nisi ignem pictum ad ignem verum. &c. Sed ecce: ab his malis omnibus, o homo, liberatus es, quamprimum justificatus: revocata est æternæ damnationis sententia; deletus est chyrographus peccati, rupti sunt laquei, & catenæ dæmonis quibus te vinctum tenebat. Et parvi pendis hoc tantum beneficium? Magna, & admiranda fuit Dei caritas, qua populum e servitute Ægypti, Abrahamum ab igne Chaldæorum, Lothe flammis Sodomæ, tres pueros e fornace Babylonica eripuit. Sed hæc beneficia amicis suis exhibuit: numquid major est beneficentia Dei erga te, cum te inimicum suum ab inferno præservavit? O quam felicem reputas illi genus maleficum, qui dum jam nunc ad patibulum rapeatur, ultima scelerum suorum supplicia daturus, subito a Principe, mutata sententia, vitæ gratiam consequitur, quanto felicior es, qui, dum non temporaneæ, sed æternæ mortis reus, ad gehennæ incendia rapiebaris, in Dei gratiam fuisti receptus? forte arderes nunc in inferno: forte hoc momento, quo tecum loquar, hi oculi tui, hæ aures tuæ, hæ nares tuæ, hoc os tuum, hæc præcordia tua, hæc viscera tua plena essent igne, ac dolore, nisi benignissimus Deus ex suæ Bonitatis abyssu de statu peccati ad statum gratiæ te revocasset. Quid agis? qua gratitudine Deo compensas tantum beneficium? O si sapis, velut hodiernus leprosus gratum te exhibe, qui, *ut vidit, quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem suam ante pedes ejus, gratias agens.* (*Luc. 17.*)

§. III. *Homo justificatus fit hæres gloriæ cælestis.*

7. Tertium denique beneficium, quod homini per justificationem confertur, constituit in adoptione filiali, vi cujus in Filium Dei, & regni cælestis heredem assumitur: posset quidem liberalissimus Deus ita homini peccatum remittere, ut eum in suam amicitiam admitteret sine gloriæ cælestis collatione: noluit tamen id facere, sed quibus peccata remittit, illos etiam in filios, & coheredes gloriæ suæ adoptat. Hinc oritur illa spes, quæ justificatos inter quascumque tribulationes mirum quantum exhilarat. Homo justus in morbis, in persecutionibus, in paupertate, in afflictionibus serenam semper frontem, & animum hilarem gerit; sicut enim una guttula absynthii integram ollam mellis amaricare non potest, ita hæc exspectatio æterni præmii omnem tristitiam inter quæcumque mala absorbet. O mi homo, attolle oculos! intuere hunc solem, hanc lunam, hæc sidera, hæc sub pedibus tuis erunt: noli quærere cum Davide (*Ps. 72.*): *quid mihi est in cælo?* satis enim tibi dictum sit, quod cælum sit antithesis inferni: sicut enim in inferno nullum invenitur bonum, sed cumulus omnium malorum; ita in cælo nullum invenitur malum, sed cumulus omnium bonorum. Finge hominem illum maleficum, de quo paullo ante diximus, non tantum a patibuli supplicio liberatum, vitæ gratia donari, sed insuper in filium Regis adoptari, corona, torque aureo, amictu regali exornari, *prob!* qua satis admiratione capere posses saltum illum, quo homo ille ab infimo infelicitatis gradu ad luminum gloriæ apicem ascendit? Eo, hæc tua quanta est felicitas e mancipio perditionis in filium æternæ adoptionis migrasti; ibi oculi tui merebantur intueri infernales dæmonum larvas; nunc, Deo inserente, destinantur ad videndam in cælo Dei faciem: hæ aures tuæ merebantur audire blasphemos damnatorum ejulatus; nunc destinantur ad audiendos Angelicæ symphoniæ concentus. Hæ nares tuæ merebantur odorare sulphureum fœtorem; nunc destinantur ad olfaciendum odorem suavitatis. Hoc os tuum merebatur pasci liquato metallo, ac serpentum veneno; nunc destinatur ad gustanda manna cælestis sympotia. Hoc corpus tuum merebatur ustulari interminabili gehennæ incendio; nunc destinatur ad eam gloriam, qua supra solem meridianum fulgebit. &c. O quam mirabilis hæc mutatio dexteræ Excelsi! certe si hanc satis caperes, o homo, ne tu totus absorptus, & quasi stupore extaticus incederes, ne tu sine intermissione clamares; unde hoc mihi, quod invenerim tantam gratiam coram Deo meo? unde hoc mihi? &c. &c.

8. *Epilogus.* Age igitur, ne obligationi tuæ desis, cum hodierno leproso in faciem procide, magnifica Deum, gratias age, quod a lepra peccati mundatus sis. Recole æterna memoria illam inspirationem, illam concionem, illam Confessionem, aureum illum horam, qua a peccatore in justum transisti; de hac hora merito affirmare potes illud: *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.* (*Sap. 7.*) omnia bona; quia redii in amicitiam Dei. Omnia bona; quia liberatus sum a reatu gehennæ. Omnia bona; quia adquisivi jus filiationis, & hereditatis æternæ. Amen.

Dominica XIII. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

De detestabili ingratitudinis vitio, præsertim hominis peccatoris erga Deum.

Non est inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi alienigena. Luc. 17.

EXORDIUM.

Gratitudo laudabile virtus, contra ingratitudo detestabile vitium est.

1. Laudabilissimam assuetudinem tenuit Rex ille, de quo Doctis. Speranza (*scripti. chr. pontif. 156.*) testatur, quod omnia tibi collata beneficia in ephemeridis retulerit: constanter habebat secum annales, & siquod ei a subditis obsequium præstabatur, illud diligenter annotavit, dataque occasione condigna remuneratione compensavit: sciebat prudentissimus Rex, non esse potentiorem hominum ad attrahenda hominum corda, quam gratitudinem; nescio enim, quæ instinctu naturæ ordinatus, ut non alios magis homines, quam gratos, & beneficiorum memores diligamus. Ecce tria abominabile vitium est ingratitudo, nullamque puto aversionem rationali naturæ adeo congenitam esse, quam ergi ingratos; hinc passim audiuntur gravissimæ, & præ ceteris sensibiles querimoniæ parentum contra filios, patronorum contra clientes, amicorum contra perfidos sodales, dicentium: Ego huic homini tot tantasque beneficia contuli, ad honorificum officium promovi, a mortis periculo liberavi, in necessitate opem tuli, & nunc me despicit, denigrat, deserit, offendit, & persequitur. &c. Hanc virtutem dilaudat, vitium autem perstringit in hodierno Evangelio Benignissimus Redemptor: laudat quidem virtutem gratitudinis in illo leproso, qui post receptam sanitatem rediens, grates retulit Divino Benefactori; perstringit autem vitium ingratitudinis in ceteris, qui accepti beneficii immemores emanserant. Christiani Auditores! an quisquam est ex nobis, cui Deus non plura contulit, quam huic leproso? consideremus nosmetipsos tam corpore, quam anima tensus, & videbimus nos esse vasa plenissima Divinis beneficiis. Hoc tamen non obstante, quotusquisque est, qui condigne gratum se exhibeat? In necessitatibus in periculis, ut cum Bernardo (*ap. Speranz. ubi supra.*) loquar, satis importune petimus, quod nobis deesse cognoscimus; sed pauci admodum sunt, qui dignas super acceptis beneficiis gratias agere videantur. *Non est inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo.*

2. *Propositio.* Quare agite, cum ingratitudinis vitium adeo detestabile sit, ut non dubitarit Publius Mimus (*ap. Basilium in Psalm. V. ingratitudo.*) affirmare: *Maledictio cunctis dicenda, si ingratum dicerit*: ideo vobis ante oculis statuam hujus sceleris deformitatem, idque eum in finem, ut nonnunquam Divina beneficia, præsertim hoc tempore messis, quo Deus vobis fructuum abundantiam largiter contulit, recolentes cum S. Davide deliberetis: *Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi?* Felicem me, si hoc intentum consequar; hæc enim, ut eliminetur omne peccatum, utpote quod committi contra Deum non potest, nisi ab ingratis. Favete.

Ingratitudo triplex est.

3. *Divisio.* Ingratitudo recte describitur, quod sit culpabilis omissio gratitudinis debitæ, & quemadmodum alia quævis vitia, ita & hoc habet suos gradus, & augmenta; præcipue autem, prout insinuat ingeniosissimus Seneca (*ap. Lyr. Luc. & ap. Lohn. Bibl.*), tres sunt gradus ingratitu-

citudinis: primus, isque oppido malus est: *Beneficium non compensare.* Alter, isque pejor est: *Beneficii oblivisci.* Tertius, isque pessimus est: *Beneficia malefactis rependere.* Perstringamus hos gradus, videamusque, an in aliquo, aut in nullo nos conscientia accuset.

§. I. *Beneficium obligat ad obsequia ultronea.*

4. *Confirmatio.* Prima igitur ingrati animi nota est collatum *beneficium non compensare*; sciendum enim est, ex quovis beneficio oriri reciprocam obligationem, tenerique beneficiarium, ut præstita sibi bona mutuis, isque gratuitis obsequiis liberaliter recognoscat: dicogratuitis, ut videlicet compensatio ipsi beneficio, quod æque gratuitum, & liberale est, correspondeat. Quæritur, cur gratitudo, tamquam virtus adeo nobilis, a Deo in Decalogo non fuerit præcepta? respondetur; quia eo ipso exueret naturam gratitudinis, si præcepta foret. Patriarcha Noe omnia fecit ex præscripto Dei; fabricatus est arcam, distinxit mansiunculas, introduxit animalia, aliaque omnia ex ordinatione Divina compositit, excepta sola oblatione, altarisque erectione: cur non exspectavit præceptum Domini? reponit hic S. Ambrosius (*l. 2. de Noe & Arca c. 6.*): *Intellexit animum, eam veram gratiarum actionem esse, quæ non jubetur, sed defertur*; qui enim debitum gratiæ, ut a se exigatur, exspectat, ingratus est.

Prima ingratitudinis nota, beneficium non compensare.

5. Notent hoc sibi Christianorum permulti, qui Divina beneficia pleno quidem ore devorant, nihilominus de debita gratitudinis compensatione parum solliciti sunt: putant, sesatis superque Deo gratos esse, si ea præcepta, ad quæ summo legis rigore obstringuntur, utcumque observent. Erratis, mei Christiani, erratis: ad ulteriora, eaque aliunde non debita obsequia vos obstringit gratitudinis lex: Esto, quod non teneamini ad liberales eleemosynas; esto, quod non teneamini ad agrorum servitium; esto, quod non teneamini ad comprecationes horarias; esto, quod non teneamini ad ultroneam a certo cibo abstinentiam; esto, quod non teneamini ad fugam vani, & inutilis consortii; esto, quod non teneamini ad alia opera, ut vocantur, supererogatoria: hac tamen omnia ultro offerre deberetis Divino Benefactori in compensationem mille beneficiorum, quæ quotidie recipitis. Quid Abraham fecit? mox ut tabernaculum fixit, statim pro facta sibi promissione gratiarum actiones obtulit Domino. Quid Jacob fecit? ubicumque a Deo aliquod accipiebat beneficium, lapidem, sive altare erigebat, quasi in marmore illud ad perpetuam memoriam conscribere vellet: Quid Moyses fecit? quid Debbora? quid Anna? primus demerso Pharaone, altera devicto Sisara, tertia genito Samuele Domino Deo in gratitudinis pensum canticum cantarunt. (*S. Chrys. hom. 34. in Gen.*) Econtra quis non compatiatur pio Regi Ezechiæ? Judæi reportant victoriam, Assyrii internecina strage delentur, hostes profligantur, & ecce in medio lætitiæ Rex Ezechali ægritudine corripitur: quæ causa hujus infortunii? percipite rationem ex S. Hieron. (*in Isai. 11.*): Traduxt Hebræi, ideo ægrotasse Ezechiam, quod post auditam victoriam Judæorum, & Assyrii Regis interitum non cecinerit laudes Domino, quas cecinit Moyses demerso Pharaone, & Debbora interfecto Sisara, & Anna genito Samuele. Audis, mi Christiane? ingratitudo Ezechiam lethali morbo affecit: metue, ne & tibi superabundantur beneficia, & subinde tantur infortunia, si adeo tenax, & illiberalis fis erga Deum, ut nihil ultra debita, & præcepta illi cogites offerre: est enim animis quam certum, Deum eadem vel tenacitate, vel liberalitate nobis sua dona conferre, qua nos erga ipsum ferimus.

§. II. *Altera nota ingrati beneficium oblivisci.*

6. Altera, eaque longe pejor ingrati animi nota est *beneficiorum oblivisci*, atque utinam esset tam rara, quam turpis! recte Aristoteles, interrogatus, quid ex rebus omnibus quam citissime marcesceret, reposuit, *Memoria beneficii:* (*Laert. l. 5. c. 1.*) in quem eum sensum Seneca (*Sen. de benef. c. 8.*) de ingratis differat, ait: *Quæ secretis inter se vigebant, interjecto spatio, obsolescunt.* Quemadmodum enim illi, qui in scala sursum ascendunt, eamdem utraque manu tenaciter amplectuntur; ufurpato autem obsequio scalam in abstrusum angulum rejiciunt: ita multi, qui amici, aut Dei adminiculante gratia ad desideratam felicitatem eluctati sunt, postliminio beneficium æterna oblivione obliterant. Putant, sibi debita fuisse ea obsequia, aut quod ex Dei beneficentia possident, suis meritis, suis laboribus adscribant. Vultis monstrosæ hujus ingratitudinis exemplum? imaginamini vobis illum divitem, qui fructuum abundantia supra modum elatus, dixit: *Quid faciam, quia non habeo, quo congregem fructus meos?* (*Luc. 12.*) Notate verba ultima: *fructus meos.* Itane, O ingrate, tui sunt? & quidem ita tui, ut neque agnoscas illos ex Dei clementia, a benedictione Divina, a rore cæli, a salutaribus pluviis fuisse progratos? O quot hac stultitia, & ingrati animi vitio laborant! exclamat iterum Doctiss. Speranza (*script. fel. pœnit. 156.*) qui a Deo pasti, pabulum quidem accipiunt, sed unde id veniat, non considerant! sunt velut aratores Ægypti, qui cælum nunquam respiciunt; quod enim aliis nationibus præstat cælum, hoc Nilus præstat Ægyptiis: ita illi cælum, unde tot pluunt gratiæ, non respiciunt, nec oculos sursum, unde omne bonum descendit, attollunt. Si erudiore licet uti similitudine, videntur mihi porcis haud absimiles, qui sub quercu constanter grunniunt, ac deciduas glandes devorant, nunquam tamen, unde decidant, in arboris ramos suspiciunt. Dicit forsan jactabunde aliquis rusticus: nos agricolæ totum mundo sustentare debemus, nos agros colimus, & sic triticum omnibus hominum statibus subministramus. Itane vos? vos penuarii estis totius mundi? si ita est, cur superioribus annis terræ sterilitatem non præcavistis? cur damnosas grandines non avertistis? cur imbrium exundationes, segetumque submersionem non impedivistis? cur nocivas tempestates, procellasque non abesse jussistis? O nec Christiani! sursum corda, sursum oculos tollite: frustraneus est omnis labor humanus, nisi desuper benedictio Divina descendat. Audite, quantum Dominus Deus de hac ingratitudinate conqueratur per Oseam Propheram (*c. 13.*): *Juxta pascua sua implevit eos, & saturati sunt, & elevaverunt cor suum, & oblti sunt mei.* Mei; sine cujus gratia ne unum frumenti granulum crescit. Mei, qui aperio manum meam, & impleo omne animal benedictione. Mei, e cujus nutu pendent pluviæ & ariditas, fecunditas & sterilitas, fames & abundantia. Mei denique, de quo David grato animo decinit: *Domine, qui posuit me a juventute mea: tu te confirmatus sum, exspectavi et meum laude.* (*Psalm. 70.*) &c.

§. III. *Tertia nota ingrati pro bono mala rependere.*

7. Tertia demum, eaque pessima nota ingrati animi est: *Beneficio malefacta rependere.* Deum immortalem! ergone invenire est ejusmodi ingratos, qui erga Deum se habent, velut vapor erga solem, a quo quidem in sublime attrahitur, sed dein attractoris splendorem obfuscat? (*Stapleton. Dom. 13. Pent. sect.*) An invenire est hujusmodi ingratos, qui erga Deum se habent, sicut mare erga flumina, a quibus quidem dulces aquas recipit, sed amaras refundit? Eheu ita est invenire est ea hominum monstra: atque hac ingratitudo hominum non solum infra conditionem brutorum abjicit, verum & ipso damone pejorem quodammodo facit. Agitatur quæstio inter Doctores, cur diabolus non sit cooperatus Regi Saul ad occidendum Davidem, cujus mortem non una tantum sed pluribus vicibus machinatus est: antequam respondeam, notandum est, Davidem fuisse optimum, maximumque benefactorem Saulis; vicit enim ejus inimicum Goliath, compescuit cythara spiritum ejus maligum, aliaque plurima illi beneficia contulit: his præappositis respondet ad quæstionem propositam Didacus Celada (*ap. Mich. a Calve cent. 17. §. 2. n. 4.*), Damonem non cooperatum fuisse Saulo ad occasionem Davidis, quia, quamvis incentor sit omnium malorum, nihilominus ipsumet erubuit tam decumanam ingratitudinem, qua Saul cupiebat nocere flumino suo Benefactori: verba allegati auctoris sunt: *Demon natalit ingratissimo Saulo cooperari, indecorum sibi reputans ultio ingratitudinis notam, qui omnibus vitiorum notis detestabatur est.* Ecce erubescit diabolus mala pro bonis rependere, & homo non erubescat?

8. Fingite Regem potentissimum, qui aulico cuidam immensam aureorum summam donat; perversissimus autem aulicus hanc summam pecuniariam capitali Regis inimico tradit, ut conflato exercitu Regem oppugnet. Nonne tam enormis ingratitudo mille mortes promereretur? Et ea tamen ingratitudo, innoscite Auditores, multoties nostra est. Contra populum Israel conqueritur olim Dominus (*Osea 2.*): *Argentum multiplicavi ei, & aurum, quæ fecerunt Baal:* Sed & contra nos has querelas expenuero fundere potest. Nonne sunt multi, quibus Deus opes, & divitias abundanter contulit? quid rependunt? has ipsas divitias in luxum, in luxuriam, ad usuras, & scelera usurpant. Nonne sunt, quibus Deus bonum ingenium dedit? quid rependunt? hoc ipso ingenio ad obscenam poesin, ad ineptias, & fescenninos sales abuntur. Nonne sunt, quibus Deus uberem mensam, frugumque abundantiam largitus est? quid rependunt? in his ipsis frugibus petulciunt, ita ut nec ipsa mensis, nec agri, nec horrea a turpibus jocis, & petulanti impudentia sint immunes. Nonne sunt, quibus Deus robustum valetudinem hactenus conservavit? quid rependunt? hanc ipsam valetudinem in conditis hautibus, ebrietatibus, rixis, & desidiis destruunt. Taceo plura Dei beneficia, de quibus merito conqueritur Dominus Deus (*Psal. 34.*); *Retribuebant mihi mala pro bonis*: quomodo? quæ mala? pro quibus bonis? percipite responsum S. Augustini (*in Psal. 34.*): *Ego attuli fecunditatem, ipsi retribuebant sterilitatem: ego vitam, ipsi mortem; ego lavarem, ipsi contumeliar; ego medicinam, ipsi vulnera.* Graphica exprobratio! quam quilibet sibi ipsi potenter applicare.

9. *Epilogus.* Ego vero ad finem propero, ac pro corollide salutarem doctrinam Beati Ægydii in medium affero (*Engelg. Dom. 6. post Pent.*): Ægidius Sancti Francisci Discipulus, cum divitem quemdam pro beneficiis acceptis ingratum videret, eum hoc argumento ingratitudinis convicit: Incidi, inquit, in hominem manibus, & pedibus truncum: cum benigne percunctatus sum, quid rependere vellet, si manus, ac pedes ei aliquis restitueret? respondit: servum me illi perpetuum consecrarem. Tunc ad divitem conversus: Cum ergo & tibi, inquit, Deus manus, & pedes, ceteraque corporis membra integra, & illæsa tot annis conservarit, cur iis in contemptum Dei abuteris? idipsum vobis pro corollide inculco, Auditores: satagite beneficiis Dei, a quo omnia habemus, ita uti, ut causam non habeat Deus super ingratitudine vestra conquerendi, dicendique *Non est inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo.* Amen.

Dominica XIII. Post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

De efficacia, & virtute Confessionis Sacramentalis.

Ite, ostendite vos Sacerdotibus. Luc. 17.

EXORDIUM.

Confessio Sacramentalis mire mutat hominem, illique maxima bona confert.

1. Risu dignissima est illa Pythagoricorum, & Platonicorum stoliditas, qui credebant, ad lyram Amphionis, & Orphei revera arbores, & saxa moveri: (*Delrio l. 1. disp. c. 3. & 4.*) Nec minus hereroclitus est error Origenis, Agippe, Paracelsi, Plinii, aliorumque, qui in verbis veluti radiis rerum, quamdam vitam statuentes, a natura illa crediderunt disposita ad quodvis grande prodigium patrandum; ita, ut unica voce putarint cælum posse fulmina, elementa confundi, vivis animam tolli, mortuis vitam restitui. Hi legerant fortasse Zoroastrem cantilenis suis, velut scorpionibus, ursum, ut ignem acciperet; legerant, Pythagoram ita circumasse aquilam, ut cum illa quotidie prolixos discursus traxerit; legerant Ericum, inter Cothos capillorum motu ventos commovisse; legerant Circen, notam apud Homerum magam, amatores suos, ad se accedentes, in varias brutorum facies transformasse; & cum hæc omnia aut facta fuisse fingantur, aut ope dæmonis ficta fint, putant illi ex efficacia quorumdam male articulatorum verborum provenisse. Enimvero si a fabulis ad historias transire libet, diluculabo vobis hodie præstygias longe salutariores, verba longe efficaciora, quibus homo mirum quantum mutatur, conscientia tranquillatur, dæmon in fugam agitur, & ipsa denique mitigatur incommutabilis Dei sententia. Quæritis, quanam sint hæc verba? sunt verba Sacerdotis: *Ite, ostendite vos Sacerdotibus* (Luc. 17.), præcepit hodie Salvator leprosis: illi iverunt, & se ostenderunt: quid evenit? sanati sunt, abstersa est lepra, rediit valetudo. Idem hodiedum contingit; si infelix peccator confessentiam, immanissima scelerum lepra obsitam, Sacerdoti aperiat, ecce confestim vi verborum sacerdotalium transit ex leproso in mundum, ex ægro in bene valentem, ex peccatore in innocentem.

2. *Propositio.* Loquor, Dilectissimi, de verbis Sacramentalibus in Confessione: atque de horum efficacia hodie agere constituo. Videritis, quantam tam salutaris remedii institutio a nobis exigat gratitudinem.

Tranquillat conscientiam.

3. *Confirmatio.* In primis volo, ut pro indubitato habeatis illud effatum Ifidori. (*l. 2. so-*

liloq.) *Nulla pœna est gravior pœna conscientiæ.* Quæ finxerunt Poetæ de rota Ixionis, de saxo Sisyphi, de supplicio Belidis, non adæquant tormentum animi, malesibi conscii. Mala Conscientia juxta Tullium nullam concedit quietem Oresti, juxta Macrobium nunquam satiat vulturem rodentem cor Titii, & juxta Lucanum est carnifex continuo equuleo distendens, juxta Plutarchum est terredo omne solatium corrodens, juxta Pythagorum est somnium omnis timoris, juxta Menandrum est cornucopia omnis miseriæ: quid multis? postquam hæc sanguisuga alligatur cordi alicujus, ita illud exsugit, ut vitam ipsam morte infeliciorem reddat. De quodam milite legitur, quod infantulo quodam occiso ita a sævo conscientiæ carnifice tormentatus fuerit, ut quietem nullam capere valeat, ultro se judici stiterit, mortemque maluerit, quam eam animi carnificinam sustinere. Verum dicite, hunc vermem intolerabilem qua arte, quo verbo poterimus tranquillare? respondeo, sola Confessione.

4. Prodeat nunc perfidus Calvinus, dicatque Confessionem esse *tedadem conscientiarum carnificinam*: eum mendacii arguet S. Laurentius Justinianus (*de Disciplin. Mor. c. 29.*), a quo vocatur: *Sanctissimus, in quo hominum conscientiæ reliquuntur.* Appello hac ex parte ad experientiam omnium nostrum. Est aliquis ex nobis, quem anxietates, scrupuli, ac dubia magis exagitant, quam Dædalus fuerit intricatus in suo labyrintho? Est aliquis ex nobis, quem timor inferni cruciat, pudor exanimat, confusio tormentat? nonne quamprimum Confessionem obit, omnia erant quieta, omnia pacifica? ita omnino est. Verissimum siquidem est illud Maximi: *Pœnitentia fructus est impossibilitas animæ.* Mox ut verba absolutoria Sacerdotis audiit, transiere tristitiæ, incipit abundare lætitia, ac perfundi solatio. O quam bene igitur cuilibet peccatori male habenti ossimi posset illud Senecæ (*Epist.*): *Projice, quæcunque cor tuum lanient, quæ si aliter extrahi nequirent, cor ipsum cum illis avellandum erat.*

Dæmonem superat, ac confundit.

5. Verum sistite, siquidem non solus vermis conscientiæ est, quem vellem supprimi: sunt alpides furiæ, in interno nidificantes, quæ longe acrius nos infestant, atque contra has aspides, videlicet dæmones non est in mundo efficacior incantatio, quam Confessio. Devotus quidam Dei Famulus, cum morti proximus dæmonem, quem commanius adstantem cernebat, cum S. Martino allocutus fuisset: *quid hic adstas, cruenta bestia?* (*Casarius l. 11. c. 38.*) cum postea adjuravit, ut ediceret, quid dæmones in manibus penitus haberet? dæmon, a Deo coactus, respondit: *Nihil est in Ecclesia, quod tantum nobis necet, quod sic virtutes enervet, quam frequens Confessio.* Idem Affioni Monacho confitenti tenebrarum Princeps testatus est his verbis: *Confessio tua Asium magnas mecu hodie certavit vires.* (*Ex vitis Patrum.*)

6. At-

6. Atque hac de causa in nulla re magis laborant dæmones, quam ut homines a Confessione retrahant: illi Patri-Familias, illi juveni, aut puellæ facile permittunt, ut eleemosynas erogat, ut Ecclesias frequentet, ut opera pia exerceat; at si in sequentem diem Confessionem differat, ecce, e vestigio vesperi cuncta se negotia objiciunt, omnes confusiones domesticæ prodeunt, omnia obstacula se ingerunt, ut eum impediant. Talis experitur, dæmonem nil pejus, quam Confessionem odisse. Quanam est hujus rei ratio? non alia, quam quia dæmon per Confessionem non minus, quam ipse pœnitens confunditur, & in ruborem datur: Pœnitens Adelhaidis, ad Confessionem pergens, & a dæmone interrogata, quo iret, respondit: *Vade confundere & te, & me.* (*Cæsar. lib. 3. c. 13.*) Quamvis enim post Absolutionem Sacramentalem non semper videamus malignum spiritum visibiliter a pœnitente discedere; nihilominus in qualibet Confessione integra certum est, quod magno rubore confundatur: quamdiu peccatis ligati fumus, trahimur captivi, velut jumenta; sed mox, ut ligamentis soluti fumus, dæmon ligatur, & in infernum relegatur. Plus dico: Quamvis infernalis inimicus lincens habeat oculos, tamen si sacro hoc fascino induitur, non amplius agnoscere valet peccatorem, qui paullo ante suus erat; ea quod per Confessionem nova quasi creatura efficiatur. Quis falsitatis me arguet? nonne Sacerdos ille impurus, & adolescens lascivus a diabolo agniti non sunt post Confessionem? Nonne ille Hybernus, qui triginta annis injustum manibus gerebat diabolicæ fevitutis signum, per absolutionem deletis characteribus, a diabolo non fuit agnitus? (*Specul. Exempl. V. Confessio.*) Quodsi aliquis sit, inquit Chrysostomus (*prof. in Com. in Psalm.*), qui truculentum hostem metuat, habet armamentarium, quo validius omni Achille se contra illum munire poterit. Quale est hoc armamentarium? reponit S. Doctor; *Pœnitentia est adversus diabolum armatura.*

Placat irascendum Deo.

7. Necdum his limitibus circumscribitur utilitas Confessionis; ausim dicere Confessionem esse armaturam etiam contra ipsum Deum; quia, ut ita dicam, in animo Dei extinguit, & obliterat omnem peccatorum memoriam: ita affirmat Cyrillus; inquiens, *Confessionem indocere quandam amnestiam Dei*, hoc est, oblivionem omnium præteritorum: O felix aumium, peccatores! mox ut peccata vestra in Confessione exponitis, eadem in monte Dei deletis. Bonus latro confitetur, dicens: *Nos quidem digna factis recepimus* (Luc. 23.), & confestim loco pœnæ præmium recipit, *hodie mecum eris in Paradiso.* (2. Reg. 12.) David confitetur; dicens: *Peccavi*, & tribus syllabis quam longissime vindictam Dei depulit, ita ut audiret a Nathan: *Dominus transtulit peccatum tuum.* Filius prodigus tantum adhuc cogitabat de faciendo Confessione, & quantam ei gratiam peperit hæc cogitatio? tantam, ut ajat Nyssenus (*de Orat. Dom.*): *Etiam Confessionis meditatio aditu facilem ei Patrem effecit.*

8. O Dilectissimi Christiani! Profecto valde obstringimur Deo, quod nobis tam facile præbuerit remedium, quo eum conciliare possimus offensum, inimicum exarmare, & quasi volentem percurrere, ad pœnitentiam reducere. Magna sane res est, quod Deus, sui honoris adeo Zelosus, impiissimo, pessimo, insolentissimo peccatori condonare cogatur rapina, furta, periuria, simonias, sacrilegia, neces, parricidia, fornicationes, stupra, adulteria, incestus, Blasphemias, hæreses, apostasias, ac quocunque scelus, dummodo id auri Sacerdoti committatur, & hoc non solum semel, sed *septuagies septies.* Dicite an hic sit aliquis, qui libidine exhaustus, usurii dives, mille injustitiis gravatus, omnibusque sceleribus coinquinatus se a Deo totaliter derelictum cosaeratur? si quis sit, ego eum compello: O te miserum! O te infirmum! qui nullo modo agnoscis tuam medicinam! an non scis, quod Confessione possis sanari? audi: tuamet verba te peccatis expedient, Deo brachia ligabunt, ita, ut quamvis centenis vicibus te jam abjecisset, jam te amplexaturus sit, atque basiaturus. Est severus, non dixerim; sed ega eam, qui nescit uti hoc salubri remedio: abjecit, damnavitque non vestitum veste nuptiali, sed ob nihil aliud, nisi quod auditas scelus sibi objectum, illud non fuerit confessus: *Obmutuit.* (*Matth. 22.*) O utinam tibi recensere possem catalogum eorum, qui confitendo peccata viderunt ea e libro Dei deleta, & oblit erata.

9. Age, aperi librum, quem vocant Speculum Exemplorum (*V. Confess.*), lege, quod de quodam adolescente ibi refertur. A parentibus missus erat Parisios, ut arcibus liberalibus vacaret; sed loco discipuli mansurus, factus est Magister impietatis. Nemo illo lascivior, nemo scandalosior. Sæpe illum Germanus frater admonuit, ut respiceret; sed surdo canebat. Quare Deus loqui cœpit, sed loquela iracundiæ: multigna febre jacentem affligit: jacebat ille pastillariis, & tot medicorum irritu pene desperandus. Una nocte se Pater æternus illis spectandum præbuit, sententiamque fatalem, tanquam in eum, qui creaturis abusus fuerat, fulminavit. Sequenti nocte se illi objecit Filius spinis coronatus, & postquam eum rursus condemnasset, e latere sumptum sanguinem in ejus faciem, tanquam æternæ damnationis tesseram, projicit. Quid confessis, Auditores? quis non hunc juvenem damnatum crederet? verum obstupescite. Mirabile adolescens iterato fratris sui Confessionem cum lacrimis obit, & ecce tertio se Deus sub conspectum ejus dedit, candida vestis amictus, columbam manu, olivam ore tenens, eumque comiter ad gloriam invitavit, hæc addens verba: *Forti animo esto, nec de salute vacillet*

multum valet pœnitentia: ipsa terrifica Majestatis violentiam infert; vitæ invictissimæ, mutat incommutabilem, placat irascentem. Ubi jam ellis vos, qui adeo exhorrescitis Confessionem? Audite, quid Spiritus Veritatis dicat: *Vincit invincibilem, mutat incommutabilem.* Vultis tranquillare conscientiam? Vultis superare stygias potestates? Vultis flectere Deum Omnipotentem? En remedium, Confessio. Fingunt Poetæ, Jasonem annosum fuisse a Medea juventuti restitutum: quæso vos, si tales artis arcanum ego haberem, nonne vos decrepiti senes illud a me affectim flagitaretis? En potentius vobis affero pharmacum, quod animis vestris vigori juvenili redderе potest. Nonne illud magis æstimandum, quam renovatio corporis?

10. *Epilogus.* Quare agite Christiana pectora, si conscientia lancinat, si damnosa inhæret, si Dei vindicta imminet, *effundite vos Salvatori*, evomite virus, ad remedium tam salubre festinate. Præsertim hoc sacro tempore, quo Neo-electus Ecclesiæ Pontifex, & Christi in terris Vicarius, evulgato per totam Christianitatem Jubilæo, nos ad pœnitentiam horrtatur: non sit negotium, quod nos impediat, non verecundia, quæ vocem occludat, non scelerum enormitas, quæ pusillanimitatem induat. Cogitate, hoc esse tempus gratiarum, salutis occasionem forsan non amplius, non amplius, dum vivimus, rediturum: &c. &c. &c.

Dominica XIV. post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

Proponitur duplex Dominium, Mundi & Christi, ostenditurque, quam longe suavior sit servitus hujus, quam illius.

Nemo potest duobus Dominis servire. Matth. 6.

EXORDIUM.

Duo bi Domini sunt Christus, & Lucifer: uterque invitat ad sequelam.

1. GLoriosissimus Patriarcha Ignatius, Societatis Jesu Fundator, in aureo suo Exercitiorum Spiritualium libello inter alia meditationem proponit de duobus vexillis, hodierno Evangelio perquam accomodam. In hispatenti campo ex una parte ante oculos ponit Christum Dominum cum labaro crucis, qui humanas animas suo sanguine redemptas sub sua signa trahere contendens, amabili vultu, ac voce invitat omnes. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos* (Matth. 11.), & quamvis angusta, aspera, crucibus, & adversitatibus plena via sit; quamvis castitas, paupertas, & continua subjectio ardua esse videatur: tamen hortatur ad sequelam, promittit gratiarum adjumenta, & æternæ vitæ præmia, &c. Ex altera parte Lucifer, cum nigricante vexillo in folio eminens, una cum mundo, & carne, ac innumerabili sequacium turba non segnius allicit ad sequelam, ostendit vitam peramœnam, planam, floribus constratam, promittit honores, voluptates, divitias, invitatque omnes: *Præmia bonis, dum sunt, & usurpata, tanquam in juventute relicturis*, (Sap. 1.) &c. Et vero neuter vocat sine effectu: alvolant sub signum crucis pars quidem minor, sed electior; sub signum Luciferi pars quidem major, sed abjectior. Tu Christiane, quem sequeris? Quid moras trahis? cur resolutionem suspendis? an forte respondes, te velle sequi utrumque, & ita servire Deo, ut non offendas diabolum? actum agis; rem impossibilem affectas: *Nemo potest duobus Dominis servire*: alterutri tergum obvertas necesse est. An ais, deliberandum esse? pace mea dixeris.

2. *Propositio.* At ego interim & aures, & oculos tuos fatigabo: aures, vociferando: *Quicunque voluerit amicus esse hujus sæculi, inimicus Dei constituitur.* (Jac. 4.) Oculos autem, tibi proponendo tyrannidem diaboli, & suave jugum Christi. Miseranda res! quod homo persuaderi debeat, ut Deo præstet servitutem, tot titulis illi debitam!

§. I. *Jugum diaboli arduum est, quia decipitur ejus.*

3. *Confirmatio.* In humano commercio si quis unquam fractæ fidei reus, & infidæ machinationis convictus fuerit, fidem non amplius invenit, neque facile quibuscumque demum obsequiis infidelitatis suspicionem expungit: plenæ sunt magnatum aulæ ejusmodi tragœdiis: sæpe ex primi hominis optimatibus unus, qui Principi amicissimus, ac intimus erat, si vel levem occultæ conjurationis suspicionem incurrit, ex aula facessere jussus, in exsilium ejectus, aut omnino carnifici traditus est, &c. Mi homo peccator! monitum te velim, vide, cui fidas: cum impostore agis nefario, proditorem pessimum in amicitiam admittis: Quæris, quem illum dæmonem nimirum, cujus servitio te per peccatum addixisti: blanditur quidem, voluptates, divitias, ac mundi honores promittit; sed qui ratione fidem tribuere potes illi, qui toties decepit, quoties promisit? Veni, ascendamus illum montem, in quem diabolus Christum Dominum sustulit, *& ostendit ei omnia regna mundi*, (Matth. 4.) Ibi nequissimus spiritus totius mundi divitias promisit Redemptori, si in terram prostratus se adoraret. En, mea Christiana anima, adverte fallaciam meticulosissimi deceptoris: an enim omnia regna mundi bona propria diaboli sunt? promittit, quod suum non est. Sed demus etiam illius propria esse; tamen aperti mendacii convincitur: quis enim ratione promittit omnia? fluxere jam ab origine mundi quinque annorum millia, quo tempore credulos homines magnis promissionibus ad suas partes traxit: si fuerit promissis, jam non po-

potest Christo Domino pollicere omnia: si non fuerit, impostor est, fide indignus. Audi Chrysologum (*Serm.* 13.), de fallacissimo veteratore ita loquentem: *Hæc dicit, non quod possit dare, sed fallere, nec promissa conferre, sed ipsa auferre promissionibus, quæ habentur.* Et tu fidem illi tribuis post tot fraudes, & mendacia? O fatuus! inquam, ac demens! felicitatem illa mundanam, quam per peccata affectas, non consequeris & simul æternam perdes.

Peccatores gravissime laborant.

4. Verum demus, miseros peccatores impetrare illa Bona, quorum spem sibi faciunt: an tandem tam grandia sunt illa, ut digna sint decumanis laboribus, quibus in servitio dæmonis defudant? Crudelis erat servitus miserrimi Samsonis, quem Philistæi a Dalila proditum oculis spoliarunt, & ad molam asinariam alligatum molere fecerunt: accesserunt afflictioni immentæ ludibria petulantis populi, &c. Verum infelicior longe est servitus peccatoris sub jugo dæmonis: privatur oculis mentis, ne videat æternas veritates. Alligatur molæ asinariæ: *in circuitu enim impii ambulant* (Ps. 11.); quia nec unicum gressum ad æternam felicitatem faciunt. Defudant sub onere peccatorum ad lassitudinem usque; ita enim ipsimet fatentur peccatores: *Lassati sumus in via iniquitatis.* (Sap 5.) Quare lassati? quia nimirum, ut ita Simon de Cassia (9. *in Evang.* c. 17.), *sunt labores in iniquitate*, & quidem labores gravissimi, labores digni tam truculento tyranno, qualis est diabolus. Sed pro quo tandem præmio perferuntur hæc omnia? Dicitur, Magos, & fagas, dum in nocturnis suis conventibus deliciantur, convivantur, sæpe sibi imaginari, quod selectissimis cupediis, & pretiosissimis obsoniis pascantur; sed si in alterum diem id genus analecta reservant, sæpe deprehendunt, quod nil aliud fuerint, nisi sordidissimum lutum aut animalium stercora. Mi peccator! non invideo tibi tuas voluptates, divitias, & mundi gaudia: scis autem, quando sint? Sanctus gentium Apostolus (*Philipp.* 3.) arbitratur ut stercora, & tu aliquando, cum ad extremam vitæ horam deveneris, ea omnia, quibus nunc avidissime inhias, tanquam sparca, fœda, vana vanissima reputabis: tunc apertis, quos nunc cupiditas excæcat, oculis, videbis recedere voluptates, & te inter extremas angustias turpissime derelinqui.

Diabolus nunc blanditur, in morte sit crudelis.

5. O miserrime peccator, quid tunc? in illo terribili adeundæ æternitatis articulo, quid solati tibi afferent mundus, caro, quibus fidelitatem servitii? *ubi sunt Dii eorum, in quibus habebant fiduciam? — surgant, & opitulentur tibi, & in necessitate vos protegant.* (Deuter. 32. v. 37.) Tunc infernalis Tyrannus, qui modo blanditur, detracta tandem larva fœvire incipiet, & loco voluptatum tormenta obtrudet. Sacri Scriptura (*Judic.* 9.) enarrat infelicem mortem Abimelech militis scelerastissimi, qui in obsidione Thebarum, cum munitissimæ cuidam turri flammas subdere vellet, lapide desuper delapso percussus, fractoque cerebro, lethaliter fatiatus est: cum mori se sentiret, vocavit armigerum suum, rogavitque, ut se interficeret. Cur vocavit armigerum suum? an inter tot milites non erat alius, qui illi præstaret ferale obsequium? respondet Sanctus Cardinalis Petrus Damiani (*contra Cler. intemp. diff.* 1. c. 1.), non debebat esse alius, qui impium obtruncaret, nisi suusmet armiger, ille ipse nimirum, qui illi in scelerato bello arma ministrabat: Advertis, O peccator, quid tibi insinuare velim? Nimirum *armiger Abimelech diabolus est*, ille tibi nunc arma subministrat ad gerendum bellum impium contra Deum, ejusque præcepta: at in extremæ horæ articulo erit, qui te interficiet, qui mortem tuam æternam omni industria promovebit, qui te in desperationis, & gehennæ abyssum præcipitabit. I, fervi huic tyranno, egregiam habes, quam expectas, mercedem: &c. &c.

§. II. *Jugum Christi suave, quia est fidelissimum.*

6. At nunc econtra alterius Domini, id est, Jesu Christi suave jugum tibi ante oculos colloco, & in omnibus antithesin demonstro. Fidelissimus hic Dominus quem unquam decepit? erimne ex tot millionibus hominum, qui uniquam fuit sole fuerunt, qui alicujus falsitatis, aut deceptionis eum arguere potest? neutiquam sane: ille, ille dicere vere potest: *quæ procedunt de labiis meis, non facta sunt tortia.* (Ps. 88.) Immo tanta est illius Bonitas ac Liberalitas, ut, quæ indigis mortalibus exhibet beneficia, cum cumulo, & abundantia exhibeat. In testem voco servum illum, decem millionum talentorum debitorem, qui cum rogaret dilationem debiti, impetravit omnimodam remissionem. (*Matth.* 18.) In testem voco Paralyticum, qui cum corporis sanitatem humiliter flagitaret, etiam animæ sanitatem consecutus est. (*Matth.* 9.) In testem voco mulierem hemorrhoissam, cui præter corporis valetudinem, etiam animæ salutem condonavit. (*Marc.* 5.) In testem voco crucifixum latronem, quem illa ipsa adhuc die, quod nec sperare, nec rogare audebat, in gloriam paradisi assumpsit. Sancti Evangelistæ multoties annotant illa verba: *ut adimpleretur scriptura.* Ita antequam Dominus in cruce emitteret spiritum, notat facer historiographus: *ut consummaretur scriptura, dixit, sitio.* Quid sibi vult illa adjectio? sanctus Augustinus (*apud Sperant. scripsi. sepulch.* 22.) in rem nostram advertit: Moriturus Dominus Scripturas omnes percurrit, & consummatas jam vidit; solum parum aceti in Psalmo supererat. *Et in sitι meα potaverunt me aceto* (Psalm. 21.), & animam agens, animam retinet, donec hoc sibi deleretur acetum, nec antea mori vult, quam hoc idem degustet.

ut adimpleretur scriptura. Ecce, benignissimus Dominus antequam animam in manus Patris traderet, percurrit accuratissime omnem scripturam, & siquid deprehendisset, quod vel de vaticiniis Prophetarum, vel de suis promissionibus, vel de beneficiis, undeunde demum humano generi debitis, necdum esset expletum, certe tum diu adhuc restituisset animam, donec sua fidelitati hac ex parte fecisset satis. O fidelem Dominum! &c.

Jugum Christi leve sit propter gratiam, & alia.

7. Sed forsan hæc ipsa beneficia quæ nobis confert, arduis laboribus, & decumanis difficultatibus sunt promerenda? erras, quisquis ita sentis: testatur enim ipse Dominus: *Jugum meum suave est, & onus meum leve.* (Matth. 11.) Leve est propter gratiarum adjumenta, quibus nos mirum in modum confortat in observatione præceptorum. Leve est propter omnimodam conscientiæ tranquillitatem, cui nulla totius mundi voluptas comparari potest. Leve est propter securitatem quasi infallibilem salutis, quæ homines justos in omnibus adversitatibus, & præsertim in ultima mortis luctu mirum quantum exhilarat. Interroga asceteria, interroga Eremos: dicent tibi homines sancti, obsequio Dei ex toto corde dediti, quod suas austeritates, sua jejunia, suas pœnitentias, suos sacos, & cilicia cum purpuris & tiaris, cum insulis, & coronis totius mundi nollent commutare.

Christus in monte est nostræ animæ optimus.

8. Et quod caput est, cum aliquando mortalis hora advenerit, quis tunc, mi Christiane, erit fiducialissimus amicus, quis protector, quis consolator tuus? Notum est apud Alciatum (*ap. Corn. a Lap. in Gen. 15.*) emblema militis, qui scutum, quo hostium tela excipere solebat, cymbam fecit, qua fluvium pedibus impermeabilem trajecit, indeque clypeum exoticus latus, *Hic*, inquiebat, *serus, & solus amicus mihi fuit, cum premeretque sole, cum premeretque salo.* Verum potiori jure hoc de Christo crucifixo Redemptore dicetis: cum aliquando viribus fractis, genis concitis, facie pallida, oculis nictantibus inter supremos anhelitus in ultimæ æternitatis tibi sit cum amici intimi, optimæ sectatum æstu, aut aspectus horrore abterriti diffugient, & tibi ultimum vale dicent, tunc hic crucifixus Redemptor erit unicum, ultimumque solatium tuum; non derelinquet te a toto mundo derelictum. O quantum tibi tunc erit gaudium, si huic sincere serviisti! quis verbabitur in auribus, ac corde tuo liberalis illa promissio: *Reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus Judex:* (2 Tim. 4.) &c. &c.

9. *Epilogus.* En, Christianæ animæ! hæc est illa, quam vobis propono, inter servitutem Dei, & servitutem diaboli diversitas: jam dicite tandem, quem ex utroque sequi decrevistis? an voluptates dæmonis vobis arridenti? &c. Arrideant meæ pace: ite infelices, non moror vos, servite tyranno vestro, & in laboris stipendium æterna supplicia recipite: at ego, O mi Jesu, tuis partibus me totum addico, suave jugum tuum amplector, tuus sum. O si scirem, quod unica adhuc sanguinis guttula in hoc corpore stabuletur, qua tua non est, his unguibus jam nunc eruerem, eruendique pedibus conculcarem: tu ne cesses ignare miserrimum peccatorem sub tua vexilla me recipere: tibi servire fixum, statumque est. Amen.

Dominica XIV. Post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

Agitur contra flotidam duplicitatem mundanorum hominum, qui ita volunt servire Deo, ut non offendant diabolum.

Nemo potest duobus Dominis servire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget; aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Matt. 6.

EXORDIUM.

Sicut in regno non conveniunt duo Reges; ita in humano corde non duo amores.

1. Darius Persarum Monarcha, ab Alexandro bellicoso, Macedonum Rege, prælis victus, cumque potentissimo hosti imparem cerneret, Legatos misit, pacem rogavit. Noluit tamen se victori subjicere; sed regnum partiri, dimidiam partem sibi reservare, alteram Alexandro tradere volebat. Responsum Alexandri fuit; Nec cælum duos soles, nec regnum duos reges pati; qu propter aut te mihi subjice, aut ut strahuam aciem para. Eodem modo, quo Darius agebat cum Alexandro, agere videntur nonnulli Christianorum cum Deo: noluit se plene subdere illius Dominio, sed cordis regnum quasi partiti: volunt una manu præcepta Dei, altera voluptates mundi amplecti: volunt eadem aviditate terrena, & cælestia aucupari: volunt ibi regnare cum Christo, sed hic nihilominus gaudere cum sæculo: volunt delicias cæli acquirere, & tamen mundi voluptates non perdere: Uno verbo, Volunt ita servire Deo ut non offendant diabolum. Verum actum agunt; quod enim Victoriosus Macedo devicto Persæ responsi tulit, idipsum reponit Deus ejusmodi amphibiis: cupit possidere aut integrum cor hominis, aut nihil. Hanc veritatem luculentis verbis intimavit Salvator in hodierno Evangelio (*Matth. 6.*): *Nemo potest duobus Dominis servire.* Qua de causa? quia *unum odio habebit, & alterum diliget; aut unum sustinebit, & alterum contemnet.* Quid intelligitur per duos hos Dominos? Respondeo ad mentem Doctissimi Stapletoni (*in Prompt. Mor. hac Dom. Dom. text. 1.*): per duos Dominos significatur Deus, & quidquid Deo est contrarium, sive Mamona, id est, divitiarum cupido, sive diabolus, sive mundus, sive caro, & ejus voluptates. Quisquis ergo Mammonæ, quisquis diabolo, quisquis mundo, quisquis carni, ejusque voluptatibus servit, ineptus est ad Dei servitium, ineptus est ad Dei regnum.

2. *Propositio.* Christiani Auditores, perscrutemur porro hanc veritatem, videamusque, quantum Deus aversatur hanc ambidextram servitutem, ac duplicitatem. *Væ duplici corde*, minatur per Ecclesiasticum (*c. 2. v. 13.*) *& labiis scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis*, id est, ingredienti tam in via justitiæ, quam in via iniquitatis. Favete.

In humanis potest simulari duplex servitus; non vero in Divinis.

3. *Confirmatio.* Non nego, in humanis rebus inveniri posse homines adeo duplices, ac pseudopoliticos, qui duobus Dominis ad speciem servire callent; proinde pro more variabili mundi hariunt, & utroque, ut ajunt, humero alternant: simulant se amicum, quamdiu potentiam resistendi non habent; dum autem vires crescunt, aperte inimicum agunt: interdum amplectuntur necessitatem, & prætextu verborum cum fraudulentia, & simulatione hostilem intus animum tegunt. Veram hæc callditas non procedit in Divinis; tum quia Deus intima animi sentit accuratissime penetrat, tum quia dæmoni hosti suo insensissimo humani cordis, quod res sua est, ne minimum quidem particulam cedit. Deus solus noster Dominus est, & nos, quanti quanti sumus, toti illius sumus. Quis enumeret titulos proprietatis, quibus nos possidet? Taceo titulum creationis, vi cujus ita Dei sumus, velut vas fictile figuli. Taceo titulum donationis, vi cujus in baptismo ita in Dei Dominium transivimus, velut nummus in Principis nomisma. Taceo titulum gratitudinis, vi cujus ob innumera beneficia ita ad Deum pertinemus, velut clients ad patronum. Et solum allego titulum Redemptoris, vi cujus populus sumus acquisitionis: Christus redemit nos, non qualicunque, sed superabundanti pretio, videlicet pretioso sanguine suo: *Empti sumus pretio magno* (*1. Cor. 6.*): Ergo Redemptoris proprii sumus: jam vero,

Deus non vult cor divisum.

4. Finge, mi homo Christiane, Principum aliquem emisse nobilissimam arcem; dum autem post præstitam solutionem in possessionem arcis desiderat admitti, ecce non integra arx, sed tantum inferior pars illi traditur, superior autem contiguatio infensissimo illius hosti imperfectam conceditur; nonne justissima ira excandescet Princeps, atque, velle se, ut vel integrum castellum sibi, vel integrum hostis cedat? Parem in modum se res habet in nostro proposito: Dominus Deus pretiosissimo sanguinis sui lytro emit, & redimit animam nostram, ejusque possessionem solus sibi vendicat: ita expresse Augustinus (*tr. 9. in Joan.*): *Non vult Deus communem, sed totus possidere, quod emit, tanti emit, ut solus possideat.* Quodsi tantum pars animæ illi offeratur, nonne justissima indignatione hanc divisionem exsecrans, respondet? aut totam volo, aut totam inimico relinquo? infelices Israelitæ, qui hanc Dei irati pœnam luculenter experti sunt.

5. Populus Israel primo fidelissimo corde servivit uni Deo, postea motu potentia inimicorum, propriisque concupiscentiis abstracti, cæperunt nutare, & servire simul Deo, & Baal (*3 Reg. 18.*): obvertebant pallium vento, jam firme in Deo stai, jam pro occasione oblata conversi ad Baal: nolebant omnino a Deo recedere, sed inducti a scelesto Achab, & Jezabel modo in hanc, modo in illam partem se inclinabant. Indignatus Dominus misit Prophetam Eliam, ut ipsis hanc instabilitatem exprobraret, diceretque: *Usquequo claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini illum: si autem Baal, sequimini eum.* Audite, scelerati Israelitæ! quid sibi vult hæc ambiguitas? resolvite vos, an Dominum, aut idolum pro Deo agnoscere velitis. O utinam hodiedum reviveret Elias! inveniret certe hanc exprobrationis materiem in multis Christianis, qui veluti ingrati Israelitæ, præter Deum venerantur sua idola: sunt, qui præter Deum colunt idolum vani honoris, atque hi ambitiosi: sunt, qui præter Deum colunt idolum divitiarum, atque hi avari: sunt, qui præter Deum colunt idolum voluptatis, atque hi luxuriosi: sunt, qui præter Deum colunt idolum abdominis, atque hi gulosi sunt; taceo plures alios, qui in eodem corde cælum, & mundum, Dagon, & arcam Christum, & Belial confovere volunt, in quos pleno spiritus fervore invehitur Apostolus (*2. Cor. 10.*): *Quæ participatio justitiæ cum iniquitate? quæ societas lucis ad tenebras? quæ consentio Christi ad Belial?*

Neque unit consortium cæli, & mundi.

6. Dicite, mei Christiani, an unquam vidistis hominem, qui uno oculo cælum, altero terram intueri valeat? non certe vidistis, atque hoc prorsus impossibile est; quemadmodum ergo fieri non potest, ut quis uno oculo cælum, altero terram respiciat; ita fieri multo minus valet, ut quis Deum, & quæ Deo contraria sunt, simul diligat. Hujus veritatis tot, tamque extant in Scripturis testimonia, ut nimis quam prolixus fiorem, si ea omnia vellem recensere: Dicite, cur Samaritani reprobati sunt? (*2. Reg. 17.*) non alia ex ratione, quam quia Domino Deo, & pariter Diis Assyriorum servire volebant. Dicite, cur Domi-

cus Deus gravissimas minas fulminavit super Judam, & Jerusalem? non alia ex ratione, quam quia *furebant in Domino, & ruebant in Melchom.* (*Sophon.* 1.) Dicite, cur Moyses ad præceptum Pharaonis nolult sacrificare in Ægypto? (*Exod.* 8.) non alia ex ratione, quam quia judicabat victimas fibelis populi, & abominationes Ægyptiorum nullo modo posse conjungi. Dicite, cur primis diebus illis, quibus populus Israel peregrinari cœperat, non fuit illi Manna cœlitus collatum? (*Exod.* 16.) non alia ex ratione, quam quia adhuc habebant de farina, quam secum portaverant ex Ægypto. His certe, aliisque Scripturæ locis manifestis indicat Dominus Deus, rei sacræ, & profanæ, Deo, & idolo, cœlo, & mundo, Christo, & dæmoni in uno, eodemque corde nullam esse societatem, sequeque extreme aversari ejusmodi Protheos, qui volunt utrique parti servire.

Grande est periculum hujus duplicitatis.

7. Quid dicam de periculoso statu ejusmodi hominum? Ordinarie enim, dum aliquamdiu, & ex parte inter mundi voluptates cupium servire diabolo, demum toti in ejus servitutem concedunt. Datur certa quædam Species aquilarum, quæ vetari soleat in aqua, a cetteris prorsus degener, & dissimilis, quippe adeo imbellis, & ignobilis est, ut vel a corvo facile possit superari: tales aquilæ habent unum pedem clausum more anseris, cum quo natant, alterum acutum more cæterarum aquilarum, cum quo rapiunt. Tales sunt, qui volunt duobus Dominis servire: Deo; qui appetunt cœlestia; & diabolo; qui amant terrena: (*Petr. Berchor. Reduct. Mor. l.7. c.12.*) habent cum pede aquilino pedem anserinum, hoc est, cum affectu spirituali terrenum: ad utrumque ripam volant pascere, & hic cum deliciosis natare in fluxis fortunæ bonis, & cum Viris spiritualibus furium evolare ad capiendam pradam cœlestem. Sed isti degeneres, & Christiana fortitudine ita destituti sunt, ut a corvo, per quem denotatur diabolus, facile superentur. O quot sunt ejusmodi Christiani, qui insubili duplicitate & cali delicias, & mundi gaudia simul amplexantes, ita languide mandata Dei custodiunt, ut tamen diabolo etiam candelam accendant! hodie jejunant, cras ebrioli in popinis hærent; hodie dant eleemosynas, cras aliena rapiunt; hodie perpetrata deplorant, cras deplorata iterum perpetrant. O quot sunt ejusmodi Christiani, qui in suis adversitatibus ab utroque tum Deo, quam dæmone opem exspectant! si post fusas modicas preces Deus non confestim in promptu auxiliator adfit, cessque a persecutione, a pauperie, a capitis, aut dentium dolore liberet, mox ad alteram partem converti, ad superstitiosa remedia, ad incantationes vetularum, ad rhythmos, & verba magica, hoc est, ad diabolum confugiant. O quot sunt ejusmodi Christiani prorsus carnales, qui quam diffidentes frigide, & tepide cubiant ærumnis, præsentibus tamen delectantur, quasi dicerent: *Non est omnitus, qui se revertisse ab inferis:* (*Sap.* 2.) multa dicuntur de cælo, de inferno, de futura vita: quis scit, an ita sint? si ita essent, possent quidem terrena deseri; si non, nec hic, nec ibi lætamur: ergo æternis ita volo inhiare, ut terrena non negligam: fructum carnis apprehendo ore, ne umbra promissi me decipiat. O quot sunt ejusmodi Christiani, qui vel in ipsa fide sunt inconstantes, & quemadmodum piscis Polypus colorem induit cujuscumque loci, cui adhæret, ita illi inter Catholicos Catholici, inter Lutheranos Lutherani apparent: inter Catholicos templa frequentant, jejunant; inter Lutheranos a cruce abstinent, salutationem Angelicam ad signum extraneæ omittunt, corollam precatoriam abscondunt, nec irridentur, & vel in discursu sectariis aliqualem suæ sectæ probabilitatem concedunt. Ut nihil dicam de illis, quos vulgo Convertitos vocamus, qui pinguioris offæ gratia, & ad arbitrium plus offerentium hodie ad Catholicos, cras ad sectarios damnabili mutabilitate transfugiunt. Væ hujusmodi vertumnis, quia ab infernali corvo facile superantur, & a Deo reprobantur.

8. Ponamus militem, qui hac expeditione bellica partes Romani Cæsaris, altera Turcæ sectaretur, dein rursus ad Cæsarem, mox iterum ad Turcam transiret: nonne rotis, & rogis dignus foret hic transfuga? Et putemus Domino Deo acceptum fore id genus instabile servitium? absit, absit; averlatur ille extreme hanc duplicitatem, & justo Dei judicio ordinarie contingit, qui cælestem, & terrenam felicitatem simul aucupari cupiunt, perdant utramque. (*Florem Remond. l.6. de Orig. hæres. c.3.*) Trasicum hujus rei exemplum habemus in infelici Thoma Cramero Archiepiscopo Cantuariensi, qui in Anglia communiter lapis offensionis, & fundamentum hæresis vocabatur. (*Possevin. t. 1.*) Illo auctore ut plurimum Henricus Octavus scelerato divortio legitimam conjugem repudiavit. Illo instigatore, Cardinalis Rossensis, & Cancellarius Regni Thomas Morus capitali supplicio affecti; illo artifice Lutherana hæresis, omnisque eorum temporum infelicitas in Angliam invecta fuit; Regina Angliæ Maria una cum Regni proceribus infelicem Præsulem, tot criminum reum ad regum cosdemnavit. Quid egit miser? consilium capit redeundi ad orthodoxam fidem, hæc arte confidens, se libertatem, & vitæ gratiam impetraturum: verum cum sua spe se frustrari, & jam ad fatale supplicium raptari cerneret, desperata mutabilitate, & maxime odio Romano Pontificis ad Lutherana castra resiliit: itaque una cum terrena prosperitate, quam sperabat, etiam æternam perdidit, &c.

9. *Epilogus.* Ita evenit ordinarie ejusmodi Protheis; Vos Christiani, alieno exemplo lapere, & Deo soli servire discite: cælum, & mundus, Christus, & diabolus sibi opponuntur,

tur, velut lux, & tenebræ: quemadmodum ergo impossibile est simul in luce, & simul in tenebris versari, ita impossibile est utrique simul servire. Repudiate igitur dæmonem, excludite e cordibus vestris mundi principis, semperque cogitate illud Divi Hieronymi effatum (*Ep. 6. ad Heliodor.*): *Nemo potest bis gaudere cum sæculo, & bis exsultare cum Christo.* Nemo. Amen.

Dominica XIV. Post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Demonstratur, incassum laborare eos, qui felicitatem suam per impia principia, & malas artes promovere contendunt.

Quærite primum regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis. Matth. 6.

EXORDIUM.

Negotia male succedunt, quia in illa non quæritur Deus.

1. COgitanti mihi variabilem fortunæ scenam, quæ homines in hoc mundo instabilissima mutatione rotat, e divitibus sæpe inopes, e fortunatis infelices, e bene valentibus infirmos, ex honoratis despectos, e prosperis miseros facit, certe ingens perplexitas animam turbat. Quid enim? ajebam hominumquam mecum ipso: Ille judicas, quem optime novimus, fuit pupillus Principis, fuit Atlas totius regiminis, fuit idolum Auditorum: & tamen repente gratia Domini exutus, cum fama ac opum dispendio erupit, evasit. Ille mercator fuit Crœsi æmulus, fuit pecuniarum gurges, videbatur habere classes ditissimas, numerare vix poterat census, & proventus; & tamen ad inopitas redactus, similiam reliquit miseram, ejus supellectilem vidimus sub hasta venalem. Ille officialis, & Prætor erat admodum litteratus, ac prudens; conquisivit opes amplissimas, undecim, ac liberos auro, & serico vestiebat; & tamen subito disparuit pompa, ille officii exutus est, filii stipendiis, ac piis fundationibus, filiæ pecuniis subsidiariis ex æratio publico nutrjuntur. Ille artifex erat homo ingeniosus, ac solers, die noctuque laboribus intuitivit, negotiationem opulentissimam exercuit; & tamen in morte nihil inventum est reliquum præter innumeros debitæ, & misera æris alieni, &c. Hæc, inquam, cogitanti, ac sæpe perpendenti, quæ causa subsit tam inopinatæ depauperationis, hodiernum Evangelium in hoc Labyrintho tanquam fidelis Ariadne mihi filum porrigit, dum docet: *Quærite primum regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.* Hæc est vera ars ditescendi, hoc est, fundamentum omnis terrenæ felicitatis, nempe ante omnia quærere regnum Dei, & justitiam ejus. Ille amicus sua dignitate pulsus est; aulæ vafris consiliis, & principiis, ex Machiavello hauftis, unice nixus fuit. Ille Mercator ad inopitas redactus est; quia lucro usurario ditescere fatagebat. Ille Officialis sua sorte excidit; quia per injustas artes, & praxes dolosas crumenam fatagebat. Ille artifex ad hanc miseriam devenit; quia ultra dimidium rerum pretia auxit. Mille alii e suo statu satis alias prospero excidérunt: quia sua prudentia pseudo-politica confisi, omiserunt facere, quod primo omnium debuissent, nempe quærere regnum Dei, & justitiam ejus. *Quæquot culta, & obedientiæ,* verba sunt S. Cyrilli Alexandrini (*Serm. 8 de Fide ad Theod.*) *quotquot culta, & obedientiæ, quæ Deo debentur, impie neglexit, surfasfut, fasfique sibidinem libere indulendum esse putarunt, omnes hi male, miserique perierunt.*

2. *Propositio.* Quare in gratiam eorum, qui falso sibi persuadent ad felicitatem temporalem multum conducere, esse impium, ostendam hodie humana consilia, vires, labores, artes, & industrias omnes unquam prosperari, & Deo adversentur. Capit quis vitam agere prosperam? desiderat divitiis, ac benedictione repleri? Deum pro fine habeat, justitiam diligat, conscientiose agat, & hæc omnia adjicientur illi. Favete.

Multi confidunt in sua vafritie.

3. *Explicatio.* Dantur ex hominibus etiam Christianis nonnulli, qui suo ingenio, dexteritati, & astutiæ unice confisi, scopum, & fortunam, quam sibi præfixerunt, attingere fatagunt; parum sollicite, invito, aut propitio Deo, per vias, aut per nefas, jure, aut injuri illam evincant: pertusissimum sibi habent, quemlibet hominum esse suæ sortis architectum, omnemque hujus mundi felicitatem vulpinis machinationibus stabiliri. Talis erat Res Roboam, ut regnum sibi consolidaret, neglecto Deo, omnes industrias adhibuit, ædificavit civitates muratas, posuit in eis Principes, sciborumque horrea, firmavit eas summa diligentia, *eumque roboratum esset regnum Roboam, derelinquit legem Domini.* (2. *Paralip.* 12.)

Sed infœlix deciplantur.

4. *Confirmatio.* Quid autem factum est? *Asceudit Sesac Rex Ægypti, & cepit civitates munitissimas quæ Juda, & venit usque in Jerusalem.* (3. Reg. 12.) Destructum est regnum Roboami, occupatum est ab hostibus, solium illud, quod sapientia mere humana erat fusultum, collapsum est, & domus illius *deleta de superficie terræ.* Quod Roboamo contigit, idemmet hodiedum contingit in mundi naturalis, qui principiis Machiavelli, Bodini, Pleins Monaei, aut aliorum Politicorum, aut Atheorum dixi, frivole dicunt: Perinde esse, qualem quis Religionem profiteatur, non esse curandum, sive Catholicus, sive Lutheranus quis sit: fidem, ac pacta ego esse servanda,

vanda nisi in quantum utile est. Virtutes non esse necessarias, sed sufficere, si fingantur. Hi sibi nonnunquam fines præfigunt iniquissimos, volunt per supplantationem alienæ felicitatis promovere suam, volunt illam vitham opprimere, volunt illum pupillum expeculare, volunt illam litem muneribus, & injustitiis evincere, volunt in illo contractu proximum circumvenire, volunt lucris inquis ditescere: quid fit? Deus, *qui habitat in cœlis, irridebit eos, & Dominus subsannabit eos.* (*Psalm.* 2.) Audi, imprudens, si Deum offendas, voto non potieris; ab illo fortuna omnis dependet; nec te fraudes, quas voles, non obtinebis, quæ cupisti, & perdes, quæ habuisti.

Quin Deus providissime gubernat universum.

5. Huc adsis, obsecro: Vides insignem hanc Machinam universi? quid dicis de solididate, qua stabilita est terra, de harmonia, qua volvuntur cœli, de concordi discordia, qua miscentur elementa, de prodigiosa facilitate, qua organizantur mista? Dic, quando hyems, aut æstas suis temporibus fuerunt impedita, quando confusi menses, quando astra perturbationem passa? Quid tibi videtur de mutatione auræ? nunc ridet serenitate, nunc corrugatur in nubibus, nunc liquescit in pluviis, nunc condensatur in grandinibus, nunc coloratur in iridibus, nunc strepit in tonitruis. Quid dicis de terra, quæ semper mutat scenam? nunc onerature frugibus, nunc ornatur floribus, nunc horretur glacie, diversissima est a se in sylvis, hortis, collibus, vallibus, luto, marmoribus. Quid judicas de insigni republica animalium, quorum aliqua sunt perfectissimi musici, alia venatores sedulissimi, aliqua semper affixa terræ, alia per aereum vagantia, aliqua armata unguibus, squammis, spinis, alia vestita setis, lanis, pluniis, alia decorata ingenio, robore, audacia? Quid tandem censes de providentia Dei, qua formavit alas muscæ, aculeos vespæ, linguam cicadæ, lineamenta foliorum, aristas spicarum, nodos graminum? Hæc omnia creat, conservat, gubernat, ac protegit Providissimus Deus. Jam adverte animum.

Ideo etiam attendit ad res ista hominum.

6. Si tanta est Providentia Dei circa creaturas has animas, & irrationales, quanta erit de hominibus anima immortali præditis? ut vertis bodierni Evangelii loquar, si volatilia cæli Pater cælestis pascit, si lilia agri illo benedicente crescunt, si capillus capitis non cadit nisi eam sine Dei placito, quanto magis universabit Deus consilia hominum, eosque successu suo vel donabit, vel destituet? an putas, inquit Tertullianus (*contra Valens. c.* 17.), quod Deus *stet in otio plurimæ plebis, & supremis Dignitatis*, nullamque rerum terrarum curam habeat? Erras, erras, mi Bone! tuque singulariter, qui secundum propetum cerebrum vis vivere, nota tibi effatum Boethii (*lib. 4. de consol.*), quod nempe *in regno Providentiæ nihil licet temeritati.* O vanos hominum conatus! scimus nullum moveri folium arboris, nullam condensari guttam aquæ, nullam atomum concuti in aere, sine Dei scitu, permissione, & actuali concursu: quomodo ergo homo Christianus persuadere sibi poterit, Deum cæcum fore adstus machinas, & perversa consilia aliis perniciosa? absit, inquit coronatus Psaltes (*Ps.* 33.) *oculi Domini super facientes mala*: quem in finem? ut molimina eorum dissipet, *ut perdat de terra memoriam eorum.*

Nihil in hoc mundo agitur casu.

7. Verissimum quidem est, reponet nonnemo, credo a Providentia Dei omnia gubernari; verum nonnunquam videtur quasi dormire Providentia, & cæco fortunæ lusui res humanas permittere, &c. Quid ais? cæco fortunæ lusui? scis, quid revera sit fortuna? non est Dea quædam gentilium, cui Poetæ quam plurimas rerum, casuumque vicissitudines adnexerunt: sed est ipsa Sapientia Divinæ coordinatrix: Nos casualem eventum esse arbitramur, quod Dei dispositio est: putamus casu factum, quod Mercatores transierint, dum Joseph fuit immersus cisternæ; putamus casum fuisse, quod filia Pharaonis ad ripam Nili obambularit, dum Moyses infantulus fluvio innatabat; putamus casum fuisse, quod Saul quæsierit asinas, dum a Propheta fuit inverkus; putamus casum fuisse, quod David fratribus suis portarit victualia; attamen exitus satis edocuit, hæc fuisse opera Providentiæ Dei, qui Josephum in administratorem Ægypti, Moysen in Salvatorem populi, Saulem & Davidem in Regem regni Israelitici elegit. Non fortuna fuit, sed Dei dispositio, inquit Philo (*lib. dum sobrietate*): *Verbum Divinum chorear in orbem ducit, & hoc vulgus hominum fortunam vocat.*

8. Est aliquis, qui per falsas subductiones alium denigrare, officio eximere, seque in illius locum collocare tentavit. Est aliquis, qui, ut diteficat, cum hominibus improbis, aut fatrem subjectis pactum init de quærendis, aut inveniendis thesauris. Est alius, qui, ut perditum valetudinem recuperet, ariolorum rhythmos, & versuum incantationes admittit. Est alius, qui, ut litem evincat, & hereditatem excuniculetur, necessaria instrumenta, ac tabulas supprimit, aut corrumpit. Est alius, qui debitum legitimum creditori authenticis documentis haud satis instructo perficta fronte abnegat. Est denique alius, qui viribus, consanguinitis, pecuniis nixus, dignitorem a promotione impedit, sui artibus condit, & ideo Deum deserit. Veram ite, ite, vulpini fraudium architecti, ego intuitus vobis successus prædico: putabitis vos intentam continere pugno, sed totum elabetur instar anguillæ: corrugabitis nimium, sed in sæculo pertulo; putabitis domos vestras stabilitas, sed inopinato evellentur fundamenta. Esto, non fore aliquem, qui exterius se vobis opponat, interius habebitis terediinem consumentem. Optimum œconomiam adhibebitis, sed sit vanum; infigus fors destruet messem, destruet vindemiam, mittet morbos, negotia improvisis impedimentis subtrahet, vita vos exuet, & hereditibus privabit. Scitis, cur omnia rerum fluant? percipite rationem verbis Nicephori (*lib. 7.*): *Ubi Divina Providentia non committitur consilium, altissimusque bonitatem . . etiam sapientissima consilia insperate desinunt.* En causam, cur malevolorum conceptus instar fumi evanescant: omnes nervos quidem adhibent; sed quia Providentia Divina non cooperatur peccatis, nec favet machinationibus perversis, in optima occasione ventus deficit, velut leari a suis inventionibus præcipitantur in mare miseriarum, audiantque Deum sibi insultantem: *sine me ubi libet persisti facere.* (*Joan.* 15.)

9. Placet irritos impiorum conatus in exemplo intueri? Anno Domini 408. Imperium occidentale moderabatur Honorius, & quidem felicitet, nisi desiderio majoris felicitatis in magnam incidisset infelicitatem. (*Sozomenus, Cassiodorus, Nicephorus, & alii.*) Constantinopoli inopina mors Arcadii Honorii fratrem fustulit; & ecce, mox Stilico, qui fuit quasi Dominus Domini sui, utpote bis illius socer, in consilio malignantium proponit unicidem duorum Imperiorum: ubi enim resistentia? Theodosius pupillus est, & octennis; huic facile bolus præparari, & ille dein, quasi fastuto exstinctus, deplorari potest: Pulcheria, Placilla, Arcadia, Mariana in monasterium detrudendæ sunt, exercitus fiat paratus, quo Thracia, Gracia, & reliquæ Regiones facile valent occupari. Placuit consilium ambitioni Principis: paratur igitur expeditio, parantur triremes, parantur trophæa, & ecclesia ad sollemnem ingressum in urbem Constantinopolitanam, appiaudunt consiliarii, exceptis paucis, qui insipitium tacite damnant, & aperte dissimulant. Interim aliis tacentibus, loquitur terra, quia Roma per septem continuos dies, ut testatur Baronius (*ad ann.* 408.), resonarunt horrendi terræ mugitus, qui illud bellum detestabantur. Quæ fuit fors, quis successus belli illius? o inanes impiorum machinas! una puella quindecim annorum, nempe Pulcheria, qua Sponso suo Christo Virginitatem consecrarat, secure regnat Constantinopoli, Deo Protectore, fraterculum Theodosium docet artem regnandi, numinum illum instruit, quomodo se ipsum domare, jejuniis castigare, Deum colere, & neminem alium timere debeat. In Italia fors Historii sus deque vertitur, Stilico proditionis reus Ravennæ capite multatur, ejus uxor, & filius, cui imperium destinarat, pari morte jugulantur; Alricus Gothorum tyrannus imperium invidit, illudque ferro, ac flamma devastatus, jam Romæ imminet. Honorius fugit, & postquam patriam bello, peste, fame, ac barbarorum rabie adeo afflictam vidit, ut Hieronymus exhorruerit ejus miserias referre, cogitur suummet solium, ac coronam iniquissimis pacis conditionibus mercari. &c. &c.

10. *Epilogus.* Ita sit, ita fit: qui aliena injuste rapere cupit, perdietur. Christiani mei! *Non est consilium contra Dominum.* (*Prov.* 21.) frustra laboras, quisquis Deo invito militat. Tu si rerum tuarum prosperitatem desideras, quære primum regnum Dei, & justitiam ejus, id est, omnia cum Deo, in Deo, propter Deum, nihil contra Deum age; quippe Psalmista (*Ps.* 1.) promittit Viro illi beato, *qui in consilio impiorum non abiit*, quod omnia illi prosperabuntur; Econtra *non sic, impii, non sic*, eorum machinamenta erunt tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ. &c. &c. Amen.

Dominica XV. post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

De consideratione mortis, contra tentationes efficacissima.

Ecce defunctus efferebatur. Luc. 7.

EXORDIUM.

Christus resuscitate a morte nullum dat monitum salutis, quia mors ipsa est satis monet.

1. Nostra dignissimum est illa methodus, ac diversitas, qua Christus Dominus in Evangelio sanavit ægrotos. Quosdam delatos ad piscinam probaticam, sanitati restituit miserum illum triginta, & octo annorum infirmum, cui postea in templo monitum dedit: *Ecce sanus factus es, noli amplius peccare.* (*Joan.* 8.) Alia vice adulteram a manibus Pharisæorum liberavit, monuitque: *Vade, & jam amplius noli peccare.* (*Joan.* 8.) Econtra advertite: dum filiam Jairi, bodiernum filium viduæ, & Lazarum, Magdalenæ fratrem, ad vitos revocavit, nullum eis monitum ad vitam, delineps recte instituendam contulisse legitur. Es quid mi? erat hodiernus juvenis ea ætate, qua maxime perversionis periculum ex juvenili levitate imminet; cur ergo nec illum, nec duos reliquos, ad vitam revocatos, commonuit Salvator de vita deinceps laudabiliter gerenda, quemadmodum paralyticum illum, & adulteram commonuisse legitur? Sanctus Euthymius resolvit hoc dubium, atque, nullam fuisse ejusmodi moniti necessitatem; cum enim isti novissime e mortis faucibus progressi sint, continuo mortis memoriam in animo gerebant: quilquis autem mortem cogitat, non alio indiget stimulo, cum hæc ipsa cogitatio efficacissimus sit vitæ bene ordinandæ instinctus. Audiamus verba sancti Doctoris (*ap. Galan. in de cinerum.*): *Quæ a mortuis revocabat, nulla aterna salutis præcepta imponebat; a morte namque, eximiis Doctore, consilia admonitis erant.* Christiani Auditores! Cum mors adeo potens sit virtutis

tutis Magister, quid salubrius agere possumus, quam dum hodie nobis sunus Nalmitici juvenis ante oculos ponitur, mortis considerationem instituamus? Inter alias Ægypti plagas erant innumeri ciniphes, a Moyse percusso terræ pulvere excitati, qui indefinenter morsibus molestabant Ægyptios, *Percussitque pulverem terræ, & facti sunt ciniphes.* (*Exod.* 8.) Agite, pertutim ego pulverem sepulcrorum, ut in animis vestris consurgant ciniphes, id est, prout Lanuza explicat: *multa cogitationes, grandes timores, vehementes curæ*, sed salubres de morte secutura considerationes.

2. *Propositio*. Præcipue autem per vivacissimum, quantum potero, hypotyposin tria sub considerationem trahamus, videlicet ea, quæ mortem antecedunt, quæ comitantur, & quæ subsequuntur. Quilibet sibi imaginetur de se narrari historiam. Favete.

§. I. *Vivere est idem, ac mori. Homo, in extremo morbo constitutus, describitur. Insanum est pœnitentiam differre usque ad mortem.*

3. *Confirmatio*. Si Grammaticos interrogem, quid significet hæc vox, *Vivo*: dicent quidem, idem esse, ac vitam agere, vitalem auram trahere. Verum ego pronuntio vivere idem esse, ac mori; in præterito enim *Vixit* idem sonat, ac *mortuus est*. Ab illa hora, qua homo nascitur, momentis singulis aliquid de ipso emoritur, sicque uno gradu sepulcro propinquior. *Est tempus nascendi, tempus moriendi*, ait Ecclesiastes (*c.* 3.). Post tempus nativitatis jam non est aliud, nisi tempus mortis. Finge ergo, mi Christiane, finge illum esse supremam illam diem, qua tibi dictum illud (*Isa.* 38.): *Dispone domui tuæ, quia morieris tu.* Finge, adesse illam horam, qua mortuali lectulo affixus, æger decumbis. Circumstat quidem Medicus, & artis suæ consilia explorat, pharmaca propinat; sed ita subtimide, ut satis pateat spem vitæ superesse nullam. Veniunt amici, socii, familiares, vicini; sed tristi silentio, & secreta mussitatione satis indicant, quo res tuæ stent loco: illorum omnium nullus nec unica horula prorogare potest vitam, nullus utut antea fidelissimus, comitem tibi agere vult, immo omnes horrere incipiunt, quem prius intime amarunt, stropholo natos obstruunt, os præservativis communiunt, ne morbi aliquid contrahant. Tu volves te in omnem partem, caput gyrabis, irrequietus circumspicies, inducias precaberis, doloribus plenus, timore palpitans, tædiis repletus, cum mille gemitibus cogitabis, nunc actum esse vitæ fabulam, paullo post deferendum esse mundum, amicos, uxorem, voluptates, divitias, &c. O quam longe alius tunc tibi sensus erit de mundanis omnibus! quam contemnes ea omnia, quæ nunc magni facis, cum videbis, e tot curis, e tot laboribus, e tot corrasis opibus non superesse aliud, quam quinquepedalem tumbam, & obsoletum linteum cadaveris involucrum. Sulamitis ille Ægypti, & Syriæ Dominator, qui Christianis terram sanctam ademit, pro! quantus erat, quam ambitiosus, & ab humanis plausibus adoratus Monarcha! & tamen moriturus per omnia sua castra vexillum cum funebri listeo circumferri jussit, ac præconem proclamare: *Hoc est, quod Dominator Syriæ, & Ægypti Saladinus ex omni suo imperio solum sum secum delaturus est.* (*Corn. a Lap. in Gen. c.* 2. *n.* 17.) Interea ingravescit morbus, frigere incipiunt extremitates membrorum, nasus acuminatur, oculi concidunt, genæ subsidunt, pallet vultus, livent labia, gelidus sudor occupat frontem, lumen mortuale porrigitur, amici vale ultimum dicunt, convocatur Confessarius: eheu! Confessarius, qui sibi magis, quam ægro sanctæ inspirat. Perpende ex his, mi Christiane, quam palmaris insania sit, in illam usque horam, & plenum perplexitatis tempus differre pœnitentiam: eheu! quam prorsus inutiles, & ad sanctæ quævis inepti sumus, cum modico dentium dolore vexamur! & putas, te ad seriam animi pœniturinem dispositum fore, in illo tremendo articulo, ubi omnes dolores, timores, terrores cumulatim te obruent, ubi tædiola, ac perplexa sunt omnia, desipiunt omnia? Eheu! erras. Nunc dum vires valent, consule rebus tuis, in morte metuo, ne seria non sint sera remedia. Absolon, rebellis ille filius, in acie victus, dum fugit, capillis ex ilice pendulus hæsit, & a Joabo tribus lanceis miserandum in modum confossus, interiit. Res mira est, quod e millitibus nemo fuerit, qui Absoloni succurrerit; mirabilius est, quod sibi ipsi non consuluerit; habebat enim liberas manus, quibus capillitii nodum resolvere, habebat ex latere acinacem, quo rescindere poterat. Cur ergo non sibimet ipsi auxilium tulit? Sanctus Chrysostomus (*in Ps.* 7.) ait, *quod fallax est, non fuisse humanæ industriæ, sed Divini judicii tetum fuisse.* In quo autem consistebat hoc Divini judicii arcanum, in eo, quod Absolon quidem habuerit liberas manus, a Deo tamen adeo perplexitate fuerit punitus, ut sibi prodesse nescierit. Audiamus Abulensem (*q.* 12. *in* 2. *Reg.* 18.): *Absalon jam moriturus non attendebat, quod ad liberationem suam facere posset; sed fomentum Domini pavefactus erat: unde putavit illum Deum, ne attenderet ad ea, quæ sibi utilia erant?* O quam tremendum hoc est exemplum pro differentibus pœnitentiam! peccator, ait S. Augustinus (*ser.* 57. & 58. *de temp.*), qui vivus, ac vegetus pœnitere non vult, in morte pœnitere non poterit: *Pereatur hac anima perverse peccator, ut moriens ablatus discutur sibi, qui, dum viveret, sibimet ipse Deo.* &c. Sed pergamus in nostra consideratione.

§. II. *Momentum ultimum quam terribile.*

4. Paullatim deinde ingruit momentum ultimum. Illud momentum, quod finis erit temporis, & initium æternitatis; illud momentum, quod exordium erit pœnarum impiis, & præmiorum justis; illud momentum, cui simile homo ad capiendum experimentum nunquam habuit. Consita, si Regius Princeps, in Mauritani captivus, uno alex jactu ludere deberet sive de libertate, sive de civicombus, heu! quantum illi cor palpitaret, cum cerneret examinatum sibi pendere aut summ felicitatem, aut crudelem interitum? Et quomodo tibi cordi sit, O homo! cum cernes ex uno momento aut præmium pendere, aut pœnam æternam? O momentum terribile! O momentum sine fortuito! O momentum sine inducis! O momentum sine experientia! O momentum incorrigibile! Miserima anima! quid tunc judicabis de mundo, de voluptatibus, de peccatis, cum videbis, miseram dum esse in regionem tenebrarum, mortuleni, sine lecto, sine amico, sine advocato, sine meritis, immo cum mille demeritis? Clamabis inducias, inducias, sed frustra: crudum est, urget irreconciliabile momentum. Cancellarius ille Angliæ per viginti quatuor annos Regi suo fidelis fuerat, quem Rex in morbo ultimo invisit, cique gratiam, quam petiret, obtulit. Petiit ille, ut unica horula sibi vitam prorogaret: negavit Rex, se id posse. O me miserum! exclamavit tunc æger, quam inultus sui, qui omnem laborem impenderim tibi, qui tamen tam modico obsequio consulari non potes amicum, in extrema necessitate constitutum! &c.

§. III. *Status animæ subitaneæ post mortem.*

5. Tandem actum est: incidit, excedit anima a suo corpore, ruptum e vitale vinculum; jacet examine cadaver, ac mutuali fragore paullatim rigescit. Jam alia est rerum facies, jam absterta mortalitatis caligine, in primo momento video animæ erectum judicii tribunal, videt ex una parte Angelum Custodem, tanquam actionum omnium testem, ex altera damnatum accusatorem, videt conscientiæ mutæ vultus a primo vitæ momento usque ad ultimum Solis meridiano clarius aperiri. Hic ille status est, secundum quem judicabitur! *Dominus judicavit finem terræ*, jubet Anna illa Samuelis Mater in suo cantico (1. *Reg.* 2.). Sed quinam sunt illi fines, a Deo judicandi? respondet S. Augustinus (*ap. Mendoz. in* 1. *Reg.* 2.): sunt *extrema hominis*, id est, homo judicabitur secundum illum animæ statum, in quo in fine vitæ deprehenditur; adeoque, quamvis homo per omnem vitæ periodum vixisset sanctissime, si tamen momento ultimo cogitationem letaliter peccaminosam admitteret, sine dubio æternum esset perditurus: Econtra, si sceleratissime vixisset, & in ipso vitæ termino perfectæ contritionis actum eliceret, indubitanter esset salvandus. *Dominus judicabit fines terræ*. Addit Isidorus Pelusiota (*lib.* 2. *de epistl. cap.* 164.): *Ex his enim sua unumquemque aut justificat, aut condemnat.*

6. Verum sistе, o fugiens anima, sistе, & ad hoc cadaver, quod per plurimum annorum seriem erat tuum domicilium, paullisper consiste. Ea, hoc corpus tuum est, adeo amatum, adeo delicate nutritum, cujus gratia illecebras sæculi usque avide sumsi secuta, en hoc illud est pabulum vermium, receptaculum fœtorum, seminarium, mortis spolium, putredinis victima, cujus amore Angeli Tutelaris inspirationes neglexiti, Concionatorum consilia sprevisti, Confessariorum monita deriliisti: en hoc est illud infrunitum pecus, jam in mortis macello laniatum, cujus instinctu toties extra præceptorum semitam ad choreas, ad tripudia, ad lympodia, ad periculosa conventicula, ad impia spectacula rapiebaris, &c. Die, quid hunc lucentis detrusti voluptatibus; quæ transierunt, ita vanitatibus, quæ evanuerunt? en age, si habet, apprehende has pallidas manus, duc hoc exsangue pecus, duc ad choreas, duc ad convivia, duc ad similia: eheu! quam ista omnia jam nihil tibi prosunt, quam extremo odio jam averaris ea omnia, quæ antea imprudenter amasti! O quam longe nunc confessarium audiares, si hos oculos a libidinosis aspectibus, has aures a fescinnis sicco, hoc os ab intemperante esu, & potu cohibuisses! Quam longe majori lætitia afficeres, si hos lumbos sanctibus, & cilicii cinxisses, hoc pectus suos, & compunctionibus contrivisses, has scapulas flagellis, & cilicibus crucialses! &c. &c.

7. *Epilogus*. Christiani Auditores! quid vos ad hæc? En hæc est illa catastrophe, quæ nos omnes exspectat: veniet, veniet illud momentum, quo hæc omnia indubitanter experiemini, quæ agitis? ah! fugitis, tam nunc agite, tam esse optabit, considerate frequentes illud punctum ultimum mortis, & hoc velut eris stimulus ad virtutem, & tranum contra vitia. Nunquam audistis de prudente illo juvene, de quo Ruufinus (*tr. 2. de morte.*)? Ille sanctionibus consiliis agitatus, etiam invito Patre mundo nuntium remisit, & ad sacrum Altcretum confugit, ut illi mori discerer. In tantas actus Patrem venit ad monasterii portam, & filium suum intemperante ira, ac minis expostit. Quid ad hæc filius? progressus ipsum Patri, ait: ut video, Dilectissime Genitor, vos me mundanum, & tamillis fulcrum vultis: obtemperabo, si promittis, quod posthumum morem, qui mihi externa tra promittit, jurat, atque, nec vires tibi, nec amicos defuturos, ut petita exequeretur. Quis ergo est mos ille adeo exosus? reponit juvenis, mos ille est mors, qua quotidie homines abripi video: hanc necessitatem moriendi, si tu stituleritis, redibo pobiscum in gratiam, redibo ad sæculum. Erubuit ad hæc Parens, & hoc juveni molestus non fuit. &c. Vos Christiani, si quavis tentatio animum pulset, si iracundia incendat, si libido invitet, hunc ipsum in modum respondete: dicite, consentirem, si mori non deberem; at quoniam mori necesse est, absit a me æternum, ut consentiam. Amen.

Do-

Dominica XV. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

Demonstratur, ex peccato multoties ortiri præmaturas juvenum mortes.

Defunctus efferebatur, filius unicus Matris suæ. Luc. 7.

EXORDIUM.

Ista Filius forsan ob peccata præmature mortuus est.

1. QUoniam ex infortunatis aliorum casibus sapere discimus, ideo vellem utique, ut sicut Sanctus Evangelista Lucas descripsit funus, funebremque comitatum hodierni juvenis, ita & descripsisset mortis genus, morbum, ejusque causas, & prima mali semina. Certe hac curiositate non ego modo, sed & S. Basilius (*hom. 4. in Psal. 33.*) tenetur, quæritans: *Cur unus aliquis puer ante ætatis perfectionem hinc auferetur?* Quis immitis pes hunc bellum florem contrivit? quæ immisericors falx hunc recentem surculum demessuit? quæ pruina immaturum fructum decussit? Eheu! potuisset in sustentaculum familiæ, in solatium Matris, in decus totius civitatis crescere, florescere, senescere; & nunc spes omnis successa in feretro jacet: quæ causa tam præcocis mali? Dilectissimi Auditores! plane ignoro arcanos Divinæ Providentiæ ordines, quos scrutari fas non est. Sancti Patres quidem assignant varias rationes, cur multi juvenum præmatura morte abripiantur: dicunt, id fieri nonnunquam in pœnam parentum; ita scimus, filiolum natu minimum Davidis extinctum fuisse in castigationem commissi adulterii. (2. *Reg.* 12.) Dicunt, id fieri nonnunquam in emolumentum juvenum; ita scimus, illum raptum fuisse, ne malitia mutaret intellectum ejus. (*Sap.* 4.) Verum, ut fatear veritatem, mihi præ mille aliis rationibus in mentem venit monitum Ecclesiastis (*c. 7. v. 18.*), *ne impie agas multum, ne insanias in tempore non tuo.* Quid est, mori in tempore non suo? Auctor catenæ Græcæ (*ap. Corn. hic.*) explicat, his verbis adjiciens: *Ne immatura mors intempestivam tibi mavum inferat.* Ergone, ut audio, peccata accelerant mortem? Ita est: quemadmodum enim illi, qui in tonitruosa tempestate festinanter currunt, ipso halitu, ac aeris tracta facile fulmina, & nubium ignes attrahere posse dicuntur; ita parcu in modum, qui irato Numine in via iniquitatis præcipiti cursu feruntur, facile Dei punientis, mortisque ictus incurrunt. Dubitatis de hac re, Christiana pectora?

Peccata enim accelerant mortem.

2. *Propositio.* Ergo præsto sum, ut hanc veritatem demonstrem, idque maxime in salutaree monitum petulantissimæ juventutis utriusque sexus: putant hi miseri, sibi impune licita esse quævis flagitia; quia in florida ætate non habent, quod de morte metuant: & hac ipsa vitæ licentia provocant in se mortes intempestivas, dicente S. Job (*c. 15.*): *Impius, antequam dies ejus impleantur, peribit.* Pavete.

Filius Viduæ erat dilectus juvenis.

3. *Confirmatio.* Quamvis sacri Evangelistæ hodierni juvenis mores, vitæque tenorem non descripserint, nihilominus ex quadruplici circumstantia facile conjecturari poterit, eum fuisse de numero illorum, qui immorigeri, ac effrenes dissolutum vivendi libertatem sectantur: Nam primo degebat in urbe Naim: *Naim* vero; quod mysterio non vacat, juxta interpretationem Cornelii a Lapide (*in Luc. 7.*) idem est, ac *jucunda, decora, delectabilis*, consequenter deliciose, ac delectabiliter vixit ille. Secundo, erat filius unicus Matris suæ; scimus autem, quam cæco amore matres diligant proles suas, præsertim unigenitas, illisque quævis scelera, & morum dissolutionem connivent. Quod plus est, tertio, erat filius Viduæ, adeoque orbatus Patre; habemus autem experientia comprobatum, quod filii, genitoribus destituti, infraniram plerumque vitæ libertatem amplecti, & matris monita parum curare soleant. Quod maximum est quarto, putat Doctissimus Manssus (*in Bibliath. tract. 30. disc. 11. n. 1. & in addit. ibi n. 12. n. 25.*), qui pro se Patrum testimonia allegat, hunc juvenem fuisse amissum, familiaremque sanctæ Magdalenæ, a cujus Castello urbs Naim haud procul abjacebat. Quid poterat autem præter lasciviam addiscere ex conversatione illius peccatricis, cujus domus tunc temporis erat schola impudentiæ? Merito igitur concludit idem auctor, hanc juvenem fuisse libertinum, dissolutum, immodestum, aut omnino lascivum: quid mirum, quod in medio ætatis flore abreptus sit? dudum enim Divina Justitia sententiam tulit per sacrum Proverbiastem (*Prov. 10.*): *Anni impiorum brevibuntur.* &c.

4. Non inepte Doctissimus symbolista (*Picinelli. Mund. symb. lib. 2. num. 320.*) mortem sub emblemate venti proponit: nunquam observastis, Auditores, quid flante vento evenire soleat? ut alios effectus taceam, & de eo solum loquar, quod ad rem nostram facit; insurgente vento, ab arboribus decutiuntur fruges etiam crudæ, & immaturæ: verum quod singulariter annotare vos cupio, illæ fruges, quæ facile decutiuntur, plerumque intus sunt vermiculis, & putredine arrosæ. Parem in modum, cum tenera juventus jam verminare, & peccatorum putredine arrodi incipit, facile præmatura morte in terram, in tumulum prosternitur. O quot selectissimi juvenes, qui instar pomorum rubebant, & ex vivida corporis constitutione annosæ senectutis spem concipiebant, in medio flore abrepti sunt! Quare? propter peccatorum iniquitatem. Ita S. Job (*c. 22.*).

Iniqui sublati sunt ante tempus suum.

Cur mors gladio, & arcu armata?

5. Ex hoc haud difficulter rationem desumere potestis, Auditores, cur Mors duplici armatura, videlicet gladio, & arcu armata a Psalmographo describatur. *Gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit.* Bone Deus! fragilissima est hominis vita, ita ut instar ampullæ aquæ facile dispareat: cur igitur mors ad jugulandum hominem duplicibus armis opus habet? advertite mysterium: gladius instrumentum est, quo trucidantur illi, qui e vicino sunt; arcus autem instrumentum, quo sagittantur distantes. Quoniam ergo Psalmista indicare voluit mortem non solum esse carnificem senum, qui illi e propinquo sunt, sed etiam esse venatorem juvenum, qui procul ab illa distare videntur, ideo asserit, eam sumul gladio, & arcu armatam incedere. Ita in hunc locum Raulinus (*tract. de morte c. 10.*): *Senes quasi gladio; juvenes quasi sagittis occidit.* Verum quæro, quis morti sagittas fabricatur? quis eidem potestatem in teneram juventutem concedit? Respondeo, peccatum: cum enim peccatum, tanquam familiarissimus mortis contubernalis, quondam morti portas aperuit, qua in florentissimum paradisum, & dein in hunc mundum intravit, dicente Apostolo (1. *Rom. 5. v. 12.*): *Per peccatum mors in hunc mundum intravit, & ita in omnes homines mors pertransiit* quid mirum, quod eidem & portam referat ad jugulandum florentissimam juventutem? &c.

Peccata sunt calcar, seu stimulus mortis.

6. Apocalypticus Vates vidit olim equum pallidum, macilentum, exhaustum: *Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors.* Bene agitur, dicitis forsan, equus mortis macilentus, ac languidus est, ergo lente nos aliquetur. Non dimitteor, languidus est, quia ex quotidianis flagibus defatigatus: Verum sciatis velim, Auditores, equi etiam lassi, ac stigosi, si subditis calcaribus urgeantur, velocissime currunt, & subito viatorem, antequam id sibi imaginetur, occupant. Itaque mortis equus, instar veredarii festinantis, derepente advolat, si calcaribus stimuletur. Quæritis, quænam sint hæc calcaria? percipite Apostolum (1. *Cor. 15.*): *Stimulus mortis peccatum est.* Etenim inordinationes, & dissolutiones, quas juvenes frequentant, dum ad voluptates carnales, ludos, risus, basilludia, & quævis alios excessus propendent, mortem filii opinione velociorem accelerant. &c.

Qui male vivunt, cito implent mensuram peccatorum.

7. Quod caput est hujus rei, necdum dixi; principalis enim ratio, cur peccatum hominibus vitam abbrevier, fundatur in tali veritate, qui audita juvenibus amba aures tinnire deberent. Auscultate, obsecro. Constans est sanctorum Patrum doctrina, quod Dominus Deus cuilibet hominum præfixerit certam peccatorum mensuram, qua completa, terminatur vitæ spatium, & mors nonnunquam etiam repentina ingruit. Hæc mensura quemadmodum nobis abscondita, & soli Deo cognita est, ita etiam in se inæqualis, apud hunc major, apud alium minor est, consequenter constanter homo quandocumque in peccatum consentiis, versatur in periculo, ne hoc, illo, aut isto scelere auinerum sibi præfixum compleat, & mortem repente conscisca. Explicemus hanc rem in simili: Fingamus Patrem, qui cuilibet filiorum, quorum gemines habet, centum aureos pro sustentatione legat: primus ex iis parsimoniaiiter vivit, consequenter statum suum ad diuturnos annos honeste sustinet: alter autem in commessationibus, & compotationibus in choreis & lusibus immoderate versatur, ac consequenter dilapidato patrimonio, brevi ad incites, & egestatem redigitur. Ita in nostro proposito se res habet: ponamus juvenum duos, quorum utrique Deus ex arcano judiciorum suorum consilio centena peccata pro sua mensura præfixit; unus ex iis vitam ducit castam, sobriam, decentem, & Christianæ legi conformem, hacque ratione, quoniam peccatorum numerum non explet, eamdem in seram senectutem feliciter prorogat: econtra, alter, dum dissolute vivendo, in obscenitatibus, in impudicitiis, in blasphemiis, verbo, in flagitiis continuo versatur, cito peccatorum mensuram complet, sicque intempestivum interitum in juvenili ætate incurrit. Toti huic discursui clarissimis verbis subscribit Augustinus (*lib. de Vit. Christ. cap. 4.*). *Manifestissime intuimur, & docemur, singulis secundum peccatorum suorum plenitudinem ceu summari, & tamdiu, ut concertantur, sustineri, quamdiu cumulum suorum non habuerint destinatum consummatum.* Ite igitur petulantissimi juvenes! ite, indulgete genio, frena laxate vitiis, vivite secundum pruritum pessimientis naturæ, non invideo vobis vestras delicias, utpote præludia brevis subsecuturi obitus. Vos nunc oculos pascitis venustarum formarum intuitu; ac paullo post hos oculos eruent bufones, & tineæ: Vos nunc aures satiatis musica, & fidelium concentu; at paullo post intonabitur mortualis lessus: Vos nunc modulamini cantilenas honestatis inimicas; at paullo post canter vobis caner requiem. Vos nunc inter tisus, & fesciminos sales in manu tenetis vitra & cantharos; at paullo post

in lecto jacentes, inter suspiria tenebitis cereum ardentem. Vos nunc tripudiis, & saltibus pedes fatigatis; at paullo post in æternitatem gradum facietis. Vos nunc versamini in nugis nugarum, in amoribus, in otio; at paullo post jacebitis in tumulo. Vos nunc convolatis ad lusus, ad jocos, ad comœdias; at paullo post mors vobis faciet tragœdiam, &c.

8. Concludamus hunc sermonem terribili illo eventu, quem Imperatori Anastasio occurrisse memorant Evagrius, Cedrenus, Zonaras (*part.* 3.) & alii Scriptores. Anastasius Orientis Imperator erat scelestissimus hæreticorum, videlicet Eutichianorum fautor, ac Catholicorum persecutor, quos præjudicialissimis edictis, ac imperiis gravibat. Monitus a Sancto Pontifice Hormilda, ut a nefaria impietate desisteret, instar obstinati Pharaonis ritu monita, contempsit minas, & ad cumulum perversitatis Legatos Apostolicos, ignominiæ repletos, caricæ navi imposuit, ac Romam remicare per contemptum jussit. Ecce autem, dum in medio scelerum cursu, Dei, suique oblitus pergeret, quosdam apparuit ei terribilis vultu Vir, qui pergrandem librum manu tenens, fulminante voce hæc ei verba dixerat: Propter perversitatem tuam en deleo de vita tua quatuordecim annos. Portentosa hæc visio in memoriam redavit Imperatori illud vaticinium, quo dudum grandævus quidam Astrologus cum fulmine percutiendum edixerat, proinde munitissimum quoddam habitaculum cum fortissimis laqueariis sibi ædificari curavit: Verum infirma erant hæc propugnacula contra Dei iracundiam; in festo enim Cœnæ Dominicæ, quod illo anno in undecimum aprilis incidebat, coorta gravissima tempestate, cum Anastasius siderali in morem de cubili in cubile circumcurraret, subito fulmine tactus, in cinerem redactus est, victurus alias, si piam, laudabilemque vitæ methodum remisset, quatuordecim adhuc annis, &c.

9. *Epilogus.* Eu immorigera juventus, en quantum tibi peccata tua noceant: nempe præpropero obitu te ex orbe eliminant. Age igitur, mi Christiane juvenis, nisi duplex paullo post mortifera febri correptus, in lectum, & ex hoc in tumulum præcipitari, nisi velis paullo post e vivis efferri, prout hodie ex urbe Naim elatus est Viduæ filius, vitam incipe bene morigeram, castam, virtuosam, simulque ante actæ vitæ crimina seria pœnitudine eluere non differ; quo fiet, spero, ut lethalis sententiæ chyrographus, quem Divina justitia contra te jam forsan scripsit, deleatur, aut saltem ejus executio differatur, Amen.

Dominica XV. post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Demonstratur, deplorandam esse potius mortem animæ, quam corporis.

Defunctus efferebatur filius unicus Matris suæ... quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: noli flere. Luc. 7.

EXORDIUM.

Vidua deplorat filii mortem corporalem, Potius debuisset deplorare mortem ejus spiritualem.

1. MAtres, & præsertim viduæ raro eduxerunt morigeras proles; non enim tanta est juvenum reverentia, & timor erga Matrem, quanta erga Patrem: proinde hoc deficiente, infrænatam vitæ libertatem sectantur, & quidquid contra morem, genitis, cum honestatis, & modestiæ orbatum dilabuntur. Id quod spectatim de hodierno juvene animat Dicteus Stella (*in Lucam.*) inquiens: *Blande, & cum indulgentia in delictis fuerat nutritus; quia filius viduæ erat.* Adolescens ille, sicut in civitate Naim præ cunctis aliis nobilitate, juventute, divitiis, pulcritudine, & genetositate eminuit; ita etiam mundanis illecebris totum se dedit. Non desunt Sacri Scriptores, (*Manh in Bibliath. Moral. verb. 30. Dist. 11. num. 1.*) qui ajunt, cum fuisse amasium Magdalenæ, quæ sicut ea ætate laqueus erat, & offendiculum juventutis; ita fere dubium non est, quin improvidum, & vitæ libertioris assuetum juvenem traxerit ad impuros amores. O! quæ fœdera consequuntur, si effrænis juventus, quæ per se lubrica, & ad nefas prona est, non coercetur repagulis, & insuper prava occasio accedat! Sed quæro jam, quid egerit Mater? an fleverit filium ad scelerum præcipitia properantem, & animæ tenus mortuum? Scriptores nihil de hoc memorant: dum vidit filium sceleratum, lascivum, gratia Divina exutum, & jam spiritualiter mortuum, nec lacrimam fudit: hodie vero, dum corpore tenus emortuus ad sepulcrum effertur, inconsolabiliter plangit, & in inconditos fletus effunditur. Ita fit: ita fit: ait Sanctus Augustinus (*in Psal. 37.*), *Christiani sumus, & tamen plerumque, si filius cujusquam moriatur, plangit illum: si pecces, non illum plangis.* Dic mea Mater, quænam est infelicior mors, cum filius tuus per peccatum Dei gratiam perdidit, an cum vitam hanc mortalem exuit? responsit expeditissime Augustinus: *Tunc pejus mortuus luxuriose vivens, quam moriendo luxuriam finiens.* Christus dixit ad mulierem: *Noli flere*: quæ verba non tam fuere consolatoria, quam exprobratoria, quasi diceret: Mea mulier, dum filium mortuum

tuum deplorans, pessime impendis lacrimas, quas potius spirituali, quam corporali filii mortui impendere debuisses.

Mors animæ lacrimabilior est, quam corporis.

2. *Propositio.* Agite, mei Parentes! edoceo vos hodie, quod longe magis deplorandæ sit mors spiritualis, quam corporalis filiorum, id quod quemliber Christianum intelligere etiam cupio de propria sui ipsius anima: potius deflenda est mors animæ, quam corporis: confiderate obsecro, quod omni morte corporali crudelissus peccatum in animam sæviat, illam destruat, annihilet, & perdat. Favete.

Peccatum est malum grande.

3. *Confirmatio.* Divinissimus Mundi Redemptor plane graphicis descriptionibus delineavit monstrositatem peccati: in uno loco describit illud tanquam laqueum, & pugionem dæmonis, quo capit, & transfodit animas: alibi illud exhibet tanquam stimulum, & stipendium, quo inimica mors stimulatur, & pascitur. In alio loco describit illud tanquam latronem, & carnificem, qui omnem hominis felicitatem furatur, & destruit. Alibi asserit, peccatum esse miseram, ex qua cunctæ miseriæ eruuntur. Si homo amat libertatem, peccatum cavere est; si amat tranquillitatem, peccatum tumultuosa tempestas est; si amat sanitatem, peccatum morbus contagiosus est. Non ita contrariæ sunt tenebræ luci, non ita opponitur sol melli, non ita invidiatur vultur aviculæ, non ita inimicus est lupus agno, quam peccatum humanæ felicitati. Nunc quidem proh dolor! non satis expimus damnabiles ejus effectus, & documenta; putamus esse fabulas, & exaggerationes, quibus peccatum odibile redditur. Verum cum oculi corporis aliquando claudentur, & oculi animi aperientur, tunc videbimus Deum, & sacros oratores non hyperbolice, sed verissime fuisse locutos. Quamprimum jurisdictioni temporis subtracti, intraverimus æternitatem, ait Eusebius Emissenus (*Hom. 1. ad Monach.*): tunc aperte omnia quilibet nostrum mirabitur, quomodo illigatis aliquisiscere potuerit, conqueretur-que: *ubi erat tanta cæcitas, obsessis illecebra? ecquæ ad harum mihi momentanea, fugitiva ac insipida delectationes, ut æternas possimdum incurrisse anguistias?* Grande malum peccatum.

Per peccatum homo annihilatur.

4. Non mihi hic animus est omnia peccati damna singillatim percensere: nil dicam de odio Dei, de gratiæ jactura, de cælestis hereditatis dispendio, de æternæ damnationis reatu: solum id, ut cœptam comparationem prosequar, demonstrare contendo, per peccatum hominem plus, quam morte corporali destrui, & annihilari. O miseri peccatores! mea pace jactate vestra stemmata, extollite vestras doctrinas: vendat se aliquis pro Trismegisto horum temporum, putet illa puella, se esse alteram Helenam: scitis, quid ego de vobis sentiam? heu! estis cadavera, estis nihil: quæritis, quo argumento assertum demonstrem? auscultate: certissimum est, quod omnia in mundo existentia habeant suum esse per participationem esse Divini: non est in humanis aliqua sapientia, nisi participata a sapientia Divina: non est aliqua potentia, nisi participata a potentia Divina: non est aliqua bonitas, nisi participata a Bonitate Divina, & sic de ceteris loquendo. Hoc supposito, audiamus Paulum (2. *Cor.* 6.): *quæ participatio justitiæ ad iniquitatem?* Totum esse Dei est mera Bonitas: ergo malitia nihil ex eo participare potest. Quid immo peccator totus quantus contrarius est Deo: Deus ignis est, peccator gelu; Deus caritas est, peccator odium; Deus perfectio est, peccator defectus; Deus totus gratia est, peccator totus macula; Deus spiritus est, peccator caro. Cum ergo homo nullum habeat esse, nisi quod participat a Deo, peccator nihil est, quia nihil participat. Non potest Deum vocare suum Patrem, inquit Nyssenus (*in Exposit. litter.*); quia nihil habet de Deo. En sævitiam peccati; potestne mors crudelius sævire in corpora? sed promoveamus argumentum.

5. Divinus rerum omnium Creator accuratissim habet catalogum omnium creaturarum, in quo sine dubio principe fere loco annotatus est homo: sed quamprimum ille peccat, confestim deletur; juxta minas a Moyse auditas (*Exod.* 32.) *Qui peccaverit, delebo eum ex libro meo.* Quid portendit illa deletio? percipite mysterium in simili: Imaginamini vobis mercatorem, qui dum censuum, ac rationum suarum codices perlustrat, subito incidit in debitum, a pluribus annis antiquatum, & quoniam debitor ad inopiam redactus, & sub hasta proclamatus fuit, jam penitus desperatum: quid agit? expungit debitum, & pro nihilo reputat. Parem in modum agit Deus cum peccatore, ait Chrysostomus (*hom. 13. in Matth.*): *Peccatores tam numerantur, ita caret Deus, quasi de non numerati.* Quamvis igitur peccator obtutur adversitatibus, quamvis elementa in illum sæviant, quamvis dæmones eum occupent, cum nihil habeat Divini, non est, quod Deus illi condoleat. Habeat illum quisquis velit, Deus non reputat eum pro suo; hinc, postquam populus in idolatriam fuit prolapsus, dixit Moysi (*Exod.* 32.) *Peccavit populus tuus, & non amplius populus meus.* Quid multis? cum peccatum nihil sit, prout illud definiunt Patres, recte dico, peccatorem esse annihilatum: Nam, ut bene inquit Nyssenus, *Dictamur cibum in carnem recipere, tantum fieri, sic & is, qui ad nihil accluit, in nihilum quoque converti recte dicitur.* Percipitis crudelitatem peccati lacrimis dignam?

Qualiscil terram mundo magnus sit, terram Deo ipso nihilo habeas.

6. Ridetis forsan ad ista, & argumentorum subtilitatem ad scholarum argutias relegatis? Dicitis: quidquid sit, saltem homo per peccatum non exuitur conditione humana, consequenter remanet aliquid, quod participat Dei essentiam. Verum, mei Christiani: non ego tam scholarum, quam SS. idiomate loquor, & cum S. Franciscus Assinas dicere sit solitus, hominem id tantum esse, quod revera est in oculis Dei, non curo fallacis hominum judicii. Dicat Philosophia, hominem esse animal rationale, ego cum S. Chrysost. (*in Cat. in Joh. c. 1.*) dico, hominem esse, *qui id, quod Dei similitudinem imitatur, custodit.* Nos in pluribus aliis judicii exercitamus, videmus Pharaonem in solio sedentem, parumne esse regem, quia superficiem, quæ nos respicit, non illam, quæ Deum respicit, intuemur; interim mancipium est vilissimum, dicente Chrysost. (*l. 5. hom. 5. de Verb. Isa. Prophe.*): *qui facit peccatum, servus est peccati, etiamsi decem millia corporum habeat in capite.* Sæpe dictum millies curatorum habeas in capite. Sæpe statua alabre fabræ vivus homo judicari potest: statua alabre fabræ vivus homo judicari potest: moventur oculi, moventur labia, moventur manus, & pedes: sed verte statuam, & invenies tergum illius concavum, sordidum, & araneis obductum. Age juxta mensium Sapientis (*Proverb. 6.*) verte peccatores: *Verte mortuos, & non erunt.* Respice partem versus Deum, & clare videbis, eum non esse illum, qui esse videbitur; nam, ut sit Tertullianus (*lib. 1. c. 5.*): *Testamur superficie vocabuli veritatem.* Protesto potest illi in faciem exprobrari, quod Episcopo Sardicensi olim dictum est: *Nomen habes, quod vivas, & mortuus es.* (*Apoc. 3.*)

7. Sancti Patres summopere admirantur modum illum loquendi Scripturæ: *Vocavit in terra Hus, & erat vocus ille.* Quid ita? an ergo reliqui non erant veri? quinimmo, ait Chrysost. (*hom. 16. in Epist. ad Cor.*): *Improbi sunt falsi hominis, non veri, ac pilli.* Rationem percipite: *Neque enim a figura, sed ab affectione quod est, unumquodque intelligitur.* Penamus hominem aliquem eadem, & sui genarum venire in mentem aliquem eadem, & sui genarum venire in mentem aliquem eadem, & sui genarum venire in ment

Qualiscil terram mundo magnus sit, terram Deo ipso nihilo habeas.

6. Ridetis forsan ad ista, & argumentorum subtilitatem ad scholarum argutias relegatis? Dicitis: quidquid sit, saltem homo per peccatum non exuitur conditione humana, consequenter remanet aliquid, quod participat Dei essentiam. Verum, mei Christiani: non ego tam scholarum, quam SS. idiomate loquor, & cum S. Franciscus Assinas dicere sit solitus, hominem id tantum esse, quod revera est in oculis Dei, non curo fallacis hominum judicii. Dicat Philosophia, hominem esse animal rationale, ego cum S. Chrysost. (*in Cat. in Joh. c. 1.*) dico, hominem esse, *qui id, quod Dei similitudinem imitatur, custodit.* Nos in pluribus aliis judicii exercitamus, videmus Pharaonem in solio sedentem, parumne esse regem, quia superficiem, quæ nos respicit, non illam, quæ Deum respicit, intuemur; interim mancipium est vilissimum, dicente Chrysost. (*l. 5. hom. 5. de Verb. Isa. Prophe.*): *qui facit peccatum, servus est peccati, etiamsi decem millia corporum habeat in capite.* Sæpe dictum millies curatorum habeas in capite. Sæpe statua alabre fabræ vivus homo judicari potest: statua alabre fabræ vivus homo judicari potest: moventur oculi, moventur labia, moventur manus, & pedes: sed verte statuam, & invenies tergum illius concavum, sordidum, & araneis obductum. Age juxta mensium Sapientis (*Proverb. 6.*) verte peccatores: *Verte mortuos, & non erunt.* Respice partem versus Deum, & clare videbis, eum non esse illum, qui esse videbitur; nam, ut sit Tertullianus (*lib. 1. c. 5.*): *Testamur superficie vocabuli veritatem.* Protesto potest illi in faciem exprobrari, quod Episcopo Sardicensi olim dictum est: *Nomen habes, quod vivas, & mortuus es.* (*Apoc. 3.*)

7. Sancti Patres summopere admirantur modum illum loquendi Scripturæ: *Vocavit in terra Hus, & erat vocus ille.* Quid ita? an ergo reliqui non erant veri? quinimmo, ait Chrysost. (*hom. 16. in Epist. ad Cor.*): *Improbi sunt falsi hominis, non veri, ac pilli.* Rationem percipite: *Neque enim a figura, sed ab affectione quod est, unumquodque intelligitur.* Penamus hominem aliquem eadem, & sui genarum venire in mentem aliquem eadem, & sui genarum venire in mentem aliquem eadem, & sui genarum venire in ment

Exspectate hic vos alios, ita Joseph Christianus, cum festi dies advenerit, negotiis suis dicat oportet: Exspectate hic, exspectate vos labores, & opificia; exspectate vos mercaturæ, & nundinæ; exspectate vos emptiones & lucra; exspectate vos excursiones, & portoria; exspectate vos disceptiones, & litigia &c. Festo, festissimam vos omnia. Ita festos dies pergit desiderat Sanctus Petrus Damiani inquiens (*lib. 4. epist. 16.*): *Christianus spiritualis sabbatum agere est, a laboriosarum terrenarum operationum cupiditate quiescere; secularium negotiorum pondus de mentis cervice projicere, carnis oblectamenta contemnere.* &c. Mirabile est, quod Adrichomius (*Vico Evangelii.*) in descriptione Terræ sanctæ enarrat, videlicet in Ægypto scaturire fontem, in quo Beatissima Virgo, perfectionem impii Herodis fugiens, Divinum infantem suum lavit, qui proinde communiter fons Jesu appellatur. Hujus fontis aquis contiguus quidam hortus irrigatur; quia vero aqua irrigando horto sufficiens non est, ideo ex vicino quodam puteo, mediante rota a quatuor bobus gyrata, hauritur tantum aqua, quantum pro horto sufficit. Ad rem nostram subdit idem auctor: *Mirum dictu, verum tamen, a meridie sabbathi usque ad auroram diei sequentis, boves nullo vi vere impelli possunt, ut in protrahenda aqua laborent.* Ea, bellua cessant ab opere diebus festivis: &c.

§. II. *Considerandus finis cælestis.*

5. Secundo sanavit Christus Dominus in die sabbathi mulierem, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, ita ut non posset sursum aspicere: *Mulier, dimissa es ab infirmitate tua.* (*Luc. 13.*) Quid significare voluit Redemptor? nihil aliud, nisi ut oculos, quos tota hebdomade in res terrenas defiximus, die festo in cælum erigeremus, illuque animum per pias aspirationes, & æternorum desiderium designaremus. Singulari animadversione dignissimum est, cur Dominus Deus Israelitis, in deserto commorantibus, singulis diebus manna pluerit, non vero in die sabbathi. *Sex diebus colligetis, in die autem septimo sabbathum est Domini, idcirco non inventetur.* (*Exod. 16.*) Quæ causa hujus rei? an non diebus etiam sanctioribus corpus alimento indiget? indiget sine dubio, & ideo fas illis erat die antecedente in duplici quantitate manna depluum colligendi. Cur non in ipsa die Sabbathina? ratio clara esse videtur, si collegissent in sabbatho, fieri hoc nullatenus potuisset, quin oculos in terram reflecterent; hoc autem noluit Deus, sed omni modo voluit, ut oculi a cælestium contemplatione non abstraherentur. &c. *Ea*, mi Christiane: nequaquam Satis est, ut die sanctificanda otio torpescas; sed sacra collocutione, aut librorum lectione, aut saltem pia cogitatione dies transigenda est. Ejusmodi piæ cogitationes sunt, si tecum ipse perpendas: Quæso, anima mea, quomodo salutem tuam tanto collocare potes? qua ratione te parabis ad felicem mortem? an de officio tuo, & obligationibus Deo Judici rationem secure dare poteris? an nihil resider in mea conscientia, quod in salutis tramite mihi remoram injicere valeat? &c. Hæc & talia in die festo utiliter cogitanda sunt. Audi iterum S. Petrum Damiani (*l. 4. epist. 16.*): *Christianus spiritualis sabbatum agere est, festi orationum, & lectionum studiis insudare, & contemplanda cælestia sua cordis intentione volare, de sola spe cælestium spirituali jucunditate gaudere.* &c.

§. III. *Eleemosynæ dandæ.*

6. Tertio sanavit Christus Dominus in sabbatho habentem manum aridam: *Extende manum tuam.* (*Luc. 6.*) Ut indicaret in diebus festivis manum ad caritatis opera, ad eleemosynas, egentibus elargiendas, extendendam esse. Inter alias ceremonias, quas Dominus Deus a Judæis exigebat, illud quoque erat, quod singulis sabbatis novi panes in Tabernaculo collocari debuerint: *Per singula sabbata mutabuntur.* (*Levit. 24.*) Hi panes deinde in sustentationem Sacerdotum, & pauperum convertebantur. Sicut in veteri, ita & in nova Lege non est sanctior actio, qua coli possunt dies festi, quam panem porrigere egenis, vestire nudos, opem ferre infirmis, & alienam fabricare miseriam. Celebris Scriptor Joannes Rho (*l. 3. c. 6. n. 6.*) laudat Petrum Pitaum, Juris-consultum non minus doctum, quam pium: illa in usu habebat, ut, quæ dictus sacris minervalia, sportulasve ex juris responsis, & causarum patrociniis colligeret, fidelissime in tripem mendicabulorum segregata, illis deinde summa fide distribueret, ratus, sacrati temporis otium pauperum bono, ac commodis deberi. Quid puratis mercedis retulit? ne quærite: non est quæstuosius lucrum, quam eleemosynarum; & quamvis forte in hac vita non perveniat, tamen in morte cum fenore redundat. Est enim impossibile, ut in æternitate dies nullos vivicat, qui pauperes in tempore dies bonos videre facit.

§. IV. *Audiendum Verbum Dei.*

7. Quarto sanavit Christus Dominus in sabbatho cæcum a nativitate: *Fecit lutum ex sputo.* &c. Quid aliud significare voluit, nisi quod in die festo anima, quæ per peccatum, & ignorantiam excæcata fuit, per Verbum Dei lumen veritatis recipiat. Hunc in sensum clamavit Regius Psaltes (*Psal. 118. n. 104.*), *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Cur Verbum Dei lucerna, ac lumini comparata? sicut, qui in densis noctis tenebris absque lucerna oberrant, in varia pericula, & præcipitia ruunt: ita homo, dum in peccatorum, & terrenæ cupiditatis tenebris allucinatur, æternæ perditionis periculum incurrit; has autem tenebras, ait Bellarminus (*hic.*), dissipat Lex Domini, & vera bona, ac vera mala demonstrat. O quot voluntarii ejusmodi cæci ruissent in æternum, nisi Divini Verbi lumen salutis semitas illis manifestasset! &c.

§. V. *Expiandæ peccata.*

8. Quinto denique sanavit Dominus in sabbatho infirmum hominem, qui, triginta octo annos apud piscinam probaticam omni auxilio destitutus, hærebat. *Erat autem sabbathum in illa die.* (*Joann. 5.*) Quid indicare voluit? nihil aliud, nisi, ut diebus festis per Sacramenta, quæ vere sunt piscina probatica, Christi sanguine plena, animam a peccati infirmitatibus sanare studeamus. Die, mi Christiane! si calida febri correptus, intollerabili æstu decumbere, diceretur tibi, proximum Dominicæ diem fore diem restitutionis, & reconvalescentiæ tuæ, dummodo potionem, a Medico præscriptam, lubens hauries, nonne avidissime hanc tuæ salutis diem exspectares? Ea, anima tua, ab infernali peccatorum æstu correpta, periculosissime decumbit; quærис autem dies festa potest esse dies salutis tuæ, dies recuperandæ gratiæ, & differs sanationem tuam? & nauseas recipere salubrem Sacramentorum potionem, quam cælestis Medicus tibi miscuit? nonne merito tibi exprobro, quod in simili proposito enuntiat Chrysostomus (*serm. de S. Philipp.*): *An non absurdum est, tantam habere curam corporis . . . animæ vero neglecta, squallida, fame contabescentis nullam habere rationem?* O quantum gravius est ille a veritate cæcus, cum dictum sibi audiit a Christo: *Vade, & lava te in natatoria Siloe*; quia oculorum lumen speravit. Tu ergo, si habes animum peccatis infirmam, proximo, quod illucescit, Festo, tibi a Christo dici puta: *Vade, & lava te in natatoria Siloe* (*Joann. 9.*) id est, *missi*, scilicet Christi, qui, ut ait Lyranus, (*apud Sperant. de past. Dom. punct. 37.*) saluberrimum lavacrum pro animabus sanandis suo sanguine præparavit in Sacramentis. &c.

9. *Epilogus.* Hæc est igitur illa quintuplex curatio Christi in Sabbatho, & hæc sunt quinque illa puncta, quæ a nobis ad Sanctificationem Festorum requiruntur, videlicet, abstinere a laboribus, desiderare cælestia, subvenire egentibus, audire Verbum Dei, & expiare animam a peccatorum reatu. Faxit Optimus Deus, ut ab Ecclesiæ militantis Festis ad æternam Ecclesiæ triumphantis Festivitatem feliciter transeamus. Amen.

Dominica XVI. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

De homine avaro, sub schemate hydropici repræsentato, ejusque sanandi remediis.

Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Luc. 14.

EXORDIUM.

Hydrops est gravissimus morbus, quo significatur avaritia, ob multiplicem analogiam.

1. COmpatior ex corde infelici hydropico: ejus enim morbus inter ægritudines corporales gravissimarum una est. Percipite, Auditores, illius descriptionem ex Cornelio a Lapide, Dionysio Carthusiano, Lyrano (*hic in Luc. 14.*) & aliis: Hydrops morbus est, qui ex frigidis, salsisque humoribus, interdum ex corruptione heparis, aut stomachi ortum trahit: vocatur a Latinis aqua intercus; quia ejusmodi ægroti exuberante aqua fœdum intumescunt, color naturalis fugit, & in hujus vicem pallore facies induitur: deficit orexis ciborum, halitus præterquam quod sit fœtulentus, in præcordiis arctatur, stomachus defectu digestionis abundat crudis humoribus, sitis est intolerabilis, membra omnia languent, & denique morbus ipse, nisi statim in principio maturentur remedia, pro insanabili habetur. Quis non misereatur hominis calamitatem? Verum notate, Dilectissimi, quod jam alias inculcate me memini, per morbos corporum, quos Dei Filius sanavit, ordinarie exprimi analogiam quamdam ad morbos animarum: interrogabitis ergo, quem morbum animæ analogyzet iste hydropicus? Et ecce, solutionem hujus quæstionis facile desumere potestis ex moribus, vitiisque adstantis Pharisæi; erat hic homo avaritia tumidus, & inexplebili terrenorum siti inflammatus: Ita in hunc locum animadvertit S. Greg. inquiens: (*l. 14. Moral.*) *Sanatur hydropicus ante Pharisæum; per ægritudinem enim corporis illius hujus cordis ægritudo reprimitur; laborabat enim hydrope avaritiæ, & cupiditatis.* Bene est: per hydropem figuratur avaritia, infelicissima ægritudo, qua non minus animæ, quam per illam corpora turpissime desœdantur; in avaris enim reperitur periculosus tumor, id est, fastus ex bonis possessis: halitus est fœtulentus; quia omnis loquela solum de terrenis, sitis divitiarum est inexplebilis: cor & omnia membra languent ad spiritualia: denique morbus est insanabilis; quia nemo propinquior est ruinæ, & exitio, quam avarus. &c.

2. *Propositio.* Christiana pectora: prosequamus diauctius hanc analogiam inter hydropicum, & avarum, ideque in spirituale emolumentum tum eorum, qui ab hac peste se jamjam correptos sentiunt, ut mature sibi de remediis

circumspiciant; tum eorum, qui ab ea adhuc nundi, ac intacti sunt, ut sibi ab exitiali hac agritudine sollicite caveant. Favete.

Quid sit avaritia.

3. *Explicatio.* Ante omnia declarandum venit, quid nomine avaritiæ intelligatur. Respondeo, per avaritiam intelligo hic inordinatum, immoderatum, & inexplebilem appetitum divitiarum, seu per fas, seu per nefas adquirendarum. Ejus indicia sunt palpabilia: ostendite mihi hominem, qui millies de terrenis opibus, antequam semel de Deo cogitet; qui bona aliena invidis oculis aspicit; qui de inopia affectate conqueritur; qui erga pauperes saxea est; qui debita aut, si potest, abnegat, aut modo non debito præstat; qui operariis de mercede subtrahit; qui famulis ex pacto præstanda in materia deterrima solvit; qui inter medias opes eget; qui denique ex tenacitate respirat, libens, ac lubens fumere, & sitire sinit: atque ne hoc homine audeatur enuntiato, cum hydropicum esse, avarum esse. Jam ad rem nostram.

§. I. *Hydropici semper sitiunt: sic avari insaturabiliter sunt.*

4. *Confirmatio.* Primum igitur symptoma hydropicorum est inexplebilis, & ardentissima sitis: quamvis ægroti in potu sunt insaturabiles quoque; plus hauriunt, eo plus sitiunt, juxta illud: *Quo ejus fur bibit, plus sitiuntur aquæ.* Eadem est malignitas avarorum; insaturabili divitiarum capiditate tenentur, & quanto plus corraserint, tanto plus expetunt. Ejusmodi Enclones, etiamsi Midæ & Crœsi opes accumularint, semper de inopia, & egestate conquerentur, atque hinc in finem pecunias ad cippos, & effigies condemnant, ut aliquatenus se pauperes fingere possint, sic, ut, testimonio S. Chrysostomi (*hom. 46. in Matth.*) *crescente eorum copia, eorum paupertas quoque augetur.* Apposissime S. Augustinus comparat avaros inferno; quemadmodum enim infernus absque termino dilatat ventrem suam, & *quantumcunque devoraverit, nunquam dicit, sufficit est*, ita avarus, etiamsi omnes totius mundi thesauros deglutierit, nondum satur, & expletus est: si mille aureos possideat, invidet proximo unicum obolum; si mille oves in pascuis numeret, anhelat agnum unicum fratris sui; si mille boves in stabulis habeat, desiderat vicini sui vitulum. Quis erat ille in libris Regum famosissimus Achab? (3. *Reg.* 2.) erat; inquis, felicissimus Rex Samariæ: erras: fuit infelicissimus hominum. Numquid, ais, erat ditissimus? nihil minus: fuit pauperrimus: quamvis enim regnum possidebat, nihil se possidere arbitrabatur, quamdiu vineam Nabothi, palatio suo contiguam, non habebat: ideo frendet, fremit, & fere ad insaniam redigitur, nec prius adquievit, donec orta sceleratissimæ suæ uxoris Jezabel Nabothum, filio tollendo convivium, vineæ simul, ac vitæ spoliavit. En infelicem divitis Achab, & pauperis Nabothi anathema, ait Ambrosius: (*l. 3. ep. 10.*) *Ecce contigua palatio, sitire cœpit sub re abundanti, & inexplebilis, insatiabilisque cupiditas fuit extorquere pauperis vineam desiderata.* Quo plus hauserit, plus sitit, &c.

§. II. *Hydropicorum stomachus nil digerit; ita avarus nihil dispensat.*

5. Alterum hydropicorum symptoma est cruditas, & indigestio stomachi, qui crassis humoribus depravatus, incapax est, ut alimentum concoquat, & in membra debita proportione dispensit. Eadem est malignitas avarorum, quamcunque divitiarum devorent, nihil in egentia, & famelica membra Christi, id est, in pauperes elargiuntur: *Avarus*, ait Innocentius Pontifex, (*Pal. cand. bon.*) *nec patrimonium conquisitum, nec miseris subvenit; sed offendit Deum, offendit proximum, offendit seipsum.* Deum quidem; quia illi non solvit debita: proximum; quia illi denegat necessaria: seipsum; quia sibi subtrahit salutaria. Ad alienas miserias saxea est, ita ut æger Lazarus plus auxilii receperit a cane, quam a divite Epulone. S. Propheta Job (*c. 24.*) mentionem fecit de miseris quibusdam hominibus, qui a potentibus capiebant, non habebant indumenta, quibus se contra frigus, & imbres tuerentur, quorum *non habuerunt velamen, amplexi sunt Zonulas.* Inane lapides, plane novum tegumenti genus: advertite, Dilectissimi, hæc super te eruditam annotationem Doctis, Speranzæ (*Sacrop. sel. quæst. 82.*): lapides, inquit, saltem aliquas in se continent ignis scintillulas, quæ calybe excuti possunt: proinde elegerunt miseri illi lapides pro tegumento; quia plus caloris in lapidibus, quam canitiis in pectoribus avarorum cordibus invenire sperabant. O duritiam, O crudelitatem avarorum! illi pannosi libentius obsoletum panni frustum emunt, quam nudis, lubentius superfluus panis micas muribus, quam famelicis, libentius canis solum canibus, quam pauperibus concedunt; immo facilius putrit e fulice unus, quam ab illis vel obolus extorqueri. Durissimus Nabal Carmelius, eo ipso tempore, quo tondebat oves, & fecerat convivium quasi regium, rogabatur a famelico Davide, (*1. Reg. 25.*) ut sibi comestionis quidquam elargiretur. Quid reposuit Euclio? exarsit ferociter, ac malitiose, inquiens: *Quis est David, & quis est filius Isai? hodie increverunt servi, qui fugiunt Dominos suos. Tollam ergo panes meos, & carnes pecorum, quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris, quos nescio, unde sint.* O Nabal, vere Nabal, quod est stultus! triplicem enim stultitiam in hoc homine, & in omnibus avaris licet animadvertere (*Sper. l. c.*) prima stultitia fuit, quod non voluerit agnoscere Davidem: *quis est David?* hic idem mos est omnium avarorum: non intuentur, nec agnoscunt eos, qui aliquid ab illis petunt, contra eos, qui aliquid afferunt, statim ut amicos recipiunt. Altera stultitia Nabal fuit, quod loco caritatis, verba contumeliosa Davidi reddiderit, vocando *servum fugitivum*; idem mos est avarorum, nihil misericordiæ indigentibus exhibent, & loco eleemosynæ eos infamissimis dictériis a se repellunt. Tercia stultitia Nabal fuit, quod sibi, & tonsoribus suis quidquam defuturum metuerit, cum tamen fat dives fuerit ad faciendum *convivium quasi Regis*. Idem mos est avarorum, inter medias divitias egent, & cum vel obolum necessitatis causa expendant, statim famem, paupertatemque formidare incipiant. O insipidos! O pumices! O silices! &c.

§. III. *Hydropici languent: ita avari ad spiritualia sunt languidi.*

6. Tertium hydropicorum symptoma est insolitus languor membrorum: eo ipso enim, quod corporis artus ordinato alimento destituantur, torpent, & ad sua officia inhabiles sunt. Eadem est malignitas avarorum, ad res Divinas, & quæ animæ salutem concernunt, desidiose languescunt, & quoniam desideria, affectusque omnes terrenis rebus habent, nullum cælestium saporem, gustumque percipiunt. Si salutariter monentur, ut peccata sua eleemosynis redimant, ut ejiciat saltem tantumdem, quantum canibus venaticis intulgeant, ut ad donandum inopem aliquam, ad restaurandam Ecclesiam, ad celebrandam alicujus Sancti festivitatem medium quid conferant, confestim aggraviatum insultum illud, *non possum*; dicunt se nihil habere, cum tamen ad lusum, ad convivia, ad cenationes, ad lusus, ad comœdias, ad pascendam curiositatem semper sufficienter habeant. O quam vere exclamat Bernardus (*ep. Lucio tit. de superv. c. 11.*) *Inveniunt curiosi, quo dilabantur, & non inveniunt miseri, qua sustententur.* Merito Divinus Spiritus per os Ecclesiastici abominatur talium hunc duplicitatem, inquiens: *Tres oderunt animam meam, pauperem superbum, divitem mendacem, senem fatuum.* Omittis tereres, interrogo, quid per divitem mendacem subintelligatur? respondet S. Augustinus, avaros, qui quoties de vanitate, de luxu, & lusu agitur, abundant, & affluunt opibus; cum autem de Dei honore, de alienæ miseriæ sublevatione quæritur est, egent, aut agere se simulant. Verba S. Doctoris (*ap. Lubert. V. Eternæ. prop. 23.*) annecto: *Deus mendax est, quia tu dives, qui ad Deum pertinent, tardet dicis, non possum.* &c.

§. IV. *Hydrops insanabilis est: ita avaritia.*

7. Quarta denique, eaque gravissima hydropicorum afflictio in eo consistit, quod, si tumor ex intercute aqua invalescat, & præcordia occupare incipiat, æger pro desperato, ac insanabili habeatur. Patrem in modum, si avaritia cordi hominis usque adeo dominetur, ut parum curet, bona inique parta retinere, actum est, desperatum est de illius salute. Resurra, quod Apostoli omnes post commissa variis generis delicta ad pœnitentiam redierint, excepto unico Juda: duo fratres Jacobus & Joannes præturam ambientes, dum a Christo reprehenduntur: *Nescitis, quid petatis* (*Matth. 20.*) subito errorem agnoscunt, sequæ martyrio offerunt. Petrus post trinam negationem ad unicum Christi aspectum compungitur, & lacrymatur. (*Matth. 26.*) Thomas incredulus, vix viso, auditoque Domino, fit fatis, ac columna Fidei. (*Jo. 20.*) Solus Judas periit, cum tamen in eo reducendo Redemptor plus laboris impendorit, quam in omnibus ceteris: Christus eum perterrefecit minis: *Væ homini illi, per quem Filius hominis tradetur:* (*Matth. 26.*) emollire studuit beneficiis, dum intinctam bucellam ei obtulit (*Jo. 13.*): trahere voluit blanditiis, dum amicum vocitavit: *Amice, ad quid venisti?* (*Matth. 6.*) cui alteri Apostolorum tot conversionis remedia contulit? nulli: & tamen alii salvantur, Judas perit: quæ causa hujus rei? subintrat hic S. Chrysost. (*ap. Mich. de Calo. conc. 40. § 1. n. 17.*), & caulam omnem hujus obstinatæ refugii in avaritiam, inquiens: *Solo nomine avaritiæ remedium non invenit salutis, quæ ad barathrum desperationis induxit;* O quot sciuntur luctuosa avarorum exempla, qui in mortali lectulo ad restitutionem iniquorum bonorum frustra animantur, volvunt se in lecto, ambulant, turbantur, & tandem salutis, quam divitiarum jacturam desperabunde eligere malunt! E milleais unum audimus, quod ex Chronica Ord. Cisterciensis refert Zelosissimus Josephus de Barzia (*ser. 24. in 47.*) Mercator quidam, per injustas artes dilatescens, ingentes divitias congessit: monuit Deus, monuit conscientia de restitutione faciende; sed ille amore uxoris, ac liberorum, quos depauperare nolebat, totus obduruit; corripitur lethali agritudine; cum ecce mortis vicinus vocat Notarium, ac testamentum sequenti ignore confecit: scribe ait: *Corpus meum terræ trado*; dein totus horridior: scribe: *Animam dæmonibus condemno*: exinoruere adstantes, ut per erat, & agritudo ejusmodi mente agere putabant: Erraris, inquibat ille, erraris; mihi plene adhuc compos sum. Scribe: Animam uxoris, & liberorum, & Confessarii atque demonibus condemno: uxoris quidem; quia in meis injustitiis mihi erat adjutrix; liberorum; quia illorum amore iniqua corrasi: Confessarii; quia non obstante mea ficta pœnitudine, mihi consulta absolutionem. His dictis horrendum ejulare capit, & inter ejulatus animam efflavit.

8. *Epilogus.* En Christianæ animæ, quam horribili malum sit avaritiæ hydrops: avarus insaturabilis est, immisericors est, ad spiritualia languidus est, insanabilis, ac desperatus est: Sed jam de remedio quæratis tanti mali? audite pauca pro coronide: Pertur hydropicus quidam pauper a Medico morbi remedium flagitasse, ille cum pauperem cerneret, respondit: Per annum abilinge a potu, & sanaberis. Placuit ei quæ sic dictum accepit, & magna cum industria est, ac anno vertente sagus effectus ad Medi-

cum rellit, eique pro consilio gratias egit. (*Corn. a L. in Luc. 14. v. 3.*) Ita nimirum avaritiæ remedium est mortificatio, abstinentia, constrictatio; quia ista omnia noxios cupiditatum humores salicant, & expellunt. Hoc remedio utere, mi Christiane, & a nocentissima hac lue securus eris. Amen.

Dominica XVI. post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Offenditur imprudentissime agere eos, qui actiones proximi curiose observare, & temere judicare solent.

Et ipsi observabant eum. Luc. 14.

EXORDIUM.

Judicium temerarium est vitium universale, etiamsi virtutes proximi in malam partem sumantur, sed præsertim frivole & imprudenter.

1. VIx erit in orbe terrarum peccator, quantumvis malus, qui non ex aliqua sui parte bonus sit: qui nonaginta novem sceleribus destitus est, a centesimo alienus erit: aliqui, etsi sint superbi, tamen non blasphemant; alii, etsi sint avari, tamen non pejerant; alii, etsi sint fures, tamen non adulterantur: isti, etsi sint gulosi, tamen non lasciviunt; vitia enim quamvis sint pestes, non tamen indiscriminatim omnes inficiunt. Ab hac autem universali regula fere exceptum volo judicium temerarium: nemo reperitur, qui non actiones proximi censurare, ac taxare assuescat, ita ut de nemine non nostrum dici queat, quod hodie de Pharisæis: *Et ipsi observabant eum.* (*Luc. 14.*) Omnes nascimur Aristarchi & Zoili: antequam judicio polleamus, jam judicare incipimus; quodlibet seminium est nobis tribunal, omnis suspicio examen. Romanorum Censorum officium non duravit ultra quinque annos, & quamvis maxima eminebant auctoritate, tamen illam exercere non poterant in Vestales, in Prætectos, in Pontifices, & Consules: Nunc autem dantur Censores perpetui, qui non prius officio, quam vita funguntur, & promiscue omnes, Sacerdotes, Magistratus, Principes, Nobiles, ac ignobiles tradacunt, Deplorat Gregorius Magnus, quod hæc Pharisæorum lepra tam altus in cordibus Christianorum radices fixerit, ut non jam mores hominum perstringantur, sed etiam virtutes in vitia detorqueantur. Siquis vitam eligit humilem, dicitur hypocrita; siquis injurias dissimulet, dicitur imbellis, & muliebris; siquis prudentia polleat, dicitur astutulus; siquis simplicem se exhibeat, dicitur idiota, & asinus. Qui curam aliorum admittit, habetur pro præsumptuoso; qui eam refutat, pro parum cariativo. Si jejunem, proclamor ut singularis; si comedam, proscindor ut vorax; si erga pauperes sum liberalis, dicor captare auram popularem. si tenax, dicor studere avaritiæ. Verbo: quilibet juxta suam phantasiam judicat omnia, ut nimis quam verum sit illud Chrysostomi: (*de compunct. Cord. lib. 1.*) *Ad condemnandos ceteros omnes vita auditæ abluminat tempus: & quod est pejus, ob hoc vitio usque facili hominem, neque Mendacium ullum facile inveniebat.* &c.

2. *Propositio.* Christiani Auditores! hæc facilitas Judicii propullulat ex innata superbia; cur enim judicium de actus juridi Xtmis, si facile exercetur sub spe adquirendi nomen videlicet, quia cupimus videri prudentiores aut meliores aliis. Egotheero huic vitio laryamdetrahum, offendendo, nihil esse imprudentius, quam judicia alterius. Pavete.

3. *Confirmatio.* Res mirabilis ex eodem flosculo ex quo apis dulcissimum mel conficit, aranea ex vitiam non se tenet ex parte floris, sed ex parte venenosi animalculi, quod succum omnem in virus convertit. Ita se res habet de multis proximi actionibus: has si innaturatur homo bonus, & virtuosus, erunt illi in exemplum, & ædificationem; si eas intuentur perversus, erunt illi in offendiculum, & vitio, quæ perversis ex illis exfuget.

Judicium temerarium est signum imprudentiæ.

4. Hæc facilitas judicandi proximum vel maxime reperitur apud eos, qui omnium minime Christiana caritate, aut prudentia sunt tincti; sicut vas vacuum tonantius tinnit, quam plenum; ita illi clamosius audent aliorum actiones criminari. Apelles, pictorum peritissimus, quondam infigne artefactum publicæ censuræ exposuit: intrigo hæc omnes artis peritos rapuit in admirationem; nemo erat, qui vel leviculum nævum in hoc artificio notaret, nisi sutor aliquis, homo hardus, & ineptus, qui calceos iunginis acerba cryfi perstrinxit: sed expedite Apelles exposuit infusum Zoilum, dicens: *Sutor: ne ultra crepidam*, quasi diceret, hominem despere in iis, quæ vult sapere ultra sphæram suæ artis, & objecti. O quoties hæc exprobatio justissime objeceretur multis natusutilis, qui dum actiones aliorum, etiam Superiorum, contuentur, semper habent, quod censoria virga notent, dicunt ista non esse bene facta, illa non esse facta debito loco, illa extra tempus, illa non satis deliberata, ista pejori modo executioni data: *Sutor, ne ultra crepidam* per istiusmodi taxationes, mi bone, nihil emendas, sed tuam solum inscitiam prodis. Ille ipse Apelles, dum aliquando Alexander magnus in ejus officina picturas judicaret, modeste monuit Regem, minus scite loquentem, fileret, ne auditus a juvenibus, qui colores conterebant, risui exponeretur. Ita fit: ridetur, si de re non intellecta judicatur. Verum assurgamus ad motiva altiora.

Involat in jurisdictionem Dei.

5. Qui actiones proximi frivole judicare præsumit, arroganter involat in potestatem, & jurisdictionem Dei, ad cujus solius tribunal pertinet actiones, & conscientia hominum examinare. Estne possibile, mi homo, ut postquam Deum millenis peccatis offendisti, nunc jurisdictionem tibi arroges, quæ solum ad ejus forum pertinet? an non hæc est temeritas luciferi? an terræ vermiculus se audeat immiscere processibus supremi Domini? audi, quam acre litiget Deus hanc temeritatem: Abbas Isaac, Vir de cetero haud vulgariter sanctus: (*Ex lib. Dict. PP. de Judic.*) aliquando temere judicavit fratrem, & occe confestim adfuit e cælo Angelus, qui acerba ironia ex eo quæsivit: Domine Abbas, Deus me misit, ut quærerem ex te, ubi jubeas animam fratris illius reponi, quem judicasti? Erubuit ille Dei famulus, & errorem suum agnovit. Procerto habet, mi Christiane, siquis in side esset novus Abraham, in zelo novus Phinees, in devotione novus David, si promus se ad judicandum allios, Deum sibi haud propitium habebit.

Est vitium etiam bonorum & sanctorum.

6. De industria loquor de magna side, de magno zelo, de magna devotione; quia vitium frivoli judicii pleramque etiam adhæret hominibus probis, ac devotis: qui sibi imaginantur aliquos gradus in virtute feciste, illi facillimi sunt ad despiciendos alios. Atque hæc est singularis astutia dæmonis, ut quos in alia scelera præcipitare non valet, prosternat per temeraria judicia: *Peccare nos dæmones urgent*, ait Climacus, (*in scala lib. de Pæn.*) *aut eum non peccaverimus, judicare peccantes.* O mi Christiane, falleris, si proximum tuum minoris meriti, & virtutis apud Deum existere, quam teipsum existimas: esto, quod haud paucos heroicæ pietatis actus exerceris, forsan unica proximi actio plus placuit Deo, quam tuarum milliena. Percipite historiam, quam Raderus (*Viridar. p. 2. fol. 165.*) ex Meneologiis Græcorum recenset: Stilita Edessenus, qui tota cum fratre natu majore eremum in confinibus Babyloniæ incolebat, quondam vesperæ per solitudinem exspatiatus, reperit in fossa ingentem auri summam. Hunc pauperatis inimicum ut vidit, exhorruit, & signo crucis se munivit, magno saltu supra fossam se libravit, ne tactu quidem dignatus thesaurum. Saltum istum a longe vidit ejus frater, & rei curiositate tactus, accedit, invenit, tollit thesaurum, in urbem pergit, ibique coempto fundo Ecclesiam, Monasterium, Hospitale extruxit. His ita compositis, in eremum redux sibi ipsi applaudebat, cogitans: quantum ego nunc prosui aliis per hoc aurum repertum! Meus frater est quidem bonus eremicola; sed sibi soli tantum inutilis. Hæc dum animo versaret, repente adstitit Angelus, utrique fratri a multo tempore familiaris, vultuque austero damnavit ejus judicandi temeritatem, inquiens: Scias velim, saltum illum, quo frater tuus aurum despexit, coram Deo omnibus tuis eleemosynis, & fructibus anteferri, ne vero tua temeritas impunita abeat, illud judicium per quadraginta novem annos stando in columna lues, eoque tempore mea fruitique præsentia privatus eris. His dictis evanuit, nec amplius, nisi post exactum nominati temporis spatium se conspiciendum dedit. En mi Christiane, quam nemo causam habeat, se anteferendi aliis; diversissima sunt Judicia Dei a nostris, utpote cui plus placuit unus saltus, quam immensa eleemosyna, ac fundationes.

Mala fama de proximo sapissime errat.

7. Verum dicit hic forte aliquis: ego non frivole judico; judico, prout alii judicant: ille homo passim ab omnibus habetur pro impio, pro scelerato, &c. Ergone tibi vulgi fabulæ sint pro infallibili regula: quid de te paigit fama? a multis diceris thomas, detractor, deceptor, & tamen non credis; cur ergo credis sinistra dicteria de proximo? Christus ipse pro seditioso, pro Demoniaco a Pharisæis habebatur, Apostoli traducebantur ut temulenti, primi Christiani ut orbis turbatores, & venefici; & tamen hæc omnia falsæ, ac calumniosæ: Deum immortalem, quid non fama aufa est commissici contra sanctum Paulum? dicebatur passim S. Hieronymo esse turpiter familiaris, cum eoque vivere vitam Epicureorum. Quid non fama ausa est commissici de S. Athanasio? dicebatur passim ab Arianis esse venefícus, & Arsenio nescio cui amputasse brachium, quo ille ad artes magicas uteretur. Quid non ausa est fama commissici de S. Gregorio Nazianzeno? dicebatur passim, quod idolum Constantinopolitanum turpissimis artibus ab Imperatore Theodosio excusciatus sit. Dicat ista communis fama, quid tum? homines in laudando, vel in vituperando non errare, res rara est; hinc suadet Minutius Felix, (*in Oct. Dial.*) veritatem, non famam attendendam esse, qui non vult errare in judicando, monuerit, *insane & incredibile rerum, & verisimile mendacium.*

Et etiam visus auditum fallitur.

8. Si dicas: ego judico non secundum aliorum dicta, sed secundum visum, vidi ista, & ista: &c. Respondeo, si bonus Christianus fores, potius crederes oculos decepisse, quam proximum peccasse. Quoties fallitur visus? quoties judicat vitiosum esse, quod virtuosum est? Virtus non eodem semper habitu incedit, *multiformis operatrix Dei*, (*1. Petr. 4.*) nunc gratia Dei tacet solitaria cum S. Antonio, nunc prædicat per urbes cum S. Dominico, nunc luxet sub purpura cum S. Ludovico, nunc tegitur centotonibus in paupere Lazaro, nunc est Virgo in Agatha, nunc conjugata in Elisabetha; in uno rider, in altero plorat, ideoque sit, ut multi apud homines in despectu habeantur, qui apud Deum summo in honore sunt. Joannes Eleemosynarius Patriarcha Alexandrinus

Mona-

Monachum quendam, qui pueilam mendicum per urbem Alexandriam duxerat, flagellis cædi justit; at dein in somno hanc vocem audiit: *Hæc audita vice Domine Patriarcha, erraßi ac homo*, (*Leont. in vita S. Joan. Eleemosyn.*) cognovitque, quod perperam virum Religiosissimum tractarit ut Apostatam. Non semper homines sancti discernuntur a non sanctis per radios: ille Salius in urbe Alexandrina a Deo Paphnutio Anachoretæ sanctissimo conjunctus fuit. Quin & Antonius, illud sanctæ austeritatis prodigium, vocem de cælo delapsam audiit: *Necdum ad mensuram Coritanji pervenisti*, (*in Vit. PP.*) qui nihil aliud egit, quam manè & vesperi sibi ipsi ingeminavit: Omnes hujus civitatis incolæ sancti sunt, & tu quotidie pejor evadis. Non nego ex actionibus hominum posse cognosci eorum mores; verum pro certo dixerim non valet, quæ actio sit bona, vel mala; intentio enim omnes specificat, quam solus Deus intuetur. Hinc Augustinus; (*l. 9. de Civ. Dei c. 5.*) *In disciplina Christiana non tam quæritur, utrum quis irascatur, quam quare; nec utrum sit tristis, sed unde, nec utrum timeat, sed cur timeat.* Qui res non nisi secundum externam apparentiam, & superficialiter contingerat, sæpissime errat: *Facti*, ut ait Paschasius (*l. 2. in Matth.*) *facili superficiei causarum interiora veritatis versari.*

9. *Epilogus.* Quid igitur factu opus est? Mi Christiane, claudendi sunt oculi ad actiones aliorum: ipsum intuere, & invenies sat vitiorum, quæ emendes. Remedium autem contra temeritatem judicii videtur optimum illud, quod Abbas Pæmenius præbebit, inquiens: *cum duabus cogitationibus sententiamur, & absolvimur nihil tertium est.* (*Rosweid. in vit. PP. l. 4.*) sicut ergo cogitationi contra castitatem statim, & sine mora resistendum est, ita & cogitationi contra famam proximi. Quin immo semper de proximo fieri in bonitate; si certo, & inexcusabiliter reficias eum peccasse, cogita cum illo sene apud Palladium; *Ille hodie, ego cras*. Si vero quomodo dubie, & incerto actionem malam scias, semper pro fama proximi decerne, illumque pro innocente excusa: hoc remedium præscribit Bernardus: (*Serm. 4. in Cant.*) *Excusa intentionem, si opus non patet, puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum*, &c. &c.

Dominica XVII. post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

Quibus indiciis se prodere debeat caritas erga Deum.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Matth. 22.

EXORDIUM.

Dilectio celari non potest.

1. IGnis quodammodo Rex est elementorum, & semper operativus: aer nonnunquam quiescit, aqua stagnat, terra immobilis hæret: nihil horum ignis; hic operetur, necesse est, aut emoriatur: tantaque est hujus operationis agilementia, ut delitescere nequiquam queat, quin suis se indiciis prodat. Ut ait simillimum est sanctis Patribus, caritatem igni comparare; eadem enim est hujus, quæ illius indoles. Regina est virtutum, & semper negotiosa: fides, & spes interdum quiescunt; caritas nunquam; amor enim, ait S. Gregor. (*hom. 30. in Evang.*) *Si non operatur, amor non est.* Atque hæc operatio adeo irrequieta est, ut claris se prodat indiciis: inter omnes animi affectus fere nullus minus, quam amor potest dissimulari. Jam si Orbem universum pervagemur, & in aulis Principes, in Curiis Senatores, in castellis Nobiles, in tabernis mercatores, in officinis opifices, in Augustis agricolas interrogemus, utrum Deum ament? respondebunt uno ore omnes: Amo. Verum metuo, ne inter centenos nonaginta novem falsum dicant; nam Sanctus Patriarcha Ignatius (*in lib. Exercit.*) respondet: *Amor ab operibus magis pendet, quam a verbis.* O mundi Christiane! quis credat, ignem esse, ubi nulla sunt ignis indicia? quis credat caritatem esse, ubi nulla sunt caritatis opera?

Duo sunt indicia amoris, agere, & pati.

2. *Propositio.* Si quæras, quo igitur indicio cognoscere liceat, verene homo Christianus Deum amet? hoc in præsentiarum explicabo, videlicet duo esse clarissima amoris signa, *agere & pati*. Hic scopus etic hodierni sermonis. Paveo.

Hominis etiam mundani tangit præceptum diligendi Deum.

3. *Introductio.* Tam crassa est hominum nonnullorum in rebus Fidei ignorantia, ut cum de dilectione Dei differi audiant, putent, excellentissimum hanc virtutem Reginam non ad se, sed ad eremos, & claustra pertinere: mirantur quidem Augustinos, mirantur Philippos Nericios, mirantur Theresias, Magdalenas de Pazzis, aliosque, qui caritatis igne mirum quantum exarsere. Verum eam dilectionis legem sibi in mundo degentibus minime latam esse arbitrantur. Error hic est manifestus. Non enim solum Monachis, & Eremicolis, sed & hominibus mundanis, quibuscumque imperatum est: *Diliges Dominum Deum tuum.* (*Matth. 22.*) Hoc maximum est præceptorum omnium, consequenter universale. Quæris fortasse, cum ergo amor in operatione consistat, per quas actiones homo suum erga Deum amorem contestari, quibus indiciis probare queat? Respondeo.

§. I. Primum indicium amoris consistit in elemosyna.

4. *Confirmatio.* Sicut ignis vehementer operativus est: ita jam in caritatis indicium est *facile*, ubi datur, omnibus gyronis ad plenum manifestum adservationem; nam, ut ait S. Gregorius (*hom. cit.*) *Probatio dilectionis exhibitio est operis: ex eo enim diligimus, quod mandata ejus a nobis ut voluptatibus exercemur.* Quæris, unde dilectio pateat, militem aliquem partibus Imperatoris addictissimum esse? certe non alio facilius, indicio, quam si contra inimici machinationes vigil excubet, gladium generose stringat, fortis in bella animet, & leges Imperatoris avantissime obtemperet: in testimonium S. Augustinus: (*tr. 9. in ep. 1. Joan.*) *Quomodo diligit eum, cujus adimplere præcepta? quis est, qui dicat: diligo Imperatorem, sed edicta ejus non curo?* Parem in modum dilectio Dei consistit in observatione mandatorum, ita, ut dilectis verbis testetur Christus: *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me.* (*Jo. 14.*) E contrario, qui mandatis Dei obedientiam non præstat, etsi cæteroquin prolixas orationes fundat, jejunia frequenter, egenis liberaliter succurrat, veram tamen dilectionis notam neutiquam habet. Age, mi Christiane! si cognoscere cupis, an Deum ames, fume in manus tuas Decalogum instar speculi, & faciem tuam explora. Si percutiens singulis in omnia, deprehendas, in nullo te, saltem graviter deficere, tum confide, dilectionem Dei in animo tuo reperiri.

In tentationibus se maxime prodit amor Dei.

5. Præterea singulariter adverte, si repente ad pravum aliquid allici te sentias, quid in animum tuum talis tentatio valeat, quamdiu malicia est, haud facile dignoscitur, quid artis in navarcho vigeat: at cum contra tempestate, mare horrendum in modum turbatur, tum primum dispicere est, quam rei nauticæ experientiam habeat. Parem in modum; cum tentatio hominis animum pulsat, tunc vel maxime dilectionis experimentum capere licebit. De perdice commemorat S. Isidorus, quod aliena ova rapiat, & pullos enutriat; hi vero, dum jam jam adolescere incipiunt, & genuinæ matris vocem percipiunt, relicta confestim novercæ, illam sequuntur; verba sancti Patris (*l. 16. Etym. c. 7.*) sunt: *Dum pulli propriæ sonum genitricis audiunt, naturali quadam instinctu hanc, quæ fuit, revisunt, & ad eandem, quæ genuit, reverterunt.* Perdicis nomine merito intelligere licet diabolum; ille enim animas a Deo creatas, subripuit, & voluptatum terrenarum pabulis saginat. Jam adverte, o anima, si vocem Dei præcipientis audias, quid agis? exempli causa, offert tibi diabolus in hac, vel illa venditione, aut contractu injustum unius, vel alterius florem; Deus autem clamat: *Non furtum facies.* Offert tibi Diabolus occasionem impudicæ conversationis; Deus autem clamat: *Non mœchaberis.* Offert tibi diabolus opportunitatem vindicandi injurium; Deus autem clamat: *Non occides* &c. Quid agis, loquam? si relicta frygi venatoris suggestionibus, absque mora ad nocem Dei clamantis advoles, bene tecum agitur; est enim signum, quod geminos Dei amor in corde tuo residet. Si vero lucrum injustum, libidinem, vindictam amplectes, adulteri tua est caritas. Ea quam manifestum dilectionis judicium sint opera? per antecessa pulsum explorator vita, & sanitas; per opera caritas. &c. Sed ad alterum jam amoris judicium animum advertamus.

§. II. Alterum indicium amoris consistit in patiendo.

6. Sicut ignis, cum semel materiam concepit, adversis flatibus ventorum tam non extinguitur, quam ut potius augetur, ita alterum certæ caritatis signum est. *Pati*, hoc est, adversitatibus, quæ ex Dei voluntate, ac beneplacito ingruunt, non dejici, & expugnari, sed potius ad laudandum Deum magis, magisque inflammari. Sunt hominum nonnulli, qui, si filia nonnunquam prolixior oratio in templo interfuavissimos animi affectus succedat, & una, vel altera lacrimula ob devotionis teneritudinem ex oculis fluat, putant, se jam papam abesse a Seraphinis. Cur autem infonis animi murmuribus exardescunt? non alio ex capite, quam quia, tam nullam patiuntur molestiam: res tuæ ad votu tibi fluunt, cella vino, penus annona, horreum frumento, crumena auro turgida est, nullas experiuntur cum vicinis lites, cum domesticis odia. &c. At vertatur paulisper scena, moriatur filius, grando percutiat agros, furto aufferantur oboli, consurgant litigia, crebrescant persecutiones, & æmulorum invidiæ: tum enimvero perspicimus, an perseveret illa devotionis suavitas: ebu! quam metuo, ne continuo impatientiæ, imprecationes, intemperantes iræ, & convitia tibi quantur! O bellam caritatem, quæ Deum diligit, velut hirundo astatem! quamdiu hæc durat, illa castellat; at cum superior aura hyemem prænuntiat, sine mora aufugit. Ex his patet, quam egregie nonnulli in ipso Confessionis Sacramento alios accusent, seipsos excusent. Dicunt: Mea uror, meus maritus, meus vicinus, homo tam sæ per; & intractabilis est, ut continuo ad iram, ad impatientiam, ad juramenta me provocet: paucos ante annos, eram pacificus, & modestus; at anno quotidie impatientia, & odiis exardesco. O bellam excusationem! pugnare, ubi deest adversarius, otis non est; at vincere, ubi adversarius conferto pede congreditur, huc olum fortitudinem demonstrat. Vera caritas est sole quium, quod etiam inter nubila faciem non vertit a sola; olea est, quæ a verberibus fit fructuosior; aquila est, quæ etiam inter fulmina non desinit in cælum elevari. &c.

7. Sophis Rex Indorum, (*Orancenius part. 1. c. 11.*) teste Curtio, ut Alexandro Magno ostenderet, quam generosos canes, & fortitudine leonibus æmulos aleret, hoc illi spectaculum fecit. Jussit in conspectu emitti leonem eximiæ magnitudinis, tum quatuor admoveri canes, qui celeriter occuparunt feram. Mox uni canum, qui mordaciter leoni adhæserant, præcepti crus amputari, nec tamen destitit canis leonem persequi; amputatum est & alterum crus: nec tamen sic victa pervicacia; demum terro confodiebatur, & ecce, ne post mortem quidem poterant infixi dentes a leone avelli. Hoc emblemate, ait Perusequin, perfecti amoris constantia repræsentatur, qui ubi dilectum semel apprehendit, ita res omnes humanas despicit, ut omnes fortunas, & vitæ commoda everti facile finat, dummodo dicto potiatur. Diligis Deum, mi Christiane? diligo, inquis: at ponamus tibi amicum optimum, fratrem, filium, maritum, uxorem mortis falce amputari. Quid agis? si impatienter conquereris, si in sactis, quibus antea affuevisti, exercitationibus tepescere incipis, genuinus amor non est. Diligis Deum, mi Christiane? diligo, inquis. At ponamus tibi fortunas furto, rapina, incendio, bello imminui. Quid agis? si calum, terramque intemperante fletu, ac ejulatu impleas, verus is amor non est. &c.

8. O quanta cum constantia Sancti Dei tam inter prospera, quam adversa Deo adhæserunt! Exempium adducamus tantum Clementem Ancyranum Episcopum Christi Athletam fortissimum. Vocatus ad tribunal Diocletiani Imperatoris, tyranni Christianis infensissimi, jussus est Christo, ejusque sanctissimæ Legi renuntiare. Risit hujus præcepti insantiam generosissimus pugil. Mox jussit tyrannus ex una parte accumulari ingentes auri argentique divitias, dignitatum insignia, vestes pretiosas: ex altera parte collocari præcepit cruces, rotas, gladios, ignitas furcagines, & quidquid in officina crudelitatis terribile est. Subin ad tanctum Præsulem conversus, ajebat: vides has divitias, & æternæ felicitatis suppellectilem? si Deo tuo repudium dabis, hæc omnia, & plura alia tua erunt. At si e contrario pergis eum venerari, & Idola spernere; hæc extrema carnificinæ instrumenta in corpus tuum sævient. Christiani Auditores: quid putatis, egit sanctus Antistes? an diu deliberabundus hæsitavit? neutiquam vero. Sed mox spretis opibus, in amplexum ruebat equuleorum, ac tormentorum, protestatusque est, nullam fore carnificum crudelitatem, nullam persecutionis gravitatem, nullam dolorum acerbitatem, qua a Christo Domino avelli posset. An factis præstitit, quod verbis promisit? fidelissime: e rota suspensus, celerrime circumactus, & a tortoribus nervorum, ac vibicum ictibus crudelissime cæsus est: dentes illi pugnis, ac malleis confracti sunt: in equuleo immanem in modum laxatis artubus, ac junctaris extensis: ardentibus lampadibus ustus est. Candentes laminæ illi per manus ad cubitum usque immersæ, caput ignita casside ustulatum fuit. Verum quid memorem multitudinem tormentorum, quæ adeo fuere multiplicia, adeo crudelia, ut testetur Nicephorus, (*apud Ribad. 23. Jan.*) singulorum Martyrum tormenta ab orbe condito, cum martyrio sancti Clementis non posse venire in comparationem? Et tamen inter carcerum squalores, inter persecutiones, inter crudelissimum membrorum lanienam semper constans, & invictus a dilectione Dei nec latum unguem decessit. &c.

9. *Epilogus.* Ea, Christiana anima, hæ tandem sunt geminæ illæ probationes amoris; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo* (*Matth. 22.*) hæc dilectio comprobanda est *agendo, & patiendo:* primum consistit in observantia mandatorum; alterumillud in æquanimi tolerantia adversitatum. Ardua quidem est utraque probatio; sed & magna est retributio, videlicet æterna salus. Amen.

Dominica XVII. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

Quomodo Dominum Deum ex toto, non diviso, divisoque corde diligere oporteat.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Matth. 22.

EXORDIUM.

Deo offerendum est cor, sed totum cor absque diminutione.

1. NUnquam legistis, Christianæ animæ, quam ridicula, stolidaque sacrificia ceci Gentiles suis Idolis saltuisque Numinibus fecerint? Jovi, Deorum principi, coronatum arietem in victimam dabant; Neptuno, marium Domino, taurum, viridi serto redimitum; Apollini, Musarum Præsidi, capram; Bacchо bircum; Priapo asinum; Æsculapio, medicinæ inventori, gallinam; Dianæ cervam; Veneri columbam offerebant. Verum a page cum inanibus Ethnicorum deliriis; nostrarum partium est indagare, quo maxime sacrificio, doquoque Vero Deo, supremo cæli, terraque Domino, inservire valeamus. Et ecce, hoc ipsemet Divinus Mundi Redemptor clarissimis verbis indicat, in hodierno Evangelio præcipiens: *Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo.* Dicite, Auditores! an prompti, paratique estis ad hoc donum Deo offerendum? affirmatis quidem omnes; sed ego dubito, an præceptum Domini satis intelligeritis. Intelligamus, reponitis, Deus cor nostrum habere desiderat: ita est, sed observate bene *totum cor, totum cor* habere desiderat. Sunt aliqui, qui Deo tantam extremam cordis particulam, diabolo autem, mundoque totum reliquum tribuant; sunt alii, qui Deum dimidio solum corde, altero dimidio variis voluptatibus sæculi diligunt. *Omnes destinationes, dicunt inutiles sacti sunt.* Diligendus est Deus toto corde; quemadmodum enim ille, qui vellet uno pede per locum excelsum, altero per locum infimum incedere, gressus valde inæquales factus, atque utroque pede claudicaturus esset: ita qui Deum, & mundum simul diligere, fusque amoris affectus partim in Deo, qui non nisi sancta, & excelsa jubet, partim in mundo, qui non nisi ad vana, & infima trahit, collocare vellet, necesse est ejus opera absurda, inæqualia, nec frigida, nec calida esse. Audite instructionem hujus lectionis ex Doctissimo Paulo de Palatio: (*in Manip. in Æcon. hoc Dom. c. 37. n. 22.*) *Tunc diliges ex tota corde, totum cor Deo, nullam ejus partem vitiis concedent.* &c.

2. *Propositio.* Dilectissimi Christiani! insistamus huic instructioni, & circa præceptum hoc præceptorum omnium maximum explicemus, quomodo diligendus sit Deus, ex toto corde, quantumque injurjam Creatori, sibique grave nocumentum impingant illi, qui eum tantum ex parte, aut dimidiato corde amant, & revereantur. Favete.

§. I. *Aliqui tantum amant Deum particula cordis, sed infeliciter.*

3. *Confirmatio.* Initium faciendo de illo Christianorum genere, qui Deum solum unica, eaque extrema cordis particula diligunt, sciendum ante omnia est, quam irrequieto desiderio diabolus humani cordis possessionem affectet; hunc in finem machinas omnes admovet, ut in eor irrumpat. Qua arte putatis autem, Auditores, ingressum, possessionemque illius maxime impetrat? Dicitur herinaceus pluvia tempestate ad vulpem venisse, sollicitasseque, ut sibi in fovea sua diversorium concederet; conceditque vulpes, lecto in ultimum angulum recepit: at herinaceus exertis culeis non destitit miseram vulpem pungere, vexareque, donec expulsa illa, solus fovea dominus remansit. Ita demon solet; admissus in cordis habitaculum se magis, magisque dilatare pergit, donec amorem Divinum, in extremo cordis angulo latitantem, omnino expellat. Quæritis fortasse, quinam ergo sunt illi, qui Deum extrema cordis particula diligunt? Respondeo: dantur inter Christianos nonnulli, qui aurium tenus sunt vitiis immersi, nihilominus certas quasdam devotiones retinent, quibus indubitatam salutis sua spem inædificant: Est aliquis mirum quantum ambitiosus; sed pauperibus certas eleemosynas elargitur; alius est turpiter avarus; sed certis precibus confidit; tertius totus voluptatum cœno immersus hæret; sed aliquot dies annuatim jejunat; quartus in dissidiis, & rancoribus vivit; sed habet certam precandi formulam, de qua nequit, nec rite non potest, qui eam frequentat. An credam, in hujusmodi Christianorum cordibus amorem Dei residere? cheu! vel ille amor omnino nullus est, vel ad eximium cordis angulum relegatus; quin immo cordate affevero hos, & similes in particulione statu versari, quam pessatores, qui nulla omnino ex parte boni sunt. Explico assertum.

4. In Leviticо (*c. 13.*) præcipit Deus circa leprosos, si lepra operuerit omnem carnem a capite ad calcem, considerabit eum Sacerdos, & mundum pronuntiabit: quando vero caro vivens in eo apparuerit, tunc Sacerdotis judicio inter immundos reputabitur. Res est admiratione dignissima, quod si homo totum corpus lepri plenum habeat præter aliquot sani habeat, a Sacerdote pro sano pronuntiari debuerit; contra si aliquam partem sanam retineret, aggerrimus deprecerit judicii. Quæ causa est hujus præpolleri, ut nobis videri posset, judicii? Percipite Doctissimum Philippum Diez: (*in can. Conf. non Evang. Cap. 2.*) Significare voluit Dominus, majus periculum esse, aliquod bonitatis specimen hominem habere, quam omnino malum esse: qui enim omnino mali sunt, facilius convertuntur intuitu turpitudinis suorum peccatorum; at qui ex parte boni sunt, difficilius remedia admittunt, quia semper ex bona, quæ agunt, salutis securitatem sibi pollicentur. Est hoc inter astutissima dæmonis artificia unum, quod peccatorem nunquam ita arctis stringat vinculis, ut non illi interdum catenam laxet ad operandum aliquod bonum: quare? ut sic peccator meliorem commissorum obligetur, eumque magis catenatum, ac compeditum habeat. Ita vinctum tenuit Herodem, de quo S. Marcus: (*c. 6.*) Libenter D. Joannis conciones audiebat, & eo audito, multa faciebat. Habebat cum Sathanas ligatum vinculo turpis amoris, quo erga uxorem fratris sui afficiebatur; interim tamen conciones audiebat, & bona operabatur. Ad quid autem illa bona Herodi profuere? Videlicet ne videret mala, quæ perpetrabat; itaque illum diabolus strictiori compede vinctum tenebat. Ea, Christiani Auditores, quam periculosa res sit, Deum solum una cordis particula amare, immo quam ille amor prorsus indignus sit nomine amoris: &c.

§. II. *Alii amant Deum corde dimidio.*

5. Quapropter cautius, civiliusque, ut ad alteram jam orationis partem transeamus, agere sp opinantur alii, qui Deo cor saltem dimidium confecrant. Sant e Christianis aliqui, qui satis, superque sanctos se arbitrantur, si aliquli grade, ac pœrtis Deum, & mundum habeant: isti velut amphibia, modo in statu gratiæ, modo in statu peccati versantur, hodie in

tem, quia Dei pax humanis cordibus tivalis est, maximam partem tribuant; sunt alii, qui Deum dimidio solum corde, altero dimidio variis voluptatibus sæculi diligunt. *Omnes destinationes, dicunt inutiles sacti sunt.* Diligendus est Deus toto corde; quemadmodum enim ille, qui vellet uno pede per locum excelsum, altero per locum infimum incedere, gressus valde inæquales factus, atque utroque pede claudicaturus esset: ita qui Deum, & mundum simul diligere, fusque amoris affectus partim in Deo, qui non nisi sancta, & excelsa jubet, partim in mundo, qui non nisi ad vana, & infima trahit, collocare vellet, necesse est ejus opera absurda, inæqualia, nec frigida, nec calida esse. Audite instructionem hujus lectionis ex Doctissimo Paulo de Palatio: (*in Manip. in Æcon. hoc Dom. c. 37. n. 22.*) *Tunc diliges ex tota corde, totum cor Deo, nullam ejus partem vitiis concedent.* &c.

2. *Propositio.* Dilectissimi Christiani! insistamus huic instructioni, & circa præceptum hoc præceptorum omnium maximum explicemus, quomodo diligendus sit Deus, ex toto corde, quantumque injurjam Creatori, sibique grave nocumentum impingant illi, qui eum tantum ex parte, aut dimidiato corde amant, & revereantur. Favete.

§. I. *Aliqui tantum amant Deum particula cordis, sed infeliciter.*

3. *Confirmatio.* Initium faciendo de illo Christianorum genere, qui Deum solum unica, eaque extrema cordis particula diligunt, sciendum ante omnia est, quam irrequieto desiderio diabolus humani cordis possessionem affectet; hunc in finem machinas omnes admovet, ut in eor irrumpat. Qua arte putatis autem, Auditores, ingressum, possessionemque illius maxime impetrat? Dicitur herinaceus pluvia tempestate ad vulpem venisse, sollicitasseque, ut sibi in fovea sua diversorium concederet; conceditque vulpes, lecto in ultimum angulum recepit: at herinaceus exertis culeis non destitit miseram vulpem pungere, vexareque, donec expulsa illa, solus fovea dominus remansit. Ita demon solet; admissus in cordis habitaculum se magis, magisque dilatare pergit, donec amorem Divinum, in extremo cordis angulo latitantem, omnino expellat. Quæritis fortasse, quinam ergo sunt illi, qui Deum extrema cordis particula diligunt? Respondeo: dantur inter Christianos nonnulli, qui aurium tenus sunt vitiis immersi, nihilominus certas quasdam devotiones retinent, quibus indubitatam salutis sua spem inædificant: Est aliquis mirum quantum ambitiosus; sed pauperibus certas eleemosynas elargitur; alius est turpiter avarus; sed certis precibus confidit; tertius totus voluptatum cœno immersus hæret; sed aliquot dies annuatim jejunat; quartus in dissidiis, & rancoribus vivit; sed habet certam precandi formulam, de qua nequit, nec rite non potest, qui eam frequentat. An credam, in hujusmodi Christianorum cordibus amorem Dei residere? cheu! vel ille amor omnino nullus est, vel ad eximium cordis angulum relegatus; quin immo cordate affevero hos, & similes in particulione statu versari, quam pessatores, qui nulla omnino ex parte boni sunt. Explico assertum.

4. In Leviticо (*c. 13.*) præcipit Deus circa leprosos, si lepra operuerit omnem carnem a capite ad calcem, considerabit eum Sacerdos, & mundum pronuntiabit: quando vero caro vivens in eo apparuerit, tunc Sacerdotis judicio inter immundos reputabitur. Res est admiratione dignissima, quod si homo totum corpus lepri plenum habeat præter aliquot sani habeat, a Sacerdote pro sano pronuntiari debuerit; contra si aliquam partem sanam retineret, aggerrimus deprecerit judicii. Quæ causa est hujus præpolleri, ut nobis videri posset, judicii? Percipite Doctissimum Philippum Diez: (*in can. Conf. non Evang. Cap. 2.*) Significare voluit Dominus, majus periculum esse, aliquod bonitatis specimen hominem habere, quam omnino malum esse: qui enim omnino mali sunt, facilius convertuntur intuitu turpitudinis suorum peccatorum; at qui ex parte boni sunt, difficilius remedia admittunt, quia semper ex bona, quæ agunt, salutis securitatem sibi pollicentur. Est hoc inter astutissima dæmonis artificia unum, quod peccatorem nunquam ita arctis stringat vinculis, ut non illi interdum catenam laxet ad operandum aliquod bonum: quare? ut sic peccator meliorem commissorum obligetur, eumque magis catenatum, ac compeditum habeat. Ita vinctum tenuit Herodem, de quo S. Marcus: (*c. 6.*) Libenter D. Joannis conciones audiebat, & eo audito, multa faciebat. Habebat cum Sathanas ligatum vinculo turpis amoris, quo erga uxorem fratris sui afficiebatur; interim tamen conciones audiebat, & bona operabatur. Ad quid autem illa bona Herodi profuere? Videlicet ne videret mala, quæ perpetrabat; itaque illum diabolus strictiori compede vinctum tenebat. Ea, Christiani Auditores, quam periculosa res sit, Deum solum una cordis particula amare, immo quam ille amor prorsus indignus sit nomine amoris: &c.

§. II. *Alii amant Deum corde dimidio.*

5. Quapropter cautius, civiliusque, ut ad alteram jam orationis partem transeamus, agere sp opinantur alii, qui Deo cor saltem dimidium confecrant. Sant e Christianis aliqui, qui satis, superque sanctos se arbitrantur, si aliquli grade, ac pœrtis Deum, & mundum habeant: isti velut amphibia, modo in statu gratiæ, modo in statu peccati versantur, hodie in

templo rebus Divinis, eras in anno Amoenæ turpitudini vacant; hodie Christum in Divinissimo Epulo hospitem admittunt, eras eumdem per blasphemias, & impudicitias ejiciant; hodie linguntur stipem de suo, eras fraudulenter furantur de alieno. Fallimini, fallimini, mei Christiani. Deus non vult diligi dimidiato, sed *toto corde*; nec ut dimidium cor orco vultis concedere, totum ille habet. *Væ*, exclamat Augustinus, (*tr. 7. in c. 1. Joann.*) *quia in corde suo partem faciunt Deo; partem faciunt diabolo: iratus Deus, quia sibi tibi pars diabolo, discedit, & totum diabolus possidet.*

Sed æque perperam.

6. Temporibus Apostolorum fideles, quorum exiguus adhuc erat numerus, de communibus bonis vicitabant, quapropter illi, qui possessiones agrorum, bonorumque immobilium habebant, venditis illis, pecuniam communi ærario inferebant: inter hos Ananias & Saphira conjuges (*Act. 5.*) ex pretio agri venditi dimidiam partem sibi clam reservarunt, alteram partem ad pedes Apostolorum deferebant. Iratus Apostolus Petrus, cui fraus Divinitus erat cognita, increpavit avaros, & ecce, utraque tam Ananias, quam Saphira repentina morte corruerunt. Terribilis pœna! quæso, numquid ager divenditus jure proprietatis ad eos pertinebat? numquid redactam exinde pecuniam pro arbitrio poterant applicare? Ita est; cur ergo tam atrociter puniuntur? Rationem adfruit S. Augustinus: (*de Verb. Apost. serm. 27.*) *Quandoquidem fuit cor eorum, propterea luxuriant*: Utique adeo aversatur Dominus Deus duplicitatem cordis: frustra agitis, mei Christiani, si divisum cor Deo in sacrificium offerre cupiatis; aut totum habere vult, aut nihil. Scitis, cur sacrificium Abelis a Deo benigne acceptum, e contra Caini fratris rejectum fuerit? (*Gen. 5.*) causam assignat Cornelius; quia Abel totum cor suum Deo obtulit, Cain vero cor suum divisit, & partialis fuit. Scitis, cur Nadab, & Abiu filii Aaronis tam horrende a Deo puniti fuerint, ut egressus ignis ambos deuraverit? (*Levit. 10.*) Rationem dat Scriptura; quia videlicet profanum ignem perinde, ac sacrum ad Altare afferebant. Scitis cur Philistæi Arcam Domini in templo juxta Idolum Dagon collocare non potuerint; (*2. Reg. 5.*) Nimirum quia Deus in honore suo non patitur rivalem, nec acceptat obsequia dimidiata.

7. Veteres Romani adeo erant superstitiosi, ut omnium Nationum Deos venerati, eorum simulacra in Capitolio reponerent, rati, sapientiam esse, ut omnium Deorum ex æquo sibi favores conciliarent. Quærit jam S. Augustinus, quid tandem causæ fuerit, cur Senatus Romanus nunquam se passus sit induci, ut vel Tiberio Imperatore enixe id cupiente, poneretur Christum Deum inter reliquos Deos in Capitolio collocari? Nempe est hæc eadem ratio: Christus non vult sibi parem quemquam habere, nec patitur se in ara una cum Idolo statui, sed sicut solus, ac unus Deus est, ita vult solus adorari, solus amari: *Tu solus altissimus in omni terra.* (*Psalm. 82.*) Actum agis, quisquis dimidiam partem præceptorum observare, partem alteram transgredi cupis: actum agis, quisquis peccata aliqua fugere, aliis autem committere præsumis. Verbo, actum agis, quisquis in eodem cordis hospitio Deum simul, & Sathanam recipere cogitas; idipsum enim tibi evenire quod olim Samaritanis. (*4. Reg. 17.*) qui simul Deum, simul, & Idola colere volentes, non aliud affecuti sunt, quam quod a filiis Numinibus proditi, ac deserti sint, & simul verum etiam Deum amiserint. Audi, quam patheticam instructionem hanc in rem nobis inculcet S. Jacobus Apostolus: *Insuper*, inquit, *ut filii integri, in nullo deficientes: quicumque enim totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.* (*Jac. 2.*)

§. III. *Toto corde diligere Deum est ab omni vitio alienum esse.*

8. Verum desiderabitis tandem Auditores, ut veri, perfectique amoris, ex *toto corde* Deum diligentis, vobis specimen tradam? & ecce in promptu adsum: perfecti amoris vestitum describit Psalmista per verba illa: (*Ps. 44.*) *Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate.* Quænam est hæc varietas? est observatio omnium præceptorum absque neglecto, est ornatus omnium virtutum nulla excepta: quisquis unico vitio addictus est, quisquis unicam creaturam Deo præhabet, quisquis unica proprietate caret, quæ variegata caritatis vestitui convenit, jam non ex *toto corde* diligit Deum. Bonum enim, ut cum Philosophis loquar, resultat ex integra causa, malum ex qualibet defecta. Quæritis, quanam sint illæ proprietates caritatis? Audite Apostolum, Corinthios suos ita de dilectione instruentem: *Caritas patiens est, benigna est, caritas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit, quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* (*1. Cor. 13.*) &c. Ea apparatum caritatis undequaque perfectæ, quæ per virtutum omnium compendium ita cor exornat, ut illius a solo Deo nullo vitio possideatur. Tale cor sine dubio fuit illud pii Sacerdotis, de quo Paulus Barry, (*T. 1. anni sacri 6.*) quod Anno Christi 1636. Romæ obierit. Quam perfecte hic Dei famulus dilexerit Deum, luculenter testantur ea, quæ post sanctam ejus mortem contigerunt; cum enim amicorum jussu ejus cadaver a chyrurgis, & anatomicis aperiretur, perlustratis lædulo intestinis, cor reperiretur

tum est nullum. Obstupuerunt adstantes, tandem unus eorum, cum in vicinam Christi Crucifixi imaginem oculos attolleret, vidit ad Christi pedes cor defuncti Sacerdotis affixum hæret. Accurrunt omnes, miraturque unicuique, quo fine dubio Deus indicare voluit, se solum, unicumque esse cujus cordis Dominum, ac possessorem; cum enim latine vox *Possidere*, juxta jurisconsultorum placitum, idem sit, *sedentibus terere*, certe vix unquam cor aliquod perfectius possedit Deus, quam id quod sub pedibus tenuit. &c. &c.

9. *Epilogus.* Agite ergo, Christiana pectora! vos etiam corda vestra, sed integra absque diminutione per perfectam Caritatem Deo consecrate: ejicite a corde quidquid cum Deo stare non potest, illique motus, affectus, pulsusque omnes sanctificate. Cor est principium motus, atque in homine sano intra unius horæ spatium quater millies pulsum repetit: hi pulsus omnes absque exceptione Deo donentur, Insuper cor est receptaculum, aestuarioque sanguinis, quem per viginti quatuor arterias, ac per quadringentas octoginta octo venas constanter per totam corpus protrudit: hic defumant Medici, omnem totius corporis sanguinem ad summum intra duarum horarum spatium per circulationem cum transire: hæ guttulæ sanguinis omnes absque exceptione Deo donentur. Denique cor est officina cogitationum, affectuum, & desideriorum: hæc desideria omnia, & cogitationes Deo donentur, atque hoc demum est Deum ex toto corde amare: concludo enim cum S. Augustino: (*in Cat. l. 2. de doct. Chri. c. 22.*) *Quam ex toto corde diligere præcipis, ut omnes cogitationes tuæ in illum conferat.* Amen.

Dominica XVII. post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Instituitur quæstio, an, & ubi revera sint Christiani, qui diligunt proximum, sicut seipsum.

Diliget proximum tuum sicut se ipsum.
Matth. 22.

EXORDIUM.

Mirum mutuæ dilectionis exemplum in Pylade & Oreste fuit: jam nemo diligit proximum, nisi in suum commodum.

1. Si fabulosæ gentilitati fides tribuenda est, vix unquam sub sole extiterunt intimiores amici, quam famosi illi Pylades, & Orestes. (*Boeth. lib. 5. n. 37.*) Orestes enim, postquam Ægyptum, Patris sui Agamemnonis interfectorem, vindictæ studio in necem dedit, in alienas terras peregrinatus, Pyladem per omnem peregrinationem socium habuit. Impetebatur ab hostibus, Pylades erat illi instar clypei; periclitabatur in mari, Pylades erat illi instar nautæ; opprimebatur a morbis, Pylades erat illi instar medici: hic illi in dubiis consiliarius, in infidis protector, in perfectione murus, in adversitate individuus omnes fuit. Tandem Orestes in Tauricam Chersonesum, quæ hodie magna Tartaria est, delatus, ubi ad delubrum Minervæ, quo quotidie humanæ carnes immolari consueverant, devenit, a Rege Thoante in Idoli victimam destinatus fuit. Quid agit amicissimus Pylades? ut vitam amici servaret, habitu, ac facie, quantum potest, se Orestem simulat, pectus sacerdotis cultro aperit, mori cupit: Resistit Orestes, se nomine, & genere renus prodit, obluctatur Pylades, tandemque ea inter utrumque orta est mortis concertatio, ut non potuisset oriri acrior vitæ: ea res adeo in admirationem rapuit Regem, ut utrumque vivere jusserit. Quæso, quot fuerunt ejusmodi Pylades in orbe? unus fuit, & nondum inventus est alter: etiam inter Christianos non? etiam inter Christianos: hic revera amicum dilexit, sicut seipsum; quia necessitatem amicum commoda commodis, nec honorem honori, nec vitam vitæ amici præhabuit: Verum inter nos quid agitur? heu! præstat silere, quam loqui; jam pro miraculo habetur, siquis alterum non invidiose prosecindat, si alteri pedicas, & supplantamenta non struat, si in absentia defendat, si pro merito laudet, si alterum favori commendet; ultra hos gradus rarissima exurgit nostrorum temporum caritas: quilibet suo, non alterius commodo invigilat, nec proximum plus diligit, quam ibi ipsi prosit: unde eruditissimus Plutarchus (*in Moral.*) hujus mundi amicitiam comparare solitus est muscis, inquiens: *Quemadmodum muscæ in popinis non manent, si deest nidor; ita vulgares amicitiæ amici non perseverant, si non adsit utilitas.*

2. *Propositio.* Christiane Dilectissime! in hodierno Evangelio præcepit tibi Deus, ut proximum diligas tam in prosperis, quam in adversis: quomodo? *sicut te ipsum.* O Bone Deus! quid agis? satis fuisset, si diligere præcepisses, sicut agnum, sicut vestem, sicut canem; hæc enim dilectio prodigio simillima foret: &c. Agite Auditores! indagemus, quales sit hodie hominum amor erga proximum, tam in prosperis, quam in adversis, quaramusque, ubi tandem sit ille homiaun, qui prodilectionis proximi mensura habeat dilectionem propriam, & revera observet illud *sicut teipsum.*

§. I. *Quilibet de alterius, quantum de suo bono deberet lætari.*

3. *Confirmatio.* Interim ducamus a prosperis, id est, expendamus, qualis sit noster amor in proximum, dum ille omnigena felicitate, ac in prospero rerum omnium successu tam in bonis fortunæ, quam in bonis naturæ fruitur. Etenim, si ea esset animorum concordia, quam inter

ter fideles Christus Dominus requisit, debetet quilibet de alterius bono, quantum de suomet proprio lætari. Vultis hujus rei exemplar ex Scriptura? Sanctus gentium Doctor (*Rom.* 12.) comparat Ecclesiam corpori. *Multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* Jam attendite, obsecro, quanta sit membrorum inter se consensio: oculos tactatur de integritate pedis, lingua de integritate manuum. & si unum aliquod ægrotare contingat, an invidet cæteroquin felicitati? nulla ratione: quin immo, in id conspirant omnia, ut membro afflicto succurrant: oculus compatitur vulneri pedis, lingua conqueritur de ejus dolore, manus præparat illi emplastra, & sic de cæteris loquendo. Præterea quam fideles sunt corporis artus in dispensatione nutrimenti, quod licet solus recipiat stomachus tam fideliter pro cujuslibet necessitate partitur! non hepar invidet suam partem jecuri, non jecur præripit suam partem cordi, non cor admit suam partem cerebro, & sic de reliquis. Hæc eadem mutua dilectio deberet inveniri inter Christi fideles, ita ut unus ad alterius felicitatem tantumdem cooperetur, quantum ad suam: & sive bona sors, sive infortunium eveniat proximo, illud tanquam tibi factum existimet. Id quod Christus Dominus suo exemplo luculenter demonstravit: cum enim persecutor Saulus cum armata militum cohorte Damascum pergeret, ibi primitias nascentis Ecclesiæ extinctarus? Del Filius in nubibus apparens interrogavit: *Saule Saule, quid me persequeris?* (*Act.* 9.) Dominæ, non in te, sed in Christianos destinatur hæc persecutio. Nihil refert, respondet Augustinus; (*Serm. de Sancto Paulo*) cum enim Christus sit caput totius corporis, injurias omnes membris illatas pro suis reputat: *Caput pro membris etiamsi dormit.*

4. Jam, quæso, perscrutemur, an revera talis sit noster erga alios amor, ut de proximi bono, tanquam de nostro, lætemur. quid agitur in aulis? ibi cum aliquorum nomento ad sublimem dignitatis gradum aspirat, O quot non consessim experitur æmulos, qui per susurros, & calumnias hunc honoris candidatum supplantare conteadunt! Quemadmodum pulli gallinacei, dum unus invenit vermiculum, una omnes inventorem persequuntur, ita auliæ agunt: sapienti gaura: quis innocentior Daniele? quis regi majora præstitit obsequia? & tamen libidinosi, Principis indignatione eversus, ad lacum leonum condemnatus fuit: quid delicti commisit? an rebellis arma induit? an necem machinatus est Principi? &c. Nihil certe hujusmodi. Regis gratia excidit usurronum, & calumniatorum machinatione. O quot poterit Daniel numerare sui sequaces! &c. Quid agitur in militum castris? ibi cum unus aliquis gemitullo facinore, aut reportata victoria lacinerit, omnes alii illius gloriam inventibus oculis contuentur: quin immo immittitur de industria in periculosas velitationes, in conflictu deinde deseritur, ut opprimatur: neque curæ habetur, quod per proditoria hujusmodi consilia exercitus omnis, & ipsius patriæ salus periculo interitus exponatur. Has certe strophas experti sunt Stilicones, Belisarii, Scipiones, una cum innumerabili sequacium turba. &c. Quid agitur in mercatorum tabernis? ibi nil nisi invidiæ, & insidiæ: quemadmodum in puteo cum una anilia surgit, altera mergitur; ita multi ex mercatoribus haud putant se prospero rerum suarum successu fruituros sine alterius ruina: intuentur duos mercatores in nundinis; & certe unus cæteros omnes malignis oculis aspicit, quotquot videlicet accedere ad alterius tabernam; &c. Quid agitur in opificum officinis? ibi unus denigrat alterum, suam artem extollit, artefactis alterius conculcatis, ut paucos illi suffragentur. &c. Inter rusticam gentem, si tantum ager alterius magis proprio floreat; inter operarios, si unus pra altero ad operas conducatur; immo inter ipsos mendicos, si unus pra altero liberiori stipe donetur; quam livores, & invidia! &c. Ejus autem hoc diligere proximum, sicut seipsum? certe non patio: caritas enim pra amolatur, non quærit, quæ sua sunt; nostris autem temporibus etiam inter amicissimos mera contentiones, & æmulationes inveniuntur, &c.

§. II. *Quilibet de alterius quantum de suo deberet lætare.*

5. Progrediamur ad alterum partem, videamusque, an inveniemus quempiam, qui proximum diligat, sicut seipsum in adversis. Non absque providentia factum est, quod cor, licet in medio corporis locatum sit, nihilominus in lævam partem propendeat; ita enim, quamvis quilibet Christianus cuilibet in quavis fortuna caritatem impendere teneatur, nihilominus indigenti, & afflicte parti favendæ proclivior esse debet. Atque hunc ipsum in finem varios hominum status, diversamque sortem disposuit in Ecclesia Deus, ut dum unus abundat, alter indiget, hac ipsa caritas promoveatur. Potuisset Divina Providentia facile rem ita ordinare, ut quilibet hominum felix viveret, nec cuiquam necessitatum aliquid deesset: verum voluit esse pauperes, & divites, voluit esse afflictos, & felices, ut detur quædam subordinatio, & dum unus alterio indiget mutua inter omnes caritas promoveatur: hunc in sensum sit Augustinus: (*Serm. 270 de Verb. Domi.*) *Dives, & pauper duo sunt fiti necessaria: dicet propter pauperem salvus est, & pauper propter divitem.*

6. Jam dic, mi Christiane! an revera de proximi malo, sicut de tuo proprio, tristaris? Nonne cum forsan ægritudine corriperis, ardentissime desideras, ut amici, & vicini omnes consilium tibi, & auxilium ferant? ita omnino est: cum vero proximus tuus lechali morbo decumbit, quid in gratiam illius agis? nec pedem moves: novi ergo hujusmodi Patres ac Matres-familias, qui ancillas, & famulos unat alias

alias solertissimos, ac fidelissimos, cum ægrotare cœperunt, absque misericordia ex aulibus ejecerunt, quamvis ejusmodi expulsio cederet in illorum perniciem. O quoties inter Christianos idipsum repeti possel, quod de Theophrasto perhibetur! (*Seneca Epist.* 9.) cum ei e discipulis duo monstraverint, quos familiares amicos esse dicrent, quorum unus tamen opulentus valde, alter indigens esset, respondit, *si amici sunt, quorsum alter sic dives, alter ita pauper est?* Dic, mi Christiane! nonne cum grandi infortunio, uti incendio, pecorum lue, grandine, aliisque casibus, vehementer deteberas, ut omnes alii auxiliarem tibi manum porrigant? ita omnino est: cum vero proximum tuum eadem mala sors tangit, quid in gratiam illius facis? plane nulla, aut modica commiseratione tangeris: audimus perfrequenter, in vicinia integros pagos conflagrasse, agros malignis tempestitibus ad vastitatem fuisse redactos, & alios lumus tenaces, ut miseris ictis, omni commiseratione dignissimis, nullam, aut plane exiguam opem feramus. Scio quidem, esse nonnullos, qui objiciant, cur alii non juvant? veritum expedite respondet Chrysostomus: (*Orat. 3. adversus Judæos.*) *Si invenerit aurum faciens, non dicit apud te ipsum, quare illi, aut illi hoc non fabricarunt? sed festinat ante alios capere: hoc itidem & de fratribus cogita, quatenus ea ipsi aurum reperisse octabanem illi mordeat.* Dic, mi Christiane! nonne cum forsan in captivitatem delatus es, vis, ut collata opera omnes ad tuam liberationem laborent? Ita omnino est: cum vero proximus tuus in carcerem detrusus ingemiscit, quid in gratiam illius facis? Nihil omnino: parum temporis abest, quo Religiosi Patres B. V. de Mercede, seu Redemptionis captivorum pulsum per patriam nostram fidelium liberalitatem implorarunt: & quanto non molimine opus erat, ut hic, vel ille aliquot crucigerorum conferat, quorum tamen haud exiguum numerum hebdomadatim in papinis solet abligurire! Profecto longe divertissima lance ponderamus nostra, & proximi commoda: Non invenitur nostris temporibus aliquis Petrus Telonarius, qui postquam omnia sua in pauperes erogavit, postmodum seipsum vendidit, pretiumque in egenos distribuit, (*In Vita Pat.*) Non invenitur nostris temporibus aliquis Serapion Sindonita, hoc nomine nuncupatus, eo quod sindone tantum tegeretur, qui hoc ipsum indumentum die quadam pro Christi amore pauperi vendit: interrogatus postea: quis ac cur spoliavit Abbas? digito Evangelium demonstrans, ajebat: Ille, (*in Vit. S. Joann. Eleemos.*) &c. &c.

7. Quid loquar de erroribus, & delictis, quæ sicut a Deo, & superioribus facile nobis remittidesideramus; ita in subditis severe plectimus, & irremissibilia arbitramur? Venit quondam ad Davidem Propheta Nathan, illique querebundus exposuit, esse Virum quemdam, qui, quamvis opulentus, pauperi oviculam rapuit, eamque affatim hospiti in cibum apposuit. In-

dignatus David injustissimo facinori, & tantum non in furias actus, tulit in Virum illum sententiam mortis: *Vivit Dominus, quoniam filius mortis est Vir, qui fecit hoc.* (2. *Reg.* 12.) Quamprimum autem Propheta, mutato stylo, Davidi aperuit, per hanc parabolam ipsum Davidem, commissumque ab eo adulterium denotari: en, repente manufactas, veniam rogare, ac vociferari cœpit: *Peccavi Domino.* En, Exclamat hic Doctissimus Speranza, (*Script. select. quæst.* 111.) *ut David Nathæ peccata exagerent, propheta non obtet.* Ita plane hodiedum fieri amat: delicta nostra, quamtumvis gravia, extenuamus, delicta proximi quamtumvis levia aggravamus, festucam in alieno oculo trabem putamus, trabem in nostro oculo festucam arbitramur. Nil rarum sunt hujusmodi servi, qui dum decem millia talentorum Domino debent, veniam sperant; interim a conservo centum denariorum debitum carcere, & suffocatione immisericorditer extorquent. (*Matth.* 18.) O amor proximi, quo recessisti?

8. *Epilogus.* Ah! dicit aliquis, cur ad compatiendum proximo commoneor? cor mihi fatis durum est, non facile flector: &c. Scis mi Christiane, quid facto opus sit, inanimet naturam, ac carnem in proximo considerare debes: ille constat ex ossibus, carne, & anima, sicut tu; consequenter semper tibi occinas necesse est illud principium: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, & vicissim, quod tibi factum cupis, etiam alteri facere stude. Vis hujus rei insigne exemplum? percipe ex Philippo Diezio: (*Tom. 2. Quadrag. p. 2. serm. 4. post Dom. 1.*) Nobilissimo cuidam, sed & perversissimo homini Vir quidam Religiosus hæc verba magno Spiritus fervore edixit: Bonum, quod tibi vis fieri, fac quoque proximo tuo; quod si feceris, salvaberis. Audivit Nobilis brevem hanc exhortationem, & exinde secum ita ratiocinabatur: si quis aliquid tibi deberet, nonne vellet statim tibi solvi? & si tu pauper esses, nonne desiderares eleemosynam tibi a divite impertiri? Justum igitur est, ut & tu reddas, quod debes, & pauperibus subvenias. His operibus dum ita vacaret, nocte quadam excepit in domo sua ægrotum pauperem, qui postquam cœnam bonam dedisset, justit illi lectum penes cubiculum suum sterni. Media nocte cœpit ægrotus clamare, & haustum aquæ petere: surrexit Nobilis, ut haustum illi ferret, dicens intra se: si tanta siti premerer, libenter haberem, si aqua haustus mihi porrigeretur. Delcendit itaque ad cisternam, ut aquam afferret, & ecce infortunium! decidit in puteum, & Domino permittente, suffocatur. Hic miserabilis casus omnes domesticos in lamenta absolvit: sed brevi Deus lacrimas omnes deterfit; cum enim cadaver ex cisterna extrahitur, in pretiosissima torque aurea, quam e collo habebat, incisis elaborantisque splendidissimis characteribus legebatur hæc sententia, *Antequam corpus hoc aqua refrigescerent, anima ejus jam fruebatur*

Deo. En, qui Christiane! quam accepta sit Deo adjectio proximi: tu igitur semper tibi occine illud: *Quod tibi non vis fieri, alteri, ne feceris*. Secundum hoc principium operare, itaque implebis præceptum Dominicum: *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum*, implebis, inquam, & vives. Amen.

Dominica XVIII. Post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

Demonstratur, peccatum esse causam adversitatum temporalium, præsertim infirmitatum corporis, & accelerate mortis.

Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Matth. 9.

EXORDIUM.

Cur Christus prius remittat peccata, priusquam sanet ægrum.

1. RE indubitata est inter Juristas, referta Principum conformiter expediri debere ad libellum supplicantis; si enim exempli causa sollicitet subditus Officium consulare, & Princeps illi concedat, aut neget Officium militare, censetur intervenisse error, & ad Principem melius informandum proceditur. In hodierno Evangelio (sit temeritati venia) talem errorem interveniße opinari quis posset? petitio enim supplicantis infirmi, & largitio Christi Domini plane non concordant; roget ille liberari ab infirmitate corporis, & Christus concedit illi sanitatem animæ; desiderat ille curari a paralysi, & Salvator respondet: *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua*. O Divine animarum, corporumque Medice! patere, ut profundissima cum veneratione te melius intuear: En, miser hic homo, quem hodie oculis tuis offerunt: non anima, sed corporis valetudinem flagitat. &c. Verum porrectum experior tacere me jubet Doctor Angelicus S. Thomas, dicitque responsionem Christi Domini quam optime concordasse cum precibus paralytici: quid peccatur ille? sanitatem corporis: recte habet: hac ipsa de causa reponit Dei Filius: *Remittuntur tibi peccata*; quia remissio peccatorum jam est initialis curatio corporis. Rem in simili percipite: qui exsiccare vult rivulum, nonne ante omnia opus est, ut destruat scaturiginem? qui extirpare vult lolium, nonne necesse est, ut ante omnia eruat radicem? cunctigitur in hoc paralytico peccatum fuerit scaturigo, radix, & causa morbi, recte Christus Dominus prius tollit causam, ut deinde tanto efficacius tollat effectum. Audiamus verba S. Thomæ: (*in Matth. hic.*) *Quid est, quod ipse petitus sanitatem corporis, & Dominus dat sanitatem animæ? Ratio est, quia peccatum erat causa ægritudinis*. Ridebunt ad hæc mundani quidam ticioli, & paralysin dicent non ex peccatis, sed ex frigore, & crassis, lentisque humoribus oriri, qui nervos obsident, & ita tranquillum spirituum vitalium impedimentum, prout exprese docet Gallenus Medicorum princeps. (*l. 2. de Symptom. causis cap. 1.*

2. *Propositio*. Verum quisquis es, contendam tecum hodie, & demonstrabo, corporis morbos causasque nominis, aut speciei sint, ipsamque marcem frequenter acceleratam e peccatorum trahere, non quidem tanquam causa physica: sed tanquam morali. Adeoque profunda esse hanc propositio peccatum a Deo punitis morbis corporalibus, & morte immatura, &c. Fateor.

§. I. *Deus non statim impie punit, sed morbis. Dolores corporis sunt verba Dei interpellantis.*

3. *Confirmatio*. Petamus Judicum quempiam virum justitiæ tenacem, dum forte ex ædibus suis per fenestras prospicit, videre hominem flagitiosum, qui illo ipso momento haud procul in platea furtum, homicidium, aut aliud grave piaculum committit. Quid agit? indignatur quidem vehementer, fremitque mirris aperientibus, ut nebulonem captivum ducant, nec tamen confestim ad capitale supplicium procedit, sed prius delinquentem severe increpat, dein torturibus castigandum tradit. Ita utrumque hoc Deus agit cum peccatore: audite oraculum Divini Spiritus per os Ecclesiastici: (*cap. 28.*) *Qui despexerit in conspectu ejus, qui fecit eum, fortiter in manus Medici*. Supra quæ verba Doctissimus Cornelius a Lapide (*hic.*) animadvertit, aptam hanc esse metaphoram, seu allegoriam; Medicus enim comparatur tortori, medicinæ comparantur torturæ, ager reo, peccata ægritudinibus reo! Ex quibus patet clarissime, quod idem celeberrimus auctor annotat, videlicet *peccata esse causas morborum*, eumque, qui in Deum peccat, hac ipsa sua ingestitudine mereri, ut sanitatem perdat, & Medicorum manibus subjaceat, a quibus multa acerba remedia cogetur sustinere, & insuper pro hac tortura largum illis stipendium persolvere, &c. Alterum, quod Judex facit, est, quod reum severe increpet: & hoc ipsum Deus etiam facit respectu peccatoris. Testis est S. Job: (*c. 33.*) *Increpat quoque per dolorem in lectulo*: in quo consistit hæc increpatio? sanctus Propheta statim id explicat per verba sequentia: *& omnia ossa ejus marcescere facit*. Objurgatio Dei non consistit in verbis, sed in doloribus corporis: dum enim exempli causa mittit dolorem oculorum, increpat, & quasi dicit: cur tu, impie homo, abutis ex oculis ad obscena spectacula? dum mittit dolorem anginæ, increpat, & quasi dicit: cur tu, impie homo, tot verba scelerata, scandalosa, blasphema per fauces eructasti? dum mittit dolorem stomachi, increpat, & quasi dicit: cur tu, impie homo, intemperante esu, & potu ventriculum infirmisti? dum mittit dolorem chyli, &c. aut podagræ, increpat, & quasi

quasi dicit: cur tu, impie homo, manus ad multa mala opera extendisti, pedes ad scelerata occasiones usurpasti? & sic de aliis morbis discurrendo, *increpat per dolorem in lectulo*.

4. Quisquis de hac veritate dubitat, evolvat Scripturam, & inveniet innumera hujus rei testimonia: quid fratricidæ Cano contigit? *Posuit Dominus Cain in signum*. (*Gen. 4.*) quale erat hoc signum? S. Chrysostomus (*in Genes. 4.*) respondet, fuisse continuam dissolutionem, & tremorem nervorum; *ut enim, quod non esset usus habere corporis, ut cautenus, merito illius nervi sunt resoluti*. Quid dicam de Maria sorore Moysis? Nonne ob detractoriam murmurationem, quam contra fratrem imprudenter effudit, lepra percussa est? (*Num. 12.*) quid dicam de Rege Abimelech? nimirum quia Sarram Abrahæ uxorem adultero amore deperibat, morbo gravi, & Medicis ignoto punitus est? (*Gen. 20.*) quid dicam de Giezi famulo Elisæi? nonne quia contra interdictum Prophetæ munera recepit, candente lepra affectus est? (*4. Reg. 5.*) Quid dicam de impio Joram? nonne ob eadem fratrum suorum insanabili ægritudine confectus est? (*Paralip. 21.*) Tacito innumera alia, & solum medium adduco nimias illas Christi Domini, quibus ægrotum a triginta & octo annorum infirmitate sanatum in templo admonuit: *Jam vide ampliùs peccare, ut deterius quid tibi contingat*. (*Joan. 5.*) Da, mi Christiane! si amplius peccaverit hic homo, deteriora huic infirmitas eam invasisset; & tu dubitare adhuc audes, morbos corporis ex peccato oriri? non pote debita: ego vero tuto sententiam S. Ambrosii, meique sententiam 55. Patrum, inter quos S. Hieronymus (*in Matth. 9.*) in hoc eorum Evangelium commentatus testatur discrimina verbis, *propter peccata plerumque exercitus corporum debilitatur*.

5. Ex his, quæ dicta sunt, manifeste patet, quam improvide agant illi, qui dum ægritudine corripiuntur, per medicatas potiones humores corporis festinanter evacuant, dicunt sanguis nimium prædominetur, bilis exorbitet, humores acidi stomachum obruant, &c. Quæ revera sollicitudine id ipsum agunt, quod tanta illi, qui Jonato vehebant: videntes subsergi navim, merces omnes, sericum, saccharum, vestes, pretiosa vasa, & omnem rei nauticæ supellectilem in mare exonerabant, non considerantes infortunii causam *esse unus fugitivi Prophetæ*. (*Jon. 1.*) O mi Christiane! mutuagii, hoc est, mortis causa, quamvis minatur pravis infirmitas, non est humorum malignitas, sed peccati iniquitas: hanc eromere corde, & melius palebis: non voca Medicum, sed confessarium literatum; non potiones, non sectiones, non clysteria, non balnea, non cauteria adhibe, sed Confessorem, &c.

§. II. *Peccatum est causa accelerata mortis.*

6. Adhuc palpabilius delirant, qui sibi imaginantur, vitam solupem, ad mundi pessimis leges compositam, conducere ad moderam longævitatem. Eja! aiunt nonnulli mundi trofuli, fruamur deliciis, exhilaremus animum, quid melancholica, & monachali vivendi ratione nobis ipsis vitam decurtamus? &c. Delira hæc sunt; neque enim voluptuosa vivendi methodus vitam protacit, sed mortem accelerat. Psallitur ad Divinam Majestatem odversus, ita lamentatur: (*Psalm. 89.*) *Psalmi iniquitatem dixisti in conspectu tuo, & seculum vultrum in illuminatione vultus tui*. Quid sequitur? audite, & discite peccatorum effectus: *quantum omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabuntur*. Profecto accommodatio similitudo dari non potuisset, quam contra fratrem imprudenter effudit, lepra percussa est? (*Num. 12.*) quid dicam de Rege Abimelech? nimirum quia Sarram Abrahæ uxorem adultero amore deperibat, morbo gravi, & Medicis ignoto punitus est? (*Gen. 20.*) quid dicam de Giezi famulo Elisæi? nonne quia contra interdictum Prophetæ munera recepit, candente lepra affectus est? (*4. Reg. 5.*) Quid dicam de impio Joram? nonne ob eadem fratrum suorum insanabili ægritudine confectus est? (*Paralip. 21.*) Tacito innumera alia, & solum medium adduco nimias illas Christi Domini, quibus ægrotum a triginta & octo annorum infirmitate sanatum in templo admonuit: *Jam vide ampliùs peccare, ut deterius quid tibi contingat*. (*Joan. 5.*) Da, mi Christiane! si amplius peccaverit hic homo, deteriora huic infirmitas eam invasisset; & tu dubitare adhuc audes, morbos corporis ex peccato oriri? non pote debita: ego vero tuto sententiam S. Ambrosii, meique sententiam 55. Patrum, inter quos S. Hieronymus (*in Matth. 9.*) in hoc eorum Evangelium commentatus testatur discrimina verbis, *propter peccata plerumque exercitus corporum debilitatur*.

7. Ex his, quæ dicta sunt, manifeste patet, quam improvide agant illi, qui dum ægritudine corripiuntur, per medicatas potiones humores corporis festinanter evacuant, dicunt sanguis nimium prædominetur, bilis exorbitet, humores acidi stomachum obruant, &c. Quæ revera sollicitudine id ipsum agunt, quod tanta illi, qui Jonato vehebant: videntes subsergi navim, merces omnes, sericum, saccharum, vestes, pretiosa vasa, & omnem rei nauticæ supellectilem in mare exonerabant, non considerantes infortunii causam *esse unus fugitivi Prophetæ*. (*Jon. 1.*) O mi Christiane! mutuagii, hoc est, mortis causa, quamvis minatur pravis infirmitas, non est humorum malignitas, sed peccati iniquitas: hanc eromere corde, & melius palebis: non voca Medicum, sed confessarium literatum; non potiones, non sectiones, non clysteria, non balnea, non cauteria adhibe, sed Confessorem, &c.

§. II. *Peccatum est causa accelerata mortis.*

8. Adhuc palpabilius delirant, qui sibi imaginantur, vitam solupem, ad mundi pessimis leges compositam, conducere ad moderam longævitatem. Eja! aiunt nonnulli mundi trofuli, fruamur deliciis, exhilaremus animum, quid melancholica, & monachali vivendi ratione nobis ipsis vitam decurtamus? &c. Delira hæc sunt; neque enim voluptuosa vivendi methodus vitam protacit, sed mortem accelerat. Psallitur ad Divinam Majestatem odversus, ita lamentatur: (*Psalm. 89.*) *Psalmi iniquitatem dixisti in conspectu tuo, & seculum vultrum in illuminatione vultus tui*. Quid sequitur? audite, & discite peccatorum effectus: *quantum omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabuntur*. Profecto accommodatio similitudo dari non potuisset, quam aranea: quid agit aranea? dum opus suum ordirit seipsum evisserat: ita homo peccator, dum stultitiæ se impendit, dum lasciviam sectatur, dum obrectationibus indulget, dum appetitibus suis obsecundat, seipsum consumit, destruit & insanabiles contrahit infirmitates. Hæc de causa inquit S. Ambrosius: (*ad Sabin.*) *unusquisque se conferat ad curationem, bellua se interficiat*. Hæc ipsa de causa detestatur Ecclesiasticus peccatum lasciviæ, aitque, (*cap. 19.*) pœnam illius singulariter esse mortem accelerata: *Qui se jungit fornicariæ, nequam erit, putredo, & vermes hereditabunt illum*: sed quando, cleto, an vero? *Et tollentur de numero animæ illius*: impudicitia enim, ut in hunc locum advertit Cornelius a Lapide, (*in Eccl. c. 19.*) quia sanguinem, solitus, & succum exhaurit, corpusque efficax, enervat, infirmat; hinc abbreviat vitam hominis, mortemque accelerat. Unde S. Athanasius (*in quæst. de fug. punit. 29.*) loco ultimorum verborum illorum Siracidis: *Et tollentur de numero animæ illius*, legit, *& tollentur immaturæ animæ impiorum*. Quis ex ratione oriuntur tot præmaturæ juvenum mortes, nisi ex turpissimo fere hoc vitio?

Deus ob peccata decernit vitam.

9. Verum non ego hic considerare constitui peccatum, tanquam causam physicam, & physicam mortis, sed tanquam moralem, qui videlicet Divinæ Justitia justo commoverit, ut hominis peccatoris graves morbos infligat, vitaque illum præmature abrumpat. Consultimus iterum Scripturam: Dominus Deus mundum diluvio puniturus juravit: *Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro est*: Ecce ne alter illius centum viginti annorum. (*Gen. 6.*) Omitto cetera, quæro: quando Dominus Deus hæc minas fecit? S. Hieronymus respondet: eo tempore, quo Patriarcha Noemus explevérat quingentos annos, & quando posthumum diluvium in orbem irrupit? cum Noemus haberet sexcentos: ergo a tempore minarum usque ad tempus cataclysmi effluxere centum anni; ita est. Ubi ergo erant viginti illi residui, quos Deus mundo promiserat. *Erunt dies illius, centum viginti annorum?* nempe, ut explicat idem sanctus Doctor, (*Tom. 3. apud Pererii. Tom. 2. de Vitiis tract. 13.*) per prolixum adeo tempus

exspectavit Dominus Deus poenitentiam, & emendationem humani generis, quoniam vero se exspectatione sua frustrari, & mundi scelera in dies augeri vidit, ideo *voluit Deus exspectare decretum tempus, sed viginti annorum spatiis amputatis, induxit diluvium*, &c. En, mi peccator, hanc eamdem peccati poenam, videlicet accelerationem interitus, quam Dominus Deus universo orbi inflixit, infligere etiam particularim peccatoribus tui similibus solet. Perge ergo, per me licet, pergere in voluptatum, & scelerum semita: verum scito, tum ante fores stant calidi febres, pleuritides, capitis vertigines, apoplexiæ, catarrhi suffocativi, aliaque mala, quæ te ante tempus e viventium numero exturbabunt; decurtata est vitæ tuæ tela, amputati viginti anni; quia peccator es, brevi mortis victima eris, &c.

8. Audi pro coronide Historiam, quam P. Chrysostophorus Vega (*l. 2. conf. part. Cesar. c. 16.*) enarrat. Mercator quidam, in Indias fœnoris studio navigans, secum navigio devexit pellicem, cujus impudico consortio jam a multo tempore affueverat. In altum provectos horrida tempestas excepit, navis luxabatur, præsentissima ante oculos erat pernicies. Omnes, qui in navi erant, in preces effusi, Superum opem implorabant, præsertim hæ duæ personæ inhonestis amoribus valedicere, vitamque emendare proponebant. Posthuam mare ad malaciam redit, ad portum Manilæ appulit, eodem, quo prius, turpi consortio usi sunt. Post intervallum Mercator iterum cum amplis navigans, iterum eamdem fortunam experitus est. Tot periculis territus, cum non resipiscerer, tandem justo Dei judicio lethali ægritudine lecto affixus est: a Medicis conclamatur, animæ negotium tractare jubetur, de corpore actum esse. Ille incomposito vultu ejulare, desperare, ac ilicere, sibi salutis nullum esse remedium. Verum a Confessario in spem erectus, jussusque ante omnia prostibulum e domo pellere, sacram absolutionem confidenter recepit. His ita compositis, venit Medicus, qui citra spem mitigatam ægritudinis vim, & ægrum sanitati proximum deprehendit. Itane ait ille, convalui? affirmantibus omnibus reponit: si ita est, cur opus erat miserum mulierem a domo pellere? redeat infons, & antiquo porro tecto fruatur. Redit illa, & illatam injuriam multum accusans, domo recipitur. Ille inepti as Confessarii cauſatus, huic Popæ, inquit, mihi persuasit tantam inurbanitatem: jam vero civilius ago, convalui, sanus sum. Necdum a lacrimis desiit mulier, cum manu arreptam ad se traxit, & osculo coluit. O tremenda Dei judicia! O osculum luctuosum! horreo dicere! illo momento miser animam efflavit.

9. *Epilogus*. En Christiana anima! quid mercatori huic infelicissimo lethalem morbum conferit? nil nisi peccatum. Quid acceleratam mortem illi intulit? nil nisi ademet peccatum. Vivere adhuc quam diutissime potuisset; quia Dei Bonitas benignissime illi induciis, & valetudinem dedit; sed peccatum lethalis fuit, quæ vitam illi eripuit. Tu igitur, O Christiane, disce alieno damno sapere, & si a motivis altioribus te moveri non sentis, saltem disce peccatum fugere ex hoc capite; quia videlicet tibi sanitatem, & subito vitam abrumpere valet. Si effectum metuis, tolle causam: si fructum formidas, aufer radicem: & crede nec momento te a morte securum esse, quamdiu in peccato es. Amen.

Dominica XVIII. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

De damnis accidiæ, sub analogia Paralysis præsentatæ, ejusque remediis.

Tunc ait paralytico: surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Matth. 9.

EXORDIUM.

Paralysis miserabilis morbus. Symbolum ejus accidiæ.

1. NUnquam audistis, Auditores, qualis infirmitas sit paralysis? revera inter miserabilissimas una: percipite ejus descriptionem ex Galeno Medicorum principe: (*l. 1. de simpl. fac. c. 18.*) paralysis, inquit, oritur ex frigore, ac crassis humoribus, qui cum nervos obsident, impediunt, obstruuntque meatum spirituum vitalium ad sensuum instrumenta, quo fit, ut sensatio etiam, motusque impeditur: ejusmodi ægri, resolutis nervis omnibus, est impotens, ac insensibilis, jacet in grabato ut truncus, arteriarum pulsus est stupidus, corpus ponderosum, ac plumbeum, ad esum, & potum indiget alieno obsequio, & (siquidem diuturna sit ægritudo, tandem vel putredine, vermibusque consumitur, vel apoplexia, quæ ordinarie, præsertim in senibus consequitur, miserandum in modum destruitur. Quis non commiseratione tangatur infelicis ægroti? Verum vellem, Auditores, ut per hanc descriptionem non tam corporis, quam animæ morbum intelligatis; sciendum enim est, quod morbi illi corporales, quos mundi Redemptor prodigiose sanavit, semper analogiam præferant ad morbos spirituales: ita per excitatem oculorum intelligentiæ tenebræ, & ignorantia animi, per surdos intelliguntur obstinati, per mutos ingrati, per leprosos fœnebrosi, per manum aridam otiosi, per hydropicum avari, per habentem triginta octo annos in infirmitate sua, consuetudinarii, & inveterati. Quæretis jam, quod peccatorum genus repræsentetur per hodiernum paralyticum? Ne diu vos morer, statim sensum vobis aperio Doctissimi Cornelii, (*a Lapide in Matth. 9.*) dicentis, per paralysin subaudiri accidiam; Quidquid enim malorum illa corporibus, illipsum ita animubus infligit. O utinam par esset huic, quæ multorum animos occupat, spiritualis paralysi curandæ, quemadmodum Christus hodie sanavit corporalem. Sed enim tentandum est.

2. *Propositio*. Agite, Auditores, adnitamur manum medicinali curæ: ante omnia quidem grandia damna, ac pericula accidiæ per analogiam paralysis vobis describam; dein pharmaca propinabo: quis scit? forsan Favente Dei gratia haud parum profutura. Favete.

§. I. *Accidia oritur ex spirituali frigore, ac tepiditate.*

3. *Confirmatio*. Primo, paralysis ortum trahit a frigore sanguinis, viscosisque phlegmatibus, quæ in nervis transitum spirituum vitalium intercludunt. Ita accidia oritur ex interno frigore, ac tepiditate hominis in negotio salutis, & Dei servitio languentis. Date hominem, qui falsa salutis securitate deceptus, sui incurius vivit, peccata quidem lethalia utcumque fugit, venalia autem non curat, vanitates sæculi avide sectatur, in recreationibus immoderate versatur, rebus Divinis tantum ex consuetudine intereſt, in templo velut ad ostentationem, & commœdium apparet, uno solum poplite flectit, crucem in fronte mutilat, oculos in omnes templi angulos circumlert, garrit, tergum Altari obvertit, sub concione dormit, aut nova, vel litteras legit, pixidem tabacariam, sæpe impudicam, frequentius, quam rosarium extrahit, &c. Atque de hujusmodi homine indubitanter edisseram, eum periculosissimo accidiæ morbo vel jam nunc occupatum, vel brevi occupandum esse. Deum immortalem! quam grandia nocumenta causſat hoc frigus! quam crassis impedimentis intercludit spiritus vitales, volo dicere, influxum beneficiorum cælestium! Tenendum enim est absque ambiguitate, quod Dominus Deus erga hominem se habeat, sicut se habet homo erga Deum: qua liberalitate, vel tenacitate ille Deo servit, eadem vel liberalitate, vel tenacitate Deus illi suas gratias refundit. *Sit nos tu visitat, sicut te colimus*, canit Ecclesia, (*in Hymno Fest. Corp. Chr.*) Ponamus ergo, quod talis homo graviora tantum peccata declinet, levibus autem non curet. Quid fiet? Deus peraque illum a grandioribus periculis, non vero a quotidianis minoribus tuebitur. Ponamus, quod ordinaria solum opera præstet, ad quæ vel ratione Legis Divinæ, vel ratione status obstringitur, ad extraordinaria autem, & supererogatoria etiam monitus respondeat crudum illud: *Non teneor*. Quid fiet? Deus quidem conferet illi ordinaria gratiarum auxilia, ad conferenda autem extraordinaria eodem modo reponet; *Non teneor*. Ponamus, quod pedetentim magis, magisque a Deo recedat, incipit omittere orationem, non habet guttum in lectione librorum spiritualium, non moderatur passiones, totus est addictus recreationibus superfluis: quid fiet? Deus vicissim magis, magisque recedet; minori cura, ut ita ditam, illius saluti invigilabit. Huic doctrinæ clarissimis verbis subscribit Doctissimus, & in re spiritus versatissimus Lessius: (*de perfect. Div. l. 13. c. 15. n. 86.*) *Qui negligenter Deo servit, meretur, ut Deus tiepidum non tantum ejus curam gerat.*

§. II. *Accidia facit hominem languidum, & inutilem.*

4. Secundo: paralysis ægrotum prorsus sui impotentem, stupidum, immobilem, ac insensibilem facit, paralytici ponderosi, ac plumbei sunt, & in grabatis, velut ligni trunci sine motu, aut ullius membri usu jacent. Parem in modum accidia animam instupidat: accidiosi ad internas inspirationes, ad externa salutis monita insensibiles sunt, earumque rerum, ex quibus alii emendationis fructum percipiunt, nullum sensum habent. Hinc videtur de illis ad litteram verificari illud Psalmistæ: (*Psal. 113.*) *Os habent, & non loquentur*; quia raribinie, aut nunquam orationem cum gustu, & seria animæ recollectione ad Deum fundunt. *Aures habent & non audient*; quia ex salutaribus monitis, ipsoque Verbo Dei nullum spirituale emolumentum colligunt, aut omnino illud fastidiunt. *Nares habent, & non odorabunt*; quia in odorem virtutum non currunt. *Oculos habent, & non videbunt*; quia æternarum veritatum, cælestiumque rerum principia non considerant. *Manus habent, & non palpabunt*; quia ad opera caritatis, ad proximi utilitatem nunquam manus extendunt. *Pedes habent, & non ambulabunt*; quia ad seriam vitæ emendationem in virtutis semita nec gressum figunt. Verbo, in rebus, quæ animam concernunt, dormitant, torpent, imrcescunt, &c.

§. III. *Accidia parit dubitationes in Fide.*

5. Tertio: paralysis, si diuturna sit, carnis putredinem post se trahit, ita ut ejusmodi ægri nonnunquam, præsertim si solerti aliorum auxilio destituantur, sanie, tabo, tineis, ac vermibus arrodi incipiant. Eumdem in modum non alii magis homines, quam accidiosi verminant; otium enim, & desidia varios in eorum cerebro vermes progignit. Est aliquis, qui se natatum, ac sciolum esse arbitratur, ille inter cantharos, ac pocula æternas Fidei veritates in dubium vocare præsumit, dicit forsan: en! fortassis nulla est animæ immortalitas, & idem est interitus hominum, & jumentorum: alius dicit: eh! quis scit, utrum sit Deus, qui negat hoc universum? potuit contigisse, ut hæc visibilia casu absque Creatoris ingenio confluxerint. Tertius dicit: puto, quod purgatorium tantum sit Poparum fabula, ut se fagineni. Quartus ait: quæso, unde internus? credo, quod vel nullus sit, vel certe non tam calidus, quam nobis occinitur! &c. Bone Deus! unde hæc dicteria, hæ impudentiæ, hæ Fidei tentationes in homine Christiano? Auditores: Ver-

mes sunt accedioſi capitis, illi homines anima tenus computreſcere, & verminare incipiunt. Sed quid mirum ejuſmodi tentationes in deſidioſo animo oriri, utpote ad quem infernalis tentator libentius ingreſſum habet! Vultis ſcire, quemodo? percipite explicationem ex ſacra Scripturiſtica. (2. Reg. 4.) Regius Princeps Iſboſeth prælii fatigatus, & præterea morte ſui belliducis Abner turbatus, volebat meridiano ſomno paulliſper diſcutere mœrorem. At ecce: cum ſopitus jacebat in lecto, duo latrones Rechab & Baana furtive in domum illapſi, miſerandum Principem perditorie truciderunt. Ehed! an fores non erat obſeratæ? an nemo excubias egit pro incolumitate Principis? egit quidem oſtiaria, ſed ex purgatione tritici defatigata obdormivit; itaque ſubito irruperunt inobſervati latrones. O infelix ſomnus, qui innocenti Iſboſeth morte ſtetit! Hæc ſeries hiſtoriæ, cui moralem obſervationem annectens Gregorius, (l. 1. Mor. c. 18.) ait per oſtiariam intelligi diſcretionis ſollicitudinem; ante oſtium enim vigil excubare debet ſollicitudo; atqui illa, *cum obdormierit, cum ceſſaverit, ad interficiendum animum malignis ſpiritibus iter pandit*. Per ſomnum oſtiariæ intelligo acedium, & ſomnolentiam, qua homo in ſalutis ſuæ negotio deſidioſus, non proſpicit pericula, occaſiones damnoſas non declinat, in rebus Divinis languet, & quavis mediocritate contentus, non ſatagit ſeſe ſupra turbam efferre: o quam facili aditu infernalis latro, ubi talem ſomnolentiam advertit, in animam irrumpit, & ibi pro quam luctuoſam tragœdiam adornat, quam lethalia vulnera illi infligit, intellectum excæcat, memoriam obtundit, voluntatem indurat! Intellectum quidem excæcat, illique cognitionem rerum ſupernarum furripit; hinc inacceſſioſis conſurgunt dubitationes de Fide, vilipenſio rerum cæleſtium, aliæque capitis vermes, &c. Memoriam obtundit, illique Divinorum beneficiorum, promiſſorumque reminiſcentiam eripit; hinc nulli magis, quam accedioſi in res externas, ac vanitates ſæculi effunduntur, pleneque, ſi ex eorum arbitrio ſtaret, hæc terra contenti, æternum cælo renuntiarent, &c. Denique voluntatem obdurat, eamque ad internas inſpirationes, & extrema monita proſſus inſenſibilem reddit: hinc eſt, quod accedioſi hortationes, ac minas contemnant, & ad quævis animæ pericula penitus obbrutelcant, &c.

§. IV. *Acedia diſponit ad apoſtaſiam.*

6. Quarto denique, paralyſis ordinarie poſt ſe trahit apoplexiam. Et hæc eadem eſt proprietas accediæ, quod demum poſt ſe trahat deſectionem, & Apoſtaſiam. Exhorreſcitis, Auditores? horribile quidem eſt, quod aſſero, ſed verißimum; quicumque inter Chriſtianos fuere ſceleratiſſimi, flagitioſiſſimi, ab hac radice pervertitatis ſuæ primordia duxere. Quemadmodum enim omnis mortifera febris a frigore, & artuum languore incipit; ita hoc animi frigus, & languor ordinarie ſpiritualis ruinæ præcurſor eius eſt. Non patitur Eccleſia enormius damnum, quam ad id genus tranſfugis, qui cum antea in ſtatu ſacerdotali, aut clauſtris aliquamdiu vixerunt, poſtea ruptis votorum repagulis, ad hæreticos caſtra tranſiluere. Quis erat infamis ille Bucerus, niſi ex Ordine Divi Dominici ſceleratus apoſtata? quis erat VVolfangus Muſculus, niſi ex Ordine ſancti Benedicti excucullatus Apoſtata? quis erat turpis Lutherus, niſi ex ordine S. Auguſtini impudicus ſycophanta? quis erat Calvinus, quis Zwinglius, quis Caroſtadius, quis Myzerus, aliique ejuſmodi dæmonis ſatrapæ, niſi ſtatus Clericalis ſceleratiſſimi deſertores, & poſtea hæreticorum anteſignani? Deum immortalem! qua impudentia ad tantum nefas deſcendunt? Catholici, hoc barathrum non incurritur repente, ſed gradatim: audite miſerabiles gradus exacte graphica deſcriptione Divi Bernardi: Hoc frigus (acediam, & tepiditatem ita vocat) ſi ſemel animum, ſpiritu dormitante, invaſerit, ac nemine dein inhibente, ad interna pervenerit, deſcenderit in viſcera cordis, & ſinum mentis conciliſcerit, occuparit conſilii ſemitas, perturbarit judicii lauten, libertatem adduxerit ſpiritus, mox, ut in corpore ſoler evenire febricantibus, ſubit quidam rigor animi, languor ſingitur virium, horror auſteritatis intenditur, timor ſollicitat pauperratis, contrahitur animus, ſubtrahitur gratia, protrahitur longitudo vitæ, ſopiturratio, ſpiritus extinguitur, deſervelcit novitius fervor, ingraveſcit torpor ſiſtidioſus, refrigeſcit fraternia caritas, blanditur voluptas, tollit ſecuritas, revocat conſuetudo: quid plura? diſſimulatur lex, abdicatur jus, fas proſcribitur, derelinquitur timor Domini, tantus poſtremo impudentiæ manus, & præſumitur ille temerarius, ille pudendus, ille turpiſſimus, plenus ignominia, & confuſione filius de excelſo abyſſum, de pavimento in ſterquiliniam, de ſolio in cloacam, de cælo in cœnum, de claußro in ſæculum, de paradiſo in infernum. Hæc omnia Bernardus, cujus dictis adjungo exemplum infelicis illius Joviniani, qui in primitiva Eccleſia aliquamdiu in Monaſterio Mediolanenſi delituit, poſtea turpiſſimus deſertor, & hæreſim incurrit factus eſt. Quæro, quæ vertigo hominem in tranſverſum regit? Acedia, deſidia, & tepor; ita inſinuat S. Ambroſius, (*epiſt. 8. ad Vercellenſes*, inquiens: *Hoc ſuſpecta eſt, quod ſerere deliberatur non poſſet mutatione diſſimulare*, &c. &c.

7. *Epilogus.* Sed quæretis denique, Auditores, quod tam grandi malo ſit remedium? Redeo ad hodiernum paralyticum, cui Redemptor præcepit: *Tolle lectum tuum, vade in domum tuam*: Hanc medicinam tibi præſcribo, o acediole: *Vade in domum tuam*. Nos Germani cum hominem ſtupidum deſcribere volumus, dicere ſolemus: Hic homo non bene eſt domi. Eſto igitur domi, vade in domum tuam. Quæris, in quam domum? nempe in illam, de qua Eccleſiaſticus:

ſticus: (*cap. 22.*) *Ibi lens in domum æternitatis ſuæ*. Futuræ æternitatis & præmia, & pœnas ſemper ante oculos habe. Monachorum quidam rogavit ſenem, cur uſque adeo acedia vexaretur? reſpondit ſenex: Quia necdum vidiſti requiem, fili, quam ſperamus, nec tormenta, quæ timemus. Si ea diligenter inſpexeris, certe ſine omni acedia fores. (*Ex lib. ſent. PP. §. 103.*) Notate, ne uſurpate hoc pharmacum, Chriſtiani, & certe fugiet omnis languor, & acedia. Amen.

Dominica XVIII. poſt Pentecoſten.

CONCEPTUS III.

Agitur contra judicium temerarium, ejuſque remedia dantur.

Quidam deſcribit dixerunt intra ſe: Hic blaſphemat; & cum vidit Jeſus cogitationes eorum, dixit: ut quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Matth. 9.

EXORDIUM.

Multi hominum ipſos alterius, quam fuit ereſtique intendunt: Ideo paſſim temere judicant alienos proximos.

1. AJunt, Aſtrologorum nonnemines ſolis eclypſin, ac minutias curioſa ſcrutatione obſervaſſe: damque in cælum denſis oculis id ſolerter agit, en ſubito in ſcrobem, quam ante ſe non obſervarat, prolapſus, haud mediocri plaga cerebrum afflixit. Huic improvido ſpeculatori illudens alius falſe exprobravit. Quid tibi, Bone Vir, in cælo, cum noticias, quæ ſit in terra? aliena vis rimari, & interim negligis tua: attende tibi, & pigneris, ac ſignis cæleſtia ſibi relinque, &c. Hac demeritia laborant hodiedum permulti; ad alſorum errores cerniculi ſunt, ad ſuos luſci; actiones omnes proximi ad trutinam vocant, & ut dicitur, teſtucam in alieno oculo carpunt, dum illi interim trabem in ſuo gerant. Hæc judicii temeritas paſſim adeo invaluit, ut actiones non tantum illæ, quæ indifferentes vocantur, ſed etiam ſanctæ in ſiniſtram interpretationem non ſine alienæ famæ præjudicio detorqueantur. Nonne verißimum eſt, ſi juvenis cetera honeſtus cum perſona alterius ſexus colloqui videatur, confeſtim cogitatur: qualem iſti habent inter ſe familiaritatem? ſi puella paullo ornatior ad templum veniat, ſtatim dicitur, cui iſti hodie placere cupit? ſi ite eleemoſynam largitur, ſtatim concipitur cogitatio, forſan tantum facit ad oſtentationem? ſi alius peregrinationem inſtituit, ſtatim dicitur, forſan non devotionem, ſed alia quædam conventicula pro fine habet? ſi Sacerdos populum maneat ad pia vota, ad certas devotiones, iterum obtartatur, forſan id tantum gcit ad ſuum lucrum, & intereſſe, &c. Sed quid mirum perſtringi homines, cum & Chriſtus ipſe a tali ſugillatione non fuerit immunis? remiſit hodie paralytico peccata, & ecce, Phariſæi, ac Scribæ, homines pleni erroribus, ac mendis, ſine mora illum blaſphemiæ arguunt. *Hic blaſphemat.*

2. *Propoſitio.* Quapropter, Dilectiſſimi Chriſtiani, conſtitui hodie agere contra hanc judicandi libertatem, vobiſque inſures clamare monitum Chriſti Domini: *ut quid cogitatis mala in cordibus veſtris?* (*Matth. 9.*) Non hoc eſt officii noſtri, ut alliorum actiones curioſa taxatione ſcrutemur, ſed ut noſtris erroribus attendamus; cum aliquando ad Dei judicium ventum fuerit, non examinabitur de aliorum delictis, ſed de propriis. *Statuam te contra faciem tuam*, ait Dominus: (*Pſalm. 49.*) Notate: *contra faciem tuam*, quid ad te facies aliena? Favete.

Quid ſit Judicium temerarium.

3. *Explicatio.* Judicium temerarium, ſi rem penitus inſpicianius, videtur eſſe filia invidiæ & mater detractionis, definitur a Cardinale Cajetano, (*in ſumma V. Jud. Temp.*) quod ſit animi ſententia, ſeu aſſenſus, *qua ſine ſufficiente certitudine judica proximum de animæ, ſeu intentione*. Poteſt pro diverſitate materiæ eſſe peccatum lethale, cum videlicet proximum de peccato lethali judico, quia ſine rationabili cauſſa deſpicio proximum, illique injuriam gravem impingo. Jam ad rem.

Humanarum actionum finis ſolli Deo patet.

4. *Confirmatio.* Nihil eſt abſtruſius humano animo, cujus latebræ ſoli Deo patent; facilius foret maris profundum, quam cordis arcana rimari: optavit quidam Momus feneſtrulam, per quam in hominis animum introſpici liceret. Verum talis feneſtrula non humano, ſed ſolum Divino oculo patet: hinc eſt, quod actiones externæ neutiquam ſecundum apparentiam ſuam externam judicari poſſint, ac debeant; quare? quia habet homo mille diverſiſſimos fines, ac ſcopos, quibus fieri poteſt, ut ſæpe actiones, quas vitioſas putamus, coram oculis Divinis ſint meritoriæ, ac virtuoſæ. Scimus ex vitis Sanctorum exempla hujuſmodi haud panca. (*Ribadeneira in Vit. P. Philippi Ner. l. 6. Matt.* Sanctus Philippus Nerius, magnum illud ſanctitatis prodigium, viſus eſt in plateis publicis cantare, ſaltare, fabulas anilles tractare, quis non crederet ſcriptum? & tamen non erant, niſi actus humilitatis, quibus ſui deſpectum, ac vilipenſionem genere quærebat. Sanctus Simeon Salus, Eccleſiam ingreſſus (*Sperone, ſerm. feſt. pentec. 21.*) amputavit, & extinxit candelas, dein umbonem aſcendit, & nucibus lapidas ſit mulieres, eductas ex Eccleſia ſubvertit liba placentariorum, aliaque ſexcenta talia fecit: quis non crederet inſanum? Et tamen hæ actiones erant heroicæ ſui ipſius victoriæ, quibus ſui pii, nec communi ab omnibus, tanquam ſtatus deſpectabat. S. Baptiſtinus inſaniam miſericordiam publice, ac inpe-

mes sunt accedioſi capitis, illi homines anima tenus computreſcere, & verminare incipiunt. Sed quid mirum ejuſmodi tentationes in deſidioſo animo oriri, utpote ad quem infernalis tentator libentius ingreſſum habet! Vultis ſcire, quemodo? percipite explicationem ex ſacra Scripturiſtica. (2. Reg. 4.) Regius Princeps Iſboſeth prælii fatigatus, & præterea morte ſui belliducis Abner turbatus, volebat meridiano ſomno paulliſper diſcutere mœrorem. At ecce: cum ſopitus jacebat in lecto, duo latrones Rechab & Baana furtive in domum illapſi, miſerandum Principem perditorie truciderunt. Ehed! an fores non erat obſeratæ? an nemo excubias egit pro incolumitate Principis? egit quidem oſtiaria, ſed ex purgatione tritici defatigata obdormivit; itaque ſubito irruperunt inobſervati latrones. O infelix ſomnus, qui innocenti Iſboſeth morte ſtetit! Hæc ſeries hiſtoriæ, cui moralem obſervationem annectens Gregorius, (l. 1. Mor. c. 18.) ait per oſtiariam intelligi diſcretionis ſollicitudinem; ante oſtium enim vigil excubare debet ſollicitudo; atqui illa, *cum obdormierit, cum ceſſaverit, ad interficiendum animum malignis ſpiritibus iter pandit*. Per ſomnum oſtiariæ intelligo acedium, & ſomnolentiam, qua homo in ſalutis ſuæ negotio deſidioſus, non proſpicit pericula, occaſiones damnoſas non declinat, in rebus Divinis languet, & quavis mediocritate contentus, non ſatagit ſeſe ſupra turbam efferre: o quam facili aditu infernalis latro, ubi talem ſomnolentiam advertit, in animam irrumpit, & ibi pro quam luctuoſam tragœdiam adornat, quam lethalia vulnera illi infligit, intellectum excæcat, memoriam obtundit, voluntatem indurat! Intellectum quidem excæcat, illique cognitionem rerum ſupernarum furripit; hinc inacceſſioſis conſurgunt dubitationes de Fide, vilipenſio rerum cæleſtium, aliæque capitis vermes, &c. Memoriam obtundit, illique Divinorum beneficiorum, promiſſorumque reminiſcentiam eripit; hinc nulli magis, quam accedioſi in res externas, ac vanitates ſæculi effunduntur, pleneque, ſi ex eorum arbitrio ſtaret, hæc terra contenti, æternum cælo renuntiarent, &c. Denique voluntatem obdurat, eamque ad internas inſpirationes, & extrema monita proſſus inſenſibilem reddit: hinc eſt, quod accedioſi hortationes, ac minas contemnant, & ad quævis animæ pericula penitus obbrutelcant, &c.

§. IV. *Acedia diſponit ad apoſtaſiam.*

6. Quarto denique, paralyſis ordinarie poſt ſe trahit apoplexiam. Et hæc eadem eſt proprietas accediæ, quod demum poſt ſe trahat deſectionem, & Apoſtaſiam. Exhorreſcitis, Auditores? horribile quidem eſt, quod aſſero, ſed verißimum; quicumque inter Chriſtianos fuere ſceleratiſſimi, flagitioſiſſimi, ab hac radice pervertitatis ſuæ primordia duxere. Quemadmodum enim omnis mortifera febris a frigore, & artuum languore incipit; ita hoc animi frigus, & languor ordinarie ſpiritualis ruinæ præcurſor eius eſt. Non patitur Eccleſia enormius damnum, quam ad id genus tranſfugis, qui cum antea in ſtatu ſacerdotali, aut clauſtris aliquamdiu vixerunt, poſtea ruptis votorum repagulis, ad hæreticos caſtra tranſiluere. Quis erat infamis ille Bucerus, niſi ex Ordine Divi Dominici ſceleratus apoſtata? quis erat VVolfangus Muſculus, niſi ex Ordine ſancti Benedicti excucullatus Apoſtata? quis erat turpis Lutherus, niſi ex ordine S. Auguſtini impudicus ſycophanta? quis erat Calvinus, quis Zwinglius, quis Caroſtadius, quis Myzerus, aliique ejuſmodi dæmonis ſatrapæ, niſi ſtatus Clericalis ſceleratiſſimi deſertores, & poſtea hæreticorum anteſignani? Deum immortalem! qua impudentia ad tantum nefas deſcendunt? Catholici, hoc barathrum non incurritur repente, ſed gradatim: audite miſerabiles gradus exacte graphica deſcriptione Divi Bernardi: Hoc frigus (acediam, & tepiditatem ita vocat) ſi ſemel animum, ſpiritu dormitante, invaſerit, ac nemine dein inhibente, ad interna pervenerit, deſcenderit in viſcera cordis, & ſinum mentis conciliſcerit, occuparit conſilii ſemitas, perturbarit judicii lauten, libertatem adduxerit ſpiritus, mox, ut in corpore ſoler evenire febricantibus, ſubit quidam rigor animi, languor ſingitur virium, horror auſteritatis intenditur, timor ſollicitat pauperratis, contrahitur animus, ſubtrahitur gratia, protrahitur longitudo vitæ, ſopiturratio, ſpiritus extinguitur, deſervelcit novitius fervor, ingraveſcit torpor ſiſtidioſus, refrigeſcit fraternia caritas, blanditur voluptas, tollit ſecuritas, revocat conſuetudo: quid plura? diſſimulatur lex, abdicatur jus, fas proſcribitur, derelinquitur timor Domini, tantus poſtremo impudentiæ manus, & præſumitur ille temerarius, ille pudendus, ille turpiſſimus, plenus ignominia, & confuſione filius de excelſo abyſſum, de pavimento in ſterquiliniam, de ſolio in cloacam, de cælo in cœnum, de claußro in ſæculum, de paradiſo in infernum. Hæc omnia Bernardus, cujus dictis adjungo exemplum infelicis illius Joviniani, qui in primitiva Eccleſia aliquamdiu in Monaſterio Mediolanenſi delituit, poſtea turpiſſimus deſertor, & hæreſim incurrit factus eſt. Quæro, quæ vertigo hominem in tranſverſum regit? Acedia, deſidia, & tepor; ita inſinuat S. Ambroſius, (*epiſt. 8. ad Vercellenſes*, inquiens: *Hoc ſuſpecta eſt, quod ſerere deliberatur non poſſet mutatione diſſimulare*, &c. &c.

7. *Epilogus.* Sed quæretis denique, Auditores, quod tam grandi malo ſit remedium? Redeo ad hodiernum paralyticum, cui Redemptor præcepit: *Tolle lectum tuum, vade in domum tuam*: Hanc medicinam tibi præſcribo, o acediole: *Vade in domum tuam*. Nos Germani cum hominem ſtupidum deſcribere volumus, dicere ſolemus: Hic homo non bene eſt domi. Eſto igitur domi, vade in domum tuam. Quæris, in quam domum? nempe in illam, de qua Eccleſiaſticus:

ſticus: (*cap. 22.*) *Ibi lens in domum æternitatis ſuæ*. Futuræ æternitatis & præmia, & pœnas ſemper ante oculos habe. Monachorum quidam rogavit ſenem, cur uſque adeo acedia vexaretur? reſpondit ſenex: Quia necdum vidiſti requiem, fili, quam ſperamus, nec tormenta, quæ timemus. Si ea diligenter inſpexeris, certe ſine omni acedia fores. (*Ex lib. ſent. PP. §. 103.*) Notate, ne uſurpate hoc pharmacum, Chriſtiani, & certe fugiet omnis languor, & acedia. Amen.

Dominica XVIII. poſt Pentecoſten.

CONCEPTUS III.

Agitur contra judicium temerarium, ejuſque remedia dantur.

Quidam deſcribit dixerunt intra ſe: Hic blaſphemat; & cum vidit Jeſus cogitationes eorum, dixit: ut quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Matth. 9.

EXORDIUM.

Multi hominum ipſos alterius, quam fuit ereſtique intendunt: Ideo paſſim temere judicant alienos proximos.

1. AJunt, Aſtrologorum nonnemines ſolis eclypſin, ac minutias curioſa ſcrutatione obſervaſſe: damque in cælum denſis oculis id ſolerter agit, en ſubito in ſcrobem, quam ante ſe non obſervarat, prolapſus, haud mediocri plaga cerebrum afflixit. Huic improvido ſpeculatori illudens alius falſe exprobravit. Quid tibi, Bone Vir, in cælo, cum noticias, quæ ſit in terra? aliena vis rimari, & interim negligis tua: attende tibi, & pigneris, ac ſignis cæleſtia ſibi relinque, &c. Hac demeritia laborant hodiedum permulti; ad alſorum errores cerniculi ſunt, ad ſuos luſci; actiones omnes proximi ad trutinam vocant, & ut dicitur, teſtucam in alieno oculo carpunt, dum illi interim trabem in ſuo gerant. Hæc judicii temeritas paſſim adeo invaluit, ut actiones non tantum illæ, quæ indifferentes vocantur, ſed etiam ſanctæ in ſiniſtram interpretationem non ſine alienæ famæ præjudicio detorqueantur. Nonne verißimum eſt, ſi juvenis cetera honeſtus cum perſona alterius ſexus colloqui videatur, confeſtim cogitatur: qualem iſti habent inter ſe familiaritatem? ſi puella paullo ornatior ad templum veniat, ſtatim dicitur, cui iſti hodie placere cupit? ſi ite eleemoſynam largitur, ſtatim concipitur cogitatio, forſan tantum facit ad oſtentationem? ſi alius peregrinationem inſtituit, ſtatim dicitur, forſan non devotionem, ſed alia quædam conventicula pro fine habet? ſi Sacerdos populum maneat ad pia vota, ad certas devotiones, iterum obtartatur, forſan id tantum gcit ad ſuum lucrum, & intereſſe, &c. Sed quid mirum perſtringi homines, cum & Chriſtus ipſe a tali ſugillatione non fuerit immunis? remiſit hodie paralytico peccata, & ecce, Phariſæi, ac Scribæ, homines pleni erroribus, ac mendis, ſine mora illum blaſphemiæ arguunt. *Hic blaſphemat.*

2. *Propoſitio.* Quapropter, Dilectiſſimi Chriſtiani, conſtitui hodie agere contra hanc judicandi libertatem, vobiſque inſures clamare monitum Chriſti Domini: *ut quid cogitatis mala in cordibus veſtris?* (*Matth. 9.*) Non hoc eſt officii noſtri, ut alliorum actiones curioſa taxatione ſcrutemur, ſed ut noſtris erroribus attendamus; cum aliquando ad Dei judicium ventum fuerit, non examinabitur de aliorum delictis, ſed de propriis. *Statuam te contra faciem tuam*, ait Dominus: (*Pſalm. 49.*) Notate: *contra faciem tuam*, quid ad te facies aliena? Favete.

Quid ſit Judicium temerarium.

3. *Explicatio.* Judicium temerarium, ſi rem penitus inſpicianius, videtur eſſe filia invidiæ & mater detractionis, definitur a Cardinale Cajetano, (*in ſumma V. Jud. Temp.*) quod ſit animi ſententia, ſeu aſſenſus, *qua ſine ſufficiente certitudine judica proximum de animæ, ſeu intentione*. Poteſt pro diverſitate materiæ eſſe peccatum lethale, cum videlicet proximum de peccato lethali judico, quia ſine rationabili cauſſa deſpicio proximum, illique injuriam gravem impingo. Jam ad rem.

Humanarum actionum finis ſolli Deo patet.

4. *Confirmatio.* Nihil eſt abſtruſius humano animo, cujus latebræ ſoli Deo patent; facilius foret maris profundum, quam cordis arcana rimari: optavit quidam Momus feneſtrulam, per quam in hominis animum introſpici liceret. Verum talis feneſtrula non humano, ſed ſolum Divino oculo patet: hinc eſt, quod actiones externæ neutiquam ſecundum apparentiam ſuam externam judicari poſſint, ac debeant; quare? quia habet homo mille diverſiſſimos fines, ac ſcopos, quibus fieri poteſt, ut ſæpe actiones, quas vitioſas putamus, coram oculis Divinis ſint meritoriæ, ac virtuoſæ. Scimus ex vitis Sanctorum exempla hujuſmodi haud panca. (*Ribadeneira in Vit. P. Philippi Ner. l. 6. Matt.* Sanctus Philippus Nerius, magnum illud ſanctitatis prodigium, viſus eſt in plateis publicis cantare, ſaltare, fabulas anilles tractare, quis non crederet ſcriptum? & tamen non erant, niſi actus humilitatis, quibus ſui deſpectum, ac vilipenſionem genere quærebat. Sanctus Simeon Salus, Eccleſiam ingreſſus (*Sperone, ſerm. feſt. pentec. 21.*) amputavit, & extinxit candelas, dein umbonem aſcendit, & nucibus lapidas ſit mulieres, eductas ex Eccleſia ſubvertit liba placentariorum, aliaque ſexcenta talia fecit: quis non crederet inſanum? Et tamen hæ actiones erant heroicæ ſui ipſius victoriæ, quibus ſui pii, nec communi ab omnibus, tanquam ſtatus deſpectabat. S. Baptiſtinus inſaniam miſericordiam publice, ac inpe-

stante populo secum in cremum abduxit, quis non exoreret impudicum? Et tamen actus erat caritatis, qua miseram illam ex occasionibus impudicis ereptam voluit. Tacro plura id genus sanctorum facinora, quæ mundo potenti scelere cujus criminis esse suspecta, coram Deo tamen erant laudabilia.

5. Nunc intelligo responsum illud, quod caelestis Pater-familias famulis dedit: pericrunt illi, ut sibi licentiam daret zizium, quod in agro præter spem excreverat, eradicandi: prohibuit Pater-familias, dicens: *Sinite utraque crescere usque ad messem.* (*Matth.* 13.) Quare hoc? si zizium est, erutur: quid tandem exspectare juvat? Respondet S. Hieronymus, ideo exspectare juvat, quia zizium tenellum tritico haud multum est dissimile: itaque periculum foret, ne evelleretur triticum, quod putabatur zizium: audiamus verba S. Patris: (*hic in Matth.* 13.) *Inter triticum, & zizium, quamdiu herba est, & nondum venit ad spicam, grandis similitudo est.* Exspectanda est igitur messis. Quid sequitur? audite. Etiam *in judicandis operibus debemus opportunum tempus exspectare.* Tempus illud opportunum est tempus Judicii Divini: ibi videbimus multos proximi actiones fuisse laudabiles, quæ putabantur delicta: multa, quæ vitia creduntur, ex occulto fine virtutes sunt.

Potius cavenda sunt bona proximi, quam mala.

6. Quodsi tibi, mi Christiane, usque adeo volupe est actiones aliorum exploratas habere, dic, cur non potius oculos intendis in actiones proximi bonas, quam malas? an nihil usquam in illo reperis laudabile? hoc enimvero vix possibile arbitror. En ille, quem tu impudicum judicas, saltem est liberalis elemosynarius: en alius, quem ebriosum dicis, saltem erga Deum est valde reverens, ac devotus, & sic de ceteris proportionaliter loquendo, nemo erit tam vitiosus, in quo non aliquæ saltem virtutes eluceant: cur ergo proximi tui mores ex illa tantum parte consideras, ex qua mendosi sunt, non item ex illa, qua sunt virtuosi? cur optime tibi quadrat illa Plutarchi (*in Moral.*) crysis? *Scarabæi fugiunt unguenta, delectantur fœtoribus: sic omnullis posthuma præ optimis placent.* Scis, quæ causa hujus rei subsit? dico tacere; quia ipse malus es, & per hanc ipsam judicandi perversitatem occultos tuos errores prodis. Cum enim morale sit, ut, qui certo vitii genere laborat, alios quoque de eodem suspectos habeat; certe in eodem, *in quo alterum judicas, te ipsum condemnas.* (*Rom.* 2.) Explico hanc rem a simili: Pomarius quatuor homines instituit arborem. Primus dicit: hæc arbor servire posset ad scindendos asseres pro fabricandis navibus: quis est iste? nauta est. Alter dicit: hæc arbor conduceret ad artificiosam statuam. Quis est iste? statuarius est. Tertius dicit: hæc arbor idonea esset ad ædificandas munitiones, ac propugnacula: quis est iste? Miles est. Quartus denique ait; hæc arbor quadraret ad extruendam patibulum: quis est iste? carnifex est. Ecce, quod visa quilibet objecta suæ arti, ac conditioni aptare, ac commensurare satagat. Cum igitur tu ex conjecturis mere frivolis, ac incertis proximum pro lascivo, pro furace, pro homine nequam habeas, quid de tesentiendum putem? metuo, ne tu ipse talis, ac pejor proximo sis. Ita expresse disserrit sanctus Chrysostomus, inquiens: (*hom.* 2. *Magnum esse bonum.*) *Qui assidue in bonitate, haud facile credere potest, esse quemquam hominum sævos, frugalitergue viventem: qui secretis indulget, etiam quidve civesmet habet pro incontinentibus: qui res rapit alienas, non facile persuadebitur esse bonines, quisquam quoque profundam.*

7. Ex quo clare consequitur, quod temerarius judicator non tam proximo, quam sibi noceat; quia non tam illius errores in lucem protrahit, quam suosmet prodit: dicente iterum Chrysostomo: (*hom.* 88.) *Si quis talem auditorem tenebrarum existimat, talli an sibi detrahit? sibi videlicet: ita, qui bonus pravet arbitratur, &c.*

Judicium hominum est fallax.

8. Quamquam quod maxime contra judicium temerarium pugnat, necdum edixi, maximeque fundatur in eo, quod humana judicia sunt prorsus fallibilia, ac mille erroribus obnoxia. *Tu quis es, qui alienum servum judicas?* inquit Apostolus: (*Rom.* 14. v. 4.) tu quis es, qui in officium Dei involas, cujus solius est arcana conscientiarum scrutari? *omnes enim stabimus ante tribunal Christi.* (*Rom.* 14. v. 10.) Ibi judiciorum tuorum fallaciam perspicies. Verumtamen quam illuc pertingas, dic, obsecro, quoties in iis falleris, quæ quotidie oculis usurpas? nonne putas, in iride veros esse colores, & sunt mero apparentes? nonne baculum in undis fractum, aut incurvum arbitraris, & rectissimus est? nonne pomum in aquis integrum credis, & dimidiatum est? Ea, mi bone, si sensus adeo decipiuntur, pro certo tene, hanc ipsam deceptionem etiam circa actiones proximi locum habere posse. Si forte objicias: audivi dici. Quid tum? si putipharis uxorem audisses, credidisses Josephum esse adulterum. (*Gen.* 39.) Si duos senes audisses, credidisses Susannam esse impudicam. (*Dan.* 13.) Ita nihil est in mundo frequentius, quam quod oculi visu, aures auditu, & hominis imaginatio per judicii temeritatem decipiatur.

9. Audiamus hanc in rem per celebrem historiam, quam ex Christophoro Gebolio & Matthæo Radero, Georgius Stengelius, (*de Jud. Div. Tom.* 3. *c.* 37.) aliique memoriæ consignarunt: Voburgi Bojariæ oppido ad ripam Danubii rusticus degebat, cui Deus præter fundum, & mapale uxorem bonam, & bonos liberos dedit, quo factum, ut ejus domus cœnobio Religiosorum, quam villa rustica similior posset videri: insignis erat pietas, cui deditus erat; quotidie ad Sacrum, diebus festis ad Officium, & Concionem Divini Verbi industrius ivit, domi supra mensam recitans, quæ audivit in templo. Nequc minus notus fuit in foro, quam templo, in eo enim fine litibus, fine fraude, fine perjuriis tolerabili pretio omnia vendebat, quæ res illi magnam apud omnes benevolentiam fecit. Inter hæc emoritur illi amantissima uxor, quam ille mœrorem, utut sensit sibi gravissimum, non tamen impatienter tulit, sed viduitate in cœlestem non in pietatis versa, liberos in timore Dei educavit. Verum pro dolor! dum ætate jam ingravesceret, & senectutis baculo indigeret, Deus enim hoc illi fulcrum, nempe liberos subduxit: quid ille amisso hoc solatio? Viam perfectionis liberius cucurrit, totusque Dei fuit. Ab initio facultates corpit cum pauperibus habere communes, denique mendicato vivens amore vitæ eremiticæ, parvulo impalli contentus, ruri degebat: numquam sibi ditior visus erat, quam cum stipem ostiatim colligeret. Itaque omnibus diebus festis, Dominicisque Voburgum ibat, ubi rei Divinæ religiosissime intererat, qua finita, per oppidum circuibat, stipemque a civibus corrogabat, pro tota septimana sufficturam. Hæc illi vita diu fuit, hæc civibus jam longa dandi consuetudo, cum ecce quadam Dominica die nec in templo apparuit, nec pro stipe collegenda pro more limina circuivit: omnium vos erat: *ubi est bonus noster senex?* ægrum suspicati, submiserunt, qui decumbentem viserent; verum, qui ierant, cum fores obseratas offenderent, nec intus esset, qui pulsantibus responderet, Voburgum reduces nuntiarunt oppidanis, Virum sanctum domo abesse, & forsan Voti causa peregre abiisse. Redeunte Dominica, cum rusticus non rediret, denuo mittuntur, qui exploraret; sed exploratores denuo cladis adibus re infecta revertuntur. Exspectatur tertia Dominica, qua ubi rursum abfuit senex, res in suspicionem venit, forsan miserum, omni ope destitutum, repente obiisse; itaque vi effringitur ædicula, & ecce, lamentabile spectaculum! senex e tigno suspensus pendebat. Tum vero patuit, quid sit hominis existimatio, humanis judiciis fundata, quæ momento vertuntur, ventis mutabiliora; nam omnes prioris famæ oblivi, illico hominem eum nequam appellarunt, jam eundem apparere imposturas, qualem fieri hypocrisin, hunc exitum sortiri simulatores pietatis, non paupertatis, sed otii amore cum mendicasse, ideoque desperatissimum nebulonem instar Judæ sibi jugulum necuisse. Quid multis? omnium voce damnatus, præcipitur sine mora sub patibulo, infami sepulcro tumulari. Postliminio, cum dira hæc sepulti posthuma infamia durasset, Voburgi nundinæ appetebant, ad quas ingens hominum vis, & inter hos etiam, ut fieri amat, mendicantium, claudorum, cæterum, ac miserorum multitudo confluere solebat. Ex his primo cæcus, cum alieno dutio prope patibulum transibat, derepente illuminatus, suam ipse insperatam felicitatem admirari cœpit. Secutus claudus eo loco emendatis crutibus, abjectisque grallis expedite in pedes exilit: alius æger, carra prætervectus, ibi ab infirmitate; alius leprosus a lepra mundatus est. Insoliti hi eventus curam injecerunt Voburgensibus majora cogitandi, forsan insepulturii illius senis innocentiam per prodigiosas has sanitates palam fieri. Interim in nundinis contigit, duos fures, in recenti furto deprehensos, in carcerem conjici, qui paullo post ad funem damnati, urgente conscientia, remdetexerunt, in eum diem insuditam, nempe senem nequaquam suæ necis auctorem fuisse, se non modo fures, sed etiam latrones; a se rusticum spe auri trucidatum, & ad amoliendam criminis suspicionem e trabe suspensum fuisse. &c. Hac rei serie patefacta, innocens ab Episcopo cum sacra Sacerdotum Ordine, & frequenti hominum concursu effossus, atque in ade Xenodochii depositus fuit, ubi deinceps multis beneficiis, in homines supra naturæ vim collatis, claruit. &c.

10. *Epilogus*, Discite ex hac historia, Auditores, quam fallibilia sint hominum judicia; in cælo regnavit cum Deo, quem omnes credebant in inferno ardere cum diabolo, &c. Quapropter nunc pro coronide omnes adhorter: Nolite judicare: Deo soli judicium: oportet in omnibus de proximo sentire bene: quin immo ait Bernardus: (*apud Mich. a Cultu cent.* 3. §. 3. *n.* 8.) *Si opus non potes, extrema intentionem, puta casum, puta ignorantiam, puta subreptionem.* Verbo: quod de te, etiam in delictis, sentire alios desideras, idipsum assuesce & de aliis in bonitate sentire. Amen,

Dominica XIX. post Pentecosten.

CONCEPTUS L.

De inæstimabili pretio gratiæ sanctificantis, & quanti sollicitudine eam conservari oporteat.

Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? Matth. 22.

EXORDIUM.

Per vestem nuptialem intelligitur gratia Dei. Gratia Dei supra omnes Mundi thesauros æstimanda est.

1. Quis non ex animo compatiatur miserrimo huic homini? absque misericordia, absque convivarum intercessione, absque indutiis, manibus, pedibusque ligatis in tenebras, in supplicia ejectus est. Quid ergo criminis admisit? si decem millium talentorum debitum contraxisset, velut servus ille nequam; (*Matth.* 18.) si de mammona iniquitatis se locupletasset, velut villicus injustus; (*Luc.* 16.) si templum profanasset, velut ementes, & vendentes; (*Luc.* 19.) si sacra manus contaminasset, velut Ananias, & Saphyra (*Act.* 5.) &c. profecto minus mirum foret eum atrox supplicium. At audite, & obstupescite: totum, quod admisit, delictum in eo fuit,

fuit, quod veste nuptiali destitutus, sub conspectu Regis ausus sit comparere. O rem prorsus tremendam! &c. Verum nolite admirari, Auditores! Doctissimus Paulus Granatensis, & S. Hilarius dubium omne resolvunt: Granatensis quidem, dum ait, (*apud Bart. ferm 51. n. 12.*) in ipso limine ingressus hostemis hospitibus vestem nuptialem fuisse distributam, hunc hominem vero malitiose, & contemptim eam abjecisse: Sanctus Hilarius (*in 22. Matth.*) autem, ubi docet, per vestem nuptialem significari gratiam Spiritus sancti: *Vestitus nuptialis est gratia Spiritus sancti.* Eo, quantum nefas sit Dei gratiam, quæ nobis in ipso ingresso, hoc est, in Sacramento Baptismi data est, & hodiedum in Pœnitentiæ mysterio offertur, per peccatum abjicere: nimirum crimen est dignum carcere gehennæ, dignum fletu, & stridore dentium æterno.

1. *Propositio.* Christiani Auditores! Invitati sumus omnes ad cælestes nuptias; ne quis igitur tam atrociter delinquat, monebo vos hodie, quantum hanc vestem nuptialem, id est, gratiam æstimare oporteat, O quanta cum industria quæruntur, desiderantur, concervantur bona terrena! quisquis autem sapit hunc thesaurum bonis omnibus totius mundi anteferet. Favete.

Gratia duplex est, actualis, & habitualis.

3. *Explicatio.* Duplex est gratia, una dicitur *actualis*, altera *habitualis*: prima in animam quasi transeunter illabitur, & est pia quædam illuminatio, aut inspiratio, qua Deus hominem excitat, aut adjuvat ad pie operandum: altera stabiliter inhæret animæ, & est supernaturalis ille ornatus, quo homo amicus, & filius Dei, ac justus efficitur. Nos de prima illa, sed de altera hodie sermo erit, utpote, quæ per vestem nuptialem denotatur, atque ista revera tanti est pretii, ut omnibus mundi thesauris quasi immensum prævaleat. Causa est, quia hujus mundi thesauri etiam malis communia sunt, non vero gratia. Audite Thomam Angelicum: (*1. 2. q. 113. a. 9.*) *Bonum gratiæ unius majus est, quam bonum naturæ totius universi.* Vultis hujus rei rationes audire? Dabo manum ducente Doctissimo Cornelio a Lapide, (*in Prov. c. 22. v. 1.*)

§. I. *Gratia Dei est tanta meriti supernaturalis. Peccator incapax est ad opus meritorium.*

4. *Confirmatio.* Prima igitur ratio, quæ nobis Divinam gratiam supra totius mundi thesauros æstimabilem reddit, in eo tandatur, quod sit radix vitæ spiritualis, & meritoriæ operationis. Homo enim sine gratia quasi mortuus est; est impotens ad actum supernaturalis præmii meritorium. Consulamus sacram Scripturam. Notatu dignissima est illa phrasis, qua facer Textus hominis creationem describit: postquam enim condemoravit, quod Dominus Deus inspiraverit in faciem ejus spiraculum vitæ, peregit dicere: *& factus est homo in animam viventem.* (*Gen. 2.*) Mira dictio! videtur enim illa particula, *viventem* prorsus esse superflua; quis enim ignorat animam vivere? satis ergo rem explicasset Moyses, dicendo, hominem factum esse in animam. Subintrat hic Augustinus, (*ap. Lohet. de peccat. f. 2. prop. 2. §. 1.*) & defendendo hanc dictionis methodum, ait: sacro Textui sermonem esse de gemina hominis vita, naturali, & supernaturali: si de prima solum differeret, satis utique fuisset dicere, hominem factum esse in animam; at quia & de altera mentionem facere voluit, addere oportebat, *in animam viventem*, sicut enim corpus vivit per animam, ita anima vivit per gratiam; & sicut corpus absque anima ad nullam penitus operationem vitalem valet: ita anima absque gratia nec unicam potest proferre actionem meritoriam. Ut hanc veritatem, mi homo Christiane, penitius capias, finge tibi ante oculos statui geminos homines, unum in statu peccati, alterum in statu gratia constitutum, & bene perpende eorum antithesin: Miserabilis erat ille paralyticus, qui immobilis in lecto hærens ante oculos Christi apportabatur: (*Matth. 8.*) Miserabilis illa mulier, quæ duodecim annis fluxum sanguinis patiebatur: (*Matth 9.*) Miserabilis ille, qui habebat manum aridam: (*Marc. 3.*) Miserabilis ille lunaticus, qui a spiritu infirmitatis modo in ignem, modo in aquam rapiebatur (*Marc. 9.*) &c. At longe miserabiliores secundum animam sunt peccatores, quia nullas prorsus vires, nullum vigorem habent ad eliciendum unicum opus æternæ vitæ meritorium, ita ut graphice eos describisse videatur Psalmographus illis verbis, quibus simulacra gentium explodit: *Os habent, & non loquentur;* (*Psal. 113.*) utut enim orationes fundant, hæ ad cælestæ præmium nihil conducunt. *Os habent, & non videbunt*; ita enim in terrena defixi sunt, ut æterna nemquam intueantur. *Aures habent, & non audient*; quamvis enim Verbum Divinum auscultent, fructum tamen nullum eliciunt. *Nares habent, & non odorabunt*; nullis enim ratione percipiunt, quem odorem suavitatis nardus virtutum exhalet. *Manus habent, & non palpabunt*; quamvis enim egentibus stipem elargiantur, exinde tamen æternæ mercedis palmam non consequuntur. *Pedes habent, & non ambulabunt*; quia in virtutis semita ad cælestis patriæ terminum nec unico gressu progrediuntur: Verbo, ad omnem actionem Deo placentem prorsus inepti sunt, esti de cetero coram mundo doctissimi, artificiosissimi, & perfectissimi videantur. Audiamus Devotissimum Kempensem: (*l. de c. 55. §. 4.*) *Tantum emittes hæ gratia, ut nec donum Propheticum, nec signorum operatio, nec quantalibet alia speculativa assumpta fine eis: sed ubi fides, nec spes, nequa alia virtutes sibi accepta sunt hæ caritate, & gratia.* Econtra; quanto major est infelicitas hominis in peccato mortui; tanto felicior est animus per gratiam animata; quia per quasvis operationes augere potest æternæ salutis meritum, & meritorum incrementum. *Os habet*, & salutari orstione Deum propitiat: *Oculos habet*, & æternos veritatis ra-

xemo meritis obtutu considerat: *Nares habet*, & curritin odorem unguentorum, id est, charismatum Divinorum. *Aures habet*, & cælestibus inspirationibus alacriter obtemperat: *Manus habet*, & egentibus sanctæ liberalitatis stipem distribuit: *pedes habet*, & semitum mandatorum magna cum sollicitudine amplectitur. Per has autem actiones omnes, aliasque similes, Deum sibi cælestis præmii facit debitorem. Quod plus est, hæc ipsa gratia otiosa esse non potest, sed per se ad actus meritorios, & virtutum exercitium voluntatem inclinat; sicut enim primus annulus catenæ reliquos post se trahit: ita gratia post se trahit virtutes cæteras. O Christianæ animæ! quis satis æstimet immensum hunc gratiæ Divinæ thesaurum?

§. II. *Gratia Dei facit animas & Filios Dei. Amicitia Dei major est omni felicitate mundana.*

5. Ex hac ipsa ratione fluit altera, quæ nobis Divinam gratiam supra omnes mundi thesauros pretiosam reddit, videlicet, quia nos amicos, immo filios Dei efficit. *Videte, qualem caritatem dedit nobis Pater, ut Filii Dei nominemur, & simus.* (*1. Joan. 3.*) Pro quam felices se reputant illi albæ fortunæ filii, qui terrenorum Principum amicitia fruuntur? despiciunt amicorum invidias, ridentinostrum machinationes, contemnunt malevolorum insidias, nec curant adversæ fortunæ vim, quamdiu Principis sui affectu, ac potentia proteguntur. O anima Christiana: immensum felicior es, quamdiu Dei amicitia potiris: insurgant contra te omnes, quotquot infernus tribes, furiæ, turbentur elementi, insidientur falsi amici, persequatur mundus &c. quid tum? nihil est, quod nocuas; quia Dei potentissimi, Providentissimi, ac Sapientissimi protectione tutaris; si enim humanæ amicitiæ leges obstringunt, ut amicus amico succurrat, an putas, minus sollicitum pro te forte Deum, cujus caritas castitatem mundanam, cujus potentia potentiam mundanam infinitis, ut ita dicam, parasangis excedit? hac de causa homines justi in omnibus periculis, & adversitatibus mira quadam animi tranquillitate, serenaque lætitia fruuntur, inter quos Beatus Theodorus Monachus in Vitis Patrum, qui in periculis semper intrepidus, in adversis semper idem erat, dicere solebat: *Etiamsi etiam ruat, Theodorus non timet.* (*Apud Cass. c. 1. in 1. Joan. 3. v. 1.*) Tu ergo, o Christiane homo, cum audis inanes mundi amatos inepte gloriari, dicendo: ego magnus sum in hominum oculis, ego populis impero, ego Principum favores possideo: tu tecum cogita: At ego *amicus Dei sum*. Si audis alium jactitantem: ego magnis opibus fruor, auro & argento abundo, crumenam ingentibus thesauris gravidam teneo: tu tecum cogita: at ego *servus Dei sum*. Si audis tertium sibi applaudentem: ego altatus sum, consiliis abundo, applausibus hominum fruor, magni Doctoris, ac literati titulum gero: tu tecum cogita: at *ego amicus Dei sum*, & in immensum plura ac majora dixisti. Ait enim iterum devotissimus Kempensis: (*l. 1. c. 1. §. 3.*) *Si sciret totum Biblium exercitus, & omnium Philosophorum dicta, quid totum prodesset sine caritate Dei, & gratia?* hæc sola gratia omne id, quod pretiosum, jucundum, delectabile, ac æstimabile mundus possidet, infinito excelsu transcendit. Accedit, quod hæc ipsa amicitia Dei hominem quodammodo Deo conformem, & Divinæ illius naturæ participem reddat: sicut enim semen est aliquid fructus, quod in sua virtute totum fructum, & arborem continet: ita gratia aliquid Dei est, ac suo modo continet omnia, quæ in Deo sunt. Ideo sanctus Petrus in sua Epistola dicere visus est de Deo: *Per quem maxima, & pretiosa dona æstimavit, ut per hæc efficiamini Divinæ consortes naturæ.* (*2. Petr. 1. v. 4.*) Et facer Psalmographus (*Psal. 18.*) de hominibus justis: *Ego dixi, Dii estis, & filii excelsi omnes.* O Christiani, quis satis æstimet tam pretiosum gratiæ thesaurum? &c.

§. III. *Gratia Dei est pignus cælestis gloriæ.*

6. Quæ hactenus dicta sunt, revera nihil sunt, si cum iis, quæ dicendo superfuant, veniant in comparationem: videlicet inæstimabilem thesaurum esse gratiam Divinam; quia arrha, & pignus est cælestis gloriæ, cujus nos heredes constituit. Quæso, siquis monetam haberet adeo pretiosam, ut integrum regnum per eam comparare posset, nonne ingenti cura, ac sollicitudine illam conservaret? de hoc certe nullum est dubium. At vero scitote, Christiana pectora, Divinam gratiam esse ejusmodi monetam, qua non regnum terrestre, sed immortale coemitur? porro ut hanc tantam gratiæ æstimabilitatem rite intelligatis, percipite, quid de Joas filio Regis Ochoziæ sacræ Paginæ commemorent. (*4. Reg. 11.*) Athalia, ejus Avia, Regni ambitione inflammata, Regios Principes omnes crudeliter interfecit, interfectura & parvulum Joas, nisi eum a cognata fugitivus, & in templo reductus fuisset. Ibi per sex omnino annos inter alios infantes commoratus, donec septimo tandem regni diademate insignitus fuit. Eingamus modo, venisse eo tempore in templum nonnominem, cui renellus Joas cognitus non erat; is certe haud supra ceteros infantes æstimaret Principem; at qui novcrant ejus Ochoziæ filium, illi certe summa cum reverentia haud parvulum plus ceteris venerabantur, ita annotat Eusebius Nierembergius: (*hom. 8. §. 3.*) *Ab illi, qui filium Regis noverant, in magno honore habebatur, non quia Regius ornabatur insignibus, sed quia venandus erat.* &c. O felices animæ! nunc dum in mundi hujus exsilio versamini, vos nemo satis æstimat, quia nemo novit vestram felicitatem; at sancti Angeli, & Cœlites, quibus vestræ prædestinationis arcanum Deo revelante perspectum est, pro quantum vobis applaudent! quanta cum veneratione vos beatos dicent, tamquam suos olim concives, & cælestis gloriæ diademate coronandos! Veneror vestra lacinias, evolcolor vestros cantones, hi olim in splendissimum vestem gloriæ commutabantur, attollite oculos,

intuimini hunc solem, hanc lunam, hæc sidera, ista omnia sub pedibus vestris erunt, ibi regnum possidebitis, quale nullus unquam terræ Monarcha subdominio habuit. Eheu! qui fieri potest, ut sine fletu hoc cælum spectabile intueatis? qui fieri potest, ut cor tibi non diffluat in mille lacrimas? qui fieri potest, ut non millenis suspiriis exoptes horam illam felicissimam, quæ tibi miseræ hujus vitæ terminus, & illius felicissimæ erit auspicium? Interim arrham, & pignus cælestis gloriæ in corde tenes, videlicet gratiam, quam devotissimus Kempensis (*l. 3. c. 34. §. 8.*) vocat, *Electorum signaculum: & pignus salutis æternæ.* &c. &c.

7. *Epilogus.* O Christianæ animæ! si Divinæ gratiæ pretium, & æstimabilitatem rite perpendatis, certe non invidebitis his terræ Monarchis suas coronas, & regna; sed illam plus omnibus mundi thesauris conservare studebitis. Dicite, obsecro, cur litteræ fundationum, instrumenta transactionum, debitorum apochæ, & similia adeo sollicite in archiviis custodiantur? certe ideo, quia magni earum interest; ab his litteris enim dependent magnæ Dominationes, latifundia, & possessiones. Quanto majori cum cura custodire oportet Dei gratiam, quæ signaculum quasi, & pignus est æternæ felicitatis? Merito igitur nos admonet Ecclesiasticus: (*c. 4.*) *Usque ad mortem certa pro justitia*, id est, pro gratia: duplex autem est mors, una realis, qua anima separatur a corpore per tot animas, per gladios, per lanienam ferarum, & similia; altera moralis, ac metaphorica, qua homo per mortificationem in seipso occidit efferatas appetitus: tu, o anima Christiana! certa usque ad mortem pro Dei gratia, hoc est, si occasionem non habeas etiam vitam ipsam ponendi, & realiter moriendi pro conservanda Dei gratia, saltem metaphorice morere, occidendo rebelles appetitus: dantur ejusmodi inordinati appetitus erga bona terrena, erga vanos honores, erga vetitas voluptates: pereant potius terrena bona omnia, pereat honor, pereant voluptates, pereat fama, & vita, dummodo Dei gratia conservetur. Amen.

Dominica XIX. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

De deploranda negligentia, & incuria multorum, qui salutis negotium inter ultimas curas reponunt.

Illi vero neglexerunt, & abierunt, alius in villam suam, alius ad negotiationem suam. Matt. 22.

EXORDIUM.

Imprudentes fuere convivæ, qui invitationem neglexerunt. Sed imprudentiores, qui Convivium calestæ vilipendunt.

1. SI per nuptiales Epulas, de quibus hodiernum Evangelium vel æternæ beatitudinis festivitas, vel saltem sacramentalis Eucharistiæ Convivium subintelligitur, profecto detestanda est cruditas convivarum, qui ad geminatam invitationem Regis, sub quo Christus Dominus misericorditer animas vocans subauditur, comparere recusarunt, & obversis tergis alius in villam, alius ad negotiationem suam abierunt. Heus vos bardi, & imprudentes! revocate gradum: ergone cultura villæ, ergone cura negotiationum præponderat gratiæ Regis, aut ut clarius loquar, præponderat salutis occasioni, quam Benignissimus Redemptor vobis sub hujus Convivii schemate offert? (*Matth. 22.*) &c. Feustra fiam clamoribus? *Illi enim neglexerunt, & abierunt.* O intelices! veniet forsan tempus, cum ad salutare Convivium admitti enixe rogabitis, & tunc immisericorditer repulsam feretis; quia frequentissime Justitia Dei ita punit ingratos, ut, cum antea non voluerunt, cum potuerunt, postea non possint, cum volent. Christiani Auditores! putatis, hunc Zelum, ac fervorem solum in illos Evangelicos convivas exonerati? Nequaquam. Exoneratur & in vos, in eos præsertim, qui, dum in sæcularibus negotiis diu noctuque indefessi, ad industriis sunt, in negotio tamen salutis torpent, illudque inter ultimas curas reponunt. Vocat Christus hodiedum, invitat per animarum Curatores, servos suos, invitat per internas inspirationes, & nihilominus, ait Cardinalis Hugo, (*hic.*) *quidam mundi negotiis impediti, non veniunt ad Christum.* Bone Deus! ergone in trutina vestra plus ponderant mundi nugæ, quam Dei gratia? plus peritura irrepundia, quam animæ salus? plus transitoria bona, quam æterna felicitas? Itaest: id enim expresse deplorat Devotissimus Kempensis: (*l. 3. de imit. Christi c. 3.*) *Permittit mundus temporalia, & parva, & servitur ei assistente magna: Christus promittit summa, & æterna, & torpescunt mortalium corda.*

Deploranda est hæc incuria.

2. *Propositio.* Permittite Auditores, ut hodie justissimo dolori liberius frana laxem, eamque multorum incuriam deplorem, qua salutis æternæ negotium vix pensi habent, illudque futilibus mundi rebus posthabent. Vos condolete lugenti, & favete.

Quia multi de salute parum cogitant.

3. *Confirmatio.* Indicium præ cæteris manifestum, quod negotium aliquod nobis curæ sit, teste S. Bonaventura, est frequentia cogitationis; illud enim, quod cum magna sollicitudine bene gestum desideramus, continuo memoriam occupat, phantasiam afficit, sensus rapit, & de nocte etiam reddit inquietos: (*P. Paulus Segneri in Quad. serm. 7. n. 2.*) Themistocles Magnus Græcorum Bellidux, testeCicerone, etiam per somnium militaribus æmuli victoriis angebatur: Marcellus Romanorum inclytus Dux (*l. etiam dormiens, Hannibalem, teste Plutarcho, ad arma provocare auditus est; atque ut a profanis ad sacram Historiam transeamus, Salomon, vel in somno a Deo interrogatus, quam a se gratiam peteret: Postulet, quodvis, ut dem tibi.* (*3. Reg. 3.*) solam sapientiam illaqitavit: cur sapientiam? quia hunc vigil votis omnibus expectabat. Quis igitur credat, hominem Christianum suæ salutis curæ teneri, de qua numquam, aut rarissime cogitat, cum tamen vel dormienti identidem per soporem recurrant vexationes, ludi, charti folia, canthari, computationes, & nugæ nugarum? quis credat Christianum salutis suæ curæ teneri, qui millies quotidie auditur: quid faciemus hodie? quo ambulabimus? quo lusu horas fallemus? Numquam autem: quid de me olim fiet? quale judicium, quæ æternitas me excipiet? quis credat, Christianum salutis suæ cura teneri, qui de conviviis, de choreis, de rebus amatoriis libentissime, de morte autem, & æternitate ægre, & non nisi cum difficultate mentionem admittit?

Immo levibus negotiis postponunt.

4. Progrediamur ulterius: quamvis ignum manifestum sit, molestæ de salute nostra sollicitudinis, raro, aut numquam de ea cogitare, nihilominus adhuc luculentius ineuriæ judicium est, eam sæpe facere, & rebus inutilibus posthabere: quoties tamen pro dolor! idipsum contingit? Est forte aliquem ex vobis, qui diu conscientiam suam lancinatam circumlinens, sentit sibi tandem inspiratione petitus pungi, ut Sacerdotem quæreret, ut reciperum sarcinam deponeret; quid agit? ita est, respondet, deponam sarcinam; sed modo non vacat, dies hæc recreationi data est, cras confitebor. Est alius, quem animus monet, expedire, ut ad sacram Confessionem accederet: quid agit? ita est, inquit, accedam; sed prius ratiocinia domus percurram. Sufficit, modo fructum sacræ Orationis audiam. Est tertius, qui animum stimulari sentit, ut ad Patres Missionarios, in vicinia agentes, se conferret: quid agit? ita est, inquit, conferam me illuc: sed hodie invitatus ad nuptias alicujus vocor; Hunc in modum in aliis etiam magis nugatoriis suri solet, ita ut vix sit occupatio tam vilis, & sordida, quæ non rebus animæ præponatur, & hanc ego salutis curam dicam. Eliezer fidissimus Abrahami famulus, in urbem Nachor missus, (*Gen. 24.*) ut e domo Bathuelis filio suo sponsam deligeret, ubi in eam domum advenit, summa humanitate, ac benevolentia exceptus, in honorificum conclave ductus, & ut ex itinere lassus ante omnia se cibo, & potu reficeret, amicissime rogatus est: quid ad hos apparatus Eliezer? abit, abit, aiebat, non gustabo buccellam panis, donec legationis meæ negotio functus fuero: *Non comedam, donec loquar sermones meos.* Quod & fecit: protulit Abrahami desideria, laudavit filiæ dignitatem, Rebeccam in sponsam Domini petiit, & tum primum, postquam autorius imperavit, fatigatus vires cibo, potuque refecit: Et Christiani Auditores! quam prima statim fronte apparent, num quis negotium sibi incumbens, cordi habeat, nec ne: Eliezer impertum, ab Abrahamo sibi delatum, curis omnibus, atque ipsi adeo necessariæ refectioni antehabita, in quo ostendit, inquit Lyranus, (*in Gen. c. 24.*) *habere se negotium impensum sibi.* O si vos aliquando post commissum aliquod peccatum, audirem dicere: *Non comedam*, nisi toxicum illud per sacram Exomologesin evomuero: si post contractas cum vicino inimicitias vos dicere audirem: *Non comedam*, donec cum proximo reconciliationem, paceinque pepigero: si post injustitiam lationem, detractionemque vos dicere audirem: *Non comedam*, priusquam laso satisfecero, ejusque famam per calumniæ revocationem restauravero, &c. tunc enimvero vos tamquam de salute sollicitos diluadarem: At cum contraria omnia experiar, videamque mundi negotia fere mora, properanter, ac cum festinatione, contra negotium salutis morose, ac cum iteratis procrastinationibus suscipi, qua ratione seria salutis cura ratiocinos credam?

In rebus Dei tardi, in rebus mundi veloces sunt.

5. Abrahamus, (*Gen. 17.*) cum primum circumcisionem accepit, confestim eodem die seipsum, filium, & omnes vernaculos circumcidit: Elisæus, ut primum vocatus a Elia vocem percepit, (*3. Reg. 19.*) sine mora secutus est eum. Ninivitæ, (*Jonæ 3.*) quamprimum subversionem urbis intra quadraginta dies audierunt, non expostularunt diem triginta noctium, sed sine intervallo jejunio, cilicio, ac cineribus Deum propitiare contenderunt. Vos quid agitis? Eheu! ad circumcidendas passiones, ad sequelam Dei vocantis, ad pœnitentiam quam tardi estis! e diverso ad profanas actiones, ad res nihili, quanta cum festinatione convolatis! Nonne verum est? si lucrosi contractus spes affulgeat, contrahitur statim: si honesti muneris capiendi occasio se offerat, arripitur statim: si expedit liter componere, componuntur statim: si hereditas dividenda est, aditur statim: vecho, si negotium, e quo modicus honor, modicum lucrum, aut modica pendet commoditas, expediendum est, expeditur statim. Cur ergo non pari cum vigilantia, pari cum festinatione animæ salutem in tuto collocetis? cur negotium negotiorum maximum inter ultimas curas, immo nonnunquam in ultimos vitæ anhelitus rejicitis? Forsan respondetis, ideo, quia negotia terrena exigunt studium, ac industriam singularem, contra ad procurandam animæ salutem unicum vobis momentum sufficit. Ah Christiani! revocate, obsecro, dicta impia, verba execranda: ref-

responsa Christiana indigna: & vel ob hoc ipsum impudens responsum metuite, ne momentum illud, in quo salutis spem omnem frivole collocatis, infeliciter vobis succedat; nihil enim in justitiæ Divinæ ordine evenire solet frequentius, ait Augustinus, (*serm. 55. de Innocent.*) quam, quod *hæ animadversiones peccatis percutiatur, ut omnibus obliviosus sui, qui vivens obliti est Dei.*

Salutis negotium periculose differunt.

6. Sed, ne extra orbitum orationis vager, quamvis non diffitear, tantam esse Dei misericordiam, ut hominem peccatorem in ultimo vitæ momento salvare possit, nihilominus fatendum est, rem miraculo simillimam, & periculosissimæ aleæ esse, prout unanimia testantur Sanctorum Patrum oracula. Et possit homo usque adeo obbrutescere, ut rem rerum omnium gravissimam, qualis est animæ salus periculosissimæ aleæ, & quasi fortuito eventui committere ausit? Percipite, quid in antra Dominicæ Passionis Historia recenseatur: unus e maximis doloribus Christi patientis fuit, quando e cruce pendulus aspicere cogebatur, tunicam suam inconsutilem forti committi: *Quit non intelligit*, ait Doctissimus Palacius, (*in Matth. 27. c. 6.*) *quantam tunicæ illius sorti sic Christo dolorem infligeret?* Defideratis hujus doloris rationem nosse? audite sanctum Augustinum: (*in Psal. 21.*) Tunica hæc inconsutilis, ait, symbolum erat vestis illius sluptilis, quæ cuivis ad cœlestis gloriæ convivium intrare cupienti necessaria est. Hæc beatitudo gloriæ vestis comparari debet per lacrimas, per pœnitentiæ austeritates, per continua piorum operum exercitia: quid ni igitur Christo Domino acerrime doleat, illique dolorem renovet, quem in tunicæ suæ sortitione passus est, cum videt, esse inter Christianos, qui hanc vestem nuptialem gloriæ sorti, & quasi fortuito casui concredant? Audiamus verba Palacii: (*ubi supra.*) *Multi sunt ex Christianis infideles, qui gloriam non ex operum sanctitate, sed ex quadam tessa, & ex quadam vetuli fortuna a Deo expectant.* Væ illis! quia in illis articulo a Deo derelicti merentur ob hanc ipsam præpositorum rerum æstimationem, & supinam negligentiam, qua præsumunt salutem suam incerto eventui committere, cui nec lucrosi contractus ipsem, nec aliquicendi muneris occasionem, nec litem, nec hereditatem, verbo, nec quodvis exile negotium esse committuri.

Cum tamen salutis negotium valde arduum sit.

7. At enim sentiendemum, Dilectissimi, sentio, quid vos adeo exacerbet, & incautos reddat; nempe putatis, æternæ salutis negotium rem facilem, & expeditam esse. O felices vos, si ardium vobis, & difficile non videatur! Erratis: minoris vos putius dico, qui in re tanti momenti nimium quantum a vero aberratis: æterna salus non est requisitu perquefacilis, ut multis videtur; sed ita lubrica, & anceps, ut homines etiam Sancti post insignem vitæ sanctimoniam, post portentosas corporis austeritates metu trepidarint, & supremi judicis sententiam anxie formidarint. Silentio hic præterco S. Hilarionem, (*S. Hieron. in Vita S. Hilarion.*) qui postquam septuaginta annos in Dei servitio, in ilfluto saceo, quem nec deposuit, nec lavit unquam, in continuis humi cubationibus, in jejuniis, in carnis mortificationibus egerit, moriturus timuit, & tremuit. Nil dicam de S. Agathone, (*Dionys. Carth. de Novissim. 4.*) qui post prodigiosam vitæ austeritatem moriturus inconsolabiliter trepidavit, animamque suam repofuit, diversissima esse hominum, ac Dei judicia. Nil dicam de S. Hieronymo, (*Epist. ad Heliodor.*) qui quamvis incola, & pœnitentiæ rigore consumptus ad vivum scelleton redegisset, de ipso tamen fatetur, de arubus omnibus contremiscere, quoties diem illum cogitaret. Nil denique dicam de Divo Gregorio, nil de S. Bernardo, nil de Augustino, (*in Psal. 80.*) quibus inter lacrimas, & suspiria Emiliaris vox erat: *Iemet æternum timeo, ignem æternum timeo:* solum hic de prodigiosa, & Seraphica Matre Theresia id meminisse mihi liceat, quod plane pilos omnes vobis erigere, sudoremque ipsum elicere debeat. Mirabilis hæc sancta primævam beatitudinem innocentiam tumulo intulit: animum numquam gravione noxa contaminavit; a Christo Domino in Sponsam electa fuit; & tamen, emisit lamina ardium votum semper perfectiora eligendi; & tamen, mortuum excitavit; & tamen, &c. Quid tandem, & tamen? audite, & obstupescite: Ex tamen in quadam extasi vidit paratam sibi in inferno igneam sedem, quam certo fuisset incursura, nisi a quidam inani, & minime peccaminosa familiaritate abstinuisset; (*Apud Bartol. c. 3. n. 48.*) &c.

8. *Epilogus.* O inscrutabilia Dei judicia? O rem horendam! Ite, ite, O Christiani; & salutis negotium rem facitem, atque levi brachio obtenibilem dicite, quando ex ea, vel præclarissimi Sancti dubia anxietate laniantur. Quæritis forte, quid igitur factu opus sit? hoc facto opus est, ut cum spe, & timore salutem vestram operiminii, eamque præ omnibus utilis, quibuscumque negotiis curis habeatis, eaque tanto magis, quia cetera omnia negotia, etiamsi infeliciter succedant, reparabilia sunt, non vero perditæ salutis ardent damna, irrealificari potest: abjudicetur lis, per appellationem evinci potest: furto abripiatur pecunia, recuperari potest. At si anima perest, quis eam ex inferno erruet? nemo, nemo: quare concludo cum S. Chrysostomo, (*tit. ad S. Thom. in cat.*) qui de omnibus, quibuscumque negotiis ita statuit: *Etiamsi cuncta sint, quæ detineant, omittur tamen præponere spiritualia opportet.* Amen.

Dominica XIX. post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Ad ingerendum odium peccati describitur primus obstatus miseri damnati, terminatus ad præteritum, præsens, & futurum.

Ligatis manibus, & pedibus, ejicite eum in tenebras exteriores; ibi erit fletus, & stridor dentium. Matth. 22.

EXORDIUM.

Primus ingressus Inferni quam terribilis.

1. Rex Syriæ Benadab indignabatur vehementer, cum sua consilia, contra populum Israel concepta, omnia prodi, manifestarique cerneret, & quoniam proditionem hanc unice in Prophetam Eliæum refundebat, misit ducem aliquem cum turma militum, qui Prophetam sibi captivum adduceret. Quid egit Eliæus? obcæcavit milites ut se non agnoscerent; deinde iis obviam procedens, interrogavit: quem quæritis? Eliæum, reponunt illi. Errasis hic, ait ille: nec prævium sequimini, & ego vobis Prophetam in manus tradam. Antreibat ergo, illi sequebantur, quos ita obcæcatos duxit in mediam Samariam, urbem inimicam. Quid porro factum? *aperuit Dominus oculos eorum, & viderunt se esse in medio Samariæ.* (*4. Reg. 6.*) Consestim adcrat Rex Israel, & una omnes voluit trucidare; verum prohibuit Eliæus. Prohibuit? ita est: qua de causa? numquid hostes erant? numquid exploratores merte digni? Erant quidem, sed jam nunc sui piaculi hæc pœnas luunt, ait Propheta, per hanc ipsam timorem, pudorem, confusionem, & subitam rerum mutationem, qua se vident repente in manus hostium incidisse. En ut trepidant, & hanc confusionem reputant ipsa morte acerbiorem. *Mors ut exultatum impressi sunt*, ait Chrysostomus, (*hom. de Elisæo.*) *dicuntur poeta, occurrit populus, Rex stupet, stupent omnes, cunctis intrantur. Tunc reddita visa, humiliantur, tunc coarctus se, tunc res recognoscunt.* Christiani Auditores. In hac militum confusione imaginor mihi terribilem hominis damnati confternationem in primo suo in infernum introitu. Deus meus! quomodo cordi erit misero, qui paullo ante jacebat in mortali lectulo, inter amicorum obsequia, cum repente defunctus extremo momento, audiet sententiam: *Ligatis manibus, & pedibus, ejicite eum in tenebras exteriores* (*Matth. 22.*) & apertis oculis, quos antea cupiditas excæcavit, videbit se in terra hostili, inter inimicos, inter damnatos, inter dæmones! O horribilem confusionem! O miserum Metamorphosin!

Extrema damnati consternatio.

2. *Propositio.* Agite, Dilectissimi, ad iscutiendum sanctum timorem, odiumque peccati, comitemur miserum cogitationibus nostris, consideremus primam ejus obrutum inferni, audiamus lamenta ut terminata ad præteritum, præsens, & futurum. Dicitis forte, hæc materia est nimis tetrica, & terribilis. Hoc ipsum est, quod intendo: volo vobis iacutere salutarem timorem: salutarem, inquam; quia asserit S. Chrysostomus: (*hom. 6. ad Philipp.*) *Nullus ex ille, qui gehennam horret ante oculos, incidet in gehennam.* Favete.

§. I. *Dum respicit præterita.*

3. *Confirmatio.* Græcus ille Orator Demosthenes, in exilium relegatus, ad singulos egressus Athenas urbem sibi dilectissimam oculos reflexit, deplorans patriæ defectionem, in qua mallet cum inimicis, quam alibi cum amicis degere. (*Plutarch. in Demosth.*) Eo primum motum animæ infelicis: ut miserias præsentibus quantumcunque se eximat, ad anteriores prosperitates oculos reflectit. Et ante omnia *miratur*, ait Eusebius Emissenus, (*hom. 1. ad Monach.*) *quomodo fugitiva acquiescere potuerit.*

4. Ergone factum est, quod fieri haud posse credebam, ut ego alias tam sagax, & intentus in mea commoda, paradisum, meipsum, & Deum amiserim, & quidem ideo, quia pauca florenos restituere, momentaneæ voluptate me privare, inimicum amice reconciliare nolui. Ergone ego, qui tot horas lusui, epulis, & rugis dedi, non tantum temporis impendere volui Confessioni rite peragendæ, quæ has flammas evadere potuissem? O infelix Esau, da mihi tuas lacrimas, & rugitus, quibus hereditatis jacturam deflesti, ob paucos obtutus lectivos, quibus in Ecclesia veneratus sum meum Idolum, visione Dei sum privatus. Vah! pistatrices voluptates! quo me præcipitastis? *ubi est concupiscentia? ubi libertas? hæc mihi ad hoc remanserunt, lamitias tergesibis deliciationes, ut æternæ pœnitudini inserantis angustiæ?* (*Tertull. Imit. nil supra.*) O me miserum! Ex omnibus, quæ in mundo potui, sola peccata mecum porto. Amœnæ villæ, quondam delectarum mearum spectatrices, jam servient alijs. Cubicula clara, quæ aulæis, scrinioliis, abacis ornavi, non amplius mea sunt. Charissimi consanguinei, sinceri amici, fideles servi, quam longe a me abestis? ego hic ululo, & vos me non auditis? hic plango, & vos ridetis? hic strideo, & vos cantatis? hic despero, & vos recreamini? hic calore uror, & vos aerem hauritis refrigerantem? hic fame pereo, & vos inter delicias epulamini? quod tibi, Augustine, (*ad Frat. in Eremo.*) hæc illis dicenti, vix tibi credituri erunt: *Ecce omnia transierunt sicut somnia, quasi fumus. O amice, & noli [illegible]*

tibus deputati sumus æternis: &c. Nunc capio dolores, quibus Rex Sedecias in vinculis Babyloniæ tormentatus fuit, (4. *Reg.* 25.) dum proprijs oculis conspexit thesaurus diripi, palatia everti, uxores prostitui, proles occidi. Verum oculos reflectens, levi negotio vidit, quod si monitis Jeremiæ morem gessisset, tot miserijs evadere potuisset. Ego etiam, qui video evanescere meam Jerusalem, habui Prophetas. Quoties monuit conscientia, quoties monuit Confessarius, quoties monuere sacri Oratores, me male vivendo non posse bene mori? Iis non obstantibus, qui potuerunt ad frugem reducere usurarios publicos, meretrices effrontes, graffatores sanguinarios, me movere non valuerunt: conciones eorum putavi cantiones esse ad terrendos simplices. Eheu! utinam unica adhuc talis superesset occasio! pro dolor! quomodo in momento transierunt illæ beliæ occasiones ad salutem? Tot libri spirituales mihi in vanum sunt scripti, mihi frustra instituæ sunt illæ devotiones, mihi frustra fuit interressio Sanctorum, efficacia Sacramentorum. Prodigus ille Apicius, dum bona dilapidata in mentem vocaret, fame se moriturum putavit. Quomodo ergo non extremo me conficiam dolore, si recensco bona infinita, quæ exiguo amorum spatio perdidi? Ex spiritualibus nec tanum mihi remansit, temporalia omnia sublata sunt: pecuniam tot luxoribus comparatam, ecce jam heredes mei in ludos, in epulas, in meretrices, in luxum prodigunt: ut filios ditarem, eleemosynis abstinui, obligationibus justitiæ non satisfeci; illi autem jam in canes, morientes, prostibula, quæ comparavi, profundunt; interim nec guttula aquæ mihi superest, qua aridam linguam refrigerem, &c.

7. Quid ad hæc dicitis? Auditores mei! nonne primus Inferni intuitus, ut terminatus ad præterita, plenus est afflictionibus? Verum admonete miserum illum cum Augustino, (*l.* 14. *de Verb. Dom.*) non solum præteritorum memoriam, sed & præsentium obautum refertissimum esse consternatione, ac desperatione: *Recepisti bona; sed transierunt dies, & totum perdidisti, & terrendus in inferis remansisti.*

§. II. *Dum aspicit præsentia.*

6. Ordinarium est desperatis consilium, ut ex præteritis consolationem nullam hauriant, ad præsentia oculos convertant. Et quid videt damnatus inter præsentia? Eheu! *Expellat veam sitim civenus debilis aremata sagittis.* Ait S. Valerius, (*hom.* 1.) Videt timores absque resocillatione, dolores absque respiratione, absque remedio. Æterne Deus! si inferni imaginatio nobis, a quibus adhuc tribus millibus milliarium abest, tantum horrorem, & tristitiam incutit, quantam ingeret iis: qui condemnati cum cogunt præsentem intueri, ejusque pœnas continuo obtutu mensurare? Tu, Mellifluc Bernarde, quodammodo recurus eras contra infernum, & tamen anxietate plenus clamabas: (*l.* 5. *de Consid.*) *Horrea vermem mordacem, & mortem vivacem; horrea tacidere in manus mortis vivente, & vita morientis, quæ nunquam occidit, & semper occidit.* Scimus ex Historiis Ecclesiasticis eos, qui in mentis excessu ducti sunt in infernum, pilis omnibus incanuisse, non amplius risisse, quatuor muris se inclusisse, in speluncis, in jejunio, & fletu sanctæ austeritatis prodigia extitisse: eheu! quomodo ergo contremiscent, & ejulabunt, qui eum intrando nunquam exituri sunt? Audite, quid dicant: Ergone ego cunctis affluentibus deliciis, enutritus in omni commoditate, ad nutum omnia habens, redactus sum ad eas miserias, ut aliud non habeam refrigerium quam ignem? non alium cibum, quam absynthium? non alium potum, quam venenum? non alium lectum, quam dracones? non aliam societatem, quam serpentes? non aliam consolationem, quam desperationem? Ah! remittat me Deus in mundum, omnibus persuadebo patientiam, ut etiam ament suas miserias, cum meas inspexerint. Vos omnes, qui vestram depleratis sortem, felices estis. Vos casi amate vestras tenebras, lepros vestra ulcera, epileptici vestros lapsus, paralytici vestros tremores. Vos incarcerati amate vestros compedes, vos ad triremes damnati vestra transtra, vos malefici vestras furcas, & gladios. Vos denique Religiosi amate vestra jejunia, cilicia, flagra: omnes, omnes amate hujus speculi calamitates; nam omnis afflictio voluptuosa fit, si inferno comparetur, &c.

7. Quod adhuc intolerabilius est, patet in inferno feneftra, per quam cælum inter has tenebras transparet: quippe Deus, teste Emisseno, (*hom. de symb.*) hostes suos, felicitate contraria sub oculos posita, acerrime torquet: *Ut videant, quæ perdiderunt & reputatuck secum primam partam alienæ beatitudinis consciantiam.* Bone Deus! quomodo erit damnatis, si suam infelicitatem cum cæli felicitate metiuntur? Potuit Franciscus Foscarus Venetorum Dux præ mœrore contabescere, dum reginminis insignia successori tradere cogebatur, (*Sab. l.* 8. *Dec. Dis.* 3.) Potuit Lucius Sillanus fuomet gladio incumbere, dum vidit dilectam suam Octaviam Neroni in connubium jungi. (*Tacitus l.* 12.) Quæ tormenta patietur damnatus, dum videt Beatorum glorium sibi æternum exemplum? En, exclamat hic unus, mea soror est, quæ ibi inter Virgines relucet. Meus frater est, qui inter Confessores exultat; Illa mea Mater est, quæ adeo honoratur; filius meus est, quem tanto applausu excipiunt Angeli. Eheu! quid video? Video complices mei peccati, qui ex pius vitam inferni mecum trahunt. Quia aures præbuerunt insprirationibus Divinis, quia sacra Exomologesi conscientias exoneraverunt, salvati sunt; ego vero infelix, quia vincere meo dicam difficultatem nolui, æternum perditus sum. O cæca voluntas! O voluntas stulta! tu mihi cælum eripuisti: tu gehum ad extremas ama-

aritudines, tu tactum ad æternam flammas, tu odorem ad putridos fœtores, tu auditum ad horrendos ululatus, tu visum ad intolerabiles tenebras, tu denique omnes animæ meæ potentias ad pœnosissimam confusionem damnasti: &c. O infelices damnatos, qui juxta Gregorium Magnum: (*l.* 9. *Mor. c.* 48.) *Et quid timent, tolerant, & quid tolerant, pertimescunt!* &c.

§. III. *Dum prospicit futura.*

8. Utinam, utinam tandem in memoria præteritorum, & præsentium concluderetur damnati infelicitas! sed luctuosissimum est omnium aspectus, qui se exporrigit ad futura. Videt hæc tormenta nunquam desitura. Iá hac vitá mortali verum quidem est illud Peliusiotæ: (*lib.* 4. *Ep.* 199.) *Fieri non potest, concrescat vicissitudo suppliciorum, & duratio*; verum in inferno dolores simul intentissimi sunt, & simul sempiterni. Considerate, obsecro, si ipsa sympofia, musicæ, & recreationes fastidiuntur cum prolixe producuntur, quid non efficient tristitiæ mordaces, flammæ ardentes, quæ nunquam allevantur, nunquam placantur, nunquam desinunt? In vita hac mortali cuilibet dolori est suum pharmacum: solis damnatis jurat Deus, *Immittam serpentes regulos, quibus non est incantatio* (*Jerem.* 8.).

9. Ah! Felix fuit Portius Latro, qui febrem quartanam se occidendo sustulit! Felix fuit Cornelius Gallus, qui æterni exilii sententiam, pugione visceribus immerso, delevit! Felix fuit ille pater, qui Roma obsessa a Gothis, ne quinque filios fame emori cerneret, e ponte in Tyberim se præcipitavit. Nos soli tumus infelices, qui vitam odio habentes, nullum reperimus inimicum, qui eam tollat, nullum amicum, qui eam leniat. Merito illud continuo canere possumus, quod desperabundus Nero; *Va mihi, qui nec amicum habeo, nec inimicum!* O Deus, qui me creasti, si non vis exhiberi mihi gratiam, saltem exhibe crudelitatem, quam gratiæ loco habebo, & in nihilum me redige, ex quo me extraxisti: aut si vis, ut patiar, fit ergo; patiar tandiu, donec lacrimis meis replevero totum spatium firmamenti; patiar, donec numera vero omnes arenas litoris; patiar tot annis, quot sunt gutæ maris, atomi solis, grana terræ. O æternitas! utinam lateret tuus finis, ut eum non intuerer! Ergone semper me rodent hi vermes, hi ardores, hi remorsus? semper. Ergone semper e latere habebo tot desperatos, in oculis tot dæmones, in auribus tot ululatus, in ore tot venena, in animo tot rancores? semper: dicit Cyprianus: (*Serm. de Asscns.*) *Nullum ibi refrigerium, nullum remedium, atque ita omni tormenta atrocitas desperatio damnatos affligit.* O Sol! O Luna! O Stellæ! ergo vos nunquam deinceps vitarum sum? Nunquam! Ergone nullum sum habiturus cogitatum amœnum, nullam percepturus voluptatem, nullum felix auditurus nuntium, nulla me oblectaturus gratiosa conversatione, nullam accepturus gratiam? nullam. Ergo tot amici, consanguinei, Sancti, Angelus Custos, Virgo mea Advocata, & ipsemet Christus pro me natus, mortuus, nullo aspectu me solabuntur, nullo verbulo recreabunt? Nullo. Actum est: infernus observatus est, desperatum est, &c. &c.

10. *Epilogus.* O Christianæ animæ! quid dicitis ad ista? non exhorrescitis ad ea, quæ primus inferni introitus misero damnato intuitu præteritorum, præsentium, & futurorum repræsentant? An creditis esse quemquam ex nobis, qui hæc omnia possint contingere? an videtis sanctos Martyres crudelissima tormenta perpeti, sanctos Confessores acerrimis pœnitentiis in sesa vire, ac infernum effugiunt, & vos tamen viam perditionis cantando curritis? Eheu! exclamare cogor cum Doctissimo Lessio: (*l.* 4. *de æternit. c.* 24.) *Nullum, nullam majorem concipere possum animo fatuitatem.* O mi peccator, væ tibi, qui prius hæc experiri, quam credere constituisti. Quare conclusionem facio cum illius afcetæ asserto: Notate O peccatores! Qui non credit, post male peractam vitæ fabulam, hæc quæ descripsi, evenire in inferno, pertinet ad carcerem inquisitionis; qui credit, & tamen peccare non desinit, pertinet ad hospitale phrenecticorum. Amen.

Dominica XX post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

De efficacia boni exempli, quo Patresfamiliæ in domo, & Superiores in republica prælucere tenentur.

Credidit ipse, & domus ejus tota. Joan. 4.

EXORDIUM.

Domus tota Reguli convertitur propter bonum exemplum.

1. Quod Regulus iste, qui pro sanitate ægrotantis filii Christum convenerat, ad fidem conversus fuerit, haud admodum mirum esse arbitror, vidit enim oculis, & auribus audivit Salvatorem: videre autem, & audivisse satis esse poterat ad conversionem, quia, ut ait Hieronymus, (*l.* 5. *in Matth. c.* 9.) ipsa facies Christi Domini ita occultæ Divinitatis Majestatem spirabat, ut solo aspectu videntes trahere: ipsa verba Christi tantam habebant vim, & efficaciam, ut sola allocutione flectere corda potuerint. Verum admiror, quod æque conversa sit *domus ejus tota*, id est, exponente Silvestra, (*Tom.* 2. *Evang. c.* 6.) *uxor, liberi, ancillæ, famuli*, totaque familia, utpote hominis opulenti haud dubie valde numerosa fuit; illi enim nec personaliter viderunt, nec audierunt Mundi Salvatorem. Adhuc mirabilius est, quod Tertullianus (*in cap.* 3. *Joanne*) te-

stanis, videlicet integrum regnum, cui præerat hic Regulus. Fidem Christi fuisse amplexatum: *Regnum, cui imperabat, credidisse verisimile est.* &c. Unde, quæso, adeo mirificè, ac repente Fides Christi propagata fuit? an forte ex miraculo, quo Filius Reguli jamjam morituri convaluit? Non puto ex eo solo; miraculum enim illud etiam Scribes, Pharisæis, & Judæis Jerusalem innotuit, nec tam facile in Christum credidissent. Quid ergo? dico paucis. Bonum exemplum Reguli prænuntis ea causa fuit, qua uxorem, liberos, famulos, totamque circumcentem regionem ad Christi Fidem pertraxit. Ita expressè docet Lucas Burgensis; (*Hic*) *Crediderunt persuasive, atque exemplo Herì.* En quantum vim, ac efficaciam habeat exemplum Superioris: quemadmodum ex horologio principe alicujus urbis ita cæteris omnibus in urbe horologiis dependent, ut ista juxta illud dirigatur: ita e moribus Superioris adeo dependent mores subditorum, ut hi illius vitam, tanquam suæ regulam, intueantur, & æmulentur.

3. *Propositio.* Agite, Christiani Superiores, communitatum Rectores, ac præsertim vos Patres-ac Matres-familias, vobiscum mihi fixâre res erit. Ostendam, quid bona vestra exempla profint, quid mala nocuint: ex quibus agnoscatis, summopere necessarium esse, ut in domibus vestris, in filiorum, ac subditorum oculis bono exemplo præluceatis, Qui margaritarum piscatu delectantur, felices se reputant, si margaritam præ ceteris grandiorem, quam regulum vocant, capiant; indubitanter enim sperant, plures alios sic in recta veniturus: ita ego me felicem reputarem, si Patres-familias lucifacerem: quia indubitanter confido, fic per consequens etiam subditos ad virtutem pertractos iri. Attendat vos esse cupio: quia sane ex hac materia dependet obis totius reformatio. Fayete.

§. I. *Exemplum magnam habet efficaciam etiam inter pecudes, & in animibus artibus.*

3. *Confirmatio.* Quantæ virtutis, & efficaciæ sit exemplum, non solum inter homines, sed & inter brutas pecudes perspicuum esse videtur. Dic, si pecudantem aliquem juvencum jugo, & aratro assuefacere velis, quid facto opus est? an plus non requiritur, nisi ut plaustro, vel vomeri alligetur? neutiquam sane: fæviet ille, & mirum quantum effervescet. Necesse est ergo, ut alteri bovi laburi jam diu assueto, conscietur; cujus exemplo mansuescet, & ut ait Poeta, *a bove majori discit arare minor.* Dic, si equum sternacem, aut pigrum ad gressum generosum excitare desideras, quid agis? an fœticis, aut calcaribus in eum sævis? actum agies: expeditissimum erit, si alter equus illi præcat, ait Climacus (*7. 6.*) ita consilium cursu animoso sequetur. &c. Quod inter pecudes solet fieri, multo magis inter homines obtatissimum est; ita, ut asseverare ausim, artes, opificia, ac scientias fere omnes per orbem meris exemplis fuisse propagatas. Da juvenem fabrum instruo illum in regulis artis, canta millies, & millies illi recanta, quotsolo millenum vibrare, incudem ferire, ferrum versare debeat, nihil efficies, in utrumvis non ex fabre; opus est, ut illo inspiciente forcipem attripias, ferrum tundas, & artis exemplum prabeas. Da juvenem cytharædum; etsi millies illi præcanas, qua ratione chordas attemperare, nunc punctim, nunc cursim fides solicitare debeat, nihil addiscet: at si illi exemplariter, & practice exhibeas, qua ratione manum cytharæ admovere, digitos applicare, fidibus immere debeat, tunc paullo post nonnullum artis hujus specimen edere incipiet. Ita de quovis alio opificio, & arte, de sutoria, desartoria, de serinaria, de qualibet scientia, saltem practica, discurrere licet, ita ut axiomate sirmatum sit, *longam esse viam per præcepta, brevem per exempla. &c.*

Ac præsertim in virtute.

4. Eodem prorsus magisterio etiam virtus indiget; non præceptis, sed exemplis potissimum decenter. Queris, quorum exemplis? nempe Superiorum, ut pote in quorum actionibus attenti semper subditorum oculi defigantur. Hi magistri sunt, & instructores cæterorum: subditi sibi imperatum esse putant, quod in Superioribus videnr: liberi sibi necessitatem æmulationis impositam esse arbitrantur in ea, quæ in parentibus inveniunt. Languent virtutes subditorum, si deficiant exempla Superiorum.

Verba Superiorum nihil efficiunt sine exemplis.

5. Neque dicas: ego quotidie urgeo, instigo, moneo, & adhortor domesticos, ut honesto labore occupentur, ut otium fugiant, ut Deum timeant, ut peccatum execrentur, ut Sacris reverenter interfint, & quæ sunt similia: incassum enim agis hæc omnia, nisi facto confirmes, quod verbo mandas. Cum Patriarcha Isaac (*Gen. 27.*) ex fenio cæcus benedictionem paternam filio suo Esau impertire vellet, ex fraude Matris obtutos est illi Jacobus filius natu minor: hinc ubi palpavit illius manus, pelliculis hædorum hirsutas, putavit quidem, esse filium Esau; ubi autem audivit vocem loquentis, judicavit esse Jacobum: *Vox quidem vox Jacob est, manus autem manus sunt Esau.* Ita dubius inter utramque testimoniam, quid credere deberet, diu ambigebat. Cui tandem fidem adhibuit, voci, an manibus? efficaciores enim sunt manus, id est, opera ad persuadendum, quam verba: Notes hoc tibi velim, mi Christiane Pater-Familias, quamvis verbis contendas domesticos tuos ad pietatem hortari, illi tamen non tuam vocem, sed opera sequentur: si dicas quidem: Estote temperantes, fugite gulam, & compotationes; interim autem tu hebdomadatim binis, aut trinis vicibus è gurgustiis ebriosus domum redeas: si quidem dimites: Estote pacifici, & mansueti; interim autem tu quotidianis jurgiis, & juramentis domum repleas: si obstrepes quidem: Estote solertes, & laboriosi; interim autem tu otio, & desidia torpescas, & sic de aliis vitiis loquendo: ridebunt illi, & per risum dicent: *Ecce vox quidem Jacob, manus autem manus sunt Esau.* Si bonus tibi consiliarius sum, abstine potius a verbis, & clama sola voce operis: videbis perversos domesticorum mores evidenter mutari in meliores, quia lenge efficaciora sunt verba operis, quam oris. &c. Audi verba S Hieronymi (*ep. ad Nepot.*) huc perquam accommoda. *Delicatus Magister est*, inquit, *qui plene ventre de jejunio disputat. Accusare avaritiam & latro potest.* &c.

§. II. *Perversitas in liberis venit ex defectu exempli in parentibus.*

6. Ex hoc ipso responsionem sibi formare poterunt illi Patres, illæ Matres, quæ in ipso ecclesiam sacro tribunali cum lacrimis conqueruntur. O mi Pater Confessario, ego liberos habeo obstinatos, capitosos, libertinos, effrenes, & disciplinæ impatientes, etsi nocem, rogem, minarer, lacrimer, aut mille juramenta crepem, nihil efficio. Quæso quid mihi agendum? Heus mi bone! id tibi semper agendum fuisse hactenus, & adhuc dum est, quod in consiliis concionum audivisti: nunquam audisti hanc fabulam? cancri aliquando debuerunt ex perverse, quod præter morem consuetum animalium retrogredi deberent: hinc suæ familiæ decori suum imposturi, decreverunt, ut sigua mater oblinceps juvenem cancrum pareret, statim illum recte progredi edoceret: decretum hoc cum plausu, & contenta omnium per universum cancrorum regnum promulgatum est. Quid evenit? quamprimum mater iterum in lucem edidit, ajebat ad juvenem cancrum: mi fili, curam habe, ut gressus recta tornare discas: progredere: respondit filiolus, ejus Mater cancus sum: jamque sese cancrorum movere incipiebat. ut cum videret cancrum suum retrogradi nesse, illius exemplum æmulatus retro etiam gressus formavit; itaque evenit, ut omnes cancri, & cancrorum filii, ac nepotes in hodiernum usque diem retrotum ambulent, & delinceps sint ambulaturi. Intelligis modo, mi Christiane parens, quid tibi agendum cum liberis discolis, & immorigeris? quid prosunt verba, aut verbera, quibus illorum petulantiam castigas, si illi tibi objicere possent, quod juvenis cancer matri? vis, ut filii tui recta semita mandatorum decurrant? tu præambulus esto, & illi industrier sequentur; tantoque sanctius debet esse tua conversationis exemplum, quanto gravius est illorum periculum. Audi hanc in rem Doctissimum Stapletonum: (*ob. Barr. ser. 34. n. 41.*) *Caveant*, inquit, *Domini, ne canerarum more retro ambulantes, familiæ suæ frustra & incassum de recta reflexisque progredi, & ambulare. Pereunt, & ita sane;*

nit; non enim efficacius persuadentur virtutes quam præcundo: hinc fit, quod in domo solertis Patris familias raro, aut nunquam inveniuntur homines desides, & otiosi: in domo mansueti raro, aut nunquam inveniuntur litigiosi: in domo temperantis raro, aut nunquam inveniuntur gulosi, & sic de ceteris dicendo. Quare hoc? ob virtutem boni exempli.

Bonum exemplum non tantum est consilii, sed præcepti.

7. Atque hac ipsa de causa, mi Christiane Superior, mi Christiane Pater-familias, bonum exemplum scias velim materiam fore gravissimi tui judicii; quia non tantum res est consilii, sed obligationis, & præcepti: sicut enim ex lege caritatis obstringitur homo, ut alteri quoad corpus pro viribus suis beneficiat; ita ex eadem lege obligatur multo magis, ut alteri quoad animam bene consulat; & sicut nefas est proximo nocere in corpore, ita multo magis detestandum est nocere illius animæ per mali exempli pravitatem. Damnabilis est ignorantias uti deplorat S. Chrysost. (*l. 10. ad. Hyap. Vitæ Mon.*) quia multi sibi imaginantur, aliorum hominum mores nihil ad se pertinere: ignorantia hæc est, inquam, & gravissimus error; nam *hominem, non ut sibi ipse tantum prodesset, creavit Deus, sed ut multis*, præsertim subditis, domesticis, quæcurque illius concredita sunt; id quod diserissimis verbis Spiritus S. insinuat per Ecclesiasticum (*c. 17.*) *Mandavit unicuique de proximo suo.* O quantum deploravit pœnitens David errorem suum, non tam propter se, quam propter alios, quibus malo exemplo nocuit! *Ecce*, inquit, *scientiam ejus perii.* Quænam hæc est humilitas? cui ros se comparat? &c. nimirum adverto. quod res est: videritis sæpe, Auditores, quorsum una ovicula præit, illæ ceteræ omnes sequuntur, & si prima in scrobem insiliat, statim reliquæ omnes eodem saltu se præcipitant. Ignavus it leziæ Jessaus Rex se crassè velut oviculam; quia, ut exponit Salvianus (*lib. de Provid.*) *Multa secum præcipitaturat in malorum sua malo exemplo.* Rexerat, & peccandum animo fecit. Va David in Judicio; nisi seria pœnitudine delictum eluisset, quia profusibilis omnibus quos perverterat, poenas dare debuisset. Idem tremendum Judicium te exspectat, Christiane Superior, Christiane Pater familias; quia si peccas, sere nunquam solus peccas; & si pereas, non solus peras, quia per pravam exemplum multos alios trahis in ruinam.

8. *Epilogus.* Concludamus hunc sermonem: & pro coronide audiamus brevem historiam, quam Bartoli (*lib. 1. T. 1. c. 6.*) narrat: Anno 1552. in Jolo, præcipua civitate Mororix, quæ una est ex insulis illis, quæ sub nomine Moro comprehenduntur, unica die magnum fructum fecit fides Catholica. Incolæ illius a S. Xaverio Indiarum Apostolo conversi, & propria manu ad eligiti quinque millia hominum, quia a Je-

Joanne Bereita sollicite exuti sunt. Sed nescio qua vertigine quidam Regulus, instinctu sacrificulorum depravatus, ad gentilismum redilit: & ecce rem luctuosam! eadem die omnes incolæ exemplum illius secuti sunt; ita, ut ubi mane erant triginta Christianorum millia, ibi vesperi ne unicus quidem superesset. Tantam nimirum vim habent exempla nefanda. Vos ergo, Christiani Superiores, vos Christiani Patres ac Matres familiæ, cauti, ac circumspecti estote in dictis, & factis, cum enim revera forma, & norma sitis totius familiæ, & domus, nunquam certe, aut rarissime fiet, ut vestræ virtutes non alia in aliis post se trahant sancta opera, & vestra peccata non alia in aliis cautent scelera, quorum illud erdet vobis in gravius mum supplicium, illud autem in æternam remunerationem gloriæ. Amen.

Dominica XX. Post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

De utilitate, ac necessitate SS. Eucharistiæ, per modum viatici ægrotantibus, ac moribundis sumendæ.

Domine, descende, priusquam moriatur filius meus. Joan. 4.

EXORDIUM.

Nemo ad horam mortis de Dei præsentia sollicitus esse debet.

1. QUamdiu peregrinus Viator solari lumine fruitur, animosus, ac alacris in via procedit: at cum videt paullatim solem ad occasum vergere, & se nocturnis mox tenebris obtusi, animo cadit, tristari incipit: quare? quia nox per se tetrica, periculosa, ac horribilis est. Parem in modum, quamdiu homo in hac mortali vita vegeta valetudine fruitur, variis utcumque deliciis animum exhilarare studet: at cum mortis umbra, & futuræ æternitatis opera nox per lethalem ægritudinem ingruere videtur, tristitia, ac luctu obrui incipit. O quam ferreæ sui viri, quam lamentabiles voces audiuntur, cum huic, vel illi ægroto ierale nuntium fertur, quale olim Hatis Regi Ezechiæ tulit: morieris tu! quare? quia plane juxta effatum Philosophi mors terribilium omnium terribilissimum est. Hac cum ita sint, mirari satis non possum, cur infoli ita generositate Psalmista de se ipso asserat. (*Psl.* 22.) *Etsi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala*: sed ain? Jesse Princeps, tu in media valle umbræ mortis non timebis insidias? non timebis latrocinia? non timebis præcipitia? non timebis dæmonum infestationes? *Non timebo*, inquit: quare? *quoniam tu*, o Deus, *mecum es*. Præsentiam enim Deimirum quantum exhilarat, protegit, defendit, animosum reddit, &, ut advertit Doctiss. Bellarminus (*in Psl. cit.*) *incredibilis fiducia est in corde diligentis Deum, dum recogitat, secum esse illum, cui nihil resistere potest.* Hoc ex capite hodiernus Regulus desideratissimum Christum in ædes suas invitabat; dubitare non poterat ex audita miraculorum fama de ingentibus emolumentis, quæ ex præsentia illius in ægrotum fluum, & jamjam morituricntem filium essent redundatura: *Domine descende, priusquam moriatur filius meus* (*Joa. 4.*). Nobis jelinemens exemplum, cum vita hæc ad vesperam inclinet, cum mortis umbra per ægritudinem ingruit, primam omnium de Christi præsentia debere esse sollicitudinem. Intelligitis, Christissima pectora, in quem scopum hodierna collimet oratio? explico paucis, quoniam hodie Christum Dominum ad ægrotum vocari auditis, ideo.

2. *Propositio.* Sermo erit de utilitate, ac necessitate SS. Eucharistiæ, ægrotantibus, ac moribundis instar Viatici porrigi solitæ. Prima omnium cura infirmis esse debet, ut Christum Eucharisticum in ædes suas advocent, & jovitent. Singulariter autem attentos volo illos Patres ac Matres familias, illos Medicos, Chyrurgos, ac Infirmarios, qui forte ægrum domi suæ habentes, aut illi inservientes, de remediis quidem temporalibus providunt, sed Eucharisticum refectionem inter ultimas curas reponunt, aut tum demum procurant, cum æger paullatim ultimos trahit anhelitus. Audiunt illi, quantis emolumentis tam *corporalibus*, quam *spiritualibus* ægrotum privent: audiant, & lapere dilcant: &c.

§. I. *Eucharistia prodest ægris ad sanitatem corporis.*

3. *Confirmatio.* Mirabitur forsan nonnemo, quod de emolumentis tam *corporalibus*, quam *spiritualibus* fecerim mentionem. Quid enim? inquiet Eucharisticum Pabulum unice ad refluendam animam, ad procurandos supernaturales gratiarum favores institutum est: subsidia corporis per Medicorum artes, per emplastra, & balsama, per succos eliquatos, per medicinas procurari debent. Erras, mi Bone, cujus gravissime, quisquis ita sentis: si enim gentili Hippocrati, aliqualem medicinæ artis experientiam nacto, magis cum jactantia, quam veritate affirmare licuit: *Quemcunque domum ingressus fuero, ad ægrotantium solatem ingredior*, (*Nadasi in anu. Euch. hebd.* 10.) quis Christianorum id honoris Christo Domino putet esse negandum, ut pote illi, qui jure merito de se asserit illud Exodi: *Ego Dominus Sanator tuus?*

Christus Dominus semper beneficus erga ægrotos.

4. Spiritus S. per os Ecclesiastici (*c. 7. v. 39.*) admonet nos: *Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis.* Si quis quærat, qua ratione visitatio infirmorum firmet caritatem, audiat responsionem Cornelii a Lapide: (*hic.*) ait ille, per actus dilectionis intendi dilectionem: *Actus enim augent, & firmant habitum.* Quinam sint hi actus caritatis, apud ægrotum exerceri soliti? sunt invisere, solari, consulere, benefacere, juvare; nemo enim otiose adstat ad ægrotantis lecticam, ipse ejus aspectus movet ad commiserationem, hinc

hinc invisens suggerit bona consilia, suadet hac aut alia pharmaca, paratus, si ex viribus suis staret, vel ipsam ægro tribuere valetudinem. Jam hunc in modum fuber argumentari: si visitatio infirmi in ægrotum fuum, & ferreis hominum cordibus inflammat caritatem, ac commovet ad misericordiam, quis non idiptum speret in misericordissimo Christi Domini corde, dum corporalitet præsens sub Eucharistico velamine ad infirmum deportatur? O quantos misericordiæ motus, teltibus Evangelistis, scimus in ejus amantissimo pectore excitos ægrotum aspectu fuisse suscitatos! quæso, cur leprosum sibi obvium (*Matth. 8.*) extensa manu mundavit? cur in domo Petri socrum ejus (*Matth. 8.*) a maligna febri liberavit? cur paralyticum in lecto sibi oblatum (*Matth. 9.*) sanitati restituit? cur dæmoniaco cæco, & muto (*Matth. 12.*) visum, & loquelam reddidit? cur puerum lunaticum (*Matth. 17.*) a miserabili afflictione curavit? &c. Certe hæc, & millena alia id genus beneficia liberali manu distribuit, vel ex solo miserorum hominum intuitu ad compassionem commotus. Et putet aliquis Christum, in sanctissimo Sacramento ad ægrotos delatum, aut minus fore misericordem, aut minus potentem? abit a nobis tam scelerata opinio, quam dissertis verbis refutat Remigius Antissiodorensis, (*de celebrat. Missæ.*) inquiens de SS. Eucharistiæ Viatico: *Non solum pro salute æterna datur, sed etiam pro temporali incolumitate, id est, corporali sanitate.* Hanc certe veritatem sua experientia testari possent millenî, ac milleni, qui Medicorum ope, omnisque humani auxilii spe destituti prodigiosa virtute ab Eucharistico Numine valetudinem impetrarunt, prout innumeræ testantur Historiæ. Vides, mi Medice, vides, mi Pater-familias; vides, mi Infirmarie, quanto emolumento ægrum prives, cui de salutari Epulo utique ad extremum halitum non prospicis? latro es; occidis non tantum ejus animam, sed & corpus.

Eucharistia, per modum viatici sumpta, quanta ferat emolumenta animæ.

5. Verum, inquies, infirmi perterrefiunt, ti de morientium Sacramentis mentio fit; putant se desperatos, ac mortis victimas. Inanem hunc esse timorem, hactenus ostensum est; Christus enim non carnifex est, sed Medicus corporis. At quamvis veritimus etiam foret hic pavor, videamus an ille pavor præponderare debeat iis emolumentis animæ de quibus nunc altera parte Orationis disserere constituí.

6. Certissimum est, infernalem dæmonem nunquam non vigilantissimum esse in nostram animarum perniciem; præcipue autem vires, & astutias geminat, cum lethali morbo ad æternitatis limites adducimur. Si in domo hominis vegeti unicus est tentator, profecto ad ædes ægroti integer convolat exercitus: O quot astutis machinationibus, quot pravis suggestionibus impugnant miserum! unus impellit ad pusillanimitatem, alter ad præsumptionem, hic ad tenacitatem vitæ nexus in memoriam revocat, ille recuperandæ valetudinis spem facit, ille justitiam Dei aggravat, ille misericordiam extenuat: verbo: *Omnes inimici ejus apprehenderunt eum inter angustias.* (*Thren. 1.*) Quæso, quis inter tot hostium assultus incolumis evadet, nisi alieno auxilio armetur? quis inter ingruentem sagittarum imbrem illæsus stabit, nisi scuto protegatur? scuto igitur opus est ad retundenda dæmonum tela: & quo illo? audite Apostolum (*Ephes. 6.*) *In omnibus sumentes scutum Fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.* Si quis quærat, quodnam sit illud scutum Fidei, percipiat explicationem Doctissimi Arelii: (*de Tribunal. disc. 9. n. 5.*) qua ratione pingitur Fides, inquit? pingitur tenendo in manu Venerabile Altaris Sacramentum: *Quid scutum ejus est, nisi illud in manu reperio, quam sanctissimum Sacramentum.* Hoc itaque Sacramentum scutum est Fidei, hoc umbone validissime repellun tur tentationes infernalium inimicorum: ita mecum sentit S. Vincentius Ferrerius dicens: (*in Oct. Corp. Christi.*) *Datur Communio agris, ut dæmones sentientes præsentiam Christi, fugiant.*

7. Audite aliud argumentum: Quamprimum populus Israeliticus ex fonte illo biberat, quem Moyses prodigiose de petra elicuit, confestim Dominus Deus illi præcepit: *Pugna contra Amalec.* (*Exod. 17.*) Dum ergo Dominus Deus non jam antea, sed primum post hauftum aquæ electum populum contra Amalecitas ad pugnam animavit, videtur populus ex hoc fonte singulare quoddam robur hausisse. S. Auguft. (*serm. 93. de temp.*) per petram Christum Dominum, per fontis aquas sanctissima Sacramenta intelligit, quæ ex latere Christi profluxerunt, & ad nostram doctrinam innuit, tunc hominem Christianum dominum esse ad præliandum contra invisibiles potestates cum salutari Sacramentorum latice fuerit munitus: *Bibit populus de petra, & sæviro bellum inlit: sic quisque, postquam de petra biberit, id est, Christi Sacramenta acceperit, necesse est illi ad pugnam procedere.* O felicem illum, quisquis ante ultimum pugnam cælestc hoc animæ conformamentum recepit! hac certe ex causa in primitiva Ecclesia moris erat Eucharisticum Panem a fidelibus domum ai portari, ut cum in illis Ecclesiæ nascentis persecutionibus tyrannorum sævities hunc, vel illum repentecripuisset, statim ad manus haberet supernaturale illud conformamentum, quo munitus contra Principum, carnificumque tormenta generose posset decertare: (*Baron. anno 255. n. 5.*) ibi singulariter animadversum est, eos, qui calcite hoc Pabulum neglexissent, in arena tripitatle, & a Fide defecisse; e contra illos, qui reverenter illud sumpserant, inter carceres, & equulcos, inter flammas, & acinaces intrepida generositate ad Martyrii coronam convolasse: ita expresse testatur S. Cyprian., inquiens: (*Ep. ad Cornel. Pap.*) *Idoneus esse non potest ad martyrium, qui ab Ecclesia Corpore, & Sanguine Christi non armatur ad præliam; & manu sacrificii, quam non accc-*

ctia Eucharistia erigit, & accendit. Jam ad rem nostram: si Sanctissimum Altaris Sacramentum tantum valuit ad corroborandos sanctos Martyres in pugna contra tyrannos, quid ni idem valeat ad corroborandos agros in lucta contra dæmones? si defectus Eucharistiæ illis fidelibus tantum nocuit, ut Turpitter deficientes a Fide facinus victi, ac superati, quidni defectus Eucharistiæ idemmet noceat moribundis, videlicet ut ab infernalibus adversariis vincantur, ac superentur? Et hoc non obstante periculo, tergiversetur aliquis Pater-familias filio, aut famulo suo domi agrotanti, instar hodierni Reguli Christum Eucharisticum in ædes vocare, ex ea solum ivani ratione, ne æger perterrefiat? Væ vobis, si ex vestra negligentia ille tantis animæ emolumentis, aut omnino beata morte privetur.

8. Dico: *beata morte*; scitis enim, quænam sit revera beata mors? Apocalypticus Vates ait: *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* (*Apoc.* 14.) Quinam sunt illi, qui in Domino moriuntur? percipite Patchalium (*Epist. ad Philipp.*) de Sacrosancto Eucharistiæ Viatico dilucidantem: *Tunc in Domino morimur, si sic in Illo, & Ille in nobis per hoc Mysterium manentes moriamur.* Hæc revera est beata mors, quæ communis est per hanc salutarem æternitatis Alimoniam. Quid mirum, quod hanc Sancti, & Electi Dei in ultimo mortis articulo ardentissimis desiderijs exspectarint, & sæpe, deficientibus humanis auxilijs, prodigiose ab Angelis impetrarint? Sanctus Stanislaus Kostka, dum Viennæ Austriæ studijs vacabat, lethali morbo correptus, unice desiderabat Divino hoc Epulo communiri, sed ejus impetrandi spem facere sibi haud poterat, partim ob fratris natu majoris irreligiositatem, partim ob Patris familias, cujus convictu fruebatur, hæreticam pravitatem. Ita hominum subsidio destitutus sanctus juvenis, sua vota ad cælum erexit, & memor Jesu in vita sanctæ Barbaræ fecisse, neminem hujus Sanctæ fidelium absque Sacramentorum administratione decessisse, illi supplex pro hac gratia peti cœpit. Ecce prodigium: noctu hypocaustum subito splendore claruisse, & una cum S. Barbara duos Angeli comparere, qui Sacrosanctam Hostiam agrotanti porrigebant. &c. O sancti Angeli, quoties hodiedum opus foret ita hominum negligentiæ supplere! &c.

9. *Epilogus.* Vos vero, Christianæ animæ, nonne & vos desideratis in mortali lectulo Christum videre præsentem? desideramus, dicitis: scitis, qua praxi, quibus industrijs hanc gratiam promereri queatis? Respondeo: Nunc, dum Christum sub sacris speciebus in Altari adoratis, sæpe eum cum hodierno Regulo invitate: *Domine, descende in domum meam.* Nunc, dum ad ægrum portatur, ejus præsentiam pro vestra quoque mortis hora implorate: Nunc sanctum Barbarum, aliosque moriendi Patronos Cælites invocate, & Spero, Christum hanc vobis gratiam non denegaturum. &c. Amen.

Dominica XX. post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Ostenditur, vitam hanc mortalem continuam esse mortem, proinde laborandum pro vita æterna.

Incipiebat enim mori. Joan. 4.

EXORDIUM.

Homo qu. morimur nascimur, mori incipit. Mors est quadruplex, & semper intenta.

1. INfignis ille Angliæ Cancellarius, & gloriosus pro Ecclesia Martyr, Thomas Morus, prout erat ingenio perspicax, & sancte facetus, ita de vita hac mortali miram concepit sententiam; ait enim, quemlibet hominum, quamprimum ex utero materno procreditur, sibi videri quasi maleficum, qui ad capitale supplicium ducitur; eo solum discrimine, quod ille quidem locum suæ interfectioni destinatum reciat, ille vero umbras, & locum mortis ignoret, ad quam singulis momentis, quasi ocidem pallidus propinquior accedit. Forsan hanc cogitationem hausit ex Divo Bernardo (*Serm. 17. in Psal. Qui habitat*), dicente: *Quid animæ, ex quo primum fulcipitur vitæ, nisi morti agi præpinnare, & incipere mori?* sic est, mi homo mortalis: hæc præsens vita adeo continuata mors est, ut singulis ætatibus, horis, ac momentis aliquid nostri moriatur. Superasti infantiam? ecce infantia tua jam mortua est, Transcendisti adolescentiam? ecce adolescentia tua jam mortua est. Egressus es virilem ætatem? ecce ætas virilis jam mortua est. Hoc puncto temporis, quo colloquimur, jam iterum pars vitæ aliqua prælapta est. Verbo: ea die, qua natus es, poterat de te dici, quod hodiernum Evangelium de Filio Reguli: *Incipiebat mori:* (*Joann.* 4.) quo remotius enim a cunis recedimus, eo vicinius ad sepulcrum festinamus. Et diumodo saltem una, eademque mors esset, quæ æqualiter, ac uniformiter omnibus exspectanda esset; verum Sapientes quadruplicem agnoverunt mortem, videlicet præmaturam, subitaneam, violentam, & naturalem. *Præmatura* est, quæ juvenes in florentissima ætate abripit, prout poma adhuc cruda ab arbore excutiuntur. *Subitanea* est, quæ hominem sinum, nulla intermediante agritudine, repente occupat, prout Sacerdoti Heli, Ananiæ, & Saphiræ contigit. *Violenta* est, qua, vi extrinsecus advenientis, anima e corpore exturbatur; ita Saul suomet gladio confodius, Jezabel e fenestris præcipitata fuit. *Naturalis* denique est, qua homo, deficiente visali calore, aut humore, deficit, eum in modum, quo lampas, consumpta cera, aut oleo, extinguitur. Dic, mi homo, quo mortis genere, ex hoc

hoc qualtuplici emorieris? Incerta sunt omnia: incerta quoad modum, incerta quoad tempus, incerta quoad locum.

2. *Propositio.* Agite, Christianæ animæ: consideremus in moriente Reguli filio fragilitatem, instabilitatem, & incertitudinem miseræ vitæ mortalis, ut ad vitam immortalem salubriter discamus. Est hæc consideratio mortis utilissima homini, præsertim peccatori, dicente Ruperto (*in Gen. l. 3.*): *Si in hoc mea cautione instar a via sua, non habet Deus, quod addicat ultra.* Favete.

3. *Divisio.* Recte canit Poeta, quocumque aspicamus, *præsentem intentant omnia mortem*: quocumque enim oculo, animumque circumferimus, sive extra, sive intra nos, ubique impendent mortis insidiæ, ac pericula. Notabis, Auditores, *sive extra, sive intra nos?* placet huic divisioni insistere, & utramque veritatem bipartita considerationc metiri. Ergo ad rem.

§. I. *Causæ extrinsecæ mortis.*

4. *Confirmatio.* Quod mors ab extra mille viis, mille consiliis nobis insidias struat, insinuasse videtur Jeremias, inquiens (*c. 9.*): *Ascendit mors per fenestras nostras.* Scio quidem, Prophetam in sensu litterali per hæc verba præsagisse Hebræis mulierebres irruptionem Chaldæorum, qui ad interendam urbis interitum non indigerent portarum patefactione, sed aliunde vi irruptari essent. Verum si morali expositione horum verborum uti libet, admentem Josephi de Barzia (*serm. 16. n. 14.*), per fenestras lucei hujus corporis intelligi possunt quinque sensus, consequenter, cum dicitur mortem ascendere per fenestras, idem dictum est, ac omnia ea, quæ per quinque sensus ad extra videmus, audimus, olfacimus, gustamus, & tangimus, esse meram mortis repræsentationem. Ab oculis initium ducamus: Quid videmus in hoc mundo? *Videmus* solem, lunam, sydera: verum animadverte, mi homo, hæc quotidie oriri, & occidere. Videmus verum animadverte has emarcescere. Videmus ædificia, turres, castella, mœnia; verum animadverte hæc omnia ævi, & tempestatum injuria in ruinam dari. &c. Ad olfactum pergamus: quid olfacimus? florum odorem; verum perpende illum flosculum, quem naribus admoves, jam a caule revulsum emarcescere. Porro auditum consulamus, quid audimus? audimus flaminum cursus; verum nota, vita tua, appropinquat æternitati, velut aqua mari. Audimus musicam; verum nota, instrumentorum fides sunt de animalium intestinis. Audimus verba loquentium; verum nota, hæc ipsa verba in momento disparent. Porro quid tactus in nobis infunat? Ea, mi homo, vestes, quibus conregeris, ex lana sunt ovium, sericum de bombycibus emortuis, calcei sunt exuviæ animalium, scamnum, cui insides, de arbore excisa est, libri, quos legis, uti ab alieno venerunt, ita brevi ad alium, transibunt. Denique quid gustus nobis incalcat? ab! cibi, quibus vescimur, sunt bestiarum, aut animalium olim viventium reliquiæ, ipse panis ex granis tritticeis olim belle florescentibus confectus est: recte enuntiavit Seneca (*lib. 10. Ep.*) *Quidquid avium vultat, quidquid piscium natat, quidquid ferarum discurrit, nostris sepelitur in ventribus; quærere nunc, cur moriamur? quia mortibus vivimus.*

5. Cur autem Deus, & natura per omnia ea, quibus in hoc mundo fruimur, memoriam mortis nobis inculcet, certe ratio est, ut eam omni ex parte insidiantem semper præ oculis habeamus. Quid est in hoc mundo, unde mors imminere non possit? Cælum dicitur quidem generationis, & vitæ principium; sed est etiam corruptionis radix; stellæ sunt tædæ funerales, quæ habent influentias fatales; Mars armis, Jupiter fulmine, Saturnus clepsydra minantur. Quid sunt elementa? eheu! fundoli vitæ humanæ latrones. Ignis quidem calefacit, sed quot millenos bombardis, sclopetis, & machinis aere improviso occidit? Aer quidem refrigerat; sed quot millenos inficit, suffocat, interficat? Aqua quidem recreat; sed quot millenos suis gurgitibus, ac voraginibus mergit? terra quidem nutrit; sed quot millenos horrendis motibus, ac concussionibus tumulat? ubi est in mundo locus, a mortis periculis immunis? quidquid agis, O homo, mortem e vestigio pedissequam habere navigas forte in alme? quo effere a morte dilitas. Insidet equo? una calcitratione certe vicem frangere potes. Vehitis curru? uno lapsu vita periclitaris. Incedis pede? non est regula in tecto, quæ tibi non ruinam minetur. Exis venatum? ecce fulmen non sine vitæ discrimine portas. Vis plura mortis enchimenta? bene publica in plateis recentino lapsu emortui sunt, Quintus Quintillius, Lepidus, & Ausidius. (*Val. Max. l. 6. c. 8.*) Vis domum tuam latrone? Euripides, ædes suas ingressurus, a canibus dilaniatus fuit. Vis exspatiari in campum? Æschylus in campo a testudine, quam aquila e alto dejecit, obtritus est. (*Plinius l. 7. c. 7.*) Vis prandio refici? Anacreon inter prandendum ab uva suffocatus est. Vis litem potu refringere? Fabius Senator capillo, quem una cum lacte forte exterat, extinctus est. Vis lusu recreari? Drusus Pompejus, cum cultello ludibundus, e morsu periit. (*Besoldus serm. 6. de morte.*) Vis libore occuparis? Lucio Marci Aurelii filio pumore occupari? Lucio Marci Aurelii filio pumore occupato a cibo emortuo est. Vis quiescere in cella? Sacerdos Heli, una cum cella collapsus, repedere obiit. Vis dormitum concedere? Omnes (*Gen. 28.*) dormiens in lecto, Dei pœnitentis manu interfectus est. Vis interesse convivio? Filii Job convivantes a collabente domo obtricati sunt. (*Job 1.*) Vis in templo orare? Zacha-

charias Propheta, Barachias, & Joiab in templo mortui reperti sunt. (*Matth.* 23. 3. *Reg.* 2.) Quid prolixius fum? nec inexcuto adversus mortem securi sumus. Ridemus fatuum illum, qui phantasiæ vitio laborans, dum vitrum se paratur, a nemine tangi se permisit, & tamen *fragilitatis summæ, quam si vitrei essemus*, ait Augustinus: (*ep. Bari. form.* 15. *n.* 26.) quare? *Vitreus, etsi fragile sit, tamen servatum diu durat*; verum nos cum omni industria, & sollicitudine, in momento morimur, quo non putamus, collidimur, occidimur. O fragilis, O labilis, O instabilis, O misera vita, vix vitæ nomine digna!

§. II. *Causa intrinsecæ mortis.*

6. Quid jam dicam de insidiis domesticis mortis, id est, quæ intra nos ipsos nascuntur? an posset esse fragilior structura, quam luteum hoc corpus? etiamsi abessent hostes extrinseci, tamen ex se ipso, nemine impellente, collabitur. Utinam momento unico crystallo in morem diaphani essemus! certe videremus, quot mortis semina in ceatenis his ossibus, musculis, nervis, venis, & arteriis delitescant. Juxta Medicos vita nostra a tribus dependet, nempe a spiritibus, ab humoribus, & partibus solidis. Jam videte, num diu mortem effugere possimus? spiritus deficiunt non solum in senectute, sed & in quavis magna occupatione, in dolore, in gaudio, in nimio risu: si humori putrido misceatur, quod facillime fit in tanta conjunctione partium, si libere currere impediantur, quod fit in apoplexiis, morbis pulmonis, aut convulsionibus, repentina nece occidunt.

7. Porro si humores accendantur, quis eos temperabit? si putrefiant, quis illos curabit? si febres augeantur, quis illas dispellet? si apostemata in intestinis pullulent, quis succurret? Ipsa quatuor temperamenta sunt morborum seminaria: si prædominetur phlegma, facile oriuntur convulsiones, lethargi, epilepsiæ, paralyses, hydropes. Si excedat bilis, consurgunt carcinomata, furores, dissenteriæ, hypocondriæ. Si antecellat sanguis, mercentæ sunt febres acutæ, pleuritides, dolores renum, infectiones jecoris. Inaniter Medici statuunt annos climactericos, dies criticos; quia nullus non est funestus. Deliranti, qui nolunt una ipsi tredecim mensæ affidere, ne illo anno moriantur; mors enim promiscue & sextum, & decimum, & duodecimum rapit:

8. Præterea an ulla in homine viget passio, quæ non sufficiat ad mortem accersendam? Lætitia, quæ alias vitæ nostræ fulcrum est, duabus mulieribus Romanis mortem tulit; dum enim filios suos videbant, quos mortuos crediderant, præ gaudio extinctæ sunt. Si dicas, fuisse feminas passionum suarum impotes, respondeo, idipsum evenisse etiam viris, videlicet Chilonі Lacedæmoni, Sophocli Tragico, Dionysio Syracusano, & aliis. Quodsi lætitia vitam adimat, quæ deberet esse illius robur, & nutrimentum, Deus Bone, quid hominum nobis exitiale? quid mirum, quod Hispalices præ amore sit mortua? quid mirum, quod Diodorus, & Homerus a verecundia fuerit interemptus? quid mirum, quod Marius, Theodoricus, Ludovicus Pius mera sint exanimati? quid mirum, quod Nerva, Matthias Hungarorum, & Wenceslaus Bohemorum Rex cholera sint extincti? qualibet turbatio animi fatalis est. Si idem mihi debere nolitis, Dilectissimi, credite experti. Vos qui vigilati, triginta, aut quadraginta annos numeratis, dicite, quam miris, & insperatis casibus vestri fratres, amici, hostes confluxerint, & contanei, quos optime mecum habitati sint: nonne verissimum est, hunc versilium ab ovo rapiatum, alium a flumine haustum, alium rotis molendini allisum, alium e subito præcipitatum, alium a carnifice trucidatum fuisse? nonne frequentissima sunt hæc nova, hunc vel illum catarrho suffocatum, alium hectica consumptum, alium apoplectico fluxu repente extinctum fuisse? sæpe prior ad nos pervenit fama mortis, quam ægritudinis. Credite, attendite: quod aliis evenit, illud ipsum & nobis eveniet: forsan cras tius dies unum ex nobis, qui nunc vegeti omnes adsumus, mortuum videbit: intra annos pauculos, nullus nostrum superierit: sic ibimus, ibitis, ibunt.

9. Potentissimus Persarum Monarcha Xerxes, qui numerosissimum, quam olim sub sole fuit, exercitum conflavit, in præalti montis vertice olim ascendens, & innumerabilem militum multitudinem, dicitur in amaras lacrimas prorupisse: interrogatus, quid defleret, fleo, respondit, dum cogito, intra unius sæculi decursum e tot florentissimo exercitu nec unum militem superstaturum. O Dilectissimi Parochiani! quos ego de hoc superiori loco intueor, an mirum foret, si & mihi erumpentes lacrimæ vocem præfocarent? quis ex vobis paucos intra annos supervivet? Nemo, nemo: in vestris domibus habitabunt alii, hanc Ecclesiam implebunt alii, in his scamnis erunt alii, nos in æternitate, nec memoria nostri superierit.

10. *Epilogus.* Quid consequitur ex his omnibus? Ah! illud consequitur: vitam hanc temporalem ita agendum esse, ut non amissurus æternam. *Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?* (*Matth.* 16.) Quid prodest, si divitias possideat universas? quid prodest, si voluptatibus fruatur immensis? ah! nihil prodest, nihil prodest. Hoc solum prodest, incertam mortem constanter meditari, & ita vivere, ut mors nunquam inveniat imparatos. O Dilectissimi: si cura vobis est vestra salus, hanc doctrinam constanter memoria retinere, nimirum, felicitatem hujus mundi maximam esse ita vivere, ut mors nunquam inveniat imparatos. Amen.

Domi-

Dominica XXI. post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

Ostenditur justo Dei Judicio constitutam esse pœnam Talionis, ita ut eadem nos mala obruant, quæ nos aliis struimus.

Sic & Pater meus cœlestis faciet vobis. Matth. 18.

EXORDIUM.

Infortunium, quod quis alteri struit, ipse incurrit.

1. Asinus, & vulpes postquam fraterne, & familiariter aliquamdiu in eodem contubernio convixerant: quondam venationem tempus fallere constituerunt: insidiis erat venatio; quippe fera sylvestris, quæ in occursum illis veniebat, erat terribilis leo. Occisissimos se reputabant: cum ecce fraudulenta vulpes, ultro ad leonem accurrens, eique mirum quantum blandita procidit: Magnanime animalium princeps, si impunitatem mihi polliceris, in præsentiam ego hunc tibi asinum tradam. Annuit leo, & promissis fretus vulpecula, nullum enim non movit lapidem, donec simplicissimum pectus, nil sibi tale metuens, in pedicas, & casses incidit. A Leo, proditorium crimen indignatus, vulpem, jamjam fugere conantem, ira sua victimam fecit, asellum autem, turpiter deceptum, misseratus, vita, & libertate donavit. Ita fabulatur ingeniosissimus Æsopus (*ap. Cornel. a Lap. in Ezech.* 25.) hanc fabulam innexus, repetemdem fabulam, quam unus alteri causa, recidere in ipsum auctorem, & idemmet infortunium, quod homo malitiosus proximo struit, in caput illius eorruit. Sed quid hicernis opus est, dum habemus soleam? quid opus est fabulis, dum palpamus veritatem? nonne hodiernus servus absque misericordia in carcerem ejectus, & tortoribus traditus est? quare? quia conservi sui misereri noluit: fidem pœnis vapulabat nebulo, quibus conservum suum injuste vexabat. &c. &c.

2. *Propositio.* Agite, Auditores! grandem vobis hodie veritatem inculcabo, quæ continetur brevibus his verbis (*Matth.* 18.): *Sic & Pater meus cœlestis faciet vobis.* Videlicet ostendam, in processu justitiæ Divinæ constituturam esse legem Talionis, talemque Deum erga nos esse, quales nos erga proximum fuimus. O quam facile nonnemo Auditorum audisset hodie cautiam, quam hactenus capere non poterat, cur infortuniis, persecutionibus, detractionibus, malisque inopinatis obruatur! Favete.

Deus in beneficiis, & suppliciis nostra mensura utitur.

3. *Explicatio.* Spiritus Sanctus per os Salomonis damnat, & execratur duplex pondus, & duplicem mensuram: *Pondus, & pondus, mensura, & mensura utraque abominabilis est apud Deum.* (*Prov.* 20. *v.* 10.) Quo proverbio Dominus Deus crudelissima veritate voluit, nequis in emptionibus, & venditionibus diversa mensura uteretur, majori videlicet, dum emit, minori dum vendit, & prout explicat S. Greg. (*hom.* 4. *in Ezech.*) nequis aliud pondus habeat, ad quod pensat sibi, & aliud ad quod pensat aliis. Quod igitur Dominus Deus hominibus interdicit, idipsum accuratissime observat in se: hominibus justis cælitus dispensat suas gratias, in improbos decernit supplicia in certo pondere & mensura: qua ergo mensura utitur Deus? respondeo, non habet proprium, sed eam mutuat a nobis: id est, accurate observat, qui liberalitate erga proximum benefici fimus, & eadem liberalitate suas nobis confert gratias; nec minus observat, qua rigore erga proximum austeri simus, & eodem rigore sua supplicia mensitur: unde frequentissime fit, quod idem infortunium, quod proximo adnovimus, paullo post capita nostra ferat: Spantum enim est, (*Matth.* 7.) *qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis.* Progrediamur ad exempla.

Pharao in aquis perit. Cur?

4. *Confirmatio.* Obstinatissimus Rex Pharao, ut primum inaudiit Israelitarum populum, sua hactenus mancipia, ex Ægypto aufugisse, consilium immensum conflavit exercitum, & fugitivos a tergo insecutus, eo audacior progressus est, ut horribilem viam, quam Deus fugientibus Israelitis in medio maris miraculose aperuit, ausus sit una cum integro exercitu subire. Verum hæc via sepulcrum fuit Pharaonis: quippe coeuntibus denuo undis, miserabiliter submersus est. Quæro jam, cur aquis perierit Pharao? (*Exod.* 15.) cur non a locustis fuit depastus? cur non a ranis ad necessitatem confectus? cur non a vallatore Angelo una cum primogenitis trucidatus? O justi Dei judicia! per aquas deliquit, per aquas puniri debuit. Sceleratissimus Rex, metuens, ne numerus Israelitarum nimis multiplicaretur, & forte armata manu jugum suum excuteret, (*Exod.* 1.) justit omnes illorum masculos infantes statim post partum unius suffocari. Factum, ut præceptum: innumerabiles infantuli in flumine perierunt. Ad tam funesta obsequia usus est operatorum militum, totiusque exercitus. Quapropter Dominus Deus, justissimus tot cædium pœnas repetens, indignum reputavit, Pharaonem, qui alio mortis genere, quam aquarum suffocatione interiret: audiamus Theodoretum, (*q. 2. in Ex.*) *Irascibilis justissimus Judex exercitio aquarum Pharaonem, cum toto exercitu suo, quia per aquam Interemerat infantes Hebræorum.* Ecce, infelix tyrannus idipsum mortis genus expertus est, quod aliis innocenter intulit, ut verissimum sit illud Ecclesiastici: *c.* 27. *Qui foveam fodit alteri, incidet in eam.* Addiamus aliud exemplum.

Anna-

Ammanus in patibulo perit, quod Mardochæo erexit.

7. Potentissimus Rex Assuerus habebat Aulicum, in paucis sibi dilectum, Ammanum nomine, quem divitiis, honoribus, & popularium reverentia ita auxit, ut secundum a rege gradum obtinens, jam daret, imperaret, & sub regali annulo magistra ferret: verbo: Ammanus erat alter Assuerus. Sed ecce, cupiunt toti Judæorum genti excidium parabat, a Regina Esther apud regem accusatus, & pro capitali totius regni hoste postulatus est. Rex in furias actus, sine mora miserum in intimi patibulo suspendi jubet. Nolim hic cum S. Bernardo (*Epist.* 307.) mirari instabilem mundi amicitiam: nolim exclamare: *O fœnestum mundum, quod fecit tuos sic celer ebore amicos, ut Deifacto subruerat!* Sed unice sorti tuæ compatior, infelix Aulice! qua fortunæ invidia, aut quo delicto meruisti post tot obsequia, regi prælibata, mortem tam acerbam, tam præcocem, tam infamem, tam deproperatam? Ne miraminī, Auditores, latent iterum justa Dei judicia. Erat in aula inter alios Judæus nomine Mardocheus, a quo superbissimus Amman, minus quam deceret, honoruī se ratus, ira vehementer excanduit: quamquam immensas divitias possideret, nihil tamen habere le arbitrabatur, quamdiu Mardochæum in viscernebat. Quare, fundentibus amicis, & Zares uxore, patibulum quinquaginta cubitis altum parari jussit, in quo altero die innocentem Mardochæum jugulare cogitabat. Advertitis, Auditores, qua de causa insultuosus hic aulicus in furca medius exspulit? Nempe hæc justitiæ Divinæ ordinatio est, ut quod quis alteri parat infortunium, in caput illius recidat, ait Corn. a Lap. (*in Esther c. 7.*): *Malum, quod quis alteri struit iniquo, in structorem revolvitur, ac justo Dei judicio in eo, qui eum struxit.* Pereat Ammanus, suspendatur, stranguletur; quia perire, suspendi, strangulari voluit innocentem: itaque verificetur illud Ecclesiastici: *Qui fecerunt alteri perit, peribit in illo.* (*Eccl.* 27.) Pergo ulterius.

Herodiadi glacies caput abscindit: Cur?

6. Notatum, ac vulgare est, quam insano amore Rex Herodes deperierit Herodiadem, quam scelerate tulerat Philippo fratri legitimo uxorem. (*Marc.* 6.) Quondam ejus filia, cum Rex natalem suum splendido convivio celebraret, inter epulas convivis, saltum fecit, qui adeo placuit Regi, ut in remunerationem saltationis dimidium regni illi obtulerit. Verum infausti amoris comœdia ordinarie lugubrem post se trahit tragœdiam. Nolim in medium afferre luctuosam mortem, qua Herodes, a Rege Arota victus, & in fugam pulsus, miserandum in modum contabuit; sed solum admiror infolitum mortis genus, quo filia hac saltatrix periit: narrat Nicephorus, (*l. 1. c. 20.*) quod quodam hyemali tempore trajiciendus illi fuerit fluvius congelatus: pes illam fefellit, cecidit: & ecce, rupta glacie collo tenus immersa, dum contra undas diu luctatur, tandem scelestum caput illi non ferro, sed glacici crustis resectum, in ipsa glacie lethalem saltationem fecit. Mors mira, & misera: sed quæ quam optime commensurata erat illius delicto. Scitis, utique, Auditores, quod impia saltatrix non dimidium regni sibi oblati, sed instigante nefariæ Matre, caput petierit captivi Joannis Baptistæ: adhuc saltabat lascive, & in carcere sanctus Propheta decapitabatur; adhuc fervebant epulæ, & resectum caput in disco afferebatur, tanto funestiore spectaculo, ut ait Sanctus Ambrosius, (*l. 3. de Virg.*) quod crudelitas conjungebatur cum deliciis, funera cum voluptate. Digna igitur erat scelerata pellex, quæ idemmet mortis genus experiretur, indigna erat carnifice, alteo glacies carnificis munus obiret.

7. Vultis plura id genus justitiæ Divinæ spectacula? possem sine dubio afferre plurima. Materiam mihi præberent fratres Josephi, qui in carcerem missi sine; quia fraterculum suum innocentem in cisternam miserant. *Merito hæc patiuntur, quia peccaverunt in fratrem suum.* (*Gen.* 42.) Materiam mihi præberent superbi illi optimates, qui Danieli insidiantes, eique Dei unius cultum impropérantes, in lacum leonum eum dejecerunt: at illo illæso, ipsimet in lacum jussu Darii Regis injecti, & a leonibus devorati sunt. (*Dan.* 6.) Materiam mihi præberent impudici senes, qui pudicitiæ Susannæ insidiantes, lapidationem populi, quam ipsi adornabant, ipsimet Dei vindicta sustinuit. (*Dan.* 13.) Materiam mihi præberet Perillus Atrisfor, qui cum Phalaridi Agrigentinorum tyranno taurum æneum confecerat, quo alios, supposito igne, crudelissime torqueret, primus ipse hanc pœnam sensit, ut fuse enarrat S. Augustinus. (*Epist.* 52. *ad Marcel.*) Sed omissis cæteris, juvat solum in medium proferre; quod in vita S. Elisabethæ Reginæ Portugalliæ legitur.

Falsus accusator loco accusati concremandus.

8. Illi ab aulico quodam, qui alteri gratiam Reginæ invidebat, apud maritum, Dionysium Regem adulterii, fuit accusata: excanduit Rex ira, flatimque absque ulteriori processu judicum accusatum mortis reum condemnavit: mandavit furnariis, ut quem postridie summo mane ad eos esse missurus, absque mora in furnum ardentem conjicerent. Missus est igitur ille aulicus adulterii suspectus. Sed ecce, bonum fatum, dum pergit ire, subito in contiguo sacello campanæ sonitum audit ad Sacrum signum dari. Morari ergo facit, Sacrificio, ut aliás solent, devote interest. Interim Rex, opinatus, eum jamjam in cineres concrematum, accusatorem submittit ad furnarios interrogatum, an mandata explessent? quid evenit? illi cum, quasi primum a Rege missum, absque mora arripiunt, & in fornacem ardentem miserabiliter concremandum conjiciunt. &c. Recte factum:

parcat, ardent falsarius proditor, & offum devoret, quam alteri parcit: sæpe sagittarius sagitta confossus est, quam ipse fecit: sæpe faber in cippo sedit, quem ipse fabricatus est: sæpe *qui lapidem fecit proximo, offendet in eo.* (*Eccl.* 27.) &c. Vos vero, Christianæ animæ! videritis, quam sulte multa omnia, quæ aliis struuntur, in caput auctoris retorqueantur: si conscientiæ latebras scrutari libet, certe vix ullus erit, qui tribulationis suæ causas, ac fontem non inveniat. Vis scire, mi Christiane Paterfamilias, cur a filiis immorigeris mille tribulationibus patiaris? recogita juvenilles annos, an non ipse etiam erga parentes tuos immorigerus, obstinatus, & male moratus fueris? Vis scire, mi Christiane, cur innocentis detractionibus proscindaris? recogita, an non & tu aliis passim nigrum theta inusseris: Vis scire, mi Christiane, cur famuli, famulæque infidi, ac clepses tibi sint? recogita, an non & tu quondam furaces manus habueris. Vis scire, mi Christiane, cur pecus hoc, aut jumentum subita strage tibi fuerit ereptum? recogita, an non hoc ipsum pecus in alienos agros, aut prata pascendum egeris. Vis scire, mi Christiane, cur sensim sine sensu ad inopiam redigaris? recogita, an non ad proximi pauperiem dicto, vel facto graphice contribueris. Vis scire, mi Christiane, cur hoc, vel illud infortunium incopprimat? recogita, an non de alieno simili infortunio tacite gavisus fuerit &c. Hæc & alia ista Dei æquali mensura in nos provocant. *Altissimus enim patiens est reddiator* (*Eccl.* 5.): cum mala nostra, dudum oblivione obliterata creduntur, tunc inopinato parent rependuntur, & *per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.* (*Sap.* 11.)

9. *Epilogus.* Quid autem ex hoc decursu ad nostram doctrinam, & utilitatem erutur? nihil aliud, nisi fallemur illud principium, quod nobis inculcat caritas proximi: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*, quare cum se offert occasio proximo præstandi aliquod obsequium, quælibet secum cogitet; Quid mihi vellem fieri in his circumstantiis? & dein secundum mensuram sui amoris agit cum proximo: nam sicut quis agit cum proximo, ait Christus, *Sic Pater meus cœlestis faciet vobis.* Amen.

Dominica XXII. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

Deploratur defectus caritatis, quo plerumque peccata proximi, & injurias nobis illatas graviores arbitramur, quam peccata nostra & injurias Dei.

Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, nonne ergo oportuit & te misereri conservi tui? Matth. 18.

EXORDIUM.

Duplex pondus, & mensura coram Deo abominabilis.

1. INter alterni cujusmis delicta, quæ Dominus Deus sub interminatione gravissimi supplicii strictis interdixit, (*Deuter.* 25.) est fraudulentia in ulna, in mensura: siquis diverso utebatur pondere, videlicet graviore, quo res alienas, a se emptas, sibi penderet, alio leviore, quo res suas, a se venditas, aliis ponderabat, incurrebat extremum Dei odium, & abominationem. *Pondus, & pondus, mensura, & mensura, utrumque abominabile apud Deum.* (*Prov.* 20.) Porro hæc fraudulenta mensuræ duplicitas non tantum in communi hominum commercio, in contractibus emptionis, & venditionis, ait S. Gregorius (*hom. 4 in Ezech.*) verum & sensu morali vel maxime coram Deo abominabilis est: *Omnis bonus, qui aliter pensat ea, quæ sunt proximi, & aliter ea, quæ sua sunt, pondus, & pondus habet.* Si exemplum hujus delicti desideratis, Auditores, ad servum hodiernum respicite: Nequissimus iste deceptor per fraudes, per furta, per infidum sui muneris administrationem contraxit debitum decem millium talentorum, & tamen venia se dignum arbitratus est, quam etiam in genua procidens a Rege impetravit. Econtra conservum, non plurium, quam centum denariorum debitorem venia, & misericordia indignum reputans, eum jugulabat, ac in carcerem detrudebat. Quid mirum, quod Dominus justissimus ira excandescens, ei severe exprobraverit. *Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me? nonne ergo oportuit & te misereri conservi tui?* & eadem auctoritate ulus, quam ille erga conservum exercuit, eum tortoribus ad supplicia tradiderit.

Duplex pondus habet, qui aliter judicat proximum, quam seipsum.

2. *Propositio.* Christianæ animæ! metuo, ne perfrequenter ob idem ipsum delicti genus flagella Dei in nos leviant: quid enim frequentius, quam hæc mensuræ duplicitas? Dei injurias levissime, nostras gravissime ponderamus: nostra delicta, quantumcumque enormia, excusamus, & venia digna judicamus; delicta proximi aggravamus, auctore plectimus, ac ulciscimur. Patimini ergo, ut vos caritatis admoneam, aut potius justitiæ: *Non habebit iniquitatem tuo divisa pondera, majus, & minus, nec erit in domo tua modius major, & minor.* (*Deut.* 25.) ne & nos Iram Dei experiamur, quam servus iste æquum expertus est. Fayete.

Injuria Deo illata est gravissima.

3. *Confirmatio.* Variæ sunt circumstantiæ, ex quibus injuria, alteri illata, aggravatur, uti *locus*, verbi gratia, si fiat in loco publico, inspectante populo: *modus*, si cum enormitate, aut sævitie fiat: *persona lædens*, si sit vilis, trivialis, & respective contemptibilis: *ingratitudo*, si fiat contra benefactorem: præcipue autem proportionatur injuria personæ lesæ, ita, ut quanto ista est dignior, tanto etiam illa sit gravior. Siquis contumelia afficit calonem, lixam,

Ammanus in patibulo perit, quod Mardochæo erexit.

7. Potentissimus Rex Assuerus habebat Aulicum, in paucis sibi dilectum, Ammanum nomine, quem divitiis, honoribus, & popularium reverentia ita auxit, ut secundum a rege gradum obtinens, jam daret, imperaret, & sub regali annulo magistra ferret: verbo: Ammanus erat alter Assuerus. Sed ecce, cupiunt toti Judæorum genti excidium parabat, a Regina Esther apud regem accusatus, & pro capitali totius regni hoste postulatus est. Rex in furias actus, sine mora miserum in intimi patibulo suspendi jubet. Nolim hic cum S. Bernardo (*Epist.* 307.) mirari instabilem mundi amicitiam: nolim exclamare: *O fœnestum mundum, quod fecit tuos sic celer ebore amicos, ut Deifacto subruerat!* Sed unice sorti tuæ compatior, infelix Aulice! qua fortunæ invidia, aut quo delicto meruisti post tot obsequia, regi prælibata, mortem tam acerbam, tam præcocem, tam infamem, tam deproperatam? Ne miraminī, Auditores, latent iterum justa Dei judicia. Erat in aula inter alios Judæus nomine Mardocheus, a quo superbissimus Amman, minus quam deceret, honoruī se ratus, ira vehementer excanduit: quamquam immensas divitias possideret, nihil tamen habere le arbitrabatur, quamdiu Mardochæum in viscernebat. Quare, fundentibus amicis, & Zares uxore, patibulum quinquaginta cubitis altum parari jussit, in quo altero die innocentem Mardochæum jugulare cogitabat. Advertitis, Auditores, qua de causa insultuosus hic aulicus in furca medius exspulit? Nempe hæc justitiæ Divinæ ordinatio est, ut quod quis alteri parat infortunium, in caput illius recidat, ait Corn. a Lap. (*in Esther c. 7.*): *Malum, quod quis alteri struit iniquo, in structorem revolvitur, ac justo Dei judicio in eo, qui eum struxit.* Pereat Ammanus, suspendatur, stranguletur; quia perire, suspendi, strangulari voluit innocentem: itaque verificetur illud Ecclesiastici: *Qui fecerunt alteri perit, peribit in illo.* (*Eccl.* 27.) Pergo ulterius.

Herodiadi glacies caput abscindit: Cur?

6. Notatum, ac vulgare est, quam insano amore Rex Herodes deperierit Herodiadem, quam scelerate tulerat Philippo fratri legitimo uxorem. (*Marc.* 6.) Quondam ejus filia, cum Rex natalem suum splendido convivio celebraret, inter epulas convivis, saltum fecit, qui adeo placuit Regi, ut in remunerationem saltationis dimidium regni illi obtulerit. Verum infausti amoris comœdia ordinarie lugubrem post se trahit tragœdiam. Nolim in medium afferre luctuosam mortem, qua Herodes, a Rege Arota victus, & in fugam pulsus, miserandum in modum contabuit; sed solum admiror infolitum mortis genus, quo filia hac saltatrix periit: narrat Nicephorus, (*l. 1. c. 20.*) quod quodam hyemali tempore trajiciendus illi fuerit fluvius congelatus: pes illam fefellit, cecidit: & ecce, rupta glacie collo tenus immersa, dum contra undas diu luctatur, tandem scelestum caput illi non ferro, sed glacici crustis resectum, in ipsa glacie lethalem saltationem fecit. Mors mira, & misera: sed quæ quam optime commensurata erat illius delicto. Scitis, utique, Auditores, quod impia saltatrix non dimidium regni sibi oblati, sed instigante nefariæ Matre, caput petierit captivi Joannis Baptistæ: adhuc saltabat lascive, & in carcere sanctus Propheta decapitabatur; adhuc fervebant epulæ, & resectum caput in disco afferebatur, tanto funestiore spectaculo, ut ait Sanctus Ambrosius, (*l. 3. de Virg.*) quod crudelitas conjungebatur cum deliciis, funera cum voluptate. Digna igitur erat scelerata pellex, quæ idemmet mortis genus experiretur, indigna erat carnifice, alteo glacies carnificis munus obiret.

7. Vultis plura id genus justitiæ Divinæ spectacula? possem sine dubio afferre plurima. Materiam mihi præberent fratres Josephi, qui in carcerem missi sine; quia fraterculum suum innocentem in cisternam miserant. *Merito hæc patiuntur, quia peccaverunt in fratrem suum.* (*Gen.* 42.) Materiam mihi præberent superbi illi optimates, qui Danieli insidiantes, eique Dei unius cultum impropérantes, in lacum leonum eum dejecerunt: at illo illæso, ipsimet in lacum jussu Darii Regis injecti, & a leonibus devorati sunt. (*Dan.* 6.) Materiam mihi præberent impudici senes, qui pudicitiæ Susannæ insidiantes, lapidationem populi, quam ipsi adornabant, ipsimet Dei vindicta sustinuit. (*Dan.* 13.) Materiam mihi præberet Perillus Atrisfor, qui cum Phalaridi Agrigentinorum tyranno taurum æneum confecerat, quo alios, supposito igne, crudelissime torqueret, primus ipse hanc pœnam sensit, ut fuse enarrat S. Augustinus. (*Epist.* 52. *ad Marcel.*) Sed omissis cæteris, juvat solum in medium proferre; quod in vita S. Elisabethæ Reginæ Portugalliæ legitur.

Falsus accusator loco accusati concremandus.

8. Illi ab aulico quodam, qui alteri gratiam Reginæ invidebat, apud maritum, Dionysium Regem adulterii, fuit accusata: excanduit Rex ira, flatimque absque ulteriori processu judicum accusatum mortis reum condemnavit: mandavit furnariis, ut quem postridie summo mane ad eos esse missurus, absque mora in furnum ardentem conjicerent. Missus est igitur ille aulicus adulterii suspectus. Sed ecce, bonum fatum, dum pergit ire, subito in contiguo sacello campanæ sonitum audit ad Sacrum signum dari. Morari ergo facit, Sacrificio, ut aliás solent, devote interest. Interim Rex, opinatus, eum jamjam in cineres concrematum, accusatorem submittit ad furnarios interrogatum, an mandata explessent? quid evenit? illi cum, quasi primum a Rege missum, absque mora arripiunt, & in fornacem ardentem miserabiliter concremandum conjiciunt. &c. Recte factum:

parcat, ardent falsarius proditor, & offum devoret, quam alteri parcit: sæpe sagittarius sagitta confossus est, quam ipse fecit: sæpe faber in cippo sedit, quem ipse fabricatus est: sæpe *qui lapidem fecit proximo, offendet in eo.* (*Eccl.* 27.) &c. Vos vero, Christianæ animæ! videritis, quam sulte multa omnia, quæ aliis struuntur, in caput auctoris retorqueantur: si conscientiæ latebras scrutari libet, certe vix ullus erit, qui tribulationis suæ causas, ac fontem non inveniat. Vis scire, mi Christiane Paterfamilias, cur a filiis immorigeris mille tribulationibus patiaris? recogita juvenilles annos, an non ipse etiam erga parentes tuos immorigerus, obstinatus, & male moratus fueris? Vis scire, mi Christiane, cur innocentis detractionibus proscindaris? recogita, an non & tu aliis passim nigrum theta inusseris: Vis scire, mi Christiane, cur famuli, famulæque infidi, ac clepses tibi sint? recogita, an non & tu quondam furaces manus habueris. Vis scire, mi Christiane, cur pecus hoc, aut jumentum subita strage tibi fuerit ereptum? recogita, an non hoc ipsum pecus in alienos agros, aut prata pascendum egeris. Vis scire, mi Christiane, cur sensim sine sensu ad inopiam redigaris? recogita, an non ad proximi pauperiem dicto, vel facto graphice contribueris. Vis scire, mi Christiane, cur hoc, vel illud infortunium incopprimat? recogita, an non de alieno simili infortunio tacite gavisus fuerit &c. Hæc & alia ista Dei æquali mensura in nos provocant. *Altissimus enim patiens est reddiator* (*Eccl.* 5.): cum mala nostra, dudum oblivione obliterata creduntur, tunc inopinato parent rependuntur, & *per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.* (*Sap.* 11.)

9. *Epilogus.* Quid autem ex hoc decursu ad nostram doctrinam, & utilitatem erutur? nihil aliud, nisi fallemur illud principium, quod nobis inculcat caritas proximi: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*, quare cum se offert occasio proximo præstandi aliquod obsequium, quælibet secum cogitet; Quid mihi vellem fieri in his circumstantiis? & dein secundum mensuram sui amoris agit cum proximo: nam sicut quis agit cum proximo, ait Christus, *Sic Pater meus cœlestis faciet vobis.* Amen.

Dominica XXII. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

Deploratur defectus caritatis, quo plerumque peccata proximi, & injurias nobis illatas graviores arbitramur, quam peccata nostra & injurias Dei.

Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, nonne ergo oportuit & te misereri conservi tui? Matth. 18.

EXORDIUM.

Duplex pondus, & mensura coram Deo abominabilis.

1. INter alterni cujusmis delicta, quæ Dominus Deus sub interminatione gravissimi supplicii strictis interdixit, (*Deuter.* 25.) est fraudulentia in ulna, in mensura: siquis diverso utebatur pondere, videlicet graviore, quo res alienas, a se emptas, sibi penderet, alio leviore, quo res suas, a se venditas, aliis ponderabat, incurrebat extremum Dei odium, & abominationem. *Pondus, & pondus, mensura, & mensura, utrumque abominabile apud Deum.* (*Prov.* 20.) Porro hæc fraudulenta mensuræ duplicitas non tantum in communi hominum commercio, in contractibus emptionis, & venditionis, ait S. Gregorius (*hom. 4 in Ezech.*) verum & sensu morali vel maxime coram Deo abominabilis est: *Omnis bonus, qui aliter pensat ea, quæ sunt proximi, & aliter ea, quæ sua sunt, pondus, & pondus habet.* Si exemplum hujus delicti desideratis, Auditores, ad servum hodiernum respicite: Nequissimus iste deceptor per fraudes, per furta, per infidum sui muneris administrationem contraxit debitum decem millium talentorum, & tamen venia se dignum arbitratus est, quam etiam in genua procidens a Rege impetravit. Econtra conservum, non plurium, quam centum denariorum debitorem venia, & misericordia indignum reputans, eum jugulabat, ac in carcerem detrudebat. Quid mirum, quod Dominus justissimus ira excandescens, ei severe exprobraverit. *Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me? nonne ergo oportuit & te misereri conservi tui?* & eadem auctoritate ulus, quam ille erga conservum exercuit, eum tortoribus ad supplicia tradiderit.

Duplex pondus habet, qui aliter judicat proximum, quam seipsum.

2. *Propositio.* Christianæ animæ! metuo, ne perfrequenter ob idem ipsum delicti genus flagella Dei in nos leviant: quid enim frequentius, quam hæc mensuræ duplicitas? Dei injurias levissime, nostras gravissime ponderamus: nostra delicta, quantumcumque enormia, excusamus, & venia digna judicamus; delicta proximi aggravamus, auctore plectimus, ac ulciscimur. Patimini ergo, ut vos caritatis admoneam, aut potius justitiæ: *Non habebit iniquitatem tuo divisa pondera, majus, & minus, nec erit in domo tua modius major, & minor.* (*Deut.* 25.) ne & nos Iram Dei experiamur, quam servus iste æquum expertus est. Fayete.

Injuria Deo illata est gravissima.

3. *Confirmatio.* Variæ sunt circumstantiæ, ex quibus injuria, alteri illata, aggravatur, uti *locus*, verbi gratia, si fiat in loco publico, inspectante populo: *modus*, si cum enormitate, aut sævitie fiat: *persona lædens*, si sit vilis, trivialis, & respective contemptibilis: *ingratitudo*, si fiat contra benefactorem: præcipue autem proportionatur injuria personæ lesæ, ita, ut quanto ista est dignior, tanto etiam illa sit gravior. Siquis contumelia afficit calonem, lixam,

tam rabulam, aut infimæ sortis hominculum, parum vitii contrahit; si civem honoratum, jam minus tolerabile est delictum; si nobilem iterum crescit culpa; si aulæ optimatem, & Principem, injuriæ enormitas ferro, & flammis vindicatur. Cum igitur injuria ventus secundum dignitatem personæ latæ proportionaliter crescat, sequitur peccatum, quod est injuria Dei, tanto esse gravius, quo major est Dei Majestas, & dignitas. Quanta autem est Dei Majestas, ac dignitas? si Theologis hanc quæstionem proponam, respondebunt cum Propheta (*Ps.* 144.): *Magnificentiæ ejus non est finis.* Deus est infinitæ Majestatis Dominus, infinita est illius Sapientia, infinita Providentia, infinita Misericordia, infinita Justitia, infinita Potentia. Consequenter sicut Dei dignitas dignitatem omnium creaturarum infinities superat, ita injuria, Deo illata, omnia alia creaturarum mala infinitis quantitatibus transcendit. Finge in una statera lance collocari peccatum unicum, in altera poni omnium Sanctorum merita, Apostolorum labores, Martyrum tormenta, pœnitentium austeritates, immo immensas sanctissimæ Deiparentis virtutes, & scias velim per hanc quasi immensum meritorum cumulum necdum ex æquo compensari offensam unicam, quæ Divinæ Majestati irrogatur. Ita expresse docet Theologorum Primipilus S. Thomas, (3. *p. q.* 1. *a.* 1.) inquiens: *Peccatum habet quam infinitatem ex infinitate Majestatis Divinæ; tanto enim offensa est gravior, quanto est major ille, in quem delinquitur.* Hæc est mensura, hoc est illud pondus, quo trutinari debet Dei offensio, nimirum infinitudo.

Etenim injuria homini illata levis.

4. Econtra jam ponderemus, quantum pensandæ sint injuriæ nostræ: Quid est homo? percipite responsionem Isaiæ Prophetæ *c.* 40. *Ecce gentes quasi stilla situlæ.* Quid est homo? percipite responsionem Gentilium Philosophorum; (*Aristot. Plautus, Seneca, apud Corn. a L. in Gen.* 3. *v.* 19.) Homo est fortunæ ludus, inconstantiæ imago, corruptionis spectatum, temporis spolium, mancipium mortis, viator transiens, viva mors, sensitivum cadaver, sepulcrum circumvertibile &c. Quid est homo? percipite responsionem SS. Patrum, & oraculorum: (*S. Bernard. Isaiæ sapiens Patriarcha Abraham apud Corn. ibid.*) Homo est spurcum foetidum, sacculus stercorum, esca vermium, gutta roris antelucani, nuncius percurrens, nihilum, & inane, fumus evanescens, spuma gracilis, pulvis, & cinis. Jam si homo in se, & absolute considerabitur, res est adeo contemptibilis, quid erit ut comparatus ad Deum? certe si Deus lux est infinita, homo vix erit una atomus: Si Deus est immensum perfectionis mare, homo vix erit una guttula: Si Deus est infinitæ felicitatis abyssus, homo vix erit una terræ arenula. &c. Notate, Auditores, hunc discursum, notate, quis sit Deus, quis sit homo, & ex hac infinita utriusque distantia discite differentiam inter injuriam Dei, & injuriam hominis, quæ nam ergo est differentia? considerate iterum geminam hodierni Evangelii servum: primus debebat Domino decem millia talentorum, quæ summa, ad nostram monetam computata, facit illius sexaginta florenorum milliones, alter debebat suo conservo centum denarios, quod debitum non assurgit ultra quinque florenos, & percipite modo verba S. Antonii Paduani (*Dom. 22. Tritu.*) *Quanta differentia est inter decem millia talentorum, & inter centum denarios, tanta differentia, & longe major est inter peccatum, quo offendimus Deum, & peccatum, quo offendit nos proximus.* &c.

5. Et tamen, eheu! & tamen, *Mendacem filii hominum in statera,* (*Ps.* 61.) injurias, Deo illatas, leviter nostras graviter taxamus: cum Deum enormibus delictis offendimus, confestim illum reconciliatum volumus; cum a proximo offendimur, irreconciliabiles fumus. Venit aliquis ad confessionale cum perjuriis, cum blasphemiis, cum gravissimis sceleribus, si Confessarius paullo ulteriore exhortatione utatur, licet millenas obtendere excusationes: dicit: Mi Patre, mea natura ad bilem, & iracundiam nimis propendet, irritationes adversariorum erant nimis malignæ, occasio, dæmon, tentatio me decepit, & quæ sunt similia. Verum ponamus contingere, ut hic ipse egregius Cicero pro domo sua a proximo vel leviter tangatur: ecce confestim in implacabiles iras exardescens, nullam excusationem admittit, vindictam ferro, & flamma spirat, ad duella, & cruentas cædes provocat. Est aliquis, qui in templis subsipsis Dei officiis crudelissima inurbanitate, garriendo, jocando, ridendo, circumspiciendo Deum gravissime inhonorat, & ista omnia rem levem arbitratur: verum si a proximo, vel leviter despectui habeatur, si de competenti titulo vel syllaba omittatur, si jus præcedentiæ in diferomen vocetur, ardet, furit, sævit, & proximo, velut Amminus Mardochæo, patibulum machinatur. Est alius, qui praces adquirendi, fallacias in commerciis, & artes decipiendi apprime didicit, ac crumenam injuste saginat, putat se suo judicio inculpabilem; verum si contingat famulum, aut famulam in rebus, quæ ad elculenta, & poculenta pertinent, in furto unius poni, aut pyri deprehendi, statim ad furcas, ad trirremes damnantur, aut immisericorditer e domo ejiciuntur. Nonne verissima sunt ista, mi Christiane? nonne verum est, si crimen occultum de te in lucem venire incipiat, velles omnino omnes tacere, omnes tecum commiserationem habere? verum cum de alieno delicto tibi quidquam innotescit, potes compita omnia, domos omnes detractionibus, & eloquenti exaggeratione complere. Quæso, quid hoc est aliud, quam injurias Dei pro centum denariorum, injurias autem proprias pro decem millium talentorum debito æstimare?

6. Rex Saul, prout narrat Regum historia, cum adhuc inexactus esset in Galgala, erat Altare,

tare, in gratitudinem victoriæ, a Jonatha reportata, Sacra facturus. Porro lege Divina vetitum erat Saul in absentia Sacerdotis offerre holocaustu; sed quoniam Samuel paullo diutius, quam Rex exspectaverat, abfuit, ulterioris moræ impatiens *obtulit holocaustum.* (1. *Reg.* 13.) Iratus Samuel exprobravit Regi commissum nefas, & ecce confestim obtendit excusationem: Non potui diutius moras trahere, *necessitate compulsus, obtuli holocaustum.* Verum perlegamus sequens statim capitulum: (1. *Reg.* 14.) ibi legitur, quod idem Rex Saul legem tulerit, nequis ex populo quidquam cibi gustaret, antequam de hostibus vindictam sumpsisset: accidit autem, quod filius ejus Jonathas, dum saltus oberrat, modicum quid mellis sylvestris, imincta virga extremitate, gustaret, & ecce Rex irreconciliabiliter mortis sententiam supra filium tulit: ægerrime factum est, ut populus Regium Principem a morte liberarit. Bone Deus! quam dolosa, ac iniqua est hominum statera! delictum suum, quo legem Dei prævaricatus erat, necessitate excusat, econtra a filio, legem suam transgresso, nullam excusationem admittit. O quam perfrequentes sunt hodiedum ejusmodi Saules, qui longe acerbius invehuntur in de inquentes contra præcepta sua, quam in transgressores præceptorum Dei! Est aliquis Pater familias, qui præceptum diebus festis Sacri auditionem, aut absque sufficienti causa omittit, aut negligentissime peragit, nec tamen maltum conscientiæ sibi ducit: cum famulus, aut ancilla de præcepto domi labore quidquam prætermittit, aut alcitantius peragit, statim ad fulmina, & cædes conclamatur. Novi aliquem, qui hebdomadatim non una, sed pluribus vicibus in gurgustiis, & computationibus hærere solitus, dotem uxoris, & liberorum absiguriebat, cum autem aliqua vice uxor vitrum aliquod imprudenter confregisset, inclementer eam alapis contulit. Novi alium, qui pejerator, & blasphemator erat scandalosissimus; cum autem aliquando a famulo unico acerbiore verbo fuit tactus, sine mora cum incxorabiliter ex ædibus expulit. &c. Quid Deus ad ista? nonne jure merito his, & similibus exprobrare potest illud, quod servo nequam exprobravit: *Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, nonne ergo oportuit & te misereri conservi tui?* &c.

7. *Epilogus.* Quid igitur facto opus est, Dilectissimi? respondeo: patientia habenda est cum proximo, sicut & nobiscum patientiam haberi exoptamus: desideratis praxin, & industriam, quomodo hoc præceptum executioni mandandum sit? audite: in proximo debetis non alienam, sed vestrammet naturam intueri, ac considerare: nam longe tenerius erga proximum afficimur, si nos ipsos in illo consideremus. Scitis, cur impiissimi Judæi faciem Christi Domini velaverint? respondeo, quia faciem illam pugnis, & alapis inhonorare decreverant. An ergo cædere non potuissent faciem Christi non velatam? neutiquam; absque velamento enim non potuissent esse adeo inumanes & tyrannici; quia suam in Christo naturam intuiti fuissent: ut hanc non conspicerent, velarunt ejus faciem, & tunc omnibus belluis immanius sæviebant. Tu ergo, mi Christiane, in proximo tuo semper teipsum intuere, ac cogita: proximus habet eandem carnem, quam ego, eamdem sensibilitatem, quam ego; igitur necesse est, ut cum illo patientiam habeam, sicut Deum mecum habere patientiam exopto. Amen.

Dominica XXI. post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Ostenditur, qua ratione tempus, per peccata male perditum, per pia opera compensari possit.

Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Matth. 18.

EXORDIUM.

Sicut servus iste imper est solvendo debito, ita homo imper est satisfaciendo pro peccato.

1. Nescio, an infidelitatem hujus famuli in administrando suo officio, aut impudentiam in faciendo promisso magis debeam admirari; postquam enim debitum ad decem millia talentorum contraxit, audet impudens impostor veniam sperare, & Domino suo tam enormis debiti compensationem appromittere. Talentum unicum, teste Cornelio a Lapide, (*in Matth.* 18.) apud Hebræos continebat duodecim millia aurorum, seu coronatorum Francicorum: consequenter decem millia talentorum faciunt centum viginti milliones aureorum. Quis par sit expungendo tanto debito? certe nec potentissimus Regum: & tamen homo trivialis, & famulitio aliquis spem faciat tam capitalem summam, regalibus etiam erariis majorem, ex æquo restituendi? fraus est: deceptio est: &c. Crescit admirationis materies, si remoto cortice, parabolæ nucleum consideremus; per debitum enim intelligitur peccatum, per debitorem peccator. Jam sciendum est, quod sicut Deus est summum Bonum, ita peccatum, quod repugnat Divinæ Bonitati, est summum malum: quare? sicut Deus est Bonum infinitum, ita quoque peccatum immensum quoddam est malum: ratio est; quia magnitudo offensionis crescit ex magnitudine personæ offensæ; quo enim persona offensa est dignior, eo injuria est gravior: si ergo persona est infinitæ dignitatis, peccatum quoque malitiam habebit quodammodo infinitam. Ita expresse docet Angelicus Thomas (*p.* 3. *q.* 1. *a.* 2.): *Peccatum habet quamdam infinitatem ex infinitate Divinæ Majestatis: tanto enim offensa est gravior, quanto major est ille, in quem delinquitur.* Hinc fit, quod nulla pura creatu-

ra

ea pro peccato lethali possit ex æquo satisfacere, immo nec omnia Sanctorum opera vel unicum peccatum valeant compensare; adeoque necesse fuerit Dei Filium ad expungendum Adami peccatum incarnari, & pati. Hæc cum ita sint, qua fronte ausit hodiernus famulus polliceri (*Matth.* 18.): *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi?* &c.

Nihilominus satisfieri quodammodo potest pro peccato.

2. *Propositio.* Dilectissimi Auditores! quamvis peccatum infinitâm quodammodo malitiam complectitur, & vires humanæ satisfactionis longe transcendat; nihilominus elocebo hodie, qua ratione peccator Divinæ Majestati offensas, & tempus, per peccata perditum, compensare possit, ac debeat. Benignus est Deus, qui cum compensationem ex rigore justitiæ æqualem homini impossibilem cernit, acceptat longe inferiorem; prout in hoc ipso servo exemplum habemus, cui ad modicas preces debitum omne dimisit. Favete.

Et tempus perditum compensari.

3. *Divisio.* Pœnitentes animæ, quæ de tyrannide peccati ad gratiam, & libertatem filiorum Dei transierunt, quamvis immensa animi lætitia, & conscientiæ tranquillitate perfruantur; nihilominus anxiis etiam cogitationibus multoties turbantur: Ehen! quomodo annos, menses, ac dies, in statu peccati pessime perditos, compensare potero? si servus ille prodigus e carcere non fuit dimissus, donec ultimum solvisset quadrantem, quid de me fit ob tot, tantasque negligentias? &c. Advertendum igitur est, compensationem unam esse *formalem*, alteram *virtualem*. Formalis est, cum pro decem aureis, quos debeo, reddo in natura decem aureos. Virtualis, cum pro decem aureis reddo unionem. Videamus jam, qua ratione per utramque hanc methodum, temporis male per peccata perditi, fieri possit compensatio.

§. I. *Et quidem tam formaliter.*

3. *Confirmatio.* Primo, quod concernit reddítionem formalem, bene perpendenda est illa Apostoli Pauli facta commonitio ad Ephesios: *Videte fratres, quomodo caute ambuletis .. redimentes tempus; quoniam dies mali sunt.* (*Ephes.* 5.) Ubi præ primis phrasis illa *Redimentes tempus*, tamquam exotica admiranda venit. Quomodo enim? an præterlapsi dies, ac horæ revocari poterunt? nulla ratione: si vestis scissa est, reparari potest; si domus intercensa est, reædificari potest; si exercitus casus est, novis copiis restaurari potest; si civitas perdita est, recuperari potest; si lis abjudicata est, per appellationem evinci potest; at tempus perditum revocari non potest. Quo casu ergo monet Apostolus Ephesios, ut tempus redimerent? Angelicus Doctorem explicat, (*in Epist. ad Ephes. c. 5.*) dicens: *Continuigit quandoque, quod aliquis per magnum tempus vitæ vivit in peccato. & hoc est tempus perditum. Sed quomodo redimet? Respondet, quod tanto magis debet vacare operibus bonis, quanto prius injustitiæ multis.* Dies illi, qui in flagitiis consumpti sunt, in virtutis studium impendantur, & duplicatis operibus bonis, omissæ virtutum actiones restaurentur. Exempli caussa: si antea, ni peccator! Sacrum præceptis diebus audire, aut jejunium, & alia pietatis opera servare neglexeris, nunc enduplicato jejunio, Sacro, aliisque sanctis occupationibus jactûram illam compensare conaris. Si divitias pauperi denegasti, & in usus profanos perdidisti, nunc duplicato numero, cum delitiis subtracto, inopium egentium tabulevare contende. Si horas potando, otiando, lasciviendo turpiter omisisti, nunc duplo plures pœnitendo, & flendo impendere latage.

4. Paullo aliter allegata Apostoli verba explicat Augustinus. (*ser. 24. de Verb. Apost.*); & singulariter enucleans illam vocalem *Redimere*, interrogat, quid est emere, aut redimere? *Emere est, cum aliquid amittis, & aliud accipis.* Emis panem? amittis nummos, & recipis panem. Emis vestem? amittis pecuniam, & recipis pannum, & sic de cæteris loquendo. Ex quo conficitur Argumentum, ut tempus redimas, aliquid tibi perdendum est: perdendum est temporale, ut adquiras æternale; perdendum est terrestre, ut adquiras cæleste. Proh! quantum temporis insumitur litis prorahendæ, villæ excolendæ, mercaturæ exercendæ? quantum temporis perditur in convivîis, somno, fabulis, & nugis nugarum? subtrahe jam illis portionem aliquam, perde aliquid, ut Deo vaces, ut Verbo Dei vaces, ut examinandæ conscientiæ vaces. Hoc est tempus redimere: unde alio in loco ita differit Augustinus (*hom. 1. ex 50.*): *Quid est redimere tempus, nisi cum aliquo est, etiam cum detrimento corporalium ad æterna quærendo, temporis spatia compensare?* Si forte matura invitat ad somnum, subtrahe illi aliquid, & da orationi, & tempus redemisti. Invitat aura serenior ad ambulandum? subtrahe ambulationi aliquid, & da concioni, & tempus redemisti. Dedit tibi fortuna amplos census? subtrahe aliquid nummis, & distribue inter pauperes, & tempus redemisti. &c.

5. Sic fecit ille homo militaris, qui Antverpiæ in Nosocomio decumbens, a conscientiæ arbitro monitus, ut in dies corollam Mariannam persolveret, fatus est, se nunquam per omnem vitam illud pensum persolvisse, nec modum fecisse, quo esset rectandum. (*P. Henricus Engelgr. Celsum Emp. Emb. 2. §. 2.*) Tantum ad cultum Deiparæ inflammatus, sciscitatus est, si per biennium lenta illa tabe decumberet, quot in dies rosaria sibi persolvenda essent, quæ numero æquarent omnes vitæ dies, quibus, pio illo exercitio neglecto, vixerat. Respondit ille, cum jam

jam sexagenarius esset & annus 365. dies, sexaginta vero anni dies 21900. complecterentur, trigînta rosaria in dies singulos biennio toto recitanda. Amplexus est ille consilium, biennio integro quotidie trigînta decurrit rosaria, quo expiato, e viris exscidit, ficque dies male, in bonos, sanctosque convertit, tempusque perditum pio fructu reluit. Idipsum fuit pietatis prodius exemplo præstitit mulier Japonensis, quæ ad fidem Christianam sub annum 1622. conversa, quotidie Jesu, & Mariæ nomina toties ingemîn dat, quoties antea nomen Idoli sui invocare consueverat: (*P. Suffren Lit. S. J. an. 1622.*) & quod mirabilius est, ad hoc bene mane ab Angelo tutelari, ut antea a malo dæmone excitari solita est. Audiant ista, qui tempus hostibus fuis, mundo, carni, dæmoni vendiderant, & præterita damna refarcire studentes, tantum utilio de spiritualis lucri adquirere satagant, quantum alias tribus, aut pluribus diebus perdiderunt; hoc enim, teste Gregorio M. (*hom. 14. in Evang.*) est tempus redimere: *Qui se erraste a Deo considerans, damna præterita lucris sequentibus compensant.* &c.

§. II. *Quam virtualiter.*

6. Alter modus compensandi prætrita delicta est Virtualis, hique per actus generosos, & heroicos, qui pretio, ac æstimatione innumeros alios coram Domino Deo adæquant. Exempli caussa fieri potest, ut quis a plurium annorum decursu inimicitiis intricatus, jam gens rosa sui ipsius victoria, superataque ingenti ærumnitate, inimicum in gratiam recipiat, fieri potest, ut quis, a multorum annorum tempore in pauperes immisericors, jam facultates omnes in egenos profundat: fieri potest, ut quis a puero multorum scelerum assuetudini deditus, jam actu contritionis intensissimo prioris vitæ noxas detestatur; atque per hos actus perfectissimos uno quasi momento plura merita colligere potest, quam per plurium lustrorum spatia per actus successivos collegisset. Cum in Ægypto mortuus est Patriarcha Jacob, dicit Scriptura, quod Ægyptus eum defleverit septuaginta diebus, Joleph autem, & filii ejus septem dies. Res mira, prout annotat Augustinus, quod filii Jacob solum septem dies, Ægyptii vero septuaginta plorando exegerint. An forte major fuit caritas Ægyptiorum erga advenam, quam liberorum erga parentem? absit: indicare vult Scriptura luctum non æstimari a longitudine temporis, sed a vehementia, & intensione doloris, atque ideo de luctu Ægyptiorum tantum simpliciter dicit; *Plevit eum Ægyptus septuaginta diebus.* De luctu autem filiorum cum aureis loquitur: *Planctu magno, & vehementi lamentavit septem dies.* (*Gen.* 50.) Atque hunc in modum fieri potest, ut qui ad operandum summa contentione utitur, plus efficiat septidno, quam alius ignavus, & languidus septennio.

7. Evangelicus Pater-familias, per singulas diei horas in vicos, & plateas exiens, conduxit in vineam operarios. (*Matth.* 20.) Venerunt ergo aliqui summo mane ad laborem, alii hora sexta, alii nona, alii undecima: vesperi, cum operariis merces diurna numeraretur, datus est denarius tam ultimo illi, qui una tantum hora laboraverat, quam aliis, qui tulerant pondus, & æstum diei. Cur ita? an non hæc æqualis solutio injustitiam spirat, aut partialitatem? nullo modo: hic ultimus enim per laboris intentionem tantumdem operæ præstitit, quam alii per extentionem temporis. &c. Eandem in mores res accidere potest coram Deo, novissimi possunt fieri primi. Paulus Apostolus fuit novissimus Apostolorum, & tamen plus omnibus laboravit; hinc ait S. Hieronym. (*Ep. 13. ad Paulin.*) *Noli fidem perfice temporibus, nec me lædere meritorum putes, quod prior in curriculo Christi coperim militare: Paulus Apostolus. de persecutore mutatus, novissimus in ordine, primus in meritis est; quia, extremus licet, plus omnibus laboravit: fulsitus calor longum vincit teporem.* Actus unicus valde meritorius supplere potest mille defectus. Vultis pro coronide hujus rei exemplum?

8. Imperante Theodosio Magno, vixit Theodorus Stylita. (*Matth. Roderut p. 2. Virid. SS. c. 4. §. 3.*) Vir patricii Ordinis, qui cum videret a Magistratu omnia per rapinas agi, præfectura se abdicavit: tandem uxore mortua, fortunas omnes in pauperes elargitur, Edessam venit, ubi in columna triginta annos vitam religiosam, & solitariam egit. Olim scire cupiebat, eccui tandem ex gratis Deo servis par esset, & audivit, se Cornelio Mimo, qui Damasci degeret, parem in regno Dei futurum. Resonsum hoc in gravem animi perturbationem cum conjecit; venit ergo Damascum, Cornelioque reperto ad pedes ejus cecidit, rogitans, ut sibi genus vitæ suæ, rationemque explicaret. Sed hic, infelicem se esse peccatorem, dictitabat, nihilque præclari in vita gessisse. Urgente altero, & pluribus instante edixit. Ego, Pater, a prima juventute artem mimicam exercui: tandem Divini Judicii memor ab omni flagitio abstinui, & facultates meas pauperum inopiæ sublevandæ addixi. Nuper nobilis Matrona Viro a parentibus in matrimonium locata erat, qui per luxum, & intemperantiam, & tium, & uxoris patrimonium decoxerat, contracto inluper ingenti ære alieno. Hic a creditoribus in vinculatractus, conjugem immenso affixit dolore; cum enim infelicem maritum carceris ærumnis prope enecari sciret, animum fere dejecit, diuque fluctuabunda, ac anxia de judicia labe perfelitari cœpit. In hanc ego cum incidissem, statumque vitæ didicissem, vehementer animo commotus indolui, rogavique, quantum aris alieni contraxisset. Illa reponente, quadringentos aureos se debere, opes meas ad calculum vocavi, quæ cum ad sortem non sufficerent, supellectilem omnem, vestisque ipsas venum exposui, summamque collectam fœminæ tradidi cum hoc dicto: Accipe hæc, mulier, & Virum

Virum e custodia libera, clementiam Numinis pro me exora, ut mei in extremo judicii die misereatur. His auditis Theodorus, gratiis Deo actis, rursus columnam ascendit, brevique post satis feliciter concessit. &c.

3. *Epilogus.* Ea, mi Christiane, quid apud Deum valeat unus actus heroicus, & generosa sui ipsius Victoria, qua Mamas ille non tantum anteactæ vitæ delicta expunxit, sed & anachoretæ, qui a singulari sanctitate erat commendatus, æquiparari meruit. Tu igitur, si terio cupis contracta apud Deum nomina, noxarumque reliquias expungere, hunc ejusmodi compensationis modum elige, reliquos vitæ dies sanctis operibus consecra, cum occasionem, initiatamque senseris, magni aliquid pro Deo faciendi, instinctum illum, occasionemque generose amplectere, sicque prociduus cum hodierno servo, die Domino Deo, quem mille deliciis offendisti: *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Amen.

Dominica XXII. post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

Ostenditur, quantum æstimanda sit humana anima ex eo solum capite, quod imago Dei sit.

Cujus est hæc imago? Matth. 22.

EXORDIUM.

Anima per peccatum deformatur. Anima summe æstimanda est, quia Dei imago est.

1. RIdiculum est, quod Parisiis contigisse fertur: Mercator quidam ditissimus juxta, ac tenacissimus pictorem pretio conduxerat, ut suam sibi effigiem delinearet. Præstitit id scitissime pictor: ectypon, & prototypon ita sibi correspondebant, ut ovum ovo. Verum avarissimus Euclio, ut pretium artifici debitum eluderet, negavit se a pictura repræsentari: pictor, cum delusum se cerneret, hanc mercatori stropham vicissim lusit; appinxit imagini aures asininas, & in publico foro venalem exposuit. Quicunque prætergredientes intuebantur tabellam, agnovere vultum mercatoris: unde factum est, ut ille inter risus, & cachinnos totius urbis fabula fieret: tandem, ut a ludificatione populi se redimeret, tabulam duplicato pretio mercatus est. Christiane homo, verbum unicum ad te: *cujus est hæc imago?* (*Matth.* 22.) loquor de anima tua, quam immortalem mortali corpore circumsers: Ectypon est tui Creatoris; in creatione enim tua pulcherrimam Divinæ faciei similitudinem tibi contulit; tu vero elegantissimam hanc imaginem per peccatum adeo deturpasti, ut formam omnino belluinam induerit. Quid mirum, quod Angelorum, hominumque, & præsertim damonum ludibrium incurreris, qui tibi insultant, sibique gratulantur, quod perdita primæva vénustate, jam orcinum monstrum repræsentes? Unde, quæso, tam enormem errorem admisisti? nimirum, sentio, quod res est: nescis, ut par est, æstimare animam tuam.

2. *Propositio.* Age, erige oculos, attolle animam, non te vilem reputes: anima tua imago Dei est: quod si non satis capias, quid hoc dignitatis sit, ego in præsentiarum ostendam tibi, quanto in honore animam tuam habere debeas ex eo solum capite, quia Dei artificium est, quia Dei ectypon est. Non loquar hodie de pretio animæ ex eo fundamento, quod Christi sanguine redempta sit, quod per gratiam supernaturalem ornata sit, quod ad cælestem coronam destinata sit. &c. Sed unice quæram: *cujus est hæc imago?* (*Matth.* 22.) Favete.

In qua anima Dei imago sit.

3. *Explicatio.* Ante omnia quæritur, in quo ergo humana anima cum Deo conveniat? Sancti Patres diversimode explicant: S. Augustinus (*tr.* 8. *in Joan.* 1.) ait, animam esse imaginem Dei; quia sicut Deus seipsum cognoscit, & cognoscendo amat, ita & anima seipsam cognoscit, & cognoscendo amat. S. Ambrosius (*l. de dignit. corp. hum.*) docet, animam esse similem Deo; quia sicut Deus totus est in toto orbe, & totus in qualibet parte orbis; ita anima in toto corpore ita tota diffunditur, ut tamen tota in quolibet membro corporis inveniatur. S. Doctor Angelicus (1. *p. q.* 93. *a.* 2. *in C.*) asserit animam similitudinem Dei referre; quia Dei perfectiones plus ceteris creaturis participat &c. Taceo alias SS. Patrum explicationes, & ad propositum festino.

Opus suum pretium sortitur ab artifice.

4. *Confirmatio.* Res indubitata est, omnium gentium persuasione firmata, tanto ceteris paribus imaginem aliquam esse pretiosiorem, quanto celebrior est illius artifex; nomen enim, & ars auctoris singulariter commendat artefactum. Olim tamquam artis pictoriæ prodigium celebrabant Galli suum Blancardum, Romani suum Gasparem Calitum, Veneti suum Titianum Vercellum, Florentini suum Michaelem Angelum Bonarotum, Mediolanenses suum Polydorum Caravacensem &c. Et ut nostræ Germaniæ selectissimos artifices non subtaceam, Norimbergenses suminis laudibus efferunt Albertum Durerum, Augustani extollunt suum Christophorum Ambergerum etiam Judicio Caroli V. Titiani Veneti æmulum, Monacenses celebrant suum Andream Wolffium, ingolstadienses supra sydera tollunt suum Christophorum Schwartium, Biberacenses suum Henricum Schentelium, Colonienses suum Joannem Aquisgranensem. &c. (*P. Hawic. Sacrar. in Atlante.*) ut taceam innumeros alios, quorum artefacta a Principibus, & magnis Dominis immenso pretio comparantur. Cur autem eorum labores usque adeo æstimantur? non alia ex ratione, quam quia isti eorum auctores per omnem, qua late patet, Europam absolutissimorum artificum nomen sibi compararunt. Advertis, O Christiane, quid per hoc tibi insinuare velim? nimirum, si artificis excellentia tantopere commendat artefactum, quanto in honore haberi oportet illam Divinitatis imaginem, hoc est, animam tuam, quæ e perfectissimi, excellentissimi, ac omnipotentis artificis manibus prodiit! Tua anima Dei ectypon est, ab omnipotente manu formatum; quia Dei unius, & Trini faciem per unitatem suæ substantiæ, & trinitatem potentiarum viva repræsentatione præfert. *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* (*Psal.*)

5. Audi pulcherrimam, quam Aulus Gellius (*l.* 13. *Plinius l.* 35. *c.* 11.) in rem nostram enarrat, historiam. Protogenes pictor famosissimus elaboravit artificiosissimam imaginem, de cujus artificio satis fit dictum, quod ad eam perficiendam septenos omnino annos impenderit. Rex Demetrius, picturæ illius habendæ cupidus, immensam pro ea pecuniæ summam obtulit: sed frustra: quid agit? angentem exercitum Insulæ, urbique Rhodus, ubi imago asservabatur, admovet, comminatus incolis vastitatem, nisi illud Protogenis artefactum ei traderent. Jam ferro, & flamma læviebatur, cum e ducibus nonnemo commonuit regem, fieri posse, ut cum urbs conflagraret, una etiam illa Protogenis imago in cineres redigeretur. Et ecce, subito Rex, mutata sententia, obsidionem solvit: *Male*, inquiens, *civitatem illam inexpugnatam evertimus, quam illud culmine, & pretiosum opus destruere.* Adverte modo, O Christiane, si Rex Demetrius usque adeo æstimavit hanc picturam, quia celeberrimi artificis opus erat, ut maluerit immensos belli sumptus, ipsamque civitatem perdere, quam illud ipsum artificium destruere; pro quantum æstimare oportet animam, quæ Dei ipsius indestructibile opus est! Certe si sapis, deberes potius cetera omnia velle perdere, quam animam. Pereat vita, pereat innitas, pereant opes, pereat integer orbis, modo anima non pereat.

6. Promoveo argumentum. In urbe Imperiali Ratisbonensi in Veteri Capella, quam sanctus Rupertus Bavariæ Apostolus consecravit, asservatur imago Beatissimæ Virginis græcæ picturæ, quam a S. Luca Evangelista pictam, & a S. Henrico Bavariæ Duce huc Roma allatam fuisse, constans traditio est. (*P. Gumpenbach in Atlant. Mar.*) In urbe Florentina in templo Servitarum asservatur imago Beatissimæ Virginis, vulgo Annuntiata dicta, cujus faciem Angelus pinxisse traditur; (*Joan. Bapt. Alberti l.* 2.) cum enim pictor nomine Bartholomæus imaginem totam, excepta facie absolvisset, subito obdormivit; & ecce, expergefactus vidit faciem pulcherrimam ab Angelo absolutam. Ulterius: in Monasterio Soriensi in Calabria asservatur, & religiose colitur imago S. Dominici, quam anno post paratam salutem 1530. ipsa Beatissima Virgo de cælo attulit, tanquam artefactum cælesti manu elaboratum. (*Ign. Centimo. in suo Hexaëm. tract.* 22.) &c. Indicibile est, quanta in veneratione hæ, & aliæ id genus imagines habeantur: Quare? non solum ideo, quia insignibus fulgent prodigiis; sed maxime ideo, quia prima illa a S. Evangelista, & Martyre, altera ab Angelo, tertia in ipsa cæli officina confecta est. Quodsi has imagines tantam æstimationem sortiuntur ex præstantia sui auctoris, iterum tibi inculcatum volo, mi Christiane! quantum æstimare te oporteat animam, quæ ab ipso Deo producta est. Veneror penicillum S. Lucæ, veneror penicillum illius Angeli, veneror Iconem, ab ipsa Beatissima Matre in terras allatam; sed quoniam Divinus animæ Creator hic infinities excellentior est, ideo etiam illius opus, id est, anima incomparabiliter præstantior est. *Manus tuæ fecerunt me.* (*Job* 10.) Si forte dicis, dignitatem animæ ex eo desumi non posse, quod opus Dei sit, quia etiam creaturæ ceteræ opera Dei sunt: respondeo, magnam esse diversitatem; non enim creaturas ceteras, sed solum hominem Deus ad imaginem, & similitudinem suam formavit. Audi Tertullianum (*l.* 2. *cont. Marcian.*) asserentem, *Deum primum esse auctorem imaginum, quia primum sui deputavit in homine.*

7. Audi plura: cum Abagarus Edessæ Rex audiret miracula Christi Domini, magno desiderio ardere cœpit videndi taumaturgicum illum Propheram: quare pictorem suum aulicum Jerusolymam misit cum mandato, ut Christi effigiem sibi delinearet: pictor adhibuit quidem operi manum, sed perficere non potuit ob splendorem e vultu Christi Domini emanantem: quapropter Salvator permotus pietate, & desiderio Abagari, suam ipse faciem, linteo ad vivum impressam, illi transmisit: ita expresse Joannes Damascenus, cujus verba sunt (*l.* 4. *de fide orthod. c.* 12.): *Historia quoque proditum est, cum Abagarus Edessæ Rex pictorem misisset, ut Domini imaginem exprimeret, neque id pictor ob splendorem, ex ipsius vultu manantem, consequi potuisset, Dominum ipsum Divinæ suæ, ac vivifice faciei pallium admovisse, imaginemque suam ei impressisse, atque illud ad Abagarum, ut ipsius cupiditati satisfaceret, misisse.* Hæc imago pretiosissima est omnium, quæ unquam sub sole fuerunt, tum ob præstantiam auctoris, tum ex objecto repræsentato. Quis satis explicet, quanto in honore habuerit Abagarus hanc imaginem? Verum scito, mi Christiane, non minus pretiosa est anima tua: cum demmet enim auctorem habuit, & idemmet objectum repræsentat; videlicet Deum.

8. Edic, obsecro, qua ratione hactenus honorasti animam tuam? an honorasti, velut mundus honorat artificia celebrium pictorum? an honorasti, velut Demetrius Rex honoravit picturam Protogenis? Ratisbonenses picturam S. Lucæ? Florentini picturam Angeli? Soriani imaginem S. Dominici? eheu! quantum neglexisti, contempsisti, conspurcasti animam! deformatam est pri-

prima creationis pulcritudo: *deformatæque facies rerum super sacrabatur.* (Genes.1.) Quamprimum peccasti, periit originalis illa venustas, evanuit animæ cum Deo habita similitudo. *Rubuerat animum*, ait Rabbanus, (*l.3. in Eccl. c.3.*) *qui peccatis suis pallust.* In arce urbis Athenienſis aſſervabatur imus Minervæ artificioſiſſimi Phidiæ, quod apud Veteres ſummo in pretio habebatur ex eo ſolum capite, quia artifex ſuum ipſe effigiem in Ægyde Minervæ adeo artificioſe expreſſerat, ut impoſſibile fuerit delere faciem ſculptoris, quin ſimul integra ſtatua deſtrueretur. O anima humana! Divinus Pſalmator ſuam tibi faciem in creatione ita impreſſit, ut fieri non poſſit hanc per peccata deſtrui, quin teipſam ſimul perdas. Vis noſſe, qua ratione imago Dei per peccatum in anima deſtruatur?

2. Sicut regum aliquis, ait Rupertus (*l.2. in Gen. c.11.*), ceræ ſigillum imprimit, ita humanæ animæ ſignaculum Divinæ Trinitatis impreſſum eſt, ita ut dici de ea non minus poſſit, quam olim de Lucifero: *Tu ſignaculum ſimilitudinis.* (*Ezech.28.*) Quid autem contingit, cum homo peccat? Regius Pſaltes ait (*Pſ.67.*): *Sicut fluit cera a facie ignis, ſic pereant peccatores.* Sume ceram benedictam, in qua Agnus Dei, aut ſanctiſſimæ Trinitatis imago pulcherrime effigiata eſt; collocā pones ignem: quid fit? cera, & una ſimul effigies diſſipabit. *Sic peccatum peccatorem.* Similitudo animæ tunc cum Deo evanuit, diſſipavit, periit, quam primum appropinquaſti ad ignem libidinis, ad ignem iracundiæ, ad ignem Superbiæ: ita in hunc locum Novarinus (*in Epiſtol.*): *A facie ignis, a ſole, ab æſtu conſpiciantur: ſic pereat in eis, & effluat imago Dei, ut fluit cera a facie ignis.* &c.

10. Quin immo ſolerabile adhuc malum foret, ſi lohannodo effigies Dei per peccatum evaneſceret, niſi etiam infernalis belluæ deformitas ſubſtitueretur. Mi Chriſtiane, Deus tibi in tua creatione conatuit pulcherrimam Divinæ faciei ſimilitudinem; tu vero per peccatum ultro induiſti formam orcinam. Tu, o ſuperbe, ſimilem te feciſti Lucifero; tu, o avare, ſimilem Mammonæ; tu, o impure, ſimilem Aſmodæo; tu, o invide, ſimilem Beelzebub; tu, o gulaſe, ſimilem Belfegor; tu, o iracunde, ſimilem Balberuch; tu, o accidioſe, ſimilem te feciſti Aſtaroth. Heu! væ tibi, cum Divinus Judex olim quæſierit: *cujus hæc imago?* Dices: ego tibi contuli pulcherrimam Deitatis imaginem; tu autem ita deformaſti, ut non agnoſcam opus manuum mearum. *Non agnoſco teloræ meæ*, inquiet teſte Ambroſio (*l.6. Hexaem. c.8.*), *non agnoſco imaginem meam, non agnoſco vultum, quem ipſe formavi.* O Chriſtiane, quid reſpondebis ad iſta?

11. *Epilogus.* Quæris, quid factu opus ſit? ego, utere conſilio meo: advolvere genibus Patri tuo, & ſuppliex roga, ut primævam in te venuſtatem reparet; qui enim te primitus fecere poterat, poterit & reficere. Perlit etiam ipſumet a Sponſa ſua: *Offende mihi faciem tuam.* (*Cant.2.*) Quem in finem? reſpondet Origenes (*hom.2. in quatuor.*): *ut reficiat eam perficiat, inſtar pictoris ſuam perficientis picturam in eo, quod in ipſa conſpexit imperfecti.* Pictura obſoleta purgatur optime per florum liquorem; ea Chriſtus Redemptor, qui ſeipſum appellat *flos campi*, pretioſum ſui ſanguinis liquorem in ſanctiſſimis Sacramentis tibi ad tuam emundationem reliquit. His utere, emunda, dealba, repara, & vive in æternum. Amen.

Dominica XXII. poſt Pentecoſten.

CONCEPTUS II.

De damnis, ac ruinis, quas humano generi irrogavit inordinata auri, ac pecuniarum cupiditas.

Offendite mihi nummiſma cenſus: at illi obtulerunt ei denarium. Matth. 22.

EXORDIUM.

Chriſtus in nummo hic præcidit omnia mala ab auro conflata; Ecentra homines deperunt pecuniæ; quæ tamen mala plurima cauſant.

1. SI ulla alia, certe hæc pro cæteris curioſitas animum tangit, quid hodie Dei Filius cogitarit, dum obolum ſibi præſentari manibus uſurpavit, oculis aſpexit? cum enim in mente Divina locum non habeat abſtractio, ſeu unius præſicati ab altero facta præciſio, certe in uno hoc numiſmate intuitus eſt malorum omnium ternam, quæ unquam in orbem invexit auri exitiale metallum, cogitavitque: Hoc eſt illud metallum, *quod multitudinem ſcindit, fraternitatem ſeparat, conjunctionem ſpargit, potentem perdit, & virtutis cultorem.* (*S. Petr. Chryſol. ſerm.1.*) Hoc eſt illud metallum, *quod fidem frangit, vitæ affectum, cohortes caritatem, tutos quietem, ſalutis incertitudinem, dacet ſpatium, ſundet fraudes, inoperat latrocinium.* (*S. Petr. Chryſol. ſerm.29.*) Hoc eſt illud metallum, quod fœdera rumpit, pacem turbat, amicitiam tollit, proditiones machinatur, amicos in timore, & ipſos etiam fratres collidit. Hoc eſt illud metallum, pro quo ipſummet a proditore Juda in inimicorum manus venditus, & crucis morte affectus. &c. Hæ ſine dubio fuerunt cogitationes Chriſti Domini, dum hodiernum numiſma intuitus eſt. Vos autem Chriſtiani, vos (tatis ſuperque ſcio) longe alia animi ſenſa volvitis, diem pecuniam aſpicitis: Hæc eſt, cogitatis, humanæ felicitatis architecti, hæc eſt deſiderata ab omnibus *Regina pecunia mundi*, hæc eſt, quæ dignitates procurat, amicitiam conciliat, inimicos vincit, voluptates feminat, hominem felicem reddit. &c.

2. *Propoſito.* Chriſtianæ animæ! hanc ipſam, quam adeo ardenter deperitis, pecuniam ſcam hodie ejus veſtro ipſorummet judicio. Et quamvis minime me perſuaſurum confidam, nihilominus perſpiciamus, quid evalorum in curiis, in aulis, in militia, in privatis domibus, & in ipſis adeo templis ſtruxerit, & hodiedum ſtruat infelix metallum. Quo fine, quo ſcopo hæc differam? non alio, niſi ut palmaris eorum ſtultitia pareat, qui inordinato, & peccaminoſo eriam affectu toti quanti ſunt in contemptibilis divitiis, favere.

3. *Introduſtio.* Patriarcha Moyſes de monte deſcendens, ut primum vitulum aureum, ab ſtarote conflatum, aſpexit, tabulas Legis, quas a Deo ſcriptas ſecum gerebat, ſolo illidit, confregitque. Ita hodiedum fieri amat: nunquam magis franguntur legis præcepta, quam intuitu auri.

§. I. *In curiis.*

4. *Confirmatio.* Ingrediamur curias, ubi tribunal eſt juſtitiæ, ubi litigantium jura ventilantur; pingitur quidem juſtitia obvelatis oculis, bilancem in manibus tenens, quo indicatur, æquum illam eſſe, non ſecundum perſonarum reſpectum, ſed ſecundum trutinæ æquitatem jus dicere: verum non ita obtuſum eſt illud oculorum peplum, ut auri radii non multoties penetrent. Pictores, ac ſtatuarii, cum nonnunquam imaginem abſurdam, deformem, ac monſtroſam efformunt, auro, & argento ad ſplendorem excolunt, & ſic facile errores obvelant: O quoties proceſſus judiciales abſurdos, deformes, ac monſtruoſos eſt, ſed tamen imperantium favorabilem! diſſimulantur pleraque, obvelantur errores, excuſantur delicta: quo audiore, quo patrono? non patentiore, quam auro. Quendam adductum fuit ad Chriſtum Dominum mulier in adulterio deprehenſa: urgebant Judæi mordicus ſententiam lapidationis. (*Joan.8.*) Admiror hic, & quæro, ſi mulier in flagranti fuit deprehenſa, ubi ergo erat adulter? cur non æque adducitur, ac mortis condemnatur? Nempe ſentio, quod res eſt: adulter erat homo pecunioſus, facile ſe expedite e manibus Judæorum per numeros; at adultera, quia paupercula, immiſericorditer ad necem rapitur. Ita expreſſe ſentit Lyranus, inquiens (*in hunc locum*): *Adulter erat alicui, ideo pro pretio liberatus erat.* Quiſquis aurea argumenta producit, facile crimen excuſat. O proceſſus judiciales! O vidvæ, O pupilli, O pauperculi, quoties cauſa caditis! quoties Eſau Jacobo, Vaſthi Eſtheri, Amman Mardochæo, Cain Abeli, Barnabas Chriſto prævalet! quia aurum, non æquitas judicit, loco dudum enuntiavit Plinerchus (*in præcept. Polit.*): *Auri cupiditas furit, & juſtitiæ inimica eſt.* Et Jethro Moyſi ſocero filio, quantumpoterat, inculcavit, ut ejuſmodi judices, ſupra populum conſtitueret, *qui odio habeant avaritiam.* (*Exod.18.*) &c.

§. II. *In aulis.*

5. A curiis progrediamur ad aulas Principum, magnatum, & nobilium. Eliezer, Abrahami famulus, venit olim in ædes præclivitis Labani, ſpemque Iſacco quæſiturus: & rice, ejus ſumma pulſans admiſſus, ac omni cum honore exceptus fuit: *Ingredere, benedicte Domini!* (*Gen.24.*) citra difficultatem Rebeccam in ſponſam Domini ſui obtinuit. At dum ſtarentibus annis Jacobus Rebeccæ filius, ad eaſdem Labani ædes adventans, pro Rachele illius filia ſollicitabat, agre conſentum, & quidem ſub conditione ſeptennis ſervitii extorſit: quæſtio jam eſt, cur Eliezer adeo facile; econtra Jacobus adeo difficulter annuum obtinuerit? Eo ſa prompta rationem: Eliezer muneribus dives, auro, argentoque onuſtus, adventabat, *pretioſa vaſa argentea, & aurea*; econtra Jacobus inops, & nonniſi baculo armatus, comparuit: *In baculo meo tranſivi Jordanem.* Tu quiſquis magnatum limina pulſas, fruſtra admitti cupis, niſi aurea clave portam reſeres. Nonne verum dico, vos aulici, qui annulos ſupplantare contenditis? nonne verum dico, vos honorum candidati, qui ad officia ſuſpiratis? nonne verum dico, vos famuli, qui veſtra ſtipendia diu nequidquam ſollicitatis? nonne verum dico, vos pauperes, qui ſupplicibus libellis gratiam Principis imploratis? verum veriſſimum, inquiunt omnes, ſine auro nihil efficitur, auro venales ſunt gratiæ. &c.

§. III. *In caſtris.*

6. Quid rerum agitur in militia, in caſtris? hic, inquis, non niſi generoſitas, fidelitas, & malleoli virtus locum habent. Erras, quiſquis ita ſentis: illa propugnacula, urbes, ac munimenta, quæ armis non poſſunt, fame expugnanda ſunt: quæris, qua fame? illa nimirum, de qua Virgilius (*Æneid.l.3.*): *Auri ſacra fames.* O quot propugnacula ſuperavit hæc furibunda fames! *O ſcelus ex auro ſuppoſitæ, amoto ariete.* Cum quondam Philippus Macedo, caſtellum munitiſſimum expugnaturus, obſtitentes ſibi haberet ſues belliatores, aſſerentes, arcem eſſe invincibilem, inexpugnabilem, quæſivit, an ergo acceſſus ita eſſet impermeabilis, ut ne quidem muſca auro onuſtus illuc pertingere poſſet, affirmantibus reſpondit: *ergo expugnata facile eſt.* (*Cornel. Lib. in Oſtav. c.1. n.4.*) Quis neſcit, Italiæ illi Bernardinus Tirinenſis arcem Mediolanenſem auro prodidit? quis neſcit, infidus ille Eutropius urbium plurimas in Italia pecuniis vendidit? (*Guic. l.4. Phil. com. l.5.*) quis neſcit, avarus ille Antonius Gabadeus in bello Neapolitano fortiſſimum munimentum, dictum Mocra Rupta, inimicis pretio tradidit? (*Joan Petr. l.3. Lati. Neapol.*) Quis neſcit, in bello Turcico ſuperioris ſæculi Baſſam, & Aſiam Græcam Chriſtiani nominis hoſtibus pro auro venalem fuiſſe? (*Bonfin. l.3. & 7.*) cæco plura alia; certe cum Darius ſe intimaviſſet Regem regnum, Perſicus Sinor fratrem Solis, Attila flagellum Dei, Solimanus diſpenſatorem ſcelerum, poſſum ego aurum jure intitulare Dominatorem mundi: *Imperia cuncta profligat, ſolus & aurum.* &c. dixit Ovidius (*in Metam.*).

§. IV. *In domibus privatis.*

7. E caſtris ad privatas domos tranſitum facciamus: pro quantas diviſias, rixas, inimicitias, ſtragesque in familiis edidit auri dominatus

fames! an putatis, uxor fida est marito? fida est; sed auro corrumpitur fides. An putatis, filius reverens est erga Patrem? reverens est; sed auri cupiditate labefactatur reverentia. An putatis, concors est frater cum fratre? concors est; sed auro destruitur concordia. Vultis, ut exemplum adducam infidæ uxoris? Dalilam adduco: quas machinas non adhibuerunt Philistæi, ut Samsonem vincerent, & vincirent! sed invincibilis erat Samson: quidagunt? Dalilam uxorem pecunia corrumpunt, ut fortitudinis illius radicem explanaret: exploravit, levavit, & miserum in manus Philistæorum tradidit. O pestis, non uxor, sed Medusa! Vultis, ut exemplum afferam immotigeri erga Patrem filii? prodigum affero, qui importuna sollicitatione a parente petiit, *da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit.* (*Luc.*15.) Quid ergo adeo molestum erat juveni, quod cum e domo paterna expulit? invenio prorsus nihil: fruebatur victu, vestitu, conversatione ad delectationem usque: unice erat illi fastidiosa vita patris, quem mortuum, quam vivum præoptabat propter hereditatem; ita sentit Chrysologus (*serm.1. in fonte*): *quantum plus pater, tantum heres impatiens*: mavult esse heres, quam filius, ideo *Patris fastigium ad vitam*. O damnabilis auri cupiditas! Vultis, ut exemplum proferam fraterni odii? affero filium morigerum, fratrem hujus ipsius prodigi: iste, cum reducem cerneret fratrem, ira, indignatione, ac fastidio plenus mœrebat, lugebat, & in communi ceterorum lætitia solus tristabatur: qua de causa? quia jam solus cupiebat esse heres paternorum bonorum, ideo mallet fratrem inter poreos, & filiquas contabuisse. *Credidit damnum*, ait Chrysologus (*serm.4.*): *qui redisse consolatio cohæredem*. O execranda auri fames, sicne etiam fraternos animos collidis? ita est: etiam fraternos collidit animos. *Non potest pariter*, scribit S. Augustinus (*serm.23. de Verb.Dom.*), *non fratri obtemperat, non amico fidem servat: Viduam opprimit, pupilli rem invadit, liberos in servitium redigit, testamentum falsum profert.* Recte: mones, sancte Augustine: testamentum falsum profert. O quam concordes sunt nonnunquam fratrum animi! quam pulcrum, & jucundum est habitare fratres in unum! sunt veluti sagittæ Sciluri, quæ conjunctæ rumpi non possunt, sunt velut cervi transnatantes flumen, qui se invicem sustollunt: verum da de testamento, de distribuendis hereditatis portionibus sermonem indicere; heu! in quas furias mutuo exardent! qui antea fuerunt Pilades, & Orestes, jam sunt Sinones, & Proculæi. *Nondum funus efferitur*, ait S. Valerianus, *& jam testamenti Fides jurisinterpretatione evacuatur; alter de patris sucessione disputat, alter ex persona patris hic adjunis scripturam non fuisse testibus, ille asseverat testamentum non recognovisse testibus.* Verbo: velut rabidi canes sæviunt, & dilaniant frigidum illius *merum*, *ac manes*. O damnabilis pecuniæ cupiditas, quid audes? &c.

§. V. Et in ipsis ædes templis.

2. Verum, quod dolendum præ ceteris est, in ipsa adeo templa, & Ecclesia irrupit pestiferes lues! quæso, quis hæresiarchas, quis rebelles, quis Imperii Principes impulit, ut a salvifica Fide deficiverent, Pontificis jugum excuterent? quis, nisi præ fundationes, monasteria, Canonicatus, ac sacri redditus, quos impie dejuti verunt? quis hodiedum ligat hæreticos, ac Verbi Pseudo-Evangelici ministros, ut contra agnitæ veritatis, ac conscientiæ stimulos in errore pertinaciter persistant? quis, nisi pinguis olla, & uberes proventus? quis proditorem Judam extimulavit, ut scelerarum illud pactum de vendendo Dei Filio iniret: *Quid vultis mihi dare?* quis, nisi amor pecuniarum? atque utinam tam immane flagitium una cum Juda petisset; verum hodiedum rebellat in mundo: ubi? inter Christianos! ubi? inter Catholicos! ubi? inter Christi sectatores! audite Origenem (*hom.35. in Matth.*): *Judæ Iscariotis imitatores sunt omnes avari, qui propter res temporales ejiciunt ab anima Salvatorem, qui eum contemnunt propter avaritiam, aut lucrum pecuniarum*. Tu, mi Christiane, qui aliena contrectas, aut retines; tu, qui in contractibus, in comerciis, in mensura fraudem facis; tu, qui debita denegas, depravas, mutilas: tu, inquam non jam cum Judæis, sed ipsis dæmonibus de Christi venditione sacrilegum pactum pangis, addit enim Origenes: *Tales dicunt dæmonibus ipsi, quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* &c.

9. *Epilogus*. Finio, & quo finem? non alio, quam quod mihi ipsi condoleam, quod frustraneo clamore nihil efficiam! longe altiores egit radices pecuniarum amor, quam ut tam infirmo ligone extirpari possit. Verum amate, per me licet, amate pecunias tot malorum fomentum: hoc saltem agite, rogo per salutem animæ vestræ, amate ordinate, non inordinate, hoc est, plus quam conscientiam, plus quam animam, plus quam Deum. *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere*, monet Psalmista (*Ps.61.*): ad rem pestilentem nemo incaute appropiat; divitiæ sunt res pestilens, *sunt anathema*, ait S. Bonaventura (*in Dict.l.1.c.6.*), *nolite cor apponere*, ne toxicum, & denique mortem conficietis æternam. Amen.

Dominica XXII. post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Ostenditur, quantum noceant male parta, & necessitas Restitutionis demonstratur.

Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Matth.22.

EXORDIUM.

Diabolus impedire satagit restitutionem male partorum.

1. QUamquam infernorum spirituum exercitus, & totius Erebi potestas, quotidie contra mundum insurgens, hominum pacem turpare, virtutes tollere, & scelerum semina spargere contendat; nihilominus triplex est dæmoniorum genus, quod præ ceteris maxima in orbe mala suscitat. Quodnam est hoc triplex genus? Cuidam Viro sancto oblatus est energumenus: præcepit Vir sanctus dæmoni, ut nomen suum proderet: cui spiritus: Nos sumus tres, qui in hoc homine habitamus: ego vocor *claudens cor*, & ex officio teneor peccatoris cor claudere, ne seriam peccatorum pœnitudinem concipiat: quodsi vero conceperit, tunc meus socius, qui hic moratur, nomine *claudens os*, laborare debet, ut peccata sincere non confiteatur: quodsi autem fuerit ex integro confessus, tunc tertius, qui nobiscum versatur, cognimento *claudens bursam*, tertium arietem admovere, conarique debet, ut peccator pœnitens non satisfaciat restituendo male adquisita. (*Specul. Exempl. V. Restituio*) Hi tres dæmones certe maximam in genus humanum exercent tyrannidem. O quot sunt miseri peccatores, inveterati, consuetudinarii, habituati, in occasione proxima degentes, qui insuper habitis salutaribus monitis, exhortationibus, & minis nunquam e suis sordibus emergunt! atque hi sub jugo detinentur primi mali spiritus, cognominati, *claudens cor*. O quot sunt miseri peccatores, muti, & elingues, qui devoratas scelerum sordes nunquam serio evomunt, sed per plurium annorum curricula Confessiones sacrilegas continuant: atque hi vinculis ligantur alterius spiritus vocati, *claudens os*. O quot sunt miseri peccatores lutei, & terreis affixi, qui aliena bona, injustis titulis adquisita contra conscientiæ stimulos, & propria etiam promissa, multoties facta, impie detinent! atque hi opprimuntur tyrannide tertii spiritus nuncupati, *claudens bursam*. Quem vero in finem hodie isti? Dilectissimi Auditores! En Pharisæi, & Hypocritæ interrogationem proponunt Dei Filio, an oporteat censum dare Cæsari: advertitis, quod ulcus in animo gerant? nimirum injusti raptores sunt, & vectigalium, ac censuum defraudatores: jam exulceratæ conscientiæ lenimen quærunt, sperantque suam injustitiam, & quam sibi frivole imaginantur a censibus exemptionem, a Christo Domino approbatam iri. Quid Respondit redemptor? *Reddite* ajebat, *quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo*, (*Matth.22.*) &c. &c.

Iniqua bona restituenda sunt.

2. *Propositio*. Date copiam, Christianæ animæ! & ego hoc ipsum *Reddite* multis peccatoribus, male partorum farcina gravatis, in aures clamabo, id est, ostendam infelicitatem eorum, qui alienis ditescere, nec per restitutionem, ad quam de æquitate obstringuntur, rebus suis, immo & suæ animæ consulere volunt. O quicumque hoc animi morbo, quo non est alius lethalior detinemini, reddite, ah red-

dite; quia non est aliud salutis vestræ remedium, non est alia in cælum via. Favete.

3. *Confirmatio*. Imaginamini vobis musculum, qui, dum fardum, in muscipula infidiose collocatum, odorat, feralem illum cibum avide appetit: Ingrediturque itaque insidias, manducat, orexia satiat: at dum eo edulio felicem se reputat, subito obductis repagulis, in carcere clausus, seipsum perimit. Hic similitudine describit Augustinus (*Psalm.61.*) injustum rei alienæ attrectatorem: *Præda illa, quam vis repere, in muscipula est, teneri, & teneris*. Videt iniquus homo agrum, peculium, vestem, aut pecus alienum, idque, qua potest arte contrapas, & fas suum facere contendit. Quid fit? seipsum corpore, & anima tenus destruit, ac pessumdat.

Iniquus rei alienæ detentor sibi ipsi maxime nocet, quia sua bona sibi propria destruit.

4. Corpore quidem tenus; quia dum lucris iniquis impinguescere satagit, fortunas etiam justo titulo suas, una cum male adquisitis disperdit; hinc communi adagio dici solet, quod unus obulus, injuste partus, decem justos devoret. Reducite memoriam aliquot annorum: nonne vidistis unum, vel alterum Crœsum, qui impinguatus, dilatatus in medio opum affluxu deliciabatur? fortuna videbatur jurasse in ejus obsequia: in gazophilacio habebat bursas auro, argentoque refertas, in granariis abundantiam frumenti, in cistis vestes pretiosas, in cella affluxum vini, & olei, &c. Et tamen citra omnem exspectationem repente ad inopitas redactus, sub hasta venit. Scitis causam? argentum, & aurum, quia madefactum fuit, rubiginem contraxit: vestes, quia humefactæ sunt, tineas nutriverunt: quo madore, quo humore? lacrimis, & sanguine pauperum. Illa pretiosa suppellex, illa holoteria vestimenta, illi annui census comparati sunt per illicitas artes, per fraudes, & circumventiones proximi, per lucra ultra fas augmentata, per oppressiones viduarum, per defraudationes mercenariorum. Hi miseri lacrimis humectarunt sua bona injuste sibi abrepta, atque ista lacrimæ parturierunt rubigines, tineas, putredinem, & quidquid est bonorum temporalium consumptivum: *Ut subito Cœsus, qui modo Crœsus erat*. &c. Quid agis, mi paupercule? cur felicitatem hominum iniquorum admiraris? *cur* tibi persuades omnia, quæ scelerate adquisierunt, & adhuc sceleratius retinent, prosperari? erras, erras. *Nolli attendere ad possessiones iniquas*, ait Ecclesiasticus (*c.5.*), *Deus enim* (cum minime putaverint) *vindicabit*. Cum defraudatores isti de quieta possessione sibi gratulabuntur, repente veniet grando, qui agros, & vineas devastabit; veniet lues pecorum, quæ stabulum evacuabit; veniet incendium, quod domum absumet; veniet infortunium, quod rem omnem familiarem in ruinam dabit. Quis dubitat de hac veritate? milleni sunt, qui per unicum obulum juste adquisitum,

millenos alios sibi comparatum; sed nec unus est, qui de millenis obolis injuste partis, vel unicum conservavit. Hunc in sensum ait Sacer Proverbiatistes (*Prov.* 11.): *Alii divitiam propriam, & ditiores fiunt; alii rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.*

7. Pauca hæc sunt: majora sunt detrimenta, quæ injustus rei alienæ detentor animæ tenus sibi conficiscit. In vita S. Corbiniani Episcopi Frisingensis legitur, quod furum aliquis sancto Antistiti asinum cum campanula furto abduxerit. (*Canelius Mei bibliech. de Episc. Frising. in Vit. S. Corbin.*) Tacuit quidem auritum animal, sed non campanula, utpote quæ irrequieto clangore indicium sonitibus: indignatus fur lingulam, seu malleum erasit; verum fanare perexit campanula: abjicit; inter rudera, & quisquilias, per sic tacuit: defodit in terram, sed & tunc fanare perrexit loquax æs, neque prius finem molesti clangoris fecit, donec fur asinum suo Domino restituit. Mi homo injuste, quidquid contra fas detines, habet suum campanulam, & irrequieto sonitu indefinenter clangit: cede, bibe, lude, jocare, dormi, sonabit, sonabit age, quidquid lubet, alius modus tam fastidiosum sonum sopiendi non superest, quam restitutio.

Et animam perdit.

6. Scio quidem, quod miseri isti ad tranquillandum conscientiæ latratum varia adhibeant remedia: sunt, qui interpos dies fundendis precibus impendant; itaque injustitiam suam compensatum iri sperent; verum non nisi in ventum spargunt verba; respondet enim ex alto Deus: *Cum auribilitis averti orationem, non exaudiam.* (*Isa.* 1.) Obturdescam ad preces vestras, utut continuas, & accumulatas: quare? quia *manus vestræ sanguine plenæ sunt*, hoc est, plenæ injustitiis, plenæ oppressionibus, plenæ proximorum vestrorum fudoribus, & angustiis. Alii sunt, qui per frequentationem Sacramentorum, præsertim Pœnitentiæ, sibi consulere satagunt. Verum fons ille salutis illis sit venenosus, qui res alienorum injuste detinent; expresse enim docet Augustinus (*Ep. 64. ad Maced.*): *Si res, propter quam peccatum est, reddi potest, & non redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur.* Alii denique sunt, qui tempore præfertim Jubilæi, aut Indulgentiarum ad Sacerdotes recurrunt, & ab iis remissionem injustæ adquisitorum extorquere præsumunt; verum actum agitis, o miseri; permittit quidem Deus Sacerdotum manibus eam facultatem, ut sacratissimi Sanguinis sui thesauros dispertiant; illos arbitros facit fœnum mercium pretiosissimarum; illos Judices, & Plenipotentiarios constituit, quicum peccaturibus fœdera pacificantur, & injurias sibi illatas remittant; damna tamen, proximo illata, & satisfactionem debitam eorum manibus non committit. Verbo, ait S. Thomas (*4. dist. 15. q. 3. a. 3.*), Sacerdos non est Vicarius proximi, sed solius Dei, adeoque si Deo certam quamdam summam pecuniariam promisistis, poterit ille vos hac promissione liberare, aut omnino dispensando, aut in opus minus grave commutando; at cum ejusmodi immam proximo vestro defectis, nulla Sacerdoti in hanc remittendam potestas est: oportet reddere, oportet reddere: tantaque est ea restitutionis necessitas, ut medium non detur aliud, nisi vel restituere, vel perire. Ab hac necessitate nemo vos poterit eximere, præter unam restituendi impotentiam, quo casu per se laqueus rumpitur, quin alius quisquam manum admoveat. Aut, ut melius dicam, hoc casu laqueus non rumpitur, sed laxatur: siquidem vos liberos dimittit, quamdiu hæc impotentia manet, non ultra: hæc enim ubi cessaverit, redit inevitabilis necessitas aut restitutionis faciendæ, aut subeundæ damnationis. Quot, & quantacumque salutis remedia adhibueritis, labores exhauseritis, absque restitutione actum agitis, &c.

Quanta hæc est dementia, ut amicos diter?

7. Bone Deus! an inveniæ sit aliquem e Christianis, qui esse suctilantis glebæ lucrum ipsi cælo, & æternum perendi periculo antepone? Dic mi Christiane, si virulentum noguem, aut ignitum carbonem in præcordiis gereres, an non citra omnem moram expelleres? en illud lucrum injustum, illa merces operarii defraudata angois est, aut carbo infernalis; perimet te, nisi quantocyus abjicias. Quid ergo moras nectis? quis frænum tibi injicit? Ah! respondes, si restituere oportebit, ejusdem liberis ea pretia; quibus familiam amplificare, & posteritati prospicere dudum laboravi: &c.

8. Habemus occultum carcinoma. Mi Christiane, deciperis, & vehementer deciperis, si familiæ prosperitatem per iniqua lucra promovere cupis. *Nihil proficiunt thesauri impietatis*, ait per sacrum Proverbiastem infallibilis Veritas (*Prov.* 10): divitiæ, quas contra æquitatem comparatas hæredibus relinquis, velut ampulla aquea dispurebunt, disfluent, peribunt. Nunquam advertisti, quid pluviosa tempestate contingere soleat? dum ex altissimis montibus undæ torrentes, ac rivuli confluunt, en subito in subjecta valle ingens, ac impetuosum flumen Danubio, aut Lyco haud impar, consurgit: verum cessent nimbi, redeat cælo serenitas, & subito, dilapsis undique aquis, ne vestigia quidem torrentis cernuntur. Utamur & alia similitudine: nonne cum tumultuosa tempestate nubes concutiuntur, immensus tonitruorum fragor per omnem late regionem personat, & ab omnibus expaveitur? verum cum concussio transierit, nihil de tanto, tanque formidabili sonitu remanet: transiit, evanuit. Idem evenire solet opibus male adquisitis: *Substantia injustorum, sicut fluvius hiccabuntur*, ait Ecclesiasticus (*c. 4.*), *& sicut torrentum magnum in pluvia personabunt.* Quamdiu tu, injuste Euclio, vitam tenes, evenit quidem, ut fortuna favente, uxor tua, & liberi iniquorum censuum torrentes, ac rivos una tecum absorbeant. Verum quid fiet post tuum decessum? opes omnes, quas perperam accumulasti, evanescunt, atque hæredes tui in pauperiem, & mendicitatem redigentur. Idcp communi proverbio decantatur: *De male quæsito non gaudet tertius hæres.*

Tripsum æternaliter miserum facit.

9. Verum concedamus, etiam iniquas opes cum omni prosperitate diu duraturas, dic, an sanæ rationi, æqualitati, an ordinato sui ipsius amori consonum est, æternis cruciatibus se ultro mancipare, ut liberos, ac hæredes temporaliter beatos facias? Hujus rei arbitrium percipe ex S. Antonino (*3. part. Sum. c. 7. §. 3.*) Fenerator de amplissimis fortunis utrique filio prospexerat, cum tandem ad extremum deductus animi sui latebras Sacerdoti aperiret, intelligeretque, omnem salutis aditum sibi intercludum, nisi, quæ per usuras corraserat, omnia restunderet, circumstusi ad hoc hortabantur liberi: at ille nec Viri Religiosi, nec filiorum monitis movebatur, sed constanti animo id unum objecit: si vitam claudens, filiis meis in hospitali summo cum dedecore morisendum erit; si vitam conservavero, ditissimi mendicare cogar. At hæc filiorum major: curam omnem, mi pater, sepone; tu miserere animæ tuæ. Segnior jubet illum severe increpitum a se facessere, non velle Dominum tam benignum, ut quisquam ad necessitatem tam ignominiosam compellatur; atque inter hæc voces sordidum animam efflavit. Hic inter fratres orta contentio, majore minorem incitante, nequid ex possessione sibi relicta contingeret, sed secum legitimis Dominis restitueret. Minor paternis bonis inhians, negavit quidquam ex eo culpæ sese contraxisse. Divinum elsum est oraculum, *filius non portabit iniquitatem Patris.* (*Ezech.* 18.) Igitur, velut mi vis anguis exhaustis faciebus in bona paterna involare; genio indulgere, luxuriare, & male parta male quo tigere festinabat. Non diu tulit eam infelicitatem vindicta Numinis; nam brevi gula, & luxuria frustus, miserè interiit. Germanus ejus, longe aliter affectus, injuste ablata restituit; & eo, quod superfuit facultatum, in egenos distributo, ad Evangelica paupertatis pretium in familia Religiosa confugit. Nunc sunt sti rei catastrophen audite. Ad hæc fratrem Religiosum pertato mortis nuncio, nihil habuit ille solemnius, quam ut satis precibus animæ piaculandus flammis forte detentæ subveniret. Et o horrendum visu spectaculum! dehiscente terra inter alterorum ros pectus parentum una cum fratre conspicit, atque has execrandas diras inconantes audit: Maledicta hora, qua te genui, dicebat pater, maledicte filj, cui ut divitias congesserem mihi æterni incendii flammas cumulavi. Ecostra filius: Maledicta dies, in qua natus sum, maledictæ opes, quæ me ad hæc tormenta dengerunt. Hæc illi lamenta tam aggerebant, & æternum non finient. &c.

10. *Epilogus.* Terribili huic historiæ quid ultra addam, non habeo, nisi ut per suæ salutis gratiam quemlibet moneam; ut fluxas opes, & contemptibile pretium male adquisitum animæ suæ non præferat. Charissimi! non datur medium, restituendum, aut ardendum est! Eligite, sed prudenter. Amen.

Dominica XXIII. post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

Admonentur Parentes, ut tantam pro anima liberorum, quantam pro eorum corpore, curam gerant.

Domine, filia mea modo defuncta est, sed veni, impone manum super eam, & vivet. Matth. 9.

EXORDIUM.

Archisynagogus pro vita temporali filiæ supplicat, non pro spirituali.

1. UT verum fatear, haud satis clare intelligo petitionem, quam hodiernus Princeps ad Christum detulit: ajebat: *Domine, filia mea modo defuncta est.* Explica te, mi Archisynagoge, quæ mortis? scias enim velim, mortem esse duplicis generis, spiritualem, & corporalem: Mors corporalis contingit per separationem animæ a corpore; Mors spiritualis contingit per separationem gratiæ Divinæ ab anima. Die ergo, ultra morte defuncta est filia tua? quam vitam illi a Christo exoras? supernaturalem gratiæ, aut naturalem corporis? At quid multis indago? video lacrimatem, video lingultientem, filia ejus corporaliter mortua est. An putatis, Auditores, quod lacrimas daturus, quod ad Christum venturus esset, si filia non corporis, sed animæ mortem per lethale peccatum oppetisset? non credo, iste enim ipse Antistes Synagogæ erat ex eo fidegorum furfure, qui Christi Domini facta invidebat, acerbaque ejus irrare conabantur, dicente S. Luca (*c. 23. f: Archisynagoge Judæorum, quod Sabbato curasset*, unde credibile est, quod domi in familiari conversatione hanc ipse filiam, unicam latium duxerit, non sine spirituali ejus damno Christum eo tum reddiderit. (*S. Cæsar. Ser. 31. in Matth.*) Nunc autem, dum illa moritur, Divino ortus Redemptori pro vita ejus temporali supplicabundus advolvitur. O barde, o incepte! Jesus crasse delitas, ut corpus filiæ præ anima astimes, caducum præ æterno, morituram præ immortali? itane præposteri sollicitudine cordis, ut filia vitam vivat corporalem, & non curas, ut vivat spiritualem? &c. Christiani Auditores! quid cogitatis ad hæc? an existimatis hanc salutarem salutem Archisynagogum esse meruisse?

Minime vero: Etoneratur etiam in vos: Eadem enim hodiedum est parentum incuria, ut solum de temporali, nullatenus autem de æterna liberorum felicitate solliciti sint: id quod deploraus Augustinus (*in Psalm.37.*), ita ingemiscit: *Christiani flemus, & tamen plerumque, si filius insuquum moriatur, plusit illum: si gaudet, non illum plangit; tunc erat plangendus; quia pejus mortuus est luxuriose vivens, quam moriendo luxuriam fugiens*, &c.

Parentes plus pro anima quam pro corpore filiorum sunt solliciti.

2. *Propositio*. Permittite ergo, ut hanc cæcitatem deplorem, & Christianis parentibus suimmeritis obligationem inculcem, qui non minus pro animabus, quam corporibus liberorum curam gerere tenentur, utpote non solum de corporibus illorum, sed & de animabus olim severissimam Deo Judici rationem reddituri. Doctrina hæc magni momenti est, ideo vos præ quam alias attentos desidero. Favete.

David deplorat Absolonem, non parvulum: cur?

3. *Confirmatio*. Certissimum, & innegabile est, quod Deus, & natura parentibus ardentissimi amoris stimulum indiderit erga filios, dicente Euripide (*ap. Cornel. Lap. in Eccl.30.*): *Omnibus profecto hominibus filii sunt animæ*. Et Pacato (*in Panegyr. Theodos. apud eumdem*): *Instituente natura, plus fere filios, quam nosmetipsos diligimus*. Pater, qui prolem suam non amat, non pater, sed monstrum est parentis: Mater, quæ partum suum non diligit, non Mater, sed Meduſa est. Nihilominus, utut hic amor non subjaceat libertati, subjacet tamen rationi, a qua attemperari debet, ut sit ordinatus, & primo loco diligat id, quod primo loco amandum, dein secundo loco, quod secundo loco diligendum est. Quid est ergo illud, quod in liberis primo omnium loco amandum venit? utique anima immortalis præ mortali corpore: illius damna utique plus cavenda, plus etiam deplorauda sunt, quam ipsius. Respiciamus exemplum Regis Davidis: Scimus Davidi geminum, quem habebat, filium prematura morte fuisse ereptum, videlicet Ablolonem, & filiolum ex adulterio susceptum: utrumque diligebat teneerrime, sed mira prorsus differentia excepit animus, & alterius jacturam: audita cade Absalonis, inconsolabiliter flevit, esu, potu, ac somno abstinuit, inter singultus, & suspiria nihil ab eo audiebatur, quam triste illud (2. *Reg* 18.): *Absolon, fili mi! Absolon, fili mi!* Econtra, percepta morte filioli, ex adulterio susceptí, statim cibum sumpsit, lacrimas stitit, immo, ut Augustinus (*l.3. de Doll. Christ. c.22*) loquitur, *pro moriente lætatus est*. Quæso, quæ causa diversissimi affectus? an forsan Absolonem tenerius dilexit? nullo modo: nam pro sanitate parvuli ægrotantis non minus ardenter Deum deprecatus est, quam sollicite Absolonis incolumitatem Joabo, & militibus commendavit. Percipite ergo causam hujus differentiæ: Absolon anima tenus mortuus est, parvulus tantum corpore; ille æternum, hic tantum temporaliter periit: ideo illum plus isto deploravit, ait S. Gregorius (*ap. Lorin. hom.20. §.13. n.27.*): *Juste flevit filium parricidam, qui alium parvulum, quem sciebat non peccasse, non flevit*. Quo facto revera parentibus omnibus documentum dedit, plus animam filiorum, quam corpus diligendam, illiusque mala plus deplorauda esse, quam ipsius.

Multi parentes plus diligunt corpora filiorum, quam animam.

4. Permitte modo, o Christiane parens, ut ex actionibus tuis disquiram, an filii, & filiæ animam plus ames, quam corpora: Dic, siquis tibi suadet, ut filiam tuam pauperculo pastori, aut mendico in matrimonium colloces? nunquid manibus, & pedibus oblactatus, inquis: absit hoc a me, ut filiam adeo miseram, & inopem reddam: verum quid nunc agis, cum filia anima tenus misera, meritis paupercula, virtutibus inops, & coram facie Dei infelicior sit, quam infimæ sortis mendicabulum in facie mundi? de hoc parum curas. Edic, siquis tibi diffuadeat, ne filiam hanc, vel illi juveni impudenti, lascivo, male morato nuptui tradas, quid agis? dicis: at ille est locuples, mea filia erit pecuniosa Domina; verum, mi bone, vivent invicem in diffidiis, in rixis, in blasphemiis, in mutuis captandæ mortis desideriis, & peribunt. De hoc parum sollicitus es. O supinam incuriam parentum! de divitiis temporalibus filiorum amxii sunt, non vero de æternis, contra monitum Chrysostomi, dicentis (*hom.7. in Ep. ad Rom.*): *Absit, ut hoc consideremus, quemadmodum liberos relinquat suis Divites, sed non quemadmodum virtute præditos*. Dic, Christiane parens, siquis tibi suaderet, ut filiam pulcherrimis, quas habet, vestibus indutam, in culinam mittas ad purgandos cacabos, ad caminum everrendum, rideres stultissimum consilium; quia periculum foret, ne se turpissime denigraret: & cur non rides stultitiam tuam, dum filiam hinc inde libere evagari, ac conversari permittis, ubi periculum est, ne infernalis peccatorum nigredo illius animæ aspergatur? Dic, siquis tibi suaderet, ut filiam in proximam sylvam emittere, quæ latrociniis infesta esse scitur, non consentires suasioni, & filiam, illuc ire volentem, etiam violenta manu retineres: cur ergo non itidem violenter domi retines, dum ad latrones animæ, ad convivia, ad nuptias, ad tripudia festinat? ferva illam, ait Cardinalis Hugo (*in Eccl.7.*), *in castitate in domo, ut non possim vadas ad choreas, & a juventus corrumpatur*. &c.

5. Præterea, pro! quanta est parentum vecordia in educandis prolibus! permittuntur, ut volunt, conceditur illis, quidquid appetunt; non virga cædantur, ne cari ejusmodi Asmii ad

ea lacrimas, ad tristitiam provocentur; non austeriore vultu a vitiis retrahuntur: unde fit, ut intiar inculto arboris sylvescere, fordescere, & in pr is inclinationibus computrescere pergant. Percipite, quid Petrus Blesensis (*Ep.51.*) e jusmodi parentibus in aures inclamet: *Enormiter peccat, qui parvuli corporis vitæ alterius rerum consultit, qui pueri in statu tenera ætatis facilitate & suavitate emollit*. Edic, mi Christiane parens, si filium cerneres, in profluentem delapsum, an moras traheres inter undas luctanti succurrere, & si fieri aliter non posset, etiam capillitio arreptam, in litus extrahere, non cunctante, quod illa lacrimetur, & ejulet? certe non. Cur ergo, o impiorum, negligis filia capillos, & aures vellicare dum vides eam in infernum demergi, dum vides scelerate societati adhærere, dum vides noctu e domo evagari, dum vides in suspectis domibus versari, dum vides vanitatibus, & immunditiis deditam esse? O Bone Deus! quanta sollicitudine invigilat pater, ut filio, ut filiæ quod corpus de temporalibus subsidiis nihil deficiat? quid autem æstimandum magis est, an ex limo compactum corpus, aut anima sanctissimæ Trinitatis imago? unde obsecro tam damnabilis negligentiæ, quod liberis de esu, de potu, de vestimentis, de divitiis, de promotione liberaliter prospiciatur; si forte ægrotent, nullis impensis pro recuperanda sanitate parcatur: at dum anima tenus male habent, in sceleribus, in periculo æterni interitus versantur, nulla de hoc, tanquam de re nauci, cura, ac sollicitudo habeatur? unde quæso, hæc negligentia? ah unde? Sanctus Chrysostomus (*apud Card. Hug. in c. Matth. 20.*) pathetice causam insinuat, inquiens: *Alii filiis sunt militiæ providunt, alii hæredes; nemo salutem: perditionem magno pretio computant: salutem autem filiorum nec dono accipere volunt: si viderint illos pauperes, tristantur; si viderint potentes, nemo tristatur*. Unde hoc? *ut ostendant; quia corporum sunt parentes, non animarum*. Notate, & erubescite: corporum estis parentes, non animarum! &c.

Multi parentes efferunt filios suos damonio.

6. Adhuc unicam quæstionem ad vos Christiani parentes: Duo mihi filiorum sacrificia in mentem veniunt, unum laudabile, alterum detestabile: primum est illud Abrahæ, a quo Dominus Deus petiit, ut filium suum unigenitum sibi in monte Moria immolaret. Ardua cheu! obedientia: alterum est illud, factum idolo Moloch, cui cæci parentes, prout infinuatur in libro Leviticorum (*cap.18.*), proles suas offerebant, & inter brachia ignití idoli horrendum in modum concremabant. Jam porro casum, quod tam Dominus Deus, quam idolum hoc diabolicum a vobis filiorum immolationem exposceret, cui ex utroque concrederitis? ut video exhorrescitis ad impudentem interrogationem, quæ dignior esset, Turcis, ac barbaris, quam Christianis proponi; an ergo, dicitis, usque adeo in filiorum educatione infanimus, ut credi possimus, malle nos illos damnatos, quam Deo concreare? Pareite, fervari: parcite sit: quæ non obstante, ego responsum urgeo. Et quamvis sonantibus labris respondeatis, malle vos Deo, quam idolo filios concedere, ego tamen dubito: vultis rationem? Video nempe vos trittari, dum fillolus moriger, taciturnus, compositus, & plus devotioni, quam infantia dissolutioni deditus est; audio vos dicere: ille puer non est ad mundi genium, totis moribus monacharum spirat: Video vos in incondita lamenta, & lacrimas solvi, dum filius ad sacrum asceterii recessum anhelat, dum filia vult fieri monialis: contra dum filius petulans, ac petulciens, dum filia impudens, & lascivæ est, exultatis, ac dicitis: ista proles sunt generosæ, sunt ad mundi genium natæ, factæque, immo quod pejus est, ipsi filiæ persuadetis, ut sibi prospiceret de amatio, huic, quidquid ase peteret, nihil denegaret, ut de illius conjugio, aut saltem de compensatione pecuniaria tanto esset securior. Quid hoc, obsecro, aliud est, nisi malle filios idolo, quam Deo, vanitati, quam saluti, inferno, quam cælo immolare? Dite, obsecro, veniam huic loquendi audaciæ, quæ non mea est, sed celebris cujusdam concionatoris, cujus hic verba attexo (*P. Engelgr. Lux. Evangel. Dom. 15. Pent. §. 3.*): Licet Deus summe glorietur, & toto orbe maxime extollat sacrificium Abrahæ servi fidelis, qui unicum filium suum immolare paratus fuit: potiori imen jure, ut ita dicam, gloriari potest dæmon, qui tot sibi servos fideles reperit, comparatos unicam animam diabolo immolare in uno montium, quem monstraverit illis: unum immolant in monte ambitionis, alterum in monte perfidiæ, tertium in monte luxuriæ; nec est, qui de sempiterno eorum interitu vel ingemiscat. &c. &c.

7. *Epilogus*. Finio, & te, mi Christiane parens! per salutem tuam obtestor, ut non minus animæ, quam corporis filii tui curam geras: quid prodest prolem temporaliter felicem reddere, & æternum miseram? Quæso, si pretiosissima margarita, capsulæ inclusa, tibi donaretur, nonne infania foret, capsulam plus æstimare, quam margaritam? quid autem est corpus filii, quam capsula; quid anima, quam margarita? Riferunt olim Lusitani illi, qui primo in Americam delati sunt, Americanorum imprudentiam: dum enim saccos auro, & argento plenos in litus exponerent, illi neglectis auro, & argento, lineos saccos affectarunt. Hæc tua est, o parens, imprudentia, perilum corporis saccum in filio tuo adamas, nutris, ornas, & foves; econtra animam, omni auro pretiosiorem, negligis. Disce igitur res secundum pretium suum æstimare, & si alterutrum perire debet, potius da, ut corpus filii pereat, quam anima. Amen.

Domi-

Dominica XXIII. Post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

De fiducia, quam in infirmitatibus, aliisque afflictionibus in Deo potius, quam in humanis auxiliis collocari oportet.

Confide, filia, fides tua te salvam fecit. Matth. 9.

EXORDIUM.

Hæmorrhoissa, a Medicis deserta, ad Deum confugit.

1. QUis non ex intimo corde compatiatur miseræ hujus mulieri? res arridet, quod decimum tertium integris annis infirmari: duodecim anni in se complectuntur centum, & quadraginta quatuor menses: in se complectuntur sexcentos viginti quatuor septimanas: in se complectuntur quater mille trecentos, & octoginta dies: utique commiserazione dignissima est afflictio, tanto tempore colluctari morbo, & quidem morbo adeo infami, qui habebatur pro immundo, consequenter in causa erat, quod his misera mulier etiam vicinis, amicis, & familiaribus esset exosa, & contempta. Et quoniam satis opulenta erat, uti ex sacro textu desumere licet, ideo non omiserat indagare malo remedium: consulebat non jam medicum, sed turbam medicorum, qui tam Cæsareæ in patria sua, quam alibi certiorum, nec ex dubium, quin mille potiones, unctiones, emplastra, herbas salutares, succos elixiatos, thermas, aliaque adhibuerit. Quo fructu? quo successu? Sanctus Evangelista Marcus (*c. 5.*) affirmat: *Erat multa perpessa a compluribus medicis, & erogaverat omnia sua, nec quidquam profuerat, sed magis deterius habebat.* Ita fit: hi sunt gloriosi effectus humani auxilii, quo morbi non jam curantur, sed deteriorantur. Tandem meliore consilio accepit ad fontem vitæ: in unica Christi fimbria plus solaminis exspectata est, quam in duodenni Medicorum industria: audire enim meruit: *confide, filia, fides tua te salvam fecit.* &c. Quid exspectatis, Auditores? putatis forsan, vos panegyrin audituros de prodigiosa Christi potentia? Potest utique hanc extollere; ideo enim, ait Albertus Magnus (*in Luc. c. 8.*), *discretivus magnitudo infirmitatis a quatuor, a specie agritudinis, ab antiquitate, a sumptibus, quos fecerat in medicis, & ab incurabilitate*, ut tanto magis Dei potentia elucereat.

2. *Propositio.* Verum aliud est, quod ago, mihi rum eruditæ vos cupio, qua ratione in infirmitatibus (idem dictum sit de aliis afflictionibus) vos gerere oporteat. Inculcabo vobis illud (*Ps. 145.*): *Nolite confidere in principibus, in filiis* (in auxiliis, & consiliis) *hominum, in quibus non est salus*: in Deum erigenda est spes omnis. Favete.

Omnes quærunt auxilium in adversitatibus.

3. *Divisio.* Est uniformis instinctus naturæ in adversitatibus remedium quærere. Quam uniformis autem est iste instinctus in propensione, tam difformis est in executione: aliqui enim in afflictionibus spem suam collocant in divitiis: *Non est salus*: alii in potentibus amicis: *Non est salus*: alii in medicorum consiliis: *Non est salus*: alii demum, quod pessimum est, in superstitiosis incantationibus, venenis, & sagis. *Non est salus*: in quo ergo confidendum est? audi pulcherrimam ordinationem, quam Deus ipse præscribit, quomodo gerere te debebas in infirmitate. *Fili in tua infirmitate ne despicias teipsum, sed ora Dominum* (*Eccl. 38.*): Hoc primum esse debet: audi ulterius: *Averte te a delictis — & omni delictio munda cor tuum.* Hoc alterum est, quod requiritur: denique *da locum Medico*, repetamus enucleatius hanc doctrinam.

§. I. *In infirmitatibus primo confugiendum est ad orationem.*

4. Primum igitur, mi Christiane! quod jubetur, consistit in his verbis: *Fili! in tua infirmitate — ora Dominum*: audis? *ora Dominum*: huic ordinationi sine dubio contravenisset, qui, si ægritudine corripiantur, primo omnium ad amicos, ad vicinos, ad archiatros, ad pharmacopolas convolant: error hic est: exigit enim prudens ordo, ut prima omnium confidentia in Deum refundatur. Hæc semper praxis, & usus fuit hominum sanctorum: introducam exemplum ægrotantis Ezechiæ: sanctissimus Rex, cum gravissima ægritudine, quam Medici periculosam, ac lethalem arbitrabantur, terreretur, inter alios etiam a Propheta Isaia visitatus fuit: consolationem ab illo sperabat Rex, & ecce talem sententiam audit: *Dispone domui tuæ: quia morieris tu, & non vives.* (*Isa. 38.*) Quid ad hoc triste nuncium ager? in nullam diffidentiam lapsus est, spem potius novam concepit. Quid egit, an novos vocavit Medicos, qui alia, atque alia desperatissimo morbo remedia adhibendo? Neutiquam: *Convertit Ezechias faciem suam ad parietem, & oravit Dominum.* De quo pariete hic sermo est? Hugo Cardinalis (*in Isa. hic.*) respondet per parietem intelligi illam templi partem, quæ ad prætorium regium propinquius adjacebat: *Vertit se ergo ad templum, ad quod ire non poterat propter ægritudinem.* Quid factum est? Deus, oratione, ac fletu Ezechiæ commotus, indicias dicit, & quindecim annos vitæ illius adjecit. Usque evidens signum habere: prolongata vita, voluit Deus, ut sol decem lineis per gradus, quos descenderat, revertereur. O admiranda contriti cordis, ac orationis effectus! O bonum Dominum, qui habitum in se confidentiam adeo haud frustrari, ut etiam prodigio compensatet! &c.

5. Quid tu agis, mi Christiane? cur in infirmitate primo omnium spem tuam auxilio, & consilio hominum inædificis? cur non templum respicis? cur non ad orationem confugis? Nonne vivit adhuc idemmet Deus, qui tempore Ezechiæ? nonne haberadhuc eamdemmet Misericordiam, ac Bonitatem, quam tempore Ezechiæ? quin imme tunc temporis dicebatur Deus vivens, Deus fortis, Deus exercituum; nunc autem vocatur Pater misericordiarum, Deus totius consolationis, & amoris.

Deus facile exaudit nostras preces.

6. Et si tandem inconclito ejulatu, prolixis fletibus, diuturnis orationibus opus esset, donec ad commiserationem flecteretur, minus tibi vitio verteretur tanta difficultas: verum vix invocatus adest, & sese dixerim plus necesse non est, quam indicare nostrum indigentiam. In testes adduco sanctissimas sorores Magdalenam, & Martham: dum frater illarum Lazarus gravi morbo correptus decumberet, *miserunt ad eum* (ad Christum Dominum) *dicentes: Domine, ecce, quem amas, infirmatur.* (*Joan. 11.*) Circa hanc historiam varias considerationes adnituunt sacri Expositores: & in primis admirandum venit, cur miserint, cur non ipsæ iverint? Nonne Archisynagogus, Nonne Regulus, nonne Centurio, nonne hodierna Hæmorrhoissa per seipsos, non per nuntios Christo Domino supplicarunt? cur ergo sanctæ sorores non idem agunt? Omissis variis sanctorum Patrum rationibus solum adduco S. Augustinum (*hic.*): *Amanti, inquit, sufficiebat nuntiandum fuit, quasi diceretur: sufficit, ut ne cui: non enim amat, & deficit*, &c. Ea, mi Christiane! ut auxilium impetremus a Deo, plus necesse non est, quam indicare: amor illius satis potens illi motivum est, ut succurrat. O igitur miserum te, si in infirmitatibus, in afflictionibus confidentiam tuam inter creaturas partiris, & non omnem in tam bonum Dominum refundis. &c.

§. II. *Deinde a peccatis mundanda est anima.*

7. Alterum, quod confidentiæ ordo nobis præscribit, consistit in his verbis: *Ab omni delicto munda cor tuum.* Ea, mi Christiane! hæc altera tua sollicitudo esse debet in infirmitatibus, ut videlicet animam ab omni peccato emundes. O quam graviter hic ex parte allucinantur, qui circa curam valetudinis toti quanti occupati, nihil de anima, aut tam primum cogitant, cum famjam proxima est! O miseri, fallimini: prius curanda, ac mundanda est anima; quia sæpe a culpa anima dependet corporis salus: an nescitis, quid S. Matthæus commemorat? oblatus est Dei Filio Paralyticus, qui similitatem cruciis precibus rogitabat (*Matth. 9.*); Salvator, commiseratione ductus, consolari eum cœpit: *Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua.* Quid hoc mirz responsionis? supplicat paralyticus pro sanitate corporis, & Christus ei promittit sanitatem animæ? Rectissime factum, ait S. Thomas (*ap. Patricium in Jan. dest. 16. §. 4.*): peccata enim illius errant causa ægritudinis. *Unde fecit Dominus, sicut bonus Medicus, qui causam curat.* &c. Ea, mi Christiane! emundata anima a peccatis, sæpe etiam relevatur ægritudo corporis, sicut ablata causa, tollitur effectus.

In morbo non differatur cura Parochus.

8. Quapropter summe crudeles, & immisericordes sunt illi parentes, illi domestici, illi amici, potius inimici, qui summi momenti negotium, hoc est, curam animæ ad extremos ægrotantis halitus prorogant, ne illam exterreant, & tam primum curatorem animæ advocant, cum ager vix amplius sui compos est. Quid? an ergo Confessio occidit? an sacra Communio mortem affert? Ita: ejus mortem affert, si ad extremum vitæ crepusculum differatur: at si in tempore assumatur, vitam affert, & jam sæpe attulit etiam temporalem.

9. Gloriosissimus Galliarum Rex Ludov. XIIII. dum ætatis annum vicesimum nonum ageret, lethali morbo correptus, jamjam a Medicis conclamatus erat: quoniam vero Confessarium roguverat, ut libere moneret, si morbus periculum minaretur, idcirco hoc fideliter, ac discrete præstitit prudens Vir. Rex hoc nuntio nihil turbatus, generali Confessione animam ejpjavit: Confessione peracta, cui ultra horam impenderat, Medici vitæ ejus ædem extremitus reperunt, ut impossibile judicarint paroxismo, qui timebatur, resisti posse. Et vero assistit de morte paroxismus, Regemque ita concussit, ut omnes occisissimum paterent. Mane a Regina, & Confessario pertuatum est Regi, ut quoniam Medici majorem vim morbi, quam pharmacorum deprehendierent, sanctissimo Viatico animam muniret. Paruit Religiosissimus Princeps, illudque ex Cardinalis Lugdunensis manibus recepit, voluit quidem in lectulo se erigere, ut Creatorem suum decentius sumeret, sed prohibitus est; Pauce effluxerant horæ, cum Rex melius habere cœpit; recessit capitis dolor. Verbo: intra paucos dies convaluit. Gratiarum actiones Deo per integrum regnum exhibitæ, & publicæ preces institutæ sunt. Vovit in hac infirmitate Rex exstruere Monasterium in honorem Augustissimi hujus Sacramenti, cujus beneficio vitam recuperavit. O quantum profuit Devotissimo Regi in Pace Vitæ spem suam collocasse! O quantum econtra sibi nocent plurimi, qui, ante omnia in Medicorum ope spem suam ponentes, sanctissima morientium Sacramenta exhorrescunt, & ad ultimum usque halitum differunt!

§. III. *Ultima tandem loco vocandus est Medicus.*

10. Verum quæret nonnemo, an ergo fas non sit, Medicorum, & Chyrurgorum auxilia invo-

invocare? Respondeo, fas omnino est, sed tertio primum loco: post orationes ad Deum fiducialiter fusas, post expiatam a peccatis animam, tum primum addit Deus: *Da locum Medico: eum enim ille Dominus creavit: & non discedat a te, quia opera ejus sunt necessaria.* (*Eccl.* 38.) Qui pulcherrimum hunc ordinem, ab ipso Divino Legislatore præscriptum, invertit, qui primam, eamque majorem spem ponit in hominum subsidiis, quam Dei auxilio, dignus omnino est, ut in afflictione, in infirmitate sua contabescat. Scitis, quid Regi Asa contigerit? cruciabatur atrocissimis pedum doloribus, *Ægrotavit Asa dolore pedum vehementissimo.* (2. *Paralip.* 16.) Quid deinde, inquis? dolor pedum non est ægritudo lethalis. Quin imo Regi Asa lethalis fuit; ita enim crevit enormis dolor, ut tandem regem interemerit. Res mira! cur mortuus est Asa ex morbo alias non lethifero? audi rationem, quam Sacer Textus insinuat: *Nec in infirmitate sua quæsivit Dominum, sed magis in Medicorum arte confisus est.* Hæc præpostera confidentia illi cervicem fregit. En tandem, mi Christiane! disce rationem, cur ille ab infirmitate sua, alter a pœnitentia, alter a persecutionibus, alii ab multis diuturno tempore non liberentur; quia nimirum in amicis, in Medicis, in divitiis, in hominum auxiliis confidunt. O quam certo certius arumnarum suarum levamen caperent, si ad Deum confugerent.

11. *Epilogus.* Gratulor igitur tibi, O prudens femina! quæ in fimbria Christi Domini spem tuam ponebas: Gratulor vobis, O Christiani! qui illius exemplo tracti, in necessitatibus vestris ad Deum refugium quæritis; nullibi enim in tota Scriptura scriptum reperietis: *Benedictus Vir, qui confidit in hominibus*: nullibi. Verum hoc bene: *Benedictus Vir, qui confidit in Domino.* (*Jerem.* 17.) Ille longe potentior, longe fidelior, longe misericordior, longe pronior est ad auxiliandum, quam sint omnia omnium creaturarum, & totius mundi auxilia. *Mihi autem adhærere bonum est, & ponere in Domino Deo spem meam.* (*Psalm.* 72.) Amen.

Dominica XXIII. Post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

De incertitudine mortis, quæ cunctis hominibus, juvenibus, & senibus omni momento metuenda est.

Domine, filia mea modo defuncta est. Matth. 9.

EXORDIUM.

Nemo, neque juvenis, neque senex securus est a morte.

1. ITa fit: luculento iterum spectaculo testatur Evangelium, quod mors non tantum fruges maturas excutiat, sed etiam crudas, nec solum impinguatos boves, sed etiam teneros vitulos ad macellum ducat. *Filia mea modo defuncta est,* (*Matth.* 9.) lamentatur hodiernus Princeps; filia divitiis, forma, honoribus, amicorum studiis felicissima, & quæ ob ætatis teneritudinem, ac valetudinis dispositionem credi poterat quam longissime a morte abesse. Deum immortalem! quomodo mori potuit, quæ paullo ante toto vultu rubebat ut rosa, oculis micabat ut carbunculus, erecta incedebat ut columna, tota animosa, tota robusta, tota generosa, & aspicientium deliciam? quomodo mori potuit, quam cura parentum ad magnum felicitatis apicem educabat, & jam ad conjugia nobilium, comitum, ac Principum destinabat? quomodo mori potuit, in cujus morbo non defuit aurum potabile, gemmæ liquefactæ, potiones confortativæ, Medici, ac Chyrurgi peritissimi? O cæci filii hominum! quid miramini, quod mori potuerit? ego potius admiror, quod mors, quæ diu, noctuque nobis insidiatur, non omni momento nos opprimat. Vos juvenes, dum unum, vel alterum senicalum cernitis, statim centenos, & amplius vitæ annos speratis; dum econtra innumeri alii, qui vix nati sepulcro inferuntur, vos admonere deberent, quod verbum *Orior*, & *morior* unica littera differant. Plures sunt, qui in prologo tragœdiæ pereunt, quam qui ad Epilogum pertingunt; plures sunt, qui sub auroram emarcescunt, quam qui ad meridiem perdurant. Quemadmodum res admiranda foret, si, cadente densissima grandine, nulla in campis arista lederetur, nullus in hortis floseulus opprimeretur; ita ego magis mirandum puto, quod multi vivi remaneant, quam quod multi moriantur, cum innumerabiles fere quotidie sint causæ moriendi. Quæritis, Auditores, quænam sunt hæ causæ?

Quia causæ mortis sunt innumeræ.

2. *Propositio.* Agite, consideremus humanæ vitæ fragilitatem, videbitis adeo infirmam, & imbecillem, ut mirum non foret, si multi neque hujus concionis spatium superviverent. Est hæc considerandi in paucis utilissima; quia hominis animum salutari timore concutit, admonetque, ut nunquam non vivat ad mortem omni momento paratus. Favete.

Vere omne momentum est articulus mortis.

3. *Confirmatio.* Nos improvidi mortales adeo cæcutimus, ut articulum mortis tunc imminere arbitremur, quando subsidentes oculi lacrimas emittunt, quando halitus debilitatus animam fugitivam ultimo impulsu propellit, quando tempora concidunt, frons corrugatur, nasus acuminatur, sudor erumpit, ungues livescunt, pedes congelantur, & sensus omnes deficiunt. Verum si rem penitus perpendimus, hora mortis

tis vicissitudo est, singulis momentis versamur in articulo mortis: agnovit hanc veritatem patientissimus Job, inquiens (*cap.* 10.): *Nescio, quamdiu subtollam, & si post modicum tollat me subito auctor meus.* Quamprimum egredimur ex utero materno, jam velati maleficus ad supplicium ducimur, & ut solebat dicere Thomas Morus, carnificem nobilium habemus, quamvis, ubi, & quando necandi simus, nesciamus. Ridicula est persuasio, quod solum senes moriamur, mors senum est rarissima: nos mortem sæpe exspectamus ad januam, & illa intrat per senestras; inde imminet, ubi minime imminere creditur, prout monuit æterna Veritas Christus; *Non enim regnum Dei cum observatione* (*Luc.* 17.), id, est cum discretione temporis ætatis, aut loci. Circumspiciamus paullisper in orbe universo, & certe deprehendemus ab omnibus, quocumque oculos vertimus, nobis mortem intentari.

Cælum nobis mortem minatur.

4. Ad cælum oculos attollamus: ibi putamus quidem reddere omnis generationis, & vitæ principium; sed nimis quam verum est, esse & ibi corruptionis radicem. Lucentia sydera non tantum cursu suo metiuntur annos, sed & influxu suo inficiunt. Stella sunt quidem mamillæ, quæ nos lactant, sunt vigiles, qui nos custodiunt; sed sunt etiam facies, quæ cadavum funeralium nos commonent. Dum planetæ Jupiter, & Venus non adeo sunt vitæ humanæ amici, & utiles, quantum Saturnus, & Mars sunt noxii, & inutiles. Existimari posset, illa animalia, quæ in cælestibus campis pascuntur, non esse fictitia; habent enim valdissime nocendi instrumenta: quot sunt hominum, qui cornua arietis sentiunt in vere, morsus rabidæ canículæ in æstate, puncturas venenosi scorpionis in autumno, furias capricorni hyemis? Duodecim domus, in quas dividitur firmamentum, ut plurimum sunt habitacula mortis. Medici satis exploratum habent, cælum esse radicem nostrorum morborum; illi attribuunt alterationes lethales, anni climactericos, dies criticos; ideo dum sol est in leone, non audent præbere medicinas; dum est in alcenia stellarum aduslarum Arturi, Reguli, Herculis, non audent venam incidere; dum luna est in Geminis, omnem ictum scimus fatalem, quem cælum in nos infligit. Eat, & putet aliquis corpora cælestia solum operari ad nostram conservationem: puto ego, quod centies operentur ad destructionem, antequam semel ad conservationem.

Elementa sunt vitæ inimica.

5. Forsan refugium nobis patet ad elementa, ideque tanto magis, quia illis arctissima consanguinitate conjuncti sumus, utpote ex parte ignei, aquei, terrei, & aerei. Verum eheu! elementa humanæ vitæ infensissima sunt: Filius viduæ in Naim quaternis portitoribus ferebatur ad tumulum. Quærite ex S. Ambrosio, quinam fuerint hi portitores? & respondebit (*l.* 7. *in Luc.*): *Materialibus quatuor ad sepulcrum ferebatur elementis.* Quis neget, ignem esse hominis inimicum? Venenum enim est in cometa, fulmen in nube, demon in cuniculo: plurimi, dum furit in bombardis, sclopetis, machinis æneis, pyriis globis, improvise ab eodem obruuntur. Quis neget, aerem esse hominis inimicum? nimis densus suffocat, nimis subtilis inficit, corruptus est pestilens, raro mutatur, quia vitæ fatales insidias struat. Venti infinitos e medio tollunt, Eurus in æstate bilem accendit febribus, in hyeme corpus molestat phlegmatibus, Auster causat apoplexias, vertigines, resolutiones humorum, putrefactiones corporum. Quis neget, aquam esse hominis inimicum? guttata in tot fructibus latuscat, sulcita in luminibus, & lacubus hauriat, navigata in mari naufragiis mergit. Quis neget, terram esse hominis inimicum? quamvis enim sit universalis viventium matrix, nihilominus etiam cicutam, & arsenicum progeminat, præterea etiam animalia educat homini infensissima, aliqua venenum habent in unguibus, alia in dentibus, aliqua in capite, alia in cauda, nullibi fumus liberi a viperis, scorpionibus, & serpentibus. &c. Vivimus in continuo mortis articulo; semperque nobis struuntur fatales insidiæ: a quo? percipite Augustinum (*lib.* 21. *de Civ. c.* 22.): *aeriformibus, tempestatibus, imbribus, alluvionibus, exustatione, vastitate, grandine, fulmine, morbis, hiatibusque terrarum, aquarumque absorbentibus, & pavore, vel etiam multis armentorum, aut vermiculi fructuum, aquarum, aurarum, bestiarum ac ferarum, vel tantum modo morsibus, vel etiam morticeris marsupii.*

Artes omnes ad mortem dispONent.

6. Plus dico: Morte etiam non persequente, illi ultro obviam festinamus; ita mortem alloquens Seneca (*in Hercul. Fur.*) ait, *Sis licet sequis, præcurrimus ipsi.* Quid sunt artes fere omnes, quibus in hoc mundo affectamus, quam virium delibatio, & mortis acceleratio? sunt, qui ad ignem fere torrentur conflandis vitris, cudendo ferro, poliendis metallis intenti. Sunt, qui fudoribus perfluunt findendis lignis, scindendis saxis, fodiendis mineris dediti: quid sunt hi mechanici labores? defatigatio virium, accelerata destructio vitæ. Quæso, quot sunt, qui dum mortem impatienter exspectant in terra, eam conficiunt in aere! quid facit funambulus in fune, quid faber murarius super scalas, quid rusticus in arbore, quid regulatius in turrium fastigiis? mortem quærunt: alii, ut mortem piscarentur in aquis, quas non naves, triremes, scaphas, & lintres invenerunt? Neque ab hac mortis acceleratione immunes sunt artes, quas vocamus liberales: Grammatici, dum speculantur super verba, Poetæ super odes & versus, Logici super propositiones, & syllogismos, Physici

fici super causas & principia, Mathematici super figuras, & numeros, Legista super Pandectas, & Digesta, Theologi super attributa, & relationes, contumunt spiritus subtiliores, vertigines, & mala hypocondriaca contrahunt. Ipsa medicina, quæ conservationem vitæ humanæ profitetur, quotidie plurimos occidit: quod militer faciunt armis, hoc Medici agunt pharmacis.

7. Numquid forsan inter adamum lupedias inveniur clypeus contra mortis insidias? Obeo in aliis mortis officium suppleat invidia, & ambitio: quid exspectat aulicus ad illam januam, nisi mortem? Noctes vertere in diem, inordinate cibum, & potum ingerere, somnum intempestivis vigiliis rumpere, quid est aliud, quam vitam abbreviare? Forsan vitæ longævitas reperitur in mercatorum commerciis? Obeo qui domi plurimos annos secure vivere possent, mortem foris quærunt, per longinquas itinerationes, terra, marique factas, exponunt se periculo naufragiorum, pyratarum, latrociniorum. &c.

Mors inopinata obruit nihil simile metuentes.

8 O mortales! fiscine annosum speratis senium, dum natura, & ars in vestram perniciem conjurat? agite, defendite vos, si potestis, contra undique insidias: quantumcumque fueritis oculati, repente sinistro casu obrui, & sepulcro inferri potestis. Quis credidisset Æschylum, dum in campum, serenum hauriturus, exiret, a testudine occisum iri, quam præter volans aquila in caput ejus demisit? Quis credidisset, Anacreontem ab acino uvæ suffocatum iri, quæ in guttur illi transversa hærebat? Quis credidisset, Baldum, Juristurum insigne decus, ex morsu cateli, quem in sinu lusibundus tenebat, lethali morsu confciendum? quis credidisset, victori illi, dum triumphabundus in arcem Capitolinam vehitur, a tegula e tecto decidua cerebrum una cum diademate excutiendum? Ita frequenter contingit. Multi, qui millenis tempestatibus jactati, Scyllas, & Charybdes separarunt, dein exigua putei aqua merguntur, uti Prater Pompeii. Multi, qui centenas prasiorum intersectiones salvi, & incolumes evaserunt, dein inspirato ictu e vivis exturbantur, uti æmulus Pompeii Cæsar. Neque dicat quis, hos casus non esse certe fortunæ, sed humanæ malitiæ; hæc enim responsione novos mihi mortis cuniculos ostendis. Quot non interemit zelotypia, invidia, ira? umbra unius mali sæpe centum alia trahit. Non solum occidunt latrones, sed etiam amici fallaces, unum verbum aculeatum pugiones, & scloperum amat. &c.

Causa intrinseca mortis non minus numerosa.

9 Quod maximum est, omnia hæc mortis pericula, quæ hactenus recensuimus, sunt mere extrinseca, o quam amplus differendi campus restaret, si causas mortis intrinsecas, nobisque congenitas, vellem pervertere? possem profecto demonstrare, quot musculos, quot nervos, quot arterias, tot mortes in nobis delitescere; possem ostendere, quam facile vitales spiritus deficiant, sanguis stagnet, catharri suffocativi defluant, cholera inficiat, Melancholia destruat. Verum hanc materiam alteri occasioni reservo, (*Vid. Dom. 10. post Pent. cent. 3. §. 2.*) & te alloquor, mi Christiane! cum natura, tum, fortuna, & malitia tam pertinaciter conspirent contra tuam vitam, potesne prudenter de annorum diuturnitate tibi blandiri, easque spe lucri in peccatis vivere? si cum uno, aut altero vitæ periculo tibi confligendum foret, posses aliquatenus effugium sperare, sed quod per plurimos annos omnibus his reluctere quæ, hoc etenim sperare non prudentia, sed temeritas est.

10. *Ephesius.* Quæris fortasse, quid igitur facto opus sit? Respondeo paucis, ita vivendum tibi est, ut nullo momento ad mortem sis imparatus. O quanta felicitas, non metuere illum tartarum, quem inundas universus adeo exparvefecit, & cum ritu excipere mortem, quam alii cum inconditis latentis præsolantur. Hanc autem tantam felicitatem expectantes illi, qui juste viventes animam servare student ab omni lethali plaga immunem. Vidi olim sepulcrum mortualem e certo Monasterio missam, qua elogia mortuorum, ut ubi moris est, scribuntur: in fronte scheletus videnda erat mortualis calvariæ imago cum hac epigraphe; *Te nunquam timui:* O mi Christiane! me ego te beatum dicero, si hanc tibi epigraphen appropries; certe enim, non est major in mundo felicitas, quam illa securitas, non timere mortem. Amen.

Dominica XXIV. post Pentecosten.

CONCEPTUS L.

Ostenditur, peccatum revera esse abominationem desolationis, per quam templum Spiritus Sancti, hoc est, anima turpissime devastatur, & supernaturalem gratiarum thesaurum perdit.

Cum videritis abominationem desolationis, — stantem in loco sancto. Matth. 24.

EXORDIUM.

1. Celeberrima est controversia inter interpretes, quid Christus Dominus intellexerit per hanc abominationem desolationis? S. Irenæus (*l. 5. c. 25.*), & Hilarius (*apud Chrysost. in Matth. 24.*) putant designari Antichristum, qui cum tempore adorabitur ut Deus. S. Hieronymus, & Theodoretus (*in c. 24. Matth.*) putarunt per abominationem similiter Idolum positum in templo tempore Christi Domini. S. Augustinus (*Ep. 80 ad Hesych.*), & Origenes (*tract. 35. in Matth.*) censent abominationem desolationis esse

esse exercitum Romanum Jerusalem obsidentem. Alii tenent alias opiniones. Verum Barradius, Abulensis (*loc.*), Baronius, (*Ann. Chr. 68. num. 2.*) & alii censent, hanc abominationem esse profanationem templi factam a seditiosis, homicidis, & sceleratis Judæis: Res deplorandæ! magnificum illud templum, quod a Salomone extructum (prout computat Salianus *Ann. mundi* 3017. *in fr. n. 43.*) trecentis millionum millibus constitit, illud templum, quod erat mundi miraculum, majestatis prodigium, Dei habitaculum, ita inhonoratum est, ut postea tactum fuerit Idolorum receptaculum, sceleratorum munimentum, spelunca latronum. Antea habitabat Deus in eo, nunc seditiosi homicidæ: antea erat domus orationis, nunc macellum funestarum cædium: antea fuit fons gratiarum, nunc odii Divini execrabile objectum. &c. Christiani Auditores! advertitis, quid per hoc insinuare vobis velim? nimirum *Nescitis, quia templum Dei estis*, ait S. Paulus (*1. Cor. 3.*). Quamadmodum igitur templum illud Salomonis per sceleratos Judæos, qui illud eastorum more miscuerant, indeque excumentes, rapinis, & cædibus in cives suos grassati sunt, turpissime profanatum est: ita heri potest, & pro dolor! frequenter fit, ut anima vestra, templum Spiritus sancti, abominandum in modum dehonestetur. Per quid? per peccatum. Ante peccatum anima vestra pulcra, amabilis, & Deo grata est; post peccatum omnem venustatem, gratiarum ornatum, & Dei favorem dependit. &c.

Peccatum est abominatio desolationis in anima.

2. *Propositio.* Patimini ergo, ut quod hactenus sequenter ego, id & hodie agam, videlicet ut irreconcilabilis odium peccati vobis instillem; ostendam revera *abominationem desolationis* in anima esse peccatum. Utinam verba mea essent adeo ponderosa, ut tandem aliquando serio statueretis ex toto corde odisse peccatum! Faveto.

3. *Divisio.* Agrippina illa Neronis Mater, (*Euseb. Nicomed. l. 1. c. 5. differens.*) ut filii prodigalitatem corrigeret, qua ille semel quartam integri millionis partem decoxerat, jussit hoc omne peculium in aliquot mensibus exponi, filiumque coram intueri, quam immensa esset peccatorum sarcina, quam ille adeo leviter uno quasi momento prodegerat. O mi peccator! utinam possem tibi pathetice sub oculos exponere immensum illud damnum, quod per peccatum incurristi; nae tu certe exhorresceres: per peccatum destructa sunt omnia tua merita, una cum facultate merendi. Per peccatum expulsa est e corde tuo gratia, amicitia, & filiatio Dei una cum donis, ac charismatis Divini Spiritus. Per peccatum (quod summum est) perditus est Deus. Eheu! quomodo possibile est, ut vita tanta jactura non irrugies pro dolore, velut irrugiit Esau ob primogenituram perditam! Quod si non satis capitis infelicitatem tuam, ostendam tibi fusius, quanta hæc sit desolatio, quanta devastatio, quantum damnum animæ tuæ.

§. I. *Per peccatum destruuntur omnia merita.*

4. *Confirmatio.* Primo igitur per peccatum destruuntur merita omnia, quæ per totam vitam sanctis operibus, & usu Sacramentorum collegisti. Vidit olim Apocalypticus Vates (*cap. 12.*) feminam sole amictam, & lunam sub pedibus ejus, in capite autem habentem coronam stellarum, per quam designatur anima, Divinæ gratiæ ornatu decorata; quamprimum hæc femina filium parturit, *Raptus est filius ejus ad Deum, & ad thronum ejus*, id est, quamprimum anima, in gratia Dei constituta, opus aliquod meritorum facit, statim illud opus offertur conspectui Dei; quia opera justorum Deo grata, accepta, & cæli præmio digna sunt. Eia mi Christiane! illa corolla Mariana, quam solerter decurristi; illa lacrimula, quæ nuper peccata tua plansisti; illud frustillum mundi panis, quod amore Dei pauperi dedisti; aliaque opera ab Angelo tuo Custode oblata sunt Dei conspectui, atque inscripta in libro vitæ, ut quondam cælesti mercede coronentur. Illa opera tua sunt clavicula ad reserandam cæli portam, sunt aurum ad conficiendam coronam cælestem, sunt lingua magnetica, quæ te ducet e mundi hujus navigatione ad portum æternæ felicitatis, sunt vestis pretiosa, quæ te conjugem exornat ad cælestes nuptias. Dic, obsecro, quid sentires de ejusmodi homine, qui talem clavicylum, tale aurum, talem linguam magneticam, talem vestem pretiosam altero abjiceret? plane diceres, illum insigniter stultescere. Verum, O mi peccator! hæc tua est dementia: quamprimum enim in cogitationem turpem consensisti, quamprimum gravi detractione proximum denigrasti, quamprimum peierasti, verbo quamprimum peccatum fecisti, extincta sunt, destructa sunt, annihilatæ sunt omnia tua merita: anima tua facta est; velut exspoliata, & exusta civitas, facta est, velut alveare, regulo suo ac melle evacuatum. O infelix animæ status! ubi est modo Dei gratia, in baptismo tibi infusa? ubi sunt priora devotionis exercitia? ubi Missarum Sacrificia? ubi jejunia? ubi eleemosynæ? ubi corporis castigationes? ubi patientiæ in morbis, & adversitatibus? ubi omnis opera tua? Eheu! perdita sunt omnia. Eheu! quomodo possibile fuit, ut in peccatum consentires cum tanta jactura? quæso, si per peccatum perdere deberes omnem pecuniam, ac opes tuas, quas hactenus collegisti, si perdere deberes domum tuam, agros tuos, officium tuum, nonne solliciter a peccato tibi caveres? at scito longe gravius est damnum, quod anima tua per peccatum incurrit: quid enim sunt divitiæ, quid honores tosito mundi,

fici super causas & principia, Mathematici super figuras, & numeros, Legista super Pandectas, & Digesta, Theologi super attributa, & relationes, contumunt spiritus subtiliores, vertigines, & mala hypocondriaca contrahunt. Ipsa medicina, quæ conservationem vitæ humanæ profitetur, quotidie plurimos occidit: quod militer faciunt armis, hoc Medici agunt pharmacis.

7. Numquid forsan inter adamum lupedias inveniur clypeus contra mortis insidias? Obeo in aliis mortis officium suppleat invidia, & ambitio: quid exspectat aulicus ad illam januam, nisi mortem? Noctes vertere in diem, inordinate cibum, & potum ingerere, somnum intempestivis vigiliis rumpere, quid est aliud, quam vitam abbreviare? Forsan vitæ longævitas reperitur in mercatorum commerciis? Obeo qui domi plurimos annos secure vivere possent, mortem foris quærunt, per longinquas itinerationes, terra, marique factas, exponunt se periculo naufragiorum, pyratarum, latrociniorum. &c.

Mors inopinata obruit nihil simile metuentes.

8 O mortales! fiscine annosum speratis senium, dum natura, & ars in vestram perniciem conjurat? agite, defendite vos, si potestis, contra undique insidias: quantumcumque fueritis oculati, repente sinistro casu obrui, & sepulcro inferri potestis. Quis credidisset Æschylum, dum in campum, serenum hauriturus, exiret, a testudine occisum iri, quam præter volans aquila in caput ejus demisit? Quis credidisset, Anacreontem ab acino uvæ suffocatum iri, quæ in guttur illi transversa hærebat? Quis credidisset, Baldum, Juristurum insigne decus, ex morsu cateli, quem in sinu lusibundus tenebat, lethali morsu confciendum? quis credidisset, victori illi, dum triumphabundus in arcem Capitolinam vehitur, a tegula e tecto decidua cerebrum una cum diademate excutiendum? Ita frequenter contingit. Multi, qui millenis tempestatibus jactati, Scyllas, & Charybdes separarunt, dein exigua putei aqua merguntur, uti Prater Pompeii. Multi, qui centenas prasiorum intersectiones salvi, & incolumes evaserunt, dein inspirato ictu e vivis exturbantur, uti æmulus Pompeii Cæsar. Neque dicat quis, hos casus non esse certe fortunæ, sed humanæ malitiæ; hæc enim responsione novos mihi mortis cuniculos ostendis. Quot non interemit zelotypia, invidia, ira? umbra unius mali sæpe centum alia trahit. Non solum occidunt latrones, sed etiam amici fallaces, unum verbum aculeatum pugiones, & scloperum amat. &c.

Causa intrinseca mortis non minus numerosa.

9 Quod maximum est, omnia hæc mortis pericula, quæ hactenus recensuimus, sunt mere extrinseca, o quam amplus differendi campus restaret, si causas mortis intrinsecas, nobisque congenitas, vellem pervertere? possem profecto demonstrare, quot musculos, quot nervos, quot arterias, tot mortes in nobis delitescere; possem ostendere, quam facile vitales spiritus deficiant, sanguis stagnet, catharri suffocativi defluant, cholera inficiat, Melancholia destruat. Verum hanc materiam alteri occasioni reservo, (*Vid. Dom. 10. post Pent. cent. 3. §. 2.*) & te alloquor, mi Christiane! cum natura, tum, fortuna, & malitia tam pertinaciter conspirent contra tuam vitam, potesne prudenter de annorum diuturnitate tibi blandiri, easque spe lucri in peccatis vivere? si cum uno, aut altero vitæ periculo tibi confligendum foret, posses aliquatenus effugium sperare, sed quod per plurimos annos omnibus his reluctere quæ, hoc etenim sperare non prudentia, sed temeritas est.

10. *Ephesius.* Quæris fortasse, quid igitur facto opus sit? Respondeo paucis, ita vivendum tibi est, ut nullo momento ad mortem sis imparatus. O quanta felicitas, non metuere illum tartarum, quem inundas universus adeo exparvefecit, & cum ritu excipere mortem, quam alii cum inconditis latentis præsolantur. Hanc autem tantam felicitatem expectantes illi, qui juste viventes animam servare student ab omni lethali plaga immunem. Vidi olim sepulcrum mortualem e certo Monasterio missam, qua elogia mortuorum, ut ubi moris est, scribuntur: in fronte scheletus videnda erat mortualis calvariæ imago cum hac epigraphe; *Te nunquam timui:* O mi Christiane! me ego te beatum dicero, si hanc tibi epigraphen appropries; certe enim, non est major in mundo felicitas, quam illa securitas, non timere mortem. Amen.

Dominica XXIV. post Pentecosten.

CONCEPTUS L.

Ostenditur, peccatum revera esse abominationem desolationis, per quam templum Spiritus Sancti, hoc est, anima turpissime devastatur, & supernaturalem gratiarum thesaurum perdit.

Cum videritis abominationem desolationis, — stantem in loco sancto. Matth. 24.

EXORDIUM.

1. Celeberrima est controversia inter interpretes, quid Christus Dominus intellexerit per hanc abominationem desolationis? S. Irenæus (*l. 5. c. 25.*), & Hilarius (*apud Chrysost. in Matth. 24.*) putant designari Antichristum, qui cum tempore adorabitur ut Deus. S. Hieronymus, & Theodoretus (*in c. 24. Matth.*) putarunt per abominationem similiter Idolum positum in templo tempore Christi Domini. S. Augustinus (*Ep. 80 ad Hesych.*), & Origenes (*tract. 35. in Matth.*) censent abominationem desolationis esse

esse exercitum Romanum Jerusalem obsidentem. Alii tenent alias opiniones. Verum Barradius, Abulensis (*loc.*), Baronius, (*Ann. Chr. 68. num. 2.*) & alii censent, hanc abominationem esse profanationem templi factam a seditiosis, homicidis, & sceleratis Judæis: Res deplorandæ! magnificum illud templum, quod a Salomone extructum (prout computat Salianus *Ann. mundi* 3017. *in fr. n. 43.*) trecentis millionum millibus constitit, illud templum, quod erat mundi miraculum, majestatis prodigium, Dei habitaculum, ita inhonoratum est, ut postea tactum fuerit Idolorum receptaculum, sceleratorum munimentum, spelunca latronum. Antea habitabat Deus in eo, nunc seditiosi homicidæ: antea erat domus orationis, nunc macellum funestarum cædium: antea fuit fons gratiarum, nunc odii Divini execrabile objectum. &c. Christiani Auditores! advertitis, quid per hoc insinuare vobis velim? nimirum *Nescitis, quia templum Dei estis*, ait S. Paulus (*1. Cor. 3.*). Quamadmodum igitur templum illud Salomonis per sceleratos Judæos, qui illud eastorum more miscuerant, indeque excumentes, rapinis, & cædibus in cives suos grassati sunt, turpissime profanatum est: ita heri potest, & pro dolor! frequenter fit, ut anima vestra, templum Spiritus sancti, abominandum in modum dehonestetur. Per quid? per peccatum. Ante peccatum anima vestra pulcra, amabilis, & Deo grata est; post peccatum omnem venustatem, gratiarum ornatum, & Dei favorem dependit. &c.

Peccatum est abominatio desolationis in anima.

2. *Propositio.* Patimini ergo, ut quod hactenus sequenter ego, id & hodie agam, videlicet ut irreconcilabilis odium peccati vobis instillem; ostendam revera *abominationem desolationis* in anima esse peccatum. Utinam verba mea essent adeo ponderosa, ut tandem aliquando serio statueretis ex toto corde odisse peccatum! Faveto.

3. *Divisio.* Agrippina illa Neronis Mater, (*Euseb. Nicomed. l. 1. c. 5. differens.*) ut filii prodigalitatem corrigeret, qua ille semel quartam integri millionis partem decoxerat, jussit hoc omne peculium in aliquot mensibus exponi, filiumque coram intueri, quam immensa esset peccatorum sarcina, quam ille adeo leviter uno quasi momento prodegerat. O mi peccator! utinam possem tibi pathetice sub oculos exponere immensum illud damnum, quod per peccatum incurristi; nae tu certe exhorresceres: per peccatum destructa sunt omnia tua merita, una cum facultate merendi. Per peccatum expulsa est e corde tuo gratia, amicitia, & filiatio Dei una cum donis, ac charismatis Divini Spiritus. Per peccatum (quod summum est) perditus est Deus. Eheu! quomodo possibile est, ut vita tanta jactura non irrugies pro dolore, velut irrugiit Esau ob primogenituram perditam! Quod si non satis capitis infelicitatem tuam, ostendam tibi fusius, quanta hæc sit desolatio, quanta devastatio, quantum damnum animæ tuæ.

§. I. *Per peccatum destruuntur omnia merita.*

4. *Confirmatio.* Primo igitur per peccatum destruuntur merita omnia, quæ per totam vitam sanctis operibus, & usu Sacramentorum collegisti. Vidit olim Apocalypticus Vates (*cap. 12.*) feminam sole amictam, & lunam sub pedibus ejus, in capite autem habentem coronam stellarum, per quam designatur anima, Divinæ gratiæ ornatu decorata; quamprimum hæc femina filium parturit, *Raptus est filius ejus ad Deum, & ad thronum ejus*, id est, quamprimum anima, in gratia Dei constituta, opus aliquod meritorum facit, statim illud opus offertur conspectui Dei; quia opera justorum Deo grata, accepta, & cæli præmio digna sunt. Eia mi Christiane! illa corolla Mariana, quam solerter decurristi; illa lacrimula, quæ nuper peccata tua plansisti; illud frustillum mundi panis, quod amore Dei pauperi dedisti; aliaque opera ab Angelo tuo Custode oblata sunt Dei conspectui, atque inscripta in libro vitæ, ut quondam cælesti mercede coronentur. Illa opera tua sunt clavicula ad reserandam cæli portam, sunt aurum ad conficiendam coronam cælestem, sunt lingua magnetica, quæ te ducet e mundi hujus navigatione ad portum æternæ felicitatis, sunt vestis pretiosa, quæ te conjugem exornat ad cælestes nuptias. Dic, obsecro, quid sentires de ejusmodi homine, qui talem clavicylum, tale aurum, talem linguam magneticam, talem vestem pretiosam altero abjiceret? plane diceres, illum insigniter stultescere. Verum, O mi peccator! hæc tua est dementia: quamprimum enim in cogitationem turpem consensisti, quamprimum gravi detractione proximum denigrasti, quamprimum peierasti, verbo quamprimum peccatum fecisti, extincta sunt, destructa sunt, annihilatæ sunt omnia tua merita: anima tua facta est; velut exspoliata, & exusta civitas, facta est, velut alveare, regulo suo ac melle evacuatum. O infelix animæ status! ubi est modo Dei gratia, in baptismo tibi infusa? ubi sunt priora devotionis exercitia? ubi Missarum Sacrificia? ubi jejunia? ubi eleemosynæ? ubi corporis castigationes? ubi patientiæ in morbis, & adversitatibus? ubi omnis opera tua? Eheu! perdita sunt omnia. Eheu! quomodo possibile fuit, ut in peccatum consentires cum tanta jactura? quæso, si per peccatum perdere deberes omnem pecuniam, ac opes tuas, quas hactenus collegisti, si perdere deberes domum tuam, agros tuos, officium tuum, nonne solliciter a peccato tibi caveres? at scito longe gravius est damnum, quod anima tua per peccatum incurrit: quid enim sunt divitiæ, quid honores tosito mundi,

di, si cum meritis, & gratia Dei comparentur? nihil sunt. Merita tua cælo digna superant thesauros omnium regnorum, superant auratum, & argentum totius orientis. Et necdum exhorresces peccatum, per quod tibi tam immensum damnum irrogatur?

§. II. *Per peccatum perduntur dona S. Spiritus.*

5. Alterum damnum, per quod peccatrix anima in abominabilem desolationem redigitur, est jactura gratiæ, & donorum Spiritus Sancti: quamdiu anima in statu gratiæ est, tamdiu palatium est inhabitantis Spiritus Sancti, qui eam perficit, regit, dirigit, & gubernat: quamprimum autem in peccatum consentit, fugit Divinus hic Incola, animamque vastatam, desolatam, ac turpem relinquit. (*S. Greg. hom. 9. in Evang.*) Postquam perfida Judæorum gens immane illud Deicidii crimen commisit, & jam in pœnam illius armati exercitus Titi, & Vespasiani adventabant, narrat Josephus Judaicus (*de bello Jud. l. 7. c. 32.*) mirabile quid contigisse: ait, nocturno tempore interiorem templi portam vi occulta fuisse reseratam, auditamque hanc vocem: *Migremus hinc*. Qua voce significare voluit Deus, quod Judæorum gentem ob suam infidelitatem, & scelera penitus desertura esset. O mi peccator! utinam in anima tua audire potuisses lamentabilem vocem, qua Spiritus Sanctus, & habitus virtutum inlusi eo momento, quo peccasti, se invicem hortabantur: *Migremus hinc!* utinam oculis videre potuisses infelicem abitum, quo animam tuam desolatam, ac defoedatam deseruerunt! certe mirum non foret, si dolore contabesceres, Sacerdos Heli, ut memorant Regum fasti (*1. Reg. 4.*), cum illi nuntiabatur Arcam Dei periisse, & in manus hostium devenisse, adeo infelici nuncio contritus fuit, ut de lecto sua collapsus, cervicem fregerit, & mortuus sit. Profecto, si homo satis agnosceret, quid sit, per peccatum Dei gratiam, & Sancti Spiritus carissimam perdere, præ dolore, & luctu exanimari deberet. Cum anno Domini 1683. terribilis Turcarum exercitus totam Hungariam, magnamque Austriæ partem devastaret, jamjamque Viennæ appropinquans, obsidionem minitaretur, Augustissimus Imperator Leopoldus, tanti periculi admonitus, una cum Augustissima Conjuge, & Filio Josepho profugus, Passavium abiit. Dictu impossibile est, quis luctus, quæ consternatio urbem Viennensem tunc occuparint: plena erant omnia compita gemitibus, & lamentis, nemo erat e nobilibus, nemo e civibus, nemo e trivali plebe, qui non ejulissime fleret, cum viderent dilectissimum Principem suum e palatio suo, urbeque abire, & abire forsan non amplius visendum, sicque immani barbarorum furori in prædam reliqui: videbantur vel ipsa ædificiorum tecta plorare, & lamentari. Metire ex hoc, mi Christiane! tristissimum abitum, cum Spiritus Sanctus, per peccatum expulsus, e cordis tui habitaculo recedit. O quam luctuosum est hoc spectaculum Genio tuo Tutelari, cum videt animam suam dæmonibus in prædam relinqui! O quam luctuosum est hoc spectaculum Angelis Dei, cum vident Spiritum Sanctum & ejus carissimata una cum habitibus virtutum infusis migrare, abire, fugere! Profecto si fieri possent, ait S. Franciscus Salesius (*l. 4. c. 3. prael. Amoris*), infinitas lacrimas profunderent. Et tu necdum moveris? necdum averseris peccatum tanti mali causam? &c.

§. III. *Per peccatum perditur Deus.*

6. Quod malorum omnium maximum est, necdum edixi: esto enim, per peccatum in anima ablatum esse quidquid ibi pulcrum, pretiosum, & affabile est. Esto, extinctam esse caritatem, fidem semivivam relinqui, spem languere, prudentiam cæcutire, enervatam esse fortitudinem, temperantiam diruptam, justitiam desolatam, nihilominus malorum omnium epiphonema est, Deum esse perditum. O Christiane homo! utinam pro rei dignitate intelligeres, quid sit Deum perdere. Divisus es a Deo, & illius protectione: *Iniquitates vestræ diviserunt inter vos, & Deum vestrum.* (*Isa. 59.*) Tu perfugus abisti instar filii prodigi e domo Dei, elongasti te a Deo tuo, ut ait Hieronymus (*Epist. ad Damasum*), *affectuum, non terrarum spatiis*. Quale si post commissum peccatum tibi sol non amplius lucaret, nonne extremo odio averseraris peccatum? at vero gravius est damnum, horribiliores sunt tenebræ animæ tuæ, si Deus a te recedat. Audi exemplum hominis Gentilis, quod dignius erat de Christiano recenseri: quondam Michas in domo sua peregrinos hospites recepit, qui illi penates suos furati sunt. Cum damnum animadvertit, fellinanter fugitivos insectatus, viam omnem clamore complevit. Subsistere illi, & retro conversi, interrogabant: *Quid tibi vis? cur clamas?* quibus ille admirabundus respondit: *Deos meos tulistis, & dicitis, quid tibi est?* absolutisus una cum Diis meis mihi *remitte, quæ habes*, & mirum vobis videbitur, quod plorem? O responsionem dignioremne homine Christiano, quam ethnico! Mi Christiane! per peccatum perdidisti Deum tuum, Creatorem tuum, Redemptorem tuum, Protectorem tuum, Patrem tuum, summum Bonum tuum, & necdum ingemiscis? necdum curris ut perditum requiras? necdum deploras terribilem jacturam? Rex pœnitens David die, ac nocte lamentabatur, cum illi diceretur: *ubi est Deus tuus?* O anima Christiana! quæro ex te, ubi est Deus tuus? an est in corde tuo? eheu! illud cor, quod antea erat templum, ac palatium Dei, nunc est receptaculum infernalium larvarum, Ubi est Deus tuus? an est in intellectu, in memoria, in voluntate tua? eheu hæ facultates animæ, quæ antea cognoscendo, recordando, ac diligendo Deum feliciter occupabantur, nunc sunt objectum execrabile iræ, & indignationis Divinæ. Nempe infelicitas miseri peccatoris non solum in eo versatur, quod Deum, ejusque amicitiam perdat, sed insuper illius indignationem incurrat. Quanta hæc est miseria, Deum habere inimicum! Veterum Romanorum nonnemo, cujus causa in Senatu agitabatur, cum audiret, Tullium Ciceronem famosissimum illum oratorem sibi esse adversarium, tanta tristitia obruebatur, ut desperato litis felici successu, violentas sibi manus intulerit. Tu autem, mi Christiane, eheu! quis est animi tui stupor? parum curas Deum habere inimicum? Deum, qui est potentissimus; Deum, qui ubique tibi est præsentissimus; Deum, qui momentis singulis te potest relegare in æterna gehennæ incendia? Non haberes animum, ut unica nocte in uno, eodemque cubiculo cum armato hoste tuo inermis versaris, & qua fronte audes miser, & imbecillis in medio irato Deo versari? &c. &c.

7. *Epilogus.* Desino mirari, & ad te converses, obtestor te per amorem salutis tuæ, age concipe irreconciliabile odium adversus peccatum, tanquam abominabilem animæ desolationem, & malorum omnium maximum. Fuge damnabile illud malum, quod tibi eripit merita omnia, quod tibi eripit gratiam Dei, & inhabitantes Spiritus sancti Virtutes, quod tibi eripit Deum, infinitum Bonum; & demum cum S. Anselmo Cantuariensi Episcopo irrefragabiliter conclude: (*Suetur in Vita S. Anselm.*) si hinc peccati horrorem (ajebat hic sanctus Antistes) inde inferni dolorem corporaliter cerneret, & necessario ani immergi deberem, prius infernum, quam peccatum appeterem. Statuam est: prius infernum, quam peccatum. Amen.

Dominica XXIV. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

De Signis prodromis Extremi Judicii, præsertim de persecutione Anti-Christi.

Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio Mundi usque modo, neque fiet. Matth. 24.

EXORDIUM.

Terribilia signa præibunt interitum mundi.

1. QUemadmodum ante ultimum morituri hominis anhelitum variæ ægritudines, ac symptomata præcedunt: ita universalem mundi intereuntis ruinam diversa, eaque horribilia signa antelbunt. Horum signorum duplex est genus; alia enim sunt *Remota*, videlicet ea, quæ jam nunc sub oculis versantur, & indies crescunt, uti teritus Synagogæ, quæ sine Rege, sine lege, grege per orbem dispersa est; persecutio tot Hæresiarcharum, qui tanquam præcursores Anti-Christici Ecclesiam infestant; tum etiam bella, fames, pestilentiæ, aliaque mala, quæ passim per orbem crebrescere quotidie audimus: de his signis loquens S. Ambrosius (*l. 10. in Luc. 21.*) ait: *Quia in accessu sancti fumus, præcedunt quædam ægritudines mundi: ægritudo mundi est fames, ægritudo mundi est pestilentia, ægritudo mundi est persecutio &c.* Alia dein signa erunt *Proxima*, videlicet ea, quæ diem extremam nulla, aut brevissima temporis intercapedine antecedent, uti erit tyrannicum Anti-Christi regimen, solis, lunæ, ac syderum obfuscatio, atque elementorum perturbatio: sub ultimum enim mundi agonem solare lumen obscurabitur, luna sanguineum colorem induet, stellæ de firmamento cadent, & loco harum terribiles cometæ lucebunt, in aere personabunt horrifica tempestates, mare instar ferventis ollæ ebulliet, terra insolitis motibus tremiscet, & ignis, e montium, vallium que visceribus erumpens, omnem mundi faciem incinerabit. Hæc signa, uti imaginatu facile est, tantam humano generi afferent consternationem, ut ajat hodiernum Evangelium: *Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet*, (*Matth. 24.*) Quærere hic juvat, cur misericors Deus adeo immisericorditer sæviet in solem, in lunam, in elementa, creaturas suas, opera manuum suarum? Percipite similitudinem zelotissimi Josephi de Barzia: (*serm. 31. n. 23.*) Quemadmodum Vir Zelotypus e longinquo itinere redux, si uxorem e conjugali fide exorbitasse deprehenderit, non tantum in ejus personam, sed & in mundum muliebrem, & quæ fuerunt adulteræ impietatis instrumenta crudeliter sævit: ita & Deus non tantum in peccatores, sed & in creaturas omnes iram suam effundet, quæ peccatori ad scelera sua quodammodo fuerunt servitio, & adjumento: *Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ.* (Prov. 6.)

Et inter hæc persecutio Anti-Christica.

2. *Propositio.* Christianæ animæ! hæc signa terribilia, & ex his præcipue persecutionem Anti-Christicam hodie consideremus: serviet hæc consideratio in præparationem ad eam materiam, quam sacro Adventus tempore de hac cathedra proponere cogito, nempe de finali judicio, ac quatuor terribilibus ejus circumstantiis. Non erit, utspero, hæc dissertatio absque fructu, quem in fine proponam. Favete.

Anti Christus quis sit?

3. *Explicatio.* De Anti-Christo, pestilentissimo illo hominum monstro, sit mentio in lege naturæ, in lege scripta, & in lege gratiæ; tanta enim erit illius impietas, ut de eo mundus universus moneri indigeat. In lege naturæ de eo varicinatus est Jacob: (*Gen. 49.*) *Fiat Dan* (ex hac tribu juxta Ambrosium, & Hugonem (*ap. Pe-*

tr. Sanctæ de Regno Dei p. 8. cap. 1.) nascetur, & a sceleratissimis hominum, a magis, & damoniis juxta Damascenum (*ap. Barr. serm. 32. n. 15.*) educabitur! *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita; mordeat ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro.* In lege scripta mentionem de eo facit Propheta Daniel: (*cap. 7.*) *Sermones contra Excelsum loquetur, & Sanctos Altissimi conteret*, &c. Denique in Lege Gratiæ omnium clarissime Sanctus Gentium Apostolus: (*2. Thessal. 2.*) *Veniet discessio primum, & revelatus erit homo peccati, filius perditionis, qui adversatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se, tanquam sit Deus.* Cur autem illius nomen non indicatur in Scriptura? respondet expedite S. Irenæus; (*l. 5. c. 30.*) quia Spiritus sanctus dedignatur pronuntiare tam sceleratum nomen: vocatur solum *Anti-Christus*; quia per omnia erit Christi Domini adversarius. Hic incarnatus dæmon sub ficatæ sanctitatis larva rotundum decipiet, & crudelius, quam ullus alius tyrannorum in Ecclesiam desæviet. Triplex autem usurpabit sæviendi instrumentum. Videamus rem ordine.

§. I. *Primo Regnum suum propagabit divitiis.*

4. *Confirmatio.* Primum nocendi, & regnum suum dilatandi instrumentum erit Anti Christo blanda quædam, & profusa liberalitas: Postquam enim e Scripturarum vaticiniis, & Prophetarum oraculis demonstrare contendet, se esse verum mundi Messiam, & Christum fuisse impostorem, confestim Judæos omnes, infelices Synagogæ reliquias, sequaces habebit, horum legem, ac ceremonias acerrime defendet, hos maxime, qua poterit, mundi felicitate beabit. (*S. Antonin. 4. p. tit. 13. c. 4. §. 3.*) Praterea multos Christianorum ad partes suas trahet per divitias, ac dignitates quas illi conferet, dicente Propheta: (*Daniel. 11.*) *Multiplicabit gloriam illius, dabit potestatem multis, & terram gratuito dividet.* O quam innumerabiles animæ hoc aureo teli capientur, eorum nempe, qui inordinato nimis affectu terrenis adhærent? Siquis quærat, unde tantum divitiarum affluxum habiturus sit hic sycophanta? respondeo, amplissima mundi regna se ultro illi tributaria facient, multi Regum potentissimorum cum illo fœdera pangent, præterea dæmon e profundo maris, ex montium auriflodinis, e thesauris subterraneis opes omnes illi subministrabit, quibus ditatus, facile Salomonem, Alexandrum, aliosque mundi opulentissimos divitiis superabit. *Dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis*, &c.

§. II. *Secundo: filiis miraculis.*

5. Alterum nocendi, & regnum suum dilatandi instrumentum erit fucata aut miraculorum potestas, quæ magno in numero ad confirmationem fuorum dogmatum patrabit: adjutus enim ope dæmonis ille, & ejus affectæ signa admiranda facient, prout æterna Veritas Christus clare prædixit: *Surgent Pseudo-Christi, & facient signa, & prodigia magna.* (*Matth. 24.*) Bone Deus! quanta erit populorum seductio, cum publice leprosos mundabit paralyticos sanabit, energumenos liberabit, & ipsos etiam mortuos, saltem ad speciem, suscitabit, qui omnes deinde illum pro vero Deo proclamabunt! (*S. Hippolit. Orat. de consummat. sæculi. S. Petr. Dam. l. 14. in Dan. Lallem. l. 7. c. 12.*) quanta erit populorum seductio, cum solera in cursu suo sistet, tempestates marinas sedabit, elementa ad obsequium prompta habebit? quanta erit populorum seductio, cum brutæ animantia, luctantes infantulos, immo etiam inanimes statuas diversas faciet, ac testes, omnia Christi Domini dicta, ac facta fuisse impostura, eumque sceleratissimum deceptorem! (*Albert. M. l. 7. temp. c. 9.*) Quanta ex populorum seductio, cum ad instar Eliæ ignem de cælo evocabit, quo omnes sibi adversantes perdet, aut Sacrificia suo honori parata, accendet! Quanta erit populorum seductio, cum mortuum se ingeret, & tertia die fuamet virtute suscitatum, cum dæmonibus, in specie Angelorum apparentibus, in altum erectus, hymnis, ac canticis, tanquam verus Dei Filius, celebrabitur! quanta erit populorum seductio, cum lictores Martyrum erunt prodigiosiores, quam ipsi Martyres! *quæ erit humanæ mentis illa tentatio*, ait S. Gregorius, (*l. 32. Moral. c. 13.*) *quando pius Martyr, & corpus tormentis subjicit, & tamen ante ejus oculos tortor extractus furit?* Profecto tanta erit hæc, tamque gravis tentatio, ut vel ipsi Electi de Apostasia sint perlelituri, dicente Evangelio, (*Matth. 24.*) *ita, ut si fieri potest, inducantur in errorem etiam Electi*, &c.

§. III. *Tertio tormentis crudelissimis.*

6. Tertium vero, illudque potentissimum nocendi, & regnum suum dilatandi instrumentum erit tyrannica sævities, qua per exquisitissima tormenta Christi fideles exscindet, & excarnificabit: hæc persecutio atrocior erit omni alia, quæ ab origine mundi usque huc fuit, dicente Daniele: (*cap. 12.*) *Venit tempus, quale non fuit ab ea, ex quo gentes esse cœperunt.* Adeoque crudelitas Neronis, Domitiani, Diocletiani, Maximini, Adriani, Valeriani, Juliani, aliorumque carnificum, qui crudelissime in Ecclesiam desævierunt, mererentur vocari comicæ prolusiones, si cum Anti-Christica comparentur. Huic persecutioni succumbent multi etiam Sanctorum, prout testatur Vates Apocalypticus: *Datum est ei bellum facere cum Sanctis, & vincere.* (*Apoc. 13.*) Aliquos quidem vincet corpore tenus, quos immanissimis tormentis enecabit, alios vincet, proh dolor! etiam anima tenus, quos inaudita Martyriorum crudelitate ad turpissimam defectionem perrahet.

7. Crescet in dies miserabilis afflictio, cum hoc spectrum abominabile pro Deo adorari, & erectis templis, ac Altaribus honorari volet: prolinde Monasteria, & Christo dicatas Ecclesias diruet, Salvatoris, ac Deiparæ, aliorumque Sanctorum imagines flammis tradet, Officia Divina interdicet, Sacramentorum, ipsiusque incruenti Sacrificii usum prohibebit, ita, ut intra trium, & dimidii anni spatium nullum amplius Missæ Sacrificium per orbem sit celebrandum. Elias, & Henoch, qui in ea tempora reservati, una cum sancto Joanne Apostolo, prout aliqui opinantur (*Petr. Sanchez loc. supra cit.*) in mundum venient ad prædicandum Evangelium, crudelissime enecabit. Crucem omnem, & crucis vestigia e mundo eliminabit, vice hujus suis sequacibus aliud signum conferet, sine quo nemini fas erit emere, vendere, negotiari, aut vivere: hoc signum, uti tenet Picrius (*in aVVerso in arte dict. V. Signum Pent. 87.*) continebit hanc triplicem negationem: *Nego crucem, nego Baptismum, nego Jesum.* O infelicia tempora! verissimam nimis, *erit tunc tribulatio magna!* Mei Christiani! quemadmodum nunc invicem salutamus laudabilissima illa formula: *Laudetur Jesus Christus*, ita nunc ob tyrannidem, & execrabilem nequitiam infernalis hujus belluæ passim in compitis, in foro, in templis, in domibus personabit detestabilis illa salutatio: *Execretur Jesum! Nego Jesum!* O dulcissime Redemptor! compatior tibi ob decumanos despectus, & vellem, si posset, etiam meo sanguine &c. impedire infanda sacrilegia, & blasphemias.

Quid tu ageres mi Christiane?

8. Ex te vero interrogo, mi Christiane! quid acturus esses, si contingeret te infaustis illis temporibus in mundo degere? an fugo illo abominabili notari te fineres? an cum aliis impostoribus, & apostatis clamares, *Nego Jesum?* &c. Oh! absit a me tanta perversitas, inquis: quid? ego a Fide, a Dilectissimo Redemptore meo desicere? absit a me: mallem calcare divitias, mallem videre ficta miracula, imilem exquisitissimis subjici tormentis: &c. Laudo magnanimum, & Christiano dignum responsionem. Verum unicum par verborum ad te, mi Christiane: scias velim, Anti-Christum jam nunc, de facto in mundo esse, *non quidem in persona, sed in spiritu*, ait Cornelius a Lapide, (*in 1. Joan. 4. v. 3.*) *puto, in sub-præcursoribus.* Quinam sunt hi præcursores Anti-Christi? omnis ille, qui contra Christum, ac sanctissimam ejus voluntatem, ac præcepta aliquid tibi persuadet: qui te ad inhonestos lusus, ad obscenas comœdias, ad procaces choreas, aliaque peccatorum pericula invitat, præcursor Anti-Christi est: qui ad vindictam, ad falsiviam te inflammat, opem etiam suam, & subsidium pecuniarum ad opera flagitiosa tibi offert, præcursor Anti-Christi est: qui verbo, vel exemplo te ad peccatum contra justitiam, contra castitatem pellicit, præcursor Anti-Christi est. Edic modo, quomodo credam gloriosæ tuæ jactantiæ, qua te Anti-Christo reluctaturum fore asseris, quomodo credam, inquam, cum videam, te his Anti-Christi præcursoribus ad primum peccati invitationem victas manus porrigere? quomodo credam jactabundæ tuæ fortitudini, cum videam, te mollicum lucellum inique parum, modicam voluptatulam Christi Domini præceptis anteferre? quid interest Christum ore profiteri, si eumdem factis negas? an Fidem putas tibi sine operibus profuturam? Nequaquam. En, quoties tentatio te invitavit ad nefas, toties quasi optio tibi oblata est, ut vel partes Christi, vel Anti-Christi sequereris: quid egisti? consentiendo in obscenam pellicationem, captando injustum lucrum, emittendo perjurium, quasi clamasti: *Nego Jesum! Nego Jesum!* Vivere: quoties in peccatum consensisti, toties idemmet repetisti.

Epilogus. Nunc intelligo, cur Sanctus Gentium Apostolus aiat, quod spiritus Anti-Christi jam nunc incipiat in orbe tumultuari: *Mysterium jam operatur iniquitatis.* (*2. Thess. 2.*) Nimirum omne peccatum est quodammodo prolusio, & prologus Anti-Christicæ impietatis. Tu, mi Christiane: si serio partibus Christi addictus es, implacabile odium concipe adversus peccatum: dic semper in tentatione cum Josepho Ægyptiaco, quomodo possum hoc malum facere? Christianus ego sum, & Christi partes deseram? absit a me tanta impietas: pereat Anti-Christus: *Laudetur Jesus Christus.* Amen.

Dominica XXIV. post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

De difficultatibus, & periculis seræ, & ad mortem usque dilatæ pœnitentiæ.

Orate autem, ne fuga vestra sit in hyeme. Matth. 24.

EXORDIUM.

Aliqui hominum sunt similes apibus: providere futuro, alii similes vespis; de futuro non sollicitis.

1. NOtata dignissima est differentia, quam sanctus Franciscus Salesius assignat inter apiculas, & vespes: ambæ quidem laborant, sed diuturni prorsus labore: apiculæ artate integra e florum viridantium succo colligunt dulcissimum mellis favum, quo dein advenientem hyemem nutriuntur. Vespæ autem, & cujuscumque generis muscæ non ad rem aliam natæ, fi-cteque videntur, nisi ut omnia indiscriminatim animalia moribus infestent, circumstrepunt fera ætate otiosæ, non de annona in futurum sibi provident, unde fit, ut hyemali tempore, cum apiculæ amenissimis laborum suorum fructibus vescuntur, illæ ex defectu alimenti miserrime emoriantur. Christiani Auditores: go-

mina hæc animalcula pathetice nobis ante oculos ponunt & periculumeorum, qui salutis suæ negotium ad ultimos vitæ terminos differunt, & felicitatem eorum, qui mature, ac convenienti tempore fructus dignos pœnitentiæ colligunt. *Vale piger ad formicam*, (*Prov. 6.*) admonet nos Sacer Textus: aut prout alii ex Hebræo legunt, *Vade ad anem, & desine ab ea, quam laboriosa sit operatrix*, quibus verbis Clemens Alexandrinus (*l. 4. Strom.*) adjungit: *Ex ape discere solemus.* Quid ergo cibendi causa ab apicula? respondeo, docet nobis benignissimus Deus hoc vitæ præsentis spatium tanquam tempus fructiferum, quo futuræ æternitati consulentes, meritorum opera colligamus: tempus juventutis comparatur veri, tempus ætatis virilis comparatur æstati, tempus senii comparatur autumno, omni hoc tempore laborandum est, fudandum est: in quo? in his duobus principiis: *operare bonum, & fuge a malo*: deinde hyems comparatur tempori mortis, & æternitatis; quemadmodum enim hyberno tempore omnia sterilescunt, ita per omnem æternitatem non licebit homini vel unicum elicere opus meritorium. Jam sunt nonnulli hominum, qui toto vitæ tempore, velut vespæ, & faci, otiosè circumstrepunt: cumsuluriter monentur, ut tandem aliquando sceleratam vitæ rationem deserant, peccatum fugiant, rident monita & effrontèr opgannunt: quid opus est pro futuro esse sollicitum, cum aliquando mora in limine hærebit? tempus adhuc erit sufficiens in tuto collocandi animam; unica contritio sufficiet; pœnitentia nunquam est nimis sera, modo sit seria, &c. Hos & similes hodie admonet Christus Dominus: *Orate, ne fiat fuga vestra in hyeme.* Quinam sunt illi, qui in hyeme fugiunt? audite verba a Cæsario Arelatensi (*hom. 42.*) addita: *Videte, ut tunc quæratis peccata fugere, quando jam non licet ambulare.*

2. *Propositio*. Quare cum hæc temeritas, & error non sit paucorum, qui sibi persuasum habent, tum primum se serio pœnitentiam acturos, cum morituriens anima jam paullatim in labiis hæsebit, differam hodie, quam periculosa sit fuga in hyeme, ideò, pœnitentia ad mortem usque dilata: difficile, Dilectissimi! *nunc esse tempus acceptabile, nunc*, dum vires valent, *esse dies salutis*; (*2. Cor. 6.*) tunc autem remedia omnia esse dubia, esse incertissima. Favete.

Magni momenti negotia non differuntur ad mortem.

3. *Divisio*. Dicite obsecro, Dilectissimi, si quis intricata integræ millionis ratiocinia coram Rege deponere deberet, quæ non tantum honore, & fortunis, sed ipsa etiam morte illi constarent, an non imprudentissime ageret talis, si tanti momenti negotium usque ad lethalis morbi, aut omnino ad delirii articulum differret? sine dubio imprudentissime ageret. Quæ ergo imprudentia, qua temeritate audet homo totius vitæ ratiocinia, quibus *illicationis suæ rationem reddere* jubetur, ad mortis confusa relinere? an putas, o homo, negotium tum arduum tunc facile inexpedito fore? erras, & periculosissime erras; ait enim Chrysostomus, (*apud Barz. ferm. 9. n. 7.*) *multorum annorum negligentia non potest una hora supplere.* Vis scire, unde oriatur hæc impotentia, & difficultas? respondeo, tenet se tam ex parte pœnitentis, quam ex parte Dei, Perspicianus utrumque.

§. I. *Prima difficultas sera pœnitentiæ se tenet ex parte hominis agit.*

4. *Confirmatio*. Prima difficultas, & incertitudo pœnitentiæ, ad mortem usque dilatæ, se tenet ex parte ægroti pœnitere volentis: O Bone Deus! quam inepti sumus ad seria, & arduæ negotia, cum modico dentium, aut capitis dolore vexamur, & crediam, hominem idoneum fore ad maximum salutis hujus negotium, cum membra omnia corporis lethali dolore obsidentur? O miranda sunt angustiæ, quantus horror ægroti, cum a Medico audit, actum esse de sanitate, actum de vita. Erechias erat Rex sanctus: & tamen cum ab Isaia tristè nuntium audiit, *Dispone domui tuæ, quia morieris tu*, lituit, & tremore plenus, *convertit faciem suam ad parietem.* (*Isa. 38.*) Quid aget ille, qui a sanctitate Ezechiæ mille parasangis alienus, totis quantus sceleribus focalcit? quæ consilia capiet in illa & sui ipsius, & domesticorum confusione? si de expianda conscientia cogitabit, aderit, qui ægro medicinam, aut cibum afferet, aderit, qui ægrum exhilarare studebit. Alia vice venit Medicus, nunc amicorum, nunc heredum unus, qui de testamento mentionem ingerit. Eheu! quanam sunt hæc impedimenta ab extrinseco advenientia? si internos sensus colligere fatagat, ecce! cogitationes a millenis anxietatibus distipantur, intellectus ab æstu febrium corrumpitur, sensus omnes a fleru domesticorum distrahuntur, memoria defectu soporis enervatur, cerebrum fatigatur, mens in mille curas hinc inde dividitur, vires deficiunt. Quis credat in his circumstantiis ægrum expeditum fore ad seriam Confessionem obeundam? Non credo, non credo, inquit Augustinus, (*l. de vera, & falsa pœnitent.*) propter multiplices angustias, & impedimenta.

5. Fastuosissimus Rex Pharao, persequens Israelitas, cum curribus, & equitibus ingressus est rubram mare, triumphanti, quam pugnanti similior: displicuit Domino Deo superba temeritas; quapropter ex illa ipsa nube, quæ erat ductrix Israeliturum præambula, ehsis fulminibus rotas, ac currus Pharaonis confregit. (*Exod. 14.*) *Subvertit rotas curruum eorum trahentesque in profundum.* Tunc enim vero agaits Omnipotentis dextera, reverti Pharao, ac fugere conabatur: *Fugiamus Israelem*, Ejn Ægypti, fugam capessite; neque enim Moyses adhuc prodigiosam virgam extendit ad reducendas aquas: fugite. Verum frustra sunt monita, hærent Ægyptii, hæret Pharao immobilis: quare? quia confractæ sunt rotæ, destructi currus; itaque mediis in fluctibus miserè interiit. Sanctus Ambrosius (*de Isaac. 8. item l. de Virg. c. 3.*) corpus humanum vocat currum animæ: Cujus rotæ sunt interni, externique sensus. Hoc curru fastuosè vehitur anima extra semitam mandatorum Dei: cum vero horrida tempestas lethalis ægritudinis ingruit, reverti conatur, clamatque fugiamus Israelem, fugiamus viam peccatorum, veniat facer Confessionis Arbiter, erumpant ex oculis lacrimæ, pœnitendum est: quid fit? frustranea sunt desideria, nescit elicere salutares actus, rotæ sunt confractæ, sensus ægritudinis vi sunt dissipati, conscientia lancinatur angustiis, & ex peccatorum multitudine, ac diversitate distrahitur. O miser homo! quid remedii capies inter tot perplexitates? nonne aperte vides, te prorsus fore ineptum ad salutaria opera? *quid facis, o homo*, ait S. Basilius, (*orat. 4. de Pœnit.*) *cum multum valeas in agenda, juventutem tuam in peccata tradisti, nihil vero labore fracta fuerint instrumenta, tunc ipsa ad Deum adducis, cum jam illorum nullus est usus.* Si amara est mortis memoria hominibus etiam sancti, eheu! quanta amaritie perturbatus erit peccatoris animus? si ultimæ ægritudinis dolores ita distrahunt homines etiam virtuosos, ut vix ad salutaria consilia mentem applicare queant, quid eveniet impio? eheu! versatur in evidenti periculo æternæ damnationis. Audite S. Augustinum: (*l. de vera & falsa pœnitent.*) *Quoniam multa sunt, quæ impediunt, & languentem retrahunt, periculosissimum est, & interitui vicinum ad mortem protrahere pœnitentiæ remedium, &c.*

§. II. *Altera difficultas sera pœnitentiæ se tenet ex parte Dei non acceptantis.*

6. Verum ponamus, ejusmodi morituriente, collectis utcumque viribus, idoneum adhuc esse ad eliciendos id genus actus, qui ad pœnitentiam requiruntur: nihilominus affirmo, hanc pœnitentiam esse dubiam, esse periculosissimam. Quæritis, quare? quia dubium est, an justissimus Deus adeo seram, & quasi coactam sit acceptaturus. *Multiplicata sunt infirmitates eorum, postea accelleraverunt.* (*Psal. 15.*) Quid sequitur? *Non congregabo conventicula eorum, nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Scitis, qua de causa holocaustum Caini displicuerit Divino Numini, econtra Abelis illi placuerit? sancti Patres ajunt, Abelem fuisse pastorem, & ex grege suo attulisse agnum juvenem, tenellum, optimum. E diverso Cainum fuisse agricolam, & ex frugibus terræ attulisse vilissima: ideo ergo non placuit holocaustum Caini, quia desumptum erat de vilissimis terræ herbis: & putennus placiturum Deo pœnitentiæ holocaustum, quod veluti de ultima vitæ face desumptum est?

7. Edic, mi Christiane! nonne inhumanitas foret morte digna, siquis, ad mensam Regis invitatus, primo in vilissimi mancipii, deinde primum in Regis fanitatem hausturn faceret? aut, ut plus dicam, si jurattissimo Regis inimico vinum generosissimum, Regi autem vilissimum propinaret? adverte, hæc eadem est insania peccatoris, qui juvenes annos servituti damonis, tempus autem mortis effectum, ac inutile, Deo, & pœnitentiæ vult consecrare. Bene annotat sanctus Gregorius Nazianzenus, (*orat. de S. Joan. Bapt.*) quod infernalis impostor ad id soleat persuadere peccatores, ut tempus præsens sibi, futurum autem Deo impendierent: *Da mihi id, quod fluit temporis, futurum Deo.* Quasi diceret: confecra mihi ætatem juvenem, Decrepitam Deo, mihi vinum, Deo fæcem, mihi carnem, Deo ossa; *mihi voluptatem, corpus Deo effectum, & nullis usibus aptum.* An putas, Deum adeo sibi vilescere, ut his oblationum quisquiliis facile sit contentus, &c capturus oblectamentum?

8. Quis non in effusos risus erumpat, si octogenarius senex, postquam omnes vitæ annos in rebellionibus contra Regem Dominum suum transegit; deinde decrepita senectute cuperet inter ejus aulicos adscisci? non solum risu, sed extremo supplicio digna foret hæc dementia: Et tu, o peccator, tibi imagineris, postquam per omnem vitam non cessasti rebellia arma contra Deum stringere, te ultimo vitæ articulo inter cælestis aulæ ministros annumeratum fore? o risu digna stupiditas! interroga Doctissimum Abulensem, cur Dominus Deus pisces ab Altaris holocaustu excluſos voluerit? Elementum aeris, elementum terræ poterant offerre sua munera; cur non & elemento aquæ sua sit offerre sua? respondet Abulensis: (*q. 13. in Levit. c. 1.*) *quia pisces rare adducti poterant viventes ad Dominum*: ad summum enim afferri poterant inter ultimos mortis anhelitus, & vel tunc etiam in Altari collocandi nihil desideraturi essent avidius, quam reverti in mare, unde violenter fuerant extracti. Et quis sibi persuadeat, Domino Deo acceptum iri pœnitentiam peccatoris, qui tota vita mari voluptatum innatans, nunc violenter per ægritudinem extrahitur? Ego certe non credo: hi ultimi morituritis singultus non tam sunt pœnitentia, quam simulacrum pœnitentiæ: hæc suspirantis contritio plus dolet, quod a peccatis deseratur, quam quod peccata deserat? quia si ex ejus voluntate staret, mallet redire ad suas voluptates, quam illis valedicere. Abiit, ut hæc coacta pœnitudo Numini placeat, &c.

9. Audiamus pro coronide terribilem, & huic rei accomodam historiam, atque ex ea discamus judicia Dei formidare. (*P. Alphons. de Andrad. in Anna. lib. Regal Peruan ann. 1649.*) In regno Peruano degebat sceleratissimus nequam, non sine publico scandalo omnium flagitiorum cœno demersus: non deerant piorum monita, a quibus rogabatur, ut tandem relicto peccatorum tramite, ad meliorem vitæ normam rediret: proponebatur ipsi Divinæ Majestatis offensio, justitiæ rigor, & demum crudelissima inferni tormenta: Ridere ad hæc omnia ille,

& reponere solebat: infernum non esse, nisi pro bardis illis stolonibus, qui nesciunt, aut nolunt in ultimo morsis articulo sese ad Deum convertere. Addere præsumptuose audebat: concede mihi Deus vel dimidiæ horulæ spatium una cum Confessario, & ego nihil minus, quam infernum expavesco. Quid evenit? factum est, ut inter rixas lethaliter sauciatus: currebatur ad evocandum Confessarium, qui morienti assideret: aderat sine mora Apostolicus e Societate Jesu vir, Pater Petrus de Ognate, sed pro dolor! vulneratum jamjam usu loquelæ destitutum offendit. Adstitit illi per dimidiam horam, (notate tempus illud, quod sæpe a Deo expetiit miser.) & quod unice remedii superat, in eo laboravit, ut saltem signum aliquod contritionis a morituriente impetraret, necessarium ad impertiendam sacramentalem absolutionem. Hanc igitur cum

misero saltem sub conditione largiri velles? occe, tempus, sed & terribilem formam absolutoris penitus oblitus, non poterat, quidquid agerat, in memoriam revocare salutaris verba. Vir alias quinque linguarum, multarumque scientiarum apprime exercitus: itaque infelix peccator obiit, & periit, ubi non sine horrore plus nimis vera illius Dei justissimi minas: *Ne memoreris verba eorum per solita mea, &c. &c.*

10. *Epilogus.* O Christiani Dilectissimi! discite te alieno damno sapere, & negotium omnium maximum, id est, serium peccatorum pœnitentiam una cum salute animæ tractare, cum tempus est acceptabile, in tuto collocare: tempus illud mortis, cheu! nimis dubium est, & incertum, quam ut illi confidi queat. Sunt impedimenta maxima ex parte hominis, & ex Parte Dei *Oremus, ut fuga vestra fiat in hyeme.* Amen.

INDEX

INDEX

Rerum & Verborum, quæ in hoc Dominicali continentur.

Prior numerus, in apice foliorum reperiendus, indicat, in quoto Conceptu, posterior, in quoto Conceptus membro res quæsita inveniatur.

A

Abner.

Vindictam sub pallio justitiæ tegit, dum Isboseth prosequitur. 98. 4

Absalon.

Tribus lanceis confossus, & adhuc palpitans figura damnatorum. 57. 3

Acedia.

Oritur ex tepiditate, & frigore animi. 161. 3
Facit Deum parcum, & illiberalem in suis beneficiis. 161. 3
Parit dubitationes in Fide. 161. 5
Aperit dæmoni liberum ingressum in animam. 161. 5
Dispoüit ad apostasiam. 161. 6
Sanatur per considerationem inferni. 161. 7

Achan.

Cur furto suo nocuerit toti populo Israël. 29. 4

Adamus.

Comedit pomum, quia vidit mulierem imputatum. 80. 4

Adversitates.

Conservant hominem in humili servitio Dei. 28. 4
Veniunt a Deo, non ab impiis hominibus. 31. 7
Avellunt animam a rebus mundanis. 28. 5
Exigunt ad confidentiam ponendam in Deo. 28. 6
Sunt pignus æternæ salutis. 28. 7
Reducunt hominem peccatorem ad Deum. 85. 6
Sunt remedia efficacissima ad salutem. 85. 7
Præservant a peccatis. 125. 4
Adducunt ad pœnitentiam. 125. 5
Docent hominem in Deo confidere. 125. 6

Adulatio.

Est mundo familiarissima. 9. 4

Advocatus.

Cum proprio lucro partes depauperat. 101. 6

Ædificia.

Magnifica hujus mundi, respectu cæli sunt contemptibilia. 53. 5

Ægyptii.

In rubro mari peccantes figura damnatorum in judicio. 5. 1

Ætas.

Infantilis mature ad bonum est educanda. 17. 3
Juvenilis non est contra mortem secura. 44. 4
Ætas juvenilis a peccatis, præsertim impuditicia caveat. 17. 4
Ætas senilis, qua ratione admissa delicta compensare possit. 17. 5

S. Aloysius.

Quam ardenter se præparavit ad sacram Communionem. 58. 11

Amman.

Patibulo periit, quia patibulum alteri erexit. 169. 5

Amnon.

Damnatur, quia supplicio Patris Manassis non fuit emendatus. 52. 4

Amicitia.

Mundi deceptoria est. 7. 3
Mundi, quærit propriam suam utilitatem. 7. 4
Mundi, exiguo delicto evertitur. 7. 5
Mundi, est mendacissima. 9. 7

Amicus.

Amici Job cur timuerint illius aspectu? 7. 6

Amor Dei.

Vide *Dilectio Dei.*

Amor impurus.

Est fallax, & deceptorius. 127. 3
Est nocentior omni odio. 127. 4
Post se trahit fatales inimicitias. 127. 5
Causat infelicitatem temporalem. 127. 7
Et æternam perniciem. 127. 8

Angeli.

Angeli erunt Divini judicis administri. 87. 5
Custodiunt hominem in viis, non in præcipitiis. 87. 9

Anima.

Non debet sequi corporis, & pravi appetitus ductum. 77. 6. & seq.
Debet dominari, non servire corpori. 77. 8
Non satiatur alio bono, nisi solo Deo. 91. 8
Æstimanda est præ omnibus aliis bonis. 92. 1
A multis minus curatur, quam fortunæ temporales? 92. 4
Immo minus, quam pecora. 92. 5
Et minus, quam mortale corpus. 92. 7
Est Imago SS. Trinitatis. 109. 2
Per peccatum fœdata, quomodo reparari debet. 109. 3
Per peccatum fit similis brutis. 109. 5
Anima, quam sit Christo pretiosa. 115. 4
Anima latronis plus Christo (stanti actualis in cruce, quam Angelus in horto. 115. 7
Illius pretium desumitur ex Vita, & Passione Christi. 144. 7
Summe æstimanda est, quia Imago Dei. 172. 2
Qua ratione sit Imago Dei. 172. 3
Est opus Divini artificis. 172. 4
Ad imaginem Dei facta est. 172. 6
Perdit similitudinem Dei per peccatum. 172. 9
Et induit formam dæmonis. 720. 10?

& reponere solebat: infernum non esse, nisi pro bardis illis stolonibus, qui nesciunt, aut nolunt in ultimo morsis articulo sese ad Deum convertere. Addere præsumptuose audebat: concede mihi Deus vel dimidiæ horulæ spatium una cum Confessario, & ego nihil minus, quam infernum expavesco. Quid evenit? factum est, ut inter rixas lethaliter sauciatus: currebatur ad evocandum Confessarium, qui morienti assideret: aderat sine mora Apostolicus e Societate Jesu vir, Pater Petrus de Ognate, sed pro dolor! vulneratum jamjam usu loquelæ destitutum offendit. Adstitit illi per dimidiam horam, (notate tempus illud, quod sæpe a Deo expetiit miser.) & quod unice remedii superat, in eo laboravit, ut saltem signum aliquod contritionis a morituriente impetraret, necessarium ad impertiendam sacramentalem absolutionem. Hanc igitur cum

misero saltem sub conditione largiri velles? occe, tempus, sed & terribilem formam absolutoris penitus oblitus, non poterat, quidquid agerat, in memoriam revocare salutaris verba. Vir alias quinque linguarum, multarumque scientiarum apprime exercitus: itaque infelix peccator obiit, & periit, ubi non sine horrore plus nimis vera illius Dei justissimi minas: *Ne memoreris verba eorum per solita mea, &c. &c.*

10. *Epilogus.* O Christiani Dilectissimi! discite te alieno damno sapere, & negotium omnium maximum, id est, serium peccatorum pœnitentiam una cum salute animæ tractare, cum tempus est acceptabile, in tuto collocare: tempus illud mortis, cheu! nimis dubium est, & incertum, quam ut illi confidi queat. Sunt impedimenta maxima ex parte hominis, & ex Parte Dei *Oremus, ut fuga vestra fiat in hyeme.* Amen.

INDEX

INDEX

Rerum & Verborum, quæ in hoc Dominicali continentur.

Prior numerus, in apice foliorum reperiendus, indicat, in quoto Conceptu, posterior, in quoto Conceptus membro res quæsita inveniatur.

A

Abner.

Vindictam sub pallio justitiæ tegit, dum Isboseth prosequitur. 98. 4

Absalon.

Tribus lanceis confossus, & adhuc palpitans figura damnatorum. 57. 3

Acedia.

Oritur ex tepiditate, & frigore animi. 161. 3
Facit Deum parcum, & illiberalem in suis beneficiis. 161. 3
Parit dubitationes in Fide. 161. 5
Aperit dæmoni liberum ingressum in animam. 161. 5
Dispoüit ad apostasiam. 161. 6
Sanatur per considerationem inferni. 161. 7

Achan.

Cur furto suo nocuerit toti populo Israël. 29. 4

Adamus.

Comedit pomum, quia vidit mulierem imputatum. 80. 4

Adversitates.

Conservant hominem in humili servitio Dei. 28. 4
Veniunt a Deo, non ab impiis hominibus. 31. 7
Avellunt animam a rebus mundanis. 28. 5
Exigunt ad confidentiam ponendam in Deo. 28. 6
Sunt pignus æternæ salutis. 28. 7
Reducunt hominem peccatorem ad Deum. 85. 6
Sunt remedia efficacissima ad salutem. 85. 7
Præservant a peccatis. 125. 4
Adducunt ad pœnitentiam. 125. 5
Docent hominem in Deo confidere. 125. 6

Adulatio.

Est mundo familiarissima. 9. 4

Advocatus.

Cum proprio lucro partes depauperat. 101. 6

Ædificia.

Magnifica hujus mundi, respectu cæli sunt contemptibilia. 53. 5

Ægyptii.

In rubro mari peccantes figura damnatorum in judicio. 5. 1

Ætas.

Infantilis mature ad bonum est educanda. 17. 3
Juvenilis non est contra mortem secura. 44. 4
Ætas juvenilis a peccatis, præsertim impuditicia caveat. 17. 4
Ætas senilis, qua ratione admissa delicta compensare possit. 17. 5

S. Aloysius.

Quam ardenter se præparavit ad sacram Communionem. 58. 11

Amman.

Patibulo periit, quia patibulum alteri erexit. 169. 5

Amnon.

Damnatur, quia supplicio Patris Manassis non fuit emendatus. 52. 4

Amicitia.

Mundi deceptoria est. 7. 3
Mundi, quærit propriam suam utilitatem. 7. 4
Mundi, exiguo delicto evertitur. 7. 5
Mundi, est mendacissima. 9. 7

Amicus.

Amici Job cur timuerint illius aspectu? 7. 6

Amor Dei.

Vide *Dilectio Dei.*

Amor impurus.

Est fallax, & deceptorius. 127. 3
Est nocentior omni odio. 127. 4
Post se trahit fatales inimicitias. 127. 5
Causat infelicitatem temporalem. 127. 7
Et æternam perniciem. 127. 8

Angeli.

Angeli erunt Divini judicis administri. 87. 5
Custodiunt hominem in viis, non in præcipitiis. 87. 9

Anima.

Non debet sequi corporis, & pravi appetitus ductum. 77. 6. & seq.
Debet dominari, non servire corpori. 77. 8
Non satiatur alio bono, nisi solo Deo. 91. 8
Æstimanda est præ omnibus aliis bonis. 92. 1
A multis minus curatur, quam fortunæ temporales? 92. 4
Immo minus, quam pecora. 92. 5
Et minus, quam mortale corpus. 92. 7
Est Imago SS. Trinitatis. 109. 2
Per peccatum fœdata, quomodo reparari debet. 109. 3
Per peccatum fit similis brutis. 109. 5
Anima, quam sit Christo pretiosa. 115. 4
Anima latronis plus Christo (stanti actualis in cruce, quam Angelus in horto. 115. 7
Illius pretium desumitur ex Vita, & Passione Christi. 144. 7
Summe æstimanda est, quia Imago Dei. 172. 2
Qua ratione sit Imago Dei. 172. 3
Est opus Divini artificis. 172. 4
Ad imaginem Dei facta est. 172. 6
Perdit similitudinem Dei per peccatum. 172. 9
Et induit formam dæmonis. 720. 10?

Anti-Christus.
Quid hominis sit? 179. 3
Regnum suum propagabit per divitias. 179. 4
Per ficta miracula. 179. 5
Denique per crudeles persecutiones. 179. 6
Appellatio.
Non datur a Dei judicio. 6. 8
Apostata.
Sacerdotes cur non revelent audita in Confessionibus. 55. 3
Apostoli.
A Deo missi sunt in totum orbem. 107. 3
Destinati ad lucrandas animas. 107. 3
Et hoc præceptum concernit etiam eorum successores. 107. 4
Arca.
Noemi est figura status Religiosi. 108, 1. & seq.
S. Arsenius.
In spiritu videt inutiles mundanorum conatus. 18. 8
Astilus.
Ex promissi fide redit in captivitatem. 9. 8
Avaritia.
Est palmaris stultitia. 76. 7
Sæpe palliatur sub prætextu honoris Divini. 98. 5
Quibus indiciis se prodat. 155. 3
Est vitium insanabile. 155. 7
Avari vide *Diviter.*
Symbolizantur per hydropicum. 155. 1
Mentiuntur dicendo, se nihil habere. 143. 6
Aut, se non posse facere eleemosynas. 143. 8
Sunt insaturabiles. 155. 4
Sunt immisericordes erga egenos. 155. 5
Iniqua bona detinentes depauperantur. 174. 4
Excruciantur mala conscientia. 174. 4
Salvari non possunt sine restitutione. 174. 6
S. Augustinus.
In sua conversione secum ipso luctatus. 35. 8
Augustus.
Imperator sine pavore aspici non potest. 4. 6
Aulicus.
Qui alteri foveam fodit, ipsus incidit in eam. 169. 8
Austeritas.
Non abbreviat vitam, sed prolongat. 30. 9

B

Baptismus.
Est signum characteristicum Christiani. 111. 1
Est ingens Dei beneficium. 111. 1
Imponit duplicem obligationem. 111. 3
Nempe, ut in virtutibus crescamus. 111. 4
Et contra vitia pugnemus. 111. 6
Baptismalis innocentia a nemine diu retinetur. 111. 4
Beati.
In resurrectione corporum quam felices. 5. 8
Non habent invidiam ob majorem, aut minorem gloriam. 54. 6
Ex consortio Cælitum quantis fruantur deliciis. 54. 1
Beatitudo.
Obtinetur non minus per actiones modicas quam per magnas. 89. 7
Beneficia.
Exigunt, ut non offendatur Benefactor. 85. 5
Facile oblivioni dantur. 109. 8
Exigunt gratitudinem erga Benefactorem. 146. 5
Beneficium Vocationis ad Fidem. Vide *Fides.*
Bona intima.
Sine quiete lancinant conscientiam. 132. 4
Non prosperantur. 132. 5
Destruunt bona etiam justo titulo parta. 132. 6
Restituere Ecclesiæ non sufficit. 132. 6
Non ditant, sed depauperant. 174. 8
Assumdant etiam justas possessiones. 174. 3

C

Carolus Magnus.
Fuit Fidei Catholicæ Propugator. 107. 7
Fuit in omnibus Fidei Catholicæ addictissimus. 107. 8
Confitor.
Quam Christo grata. 81. 6
Non invenitur in mundo. 81. 7
Sed maxime in statu Religioso. 81. 7
Caritas Dei vide *Dilectio.*
Caritas Dei erga nos est maximum motivum nostri erga Deum amoris. 105. 1
Quomodo caritatis actus eliciatur. 58. 10
Consistit in operibus non in verbis. 157. 1
Ejus judicia sunt agere, & pati. 157. 2
Fundatur in observatione mandatorum. 157. 4
Maxime in tentationibus se prodere debet. 157. 6
Nulla re a Deo avelli debet. 107. 7
Debet procedere ex toto, non dimidiato corde. 158. 2
Aliqui tantum amant Deum particula cordis. 158. 3
Alii dimidio corde. 158. 5
Caritas proximi.
Mire exemplificatur in Pylade, & Oreste. 159. 2
Nunc autem fere extincta est in humanis animis. 159. 3
Debet de proximi bono lætari, quantum de suo. 159. 4
Debet excludere omnem invidiam. 159. 4
Debet ignoscere delictis proximi, sicut vult ignosci suis. 159. 7
Debet remittere injurias proximi, sicut cupit remitti suas. 170. 5
Verum rarissimo invenitur talis caritas. 170. 6
Christiani.
Christianorum multi profitentur Fidem ore, non opere. 25. 5
Christiani sunt minus virtuosi, quam gentiles. 27. 3. & seq.
Ex solo vitæ genere a non Christianis debent posse discerni. 97. 1
Christiani debent convenire cum Christo in cogitatione. 97. 4
In verbis. 97. 6
In

In operibus. 97. 8
Christiani scelerati sunt in causa, quod infideles non convertantur. 97. 10
In suis dogmatibus sunt tepidiores, quam ethnici in suis. 111. 5
Sunt in templis irreverentes. 135. 5
Risui & adcentiis potius vacant, quam orationi. 135. 6
Christianus felicissimus est ob donum Fidei. 142. 3
Habet expeditissima remedia ad salutem. 142. 5
Ideo accusabitur ab infidelibus in judicio. 142. 6
Christus.
Est amicorum optimus, ac sincerissimus. 7. 8
Nunc Misericors, in judicio erit sine misericordia. 8. 4
In tempestate dormiens est figura bonæ conscientiæ. 30. 1
Moriens demonstrat suum odium adversus peccatum. 45. 6
A teneris amavit puritatem. 62. 4
Divinitatem suam in singulis Passionis mysteriis manifestat. 67. & seq.
A juventute fuit paupertatis amantissimus. 81. 3
Et semper occupatus laboribus. 93. 1
Toti mundo fuit odio habitus. 103. 1
In omni genere virtutum fuit perfectissimus. 103. 3
Habuit omnes amabilitates. 103. 4
Neminem unquam læsit. 103. 6
Gratis odio habetur a peccatoribus. 103. 8
Christus summe æstimat pœnitentem animam 115. 3
Ideo ut plurimum versatus est inter peccatores. 115. 4
Plus fere æstimat pœnitentes, quam innocentes. 115. 6
In ferendis injuriis est mitissimus. 117. 1
In suis promissionibus est fidelissimus. 148. 7
Illius jugum est suavissimum. 148. 8
Est amicus noster optimus. 148. 9
Non vult in corde nostro collocari penes peccatum. 158. 7
S. Chrysostomus.
Privatur cælestibus gratiis ex culpa ministri assistentis. 29. 6
Cinis.
Cineres divitum, & pauperum sunt sine differentia. 5. 3
Cineres mortuorum extinguunt concupiscentiam. 46. 1
Cælum.
Cæli consideratio docet, quam exiguus sit mundus. 53. 3
Docet, quam sordidus sit mundus. 53. 5
Cæli Bona sunt stabilia. 53. 6
Cæli gloria a paucis vere desideratur. 53. 7
Cælum Beatorum, quantæ sit amplitudinis. 54. 2
Cæli deliciæ mensurandæ sunt ex deliciis mundi. 54. 4
Cedrus.
Rex Atheniensium pro patria lubens moritur. 13. 3
Communio sacra. Vide *Eucharistia.*
Indigne sumpta quantum scelus. 62. 4 & seq.
Et quidem scelus periculosum communicanti. 62. 6
Quia judicium sibi manducat. 62. 8
Aggravat peccatum relapsus. 65. 8
Communio sacra sæpe est frequentanda. 99. 1
Præservat a peccatis. 99. 5
Ideo peccatori inveterato est perquam necessaria. 99. 7
Operatur suum effectum secundum dispositionem accipientis. 58. 1
Sæpe frustratur suis effectibus. 112. 3
Ex defectu præparationis. 112. 4
Ex defectu devotionis. 112. 5
Ex defectu gratiarum actionis. 112. 6
Communicans.
Indigne judicium sibi manducat. 62. 8 & seq.
Debet induere candorem puerorum. 64. 3
Debet statuere pacem cum Deo & proximo. 64. 4
Debet facultates omnes in obsequium Dei impendere. 64. 5
Debet exuere pravos habitus. 64. 6
Studere mortificationi. 64. 7
Et firmus esse in sanctis propositis. 65. 1
Similis sit Josepho ab Arimathæa. 113. 1
Debet Corpus Christi involvere in syndone munda coelis. 113. 3
Collocare in monumento novo, hoc est renovato. 113. 6
Communire lapide seu firmo proposito. 113. 16
Ad peccata non debet reverti. 113. 11
Confessarius.
Tenetur strictissimum servare silentium. 55. 3
Timeri non debet, quia ipse est homo fragilis. 55. 3.
Confessio.
Est necessaria ad salutem. 55. 4
Mire mutat hominem. 147. 1
Tranquillat conscientiam. 147. 3
Dæmonem superat. 147. 5
Placat iracundiam Dei. 147. 7
Avertit supplicia Numinis. 147. 8
Confidentia.
Circa sustentationem temporalem in Deo collocanda. 59. 4
Conformitas cum Deo vide *Resignatio.*
Confraternitas.
Sacrosanctæ Eucharistiæ salutariter instituta est. 114. 3
Ad extirpationem scelerum. 114. 4
Ad incrementa virtutum. 114. 6
Ad confortamentum morientium. 114. 8
Et ad solatium mortuorum. 114. 10
Consilium.
Majorum cuivis homini necessarium. 83. 3
Consilia humana.
Vide *sapientia humana.*
Consortium pravum.
Vide *sitæ mala.*

Conscientia.
In judicio accuratissime discutietur. 6. 4
Bona est maxima in mundo felicitas. 30. 3
Bona prævalet omnibus thesauris. 81. 6
Bona non curat oblocutiones, & persecutiones. 117. 1
Conscientia per iterata peccata indurator. 65. 4
Conscientia mala semper est meticulosa. 78. 3
In nulla re sentit veram lætitiam. 78. 5
In mediis deliciis sentit amaritudinem. 78. 6
Est maximum tormentum in mundo. 78. 8 & 147. 3
Maxime affligit damnatos. 57. 6
Constantius.
Imperator conscientiæ furiis ob occisum fratrem misere exagitatur. 30. 7
Conversiones extraordinariæ.
Difficulter convertitur. 36. 3
Suam conversionem semper facit difficiliorem. 36. 5.
A dæmone difficulter dimittitur. 36. 6.
Corbitulo.
Peccati quam periculosa. 36. 1
Quare difficulter superetur. 36. 4
Quasi vi trahit ad malum. 78. 4
Est porta ferrea diaboli. 85. 4
Etiam dura, & mala dulcescere facit. 85. 4
Cor.
Sollicite est Deo servandum. 85. 7
Divisum non placet Deo. 149. 1
Non potest dividi inter Deum, & diabolum. 149. 1
Neque simul recipere Christum, & mundum. 149. 6.
Cor duplex quantis se periculis exponat. 149. 8
Cor totum Deo offerendum. 158. 1
Corpus.
Perperam plus æstimatur, quam anima. 92. 7
Creatio.
Hominis quantum beneficium. 91. 4
Creatura.
Sunt in servitium hominis productæ. 39. 4
Crucifixus.
Gravissime conterret Monachos in choro 11. dentes. 3. 9
Noluit bibere myrrhatum vinum ex desiderio plura patiendi. 105. 5
In morte non habuit Angelum consortantem. Quare? 115. 7
Cura animarum.
Cum lacrimis potius, quam cum gaudio suscipienda. 1. 1
Cynici.
Est Symbolum hypocritæ. 151. 1

D

Semper magis, magisque ex lapsu afflictas figura recidivorum. 56. 5
Damnati, vide etiam *Infernus*.
In surrectione corporum, quam infelices. 3. 7
Invidia tabescent contra Sanctos, quos in hac vita despexerunt. 14. 5
Cum immensa invidia videbunt beatos in cælo. 57. 7 & 165. 7
In omnibus sensibus torquebuntur. 57. 9
Perierunt, quia salutis occasionem neglexerunt. 165. 1
Deplorabunt occasiones bonas perditas. 165. 1
Damnatus in primo ingressu infernl quam cruciatus. 165. 1
Cum recordabitur præteritorum. 165. 2
Cum videbit præsentia. 165. 6
Cum cogitabit futura. 165. 8
Horrendum cruciatur recordatione æternitatis. 165. 9
David.
Cur aquam in siti bibere noluerit. 15. 8
Cur Absolonis, & non æque parvuli mortem fleverit. 173. 8 & 177. 3
Decimæ.
Sunt tributum, quod sibi Deus ex fructibus reservavit. 138. 1
Sunt a Deo præceptæ. 138. 1
Debentur Deo in recognitionem beneficiorum. 138. 2
Causant fertilitatem arborum. 138. 3
Earum defraudatio parit sterilitatem. 138. 3
Fructuum penuriam. 138. 6
Morbos & infortunia. 138. 7
Ac manifesta Dei supplicia. 138. 8
Detractor.
Sugillat omnes hominum status. 139. 1
Illius delicta nonnunquam sunt insanabilia. 139. 1
Detractio.
Quid sit, & quando committatur. 139. 3
Lædit illum, cui detrahitur. 139. 4
Lædit audientem. 139. 6
Ex maxime detrahentem. 139. 8
Deus.
In suis promissionibus est fidelissimus. 7. 3
Est omniscius. 10. 1
Nulla arte potest decipi. 10. 3
Deum perdere per peccatum quid sit? 19. 4 & seq.
Cur erga peccatores plerumque interrogationibus utatur. 19. 3
Faciet potius miraculum, quam deserat justum. 59. 10
Derelinquens peccatorem est pœna omnium maxima. 85. 1
Præmonet antequam puniat. 66. 3
Dei monitiones, cur sæpe nihil efficiant apud peccatores. 68. 5
Amandus est propter seipsum, non ex motivo præmii. 86. 6
Solus satiat animam hominis. 91. 6
Magnitudinem habet incomprehensibilem. 105. 3
Permittit mala, ut suam amiliantis potentiam demonstret. 120. 6
Est potentissimus, cui non potest resisti. 141. 4
Est

Est Sapientissimus, cujus consilia non possunt frustrari. 141. 5
Est optimus, cujus opera omnia bona sunt. 141. 6
Debet amari ex toto non dimidio corde. 158. 5
Diabolus.
Omni cura elongare studet animam ab unico cælestium. 1. 5
Cur adeo laboret impedire Verbum Divinum. 1. 7
Grates rependit Rectoribus Ecclesiarum pro negligentia in cura animarum. 12. 8
Scholas & institutiones juventutis maxime odiosas meditatur. 20. 6
Meditur Confessarium, ut lassitatem pertædiat. 36. 6
Persuadet homini, mortem esse remotissimam. 44. 3
Potest quidem tentare, sed non cogere. 50. 1
Est canis alligatus catenæ. 50. 3
Induit varias formas. 50. 4
Non potest adeo tegere fraudes, ut non aliquo indicio se prodat. 50. 5.
Contra homines sanctos suis fraudibus nihil efficit. 50. 6
Ab hominibus sanctis vaire illuditur. 50. 6
Hominibus sanctis varia debet præstare obsequia. 50. 7
Puellæ culpam impudicitiæ in dæmonem refundenti, alapam infringit. 50. 10
Ardentissime defideret animas. 51. 1
Est insensissimus hominis inimicus. 51. 6
Innumera mala struit homini. 51. 7
Gloriabitur olim de majori numero reproborum. 51. 8
Extollit mundum, Christus cælum. 53. 1
Quid dare vellet pro unico momento beatitudinis. 56. 8
Restituit pœnitentibus verecundiam. 55. 1
Quanta sit deformitatis. 57. 9
Per iterata peccata semper adquirit majorem potestatem in animam. 65. 6
Sub schemate amicitiæ petit ingressum cordis nostri. 83. 8
Cur orationes fidelium tanto studio turbare intendat? 96. 7
Est impostor fallacissimus. 148. 6
In mortis articulo ferocissime sævit contra peccatorem. 148. 16
Dignitates mundanæ.
In judicio non attendentur. 14. 1
Complectuntur in se grandes molestias. 24. 4
Dilectio Dei. Vide *Caritas Dei.*
Consistit in observatione mandatorum. 106. 7
Dilectio proximi. Vide *Caritas proximi.*
Est signum prædestinationis. 106. 3
Dilectio Inimicorum.
Est necessaria ante orationem. 112. 1
Est necessaria, ut opera nostra placeant Deo. 122. 4
Distractiones.
Quando orationem inutilem reddant. 95. 7
Divites.
Tenentur succurrere pauperibus. 143. 4
Quidquid contra obtendant. 143. 5
Non excusantur per illud. *Non possum.* 143. 8
Nec per illud: *Nihil habeo superflui.* 143. 6
Laboriosius expendunt sua in vanitates, quam alii pauperes. 143. 8
Divitiæ.
Sunt vanæ, & transitoriæ. 88. 4

E

Ebrietas. Vide etiam *Gula.*
Ebrietates & crapulæ maxime fiunt in diebus festis. 22. 4
Mutat hominem in bestiam. 126. 3
Severe prohibetur in Respublicis bene ordinatis. 126. 4
Est peccatum lethale. 126. 5
Tum in se, quam propter malos effectus consequentes. 126. 6
Perducit hominem in turpissima peccata. 126. 7
Ebriosus.
A spiritu in infernum ductus videt ibi pœnas potatorum. 126. 8
Ecclesia.
Inhonoratur multis levitatibus. 21. 9
Elemosyna.
Est obligatoria apud Christianos. 143. 9
Quia omnes unum corpus sumus. 143. 3
Eva.
Peccavit, quia Dei præsentiam præ oculis non habuit. 10. 6
Illius peccatum originem habuit ex mala occasione. 87. 3
Eucharistia. Vide etiam *Sacra Communio.*
Operatur suum effectum secundum dispositionem recipientis: 58. 1 & 112. 1
Exigit conscientiam a peccatis mundam. 58. 4
Non recipiatur corde immundo. 58. 5
Non recipiatur sine vario virtutum ornatu. 58. 7
Indigne sumpta gravissimum scelus. 61. 1
Corde impuro sumpta quantam vanitatem creet Christo. 61. 4
Quia mallet Christus in sordida lacuna, quam corde impuro morari. 61. 5
Indigne sumpta mortem affert animæ. 61. 8
Non solum æternam, sed interdum etiam temporalem. 61. 9
Qua præparatione sumenda sit. 64. 1
Eucharistia est sæpius frequentanda. 99. 3
Ut conservetur fervor caritatis. 99. 3
Idipsum optat Ecclesia. 99. 4
Atque est necessarium, ut homo preservetur a peccatis. 99. 5
Interdum non operatur suos effectus. 111. 3
Ex defectu preparationis. 111. 4
Ex defectu devotionis. 111. 5
Ex defectu gratiarum actionis. 111. 6

Quanto devotionis sensu fuerit sumpta a Sanctis. 112. 5.
Exigit in sumente cor mundum. 113. 4
Eucharistia digne sumpta extirpat in animo vitia. 114. 4
Implantat in corde virtutes. 114. 6
Confortat ad luctam morientes. 114. 10
Prodest ægris ad sanitatem corporis. 167. 3 & 176. 9
Per modum Viatici sumpta depellit dæmones. 167. 7
Roborat ad ultimum certamen. 167. 7
Procurat beatum mortem. 167. 8

Examen.

Peccatorum in judicio quam rigorosum. 11. 5 & seq.

Excusatio.

Excusationes peccatorum coram Deo nihil sunt valituræ. 98. 9.

Exemplum.

Bonum Superiorum, quam efficax ad trahendos animos. 116. 1. & seq.
Non est tantum consilii, sed præcepti. 166. 7

F

Fames, Vide, *Paupertas.*

Famuli.

PLerumque sequuntur exempla Dominorum. 26. 4
In morbis, & infortuniis misericorditer curandi sunt. 26. 7.

Fascituli.

Peccatorum in judicio ad comburendum colligentur. 8. 1

Festa.

Varia erant apud Judæos. 21. 1.
Profanantes graviter a Deo puniuntur. 21. 3
Inhonorantur gula, & ebrietatibus. 21. 4
Rixis, prælis, & immodestiis. 21. 7
Festa sancte sunt agenda. 154. 1
Labores, & negotia omittenda. 154. 4
Cælestia consideranda in festis. 154. 5
Eleemosynæ dandæ. 154. 6
Audiendum Verbum Dei. 154. 7
Expianda peccata. 154. 8

Ficus.

Instructuosa cur sit a Domino maledicta? 25. 3 & 106. 6

Fides.

Sine operibus non placet Deo. 25. 1
Debet esse fecunda sanctorum operum. 25. 4
Contemnitur ab infidelibus ob malos mores Christianorum. 27. 8
Fidei actus quomodo eliciatur. 58. 8
Ob peccata migrat a regione in regionem. 104. 1
Per bona opera debet custoditi. 104. 3
Multis regionibus adempta est propter peccata. 104. 4
Id quod maxime patet in populo Judaico. 104. 5
In regno Orientali. 104. 7
Et ex parte in nostra Germania. 104. 8
Fidei donum magna est felicitas. 142. 1
Quia Christiano præ mille aliis concessum. 142. 3
Id est præ mille hæreticis, Turcis, & Judæis. 142. 4
Qui omnes habent salutis remedia valde remota. 142. 5

Filii-Familiæ.

Mortuo patre male educantur. 142. 3

Finis ultimus.

A gentilibus in variis rebus constituitur. 39. 1
A multis non attenditur, nec curatur. 91. 1
Constitit in eo, ut homo Deum agnoscat, amet, & possideat. 91. 3
Quomodo homo Deum agnoscere. 91. 4
Quomodo amare. 91. 1
Quomodo possidere debeat. 91. 6

Fuga occasionis. Vide *Occasio.*
Furtum. Vide *Injustitia. Bona injusta.*

G

Gaudia.

MUndi semper sunt defectuosa. 24. 1
Mundi habent fatalem aculeum. 24. 3
Mundi desinunt in afflictionem. 26. 6

S. Gennadius.

Cohibet iram Dei punire volentis. 32. 8

Gentiles.

Exprobrabunt Christianis in judicio occasiones salutis. 3. 9 & 142. 6
Minorem habent confusionem in judicio quam Christiani. 4. 5
Sunt Virtuosiores Christianis. 27. 1
Mimus inhiant vanis dignitatibus. 27. 3
Sunt minus avari. 27. 4
Sunt minus lascivi. 27. 5
Sunt minus gulosi. 27. 6
Sunt minus vindicativi. 27. 8
Contemnunt sanctam Fidem ob malos mores Christianorum. 27. 8.
Exprobabunt Christianis in judicio suam perversitatem. 27. 8
In suis ritibus accuratiores, quam Christiani in templis. 111. 3

Germani.

Sunt bibaces, & ebrietatibus dediti. 126. 1

Grandines.

Permittuntur a Deo ad nostram utilitatem. 125. 1
Nempe ut peccatis præservemur. 125. 4
Ut pœnitentiam agamus. 125. 5
Ut Dei auxilium imploremus. 125. 6

Gratia actualis.

Conferuntur homini in certo numero & mensura. 61. 3.
Periculose ab homine negliguntur. 61. 4
Quia forsan non amplius sunt redituræ. 61. 5

Gratia sanctificans.

A multis minus curatur, quam bonum temporale. 92. 4 & seq.
Gratia ubi deficit, oratio nihil efficit. 95. 3

Ho-

Hominem fere facit omnipotentem. 101. 1
Legem Dei observatu facilem reddit. 101. 3
Piscatores mutavit in Apostolos. 101. 4
Sanctos Martyres facit invincibiles. 101. 5
Sanctis Confessoribus dulcem facit pœnitentiam. 101. 6
In peccatoribus mirabiles operatur metamorphoses. 101. 7
Est summe æstimabilis. 145. 1
Quia peccatorem facit amicum Dei. 145. 4 & 163. 5
Quia liberat a gehennæ restu. 145. 6
Quia facit heredem cæli. 145. 7
Superat omnes mundi thesauros. 163. 2
Est necessaria ad meritum supernaturale. 163. 4
Facit Filium & amicum Dei. 163. 5
Est pignus cælestis gloriæ. 163. 6

Gaudium.

Lectione sacrorum librorum convertitur. 20. 7

Gula.

Est via ad iram, ad inimicitias, & cædes. 123. 7
Odio habetur a gentilibus. 126. 3
Severe prohibetur a Rebus publicis bene ordinatis. 126. 4

H

Hæresis.

ORiuntur ex negligentia Superiorum. 33. 1
Omnes habuere oppositum sibi aliquem Sanctum. 100. 6
Quare in nostra Germania prævaluerint 104. 8

Hæretici.

Nulla ratione possunt probare suam Vocationem. 107. 1
In suis templis magis sunt compositi, quam Catholici. 235. 4

Herodias.

Qua morte perierit. 169. 6

S. Hedvigis.

Quam ardenter se præparârit ad sacram Communionem. 58. 11

S. Hilarion.

Dæmonem insidiantem irridet. 50. 6

Historia.

Juvenis sceleratus sub concione convertitur. 2. 8
Christus crucifixus irato vultu terret ridentes in Choro Monachos. 4. 9
Juvenis ex somnio visi judicii capillis omnibus canescit. 8. 9
Christianus perjurus circa restitutionem pecuniæ misere perit. 9. 9
S. Paphnutius Thaidem a peccato deterret præsentia Dei. 10. 8
Diabolus grates rependit Rectoribus Ecclesiarum pro illorum negligentia. 21. 8
Henricus VIII. Angliæ Rex desperabunde vitam claudit. 19. 9
Sponsus in ipsa nuptiarum die proditorie occisus. 24. 7
Maurus mancipium austeritatem Domini morte uxoris, & filiorum ulciscitur. 26. 8
Femina sceleratæ intercum trifrenem moratur. 28. 1
Divi fluctibus hauritur. 29. 9
Flavius a Christo apud fontem Sichar conversa, fit martyr. 31. 5
Juvenis Amalius a rivali multis vulneribus misere conficitur. 33. 8
Diabolus mentitur Confessarium, ut laxiorem persuadeat. 34. 5
Juvenis in peccato consuetudinario ob tentationes in agone perit. 36. 8
Mendicus otiosus pane, quem mendicaverat ramquam monte premitur. 37. 8
Hæreticus Ministellus Romæ subito convertitur, & salvatur. 38. 9
Nobilis quidam per peccatum formam dæmonis induit. 42. 8
Peccator salutaria monita ridens, improviso moritur. 44. 8
Monachus tentationes carnis fœdo cadaveris linteamine compescit. 47. 8
B. Margaritha de Cortona cruenta Amasii morte ad magnam pœnitentiam convertitur. 48. 8
Sacerdos peccator triplici monito ad frugem revocatur a Deo. 49. 7
Puella culpam suæ impudicitiæ dæmoni imputans ab eo alapa castigatur. 50. 10
Filia Regis Hugoberti damnatur ob peccatum in Confessione celatum. 53. 5
Canonicus impudicus post iterata monita non emendatus ruina domus, repente obruitur. 56. 7
Monasterium aliquod pro frusto panis egenti dato recipit celitus submissum alimoniam. 59. 9
Chrysaorius salutis monita negligens, in morte rogat inducias, & non impetrat. 61. 9
Indigne communicans arcana vi strangulatur. 62. 9
S. Antonii imperio asinus adorat Deum Eucharisticum. 64. 7
Juvenis in peccata iterato relabens repente occiditur. 65. 9
Juvenis prævia monita ante mortem data non curans, perit. 66. 7
Christus obstinato peccatori SS. Sanguinem suum in faciem projicit. 71. 6
Ludovicus Severus ob eadem conjugis mota ac conscientiæ furiis affligitur. 78. 7
Nicolaus Abenspergius ob fusurrationem, quæ duos fratres Principes collisit, misere perit. 79. 8
Mauritius imperator ad agendam pœnitentiam timore compellitur. 84. 6
Laicivus pœnitens arcana vi avellitur ab adibus amasiæ. 87. 9
Beatus Andreas Episcopus per modicum levitatem dæmonibus ingeatem lætitiam facit. 90. 9
S. Plato, fatuitu gloriæ in tormentis confortatur. 92. 7
Tres filiæ in laboribus sunt virtuosæ, in otio sunt vitiosæ. 93. 8
Æger sanatus reincidit in morbum, quia sanitas ei nocuisset anima. 93. 9

Dia-

Diabolus a Juliano Imper. explorator missus, in vis impeditur vi orationis. 96. 5
Femina præstigiis in equum mutata, per fres quentem Communionem ab insidiis diaboli liberatur. 99. 8
Spiritus Sanctus peccatorem a Divino Patre, & Filio reprobatum, in gratiam recipit. 102. 8
Spiritus Sanctus a quodam Christiano apostatante visibiliter in columba specie recedit. 105. 4
S. Genesius ex pantomymo, repente Christianus, & Martyr. 111. 8
Maria Austriaca Maximiliani II. conjux quam devote solita sit SS. Communionem sumere. 112. 6
SS. Missæ Sacrificium salvat nautam naufragantem. 114. 11
Juvenis cadaver exspoliaturus, a mortuo tenetur, donec pœnitentiam promittit. 116. 8
Mulier afflictissima nocturnum infidiatorem trucidans, e suis afflictionibus mirabiliter eruitur. 120. 7
S. Gualbertus inimico veniam donat. 122. 9
Parens ex intemperante ira filiolum occidens, est causa quatuor homicidiorum. 123. 8
Monachus ex ebrietate labitur in adulterium, & homicidium. 126. 7
Potator ebriosus a spiritu in infernum ductus, videt ibi pœnas temulentorum. 126. 8
Juvenis peccaminosus per somnium judicii Divini emendatur. 131. 9
Femina iniquis lucris diitescens, auro liquato in orco potatur. 132. 8
Vir militaris sæpe ad pœnitentiam monitus, desperat. 133. 6
Juvenis ob unicum peccatum cogitatione commissum, damnatur. 134. 7
Eremita de operibus suis superbiens, & latronem despiciens, damnatur. 136. 7
Defraudatores decimarum numquam possunt templum ingredi. 138. 10
Detractor habetur pro desperato. 139. 9
Turpiloqui tacere jussi, & non tacentes, graviter puniuntur. 140. 9
Juvenis seductor alterius, terribili morte perit. 144. 9
Peccator a Patre, & Filio Divino reprobatus, a Spiritu S. veniam recipit. 147. 9
Honorius Imperator ob iniquas pseudo politicæ machinationes misere affligitur. 150. 9
Juvenis e monasterio a Patre extrahi se non sinit metu mortis. 151. 7
Anastasio Imperatori ob peccata, quindecim vitæ anni delentur. 152. 8
Avarus iniquis lucris ditescens, animam demoni testamento consignat. 153. 7
Stillita minus meriti colligit, per quadraginta annorum pœnitentiam, quam ejus frater uno auri contemptu. 153. 6
S. Clemens Ancyranus in tormentis insuperabilis. 157. 8
Nobilis ob modicum caritatem pauperi exhibitam salvatur. 159. 8
Mercator impurus sub ipso impudico osculo repente moritur. 160. 8
Pius Rusticellus innocenter diffamatus, & sub patibulo sepultus, mirabiliter famæ restituitur. 162. 9
Triginta millia Christianorum a Fide deficiunt ob malum exemplum sui Regis. 166. 8
Audens luit pœnas, quas alteri innocenti struxit. 169. 8
Theodorus Stylita in meritis æquiparatur Cornelio Mimo. 172. 8
Iniquus fenerator una cum filio hæresi damnatur. 174. 9
Peccator præsumptuose differens pœnitentiam, infeliciter perit. 180. 9

Homo.

Christianus in salutis suæ negotio directore opus habet. 2. 5
Potest decipi, non Deus. 10. 3
Indignus est nomine hominis, qui Deo non servit. 18. 4
Justus cur adversitatibus prematur? 28. 1
Justus felix est, ob conscientiæ tranquillitatem. 30. 8
Justus unicus a tota communitate avertit iram Dei. 31. 4
Justus est scutum patriæ. 31. 6
Christianus qua ratione successive ad magnam perfectionem ascendere possit. 31. 5
Ad laborem natus est. 37. 1. & 93. 3
Justus non debet curare irrisiones impiorum. 43. 1
Justus semper persecutiones patitur ab impiis. 43. 7
Est Dei proprius titulo creationis. 51. 3
Et titulo conservationis. 51. 4
Justus fruitur benedictione Divina. 60. 1
Justus etiam temporali felicitate gaudet. 60. 9
Creatus est, ut Deo serviat. 91. 4
Quantumcumque pius, nescit, an sit in gratia. 137. 6
Homines a Deo mirabiliter nutriuntur. 124. 4

Honores.

Mundani sunt inanes, ac transitorii. 88. 3
Cito desinunt. 128. 6

Horror peccati.

Est signum prædestinationis. 106. 6

Humilitas.

Nobis persuadetur a quotidianis defectibus. 136. 3
Et operibus bonis valde mendosis. 136. 5
Item a comparatione nostri ipsius cum Sanctis. 136. 6
Requiritur ad orationem fructuosam. 137. 1
Et quidem humilitas cordis. 137. 4
Humilitas oris. 137. 7
Et humilitas operis. 137. 9

Hydrops.

Est gravissimus morbus. 155. 1
Est Symbolum avaritiæ. 155. 1

Hypocrisis.

Deo maxime est exosa. 121. 1

I

Jactantia.

Denotat ingratitudinem erga Deum. 137. 7
Perdit meritа bonorum operum. 137. 8

Jactura.

Cujuscunque rei affligit hominem, quanto magis Dei. 19. 6

Jejunium quadragesimale.

Vide *quadragesimale jejunium.*

S. Ignatius Loyola.

Institutor scholarum, & propagator. 20. 8

Ignorantia.

Est humanæ fragilitati congenita. 1. 4
In rebus Fidei non minus inferno digna est, quam peccatum. 11. 1
In rebus Fidei quanta inveniatur in plebe. 12. 3
Qualis, & in quibus excusat. 12. 3
Affectata ab inferitu non liberat. 12. 5
In rebus Fidei est radix plurimorum scelerum in mundo. 13. 7

Immisericordia in pauperes.

Vide. *Avaræ. Divites. &c.*

Incarnatio Dei.

Quantum sit Divini amoris prodigium. 13. 4

Infantes.

Vide. *Ætas infantilis.*

Infernus.

Quid, & qualis sit? 57. 1
Triplici pœna cruciat damnatum. 57. 4
Nempe verme conscientiæ. 57. 6
Pœna damni. 57. 7
Et pœna sensus, seu igne. 57. 8
Inferni ignis superat immensum ignem Elementarem. 57. 9
Inferni primus ingressus, quam terribilis peccatori. 165. 1

Infortunia.

Vide. *Mala.*

Ingratitudo.

Est vitium detestabile. 146. 1
Habet tres gradus. 146. 3
Primus est beneficium non compensare. 146. 5
Alter, beneficii oblivisci. 146. 6
Tertius, pro bono mala rependere. 146. 7
Est vitium, a quo ipse diabolus abhorret. 146. 7

Inimicitiæ.

Componendæ sunt ante orationem. 122. 1
Corrumpunt opera bona. 122. 4
Mutant hominem in diabolum. 122. 6

Initia Tentationum.

Vide. *Tentationes.*

Injuriæ ferendæ.

Vide *Patientia.*

Injustitia.

Passim in mundo dominatur. 131. 1
Et quidem inter opifices. 131. 3
Inter operarios, & triviales homines. 131. 3
Sine quiete luciuat conscientiam. 131. 4

Innocentia.

Baptismalis e paucissimis diu retinetur. 111. 4

Insipientes.

Periculose negliguntur. 61. 3. & seq.
Quia forsan non amplius sunt relicturæ. 61. 5

Intellectus.

Bene instructus ad vitam bene moratam conducit. 20. 3
Quam nobilis sit potentia: 109. 4

Intensio boni.

Si non præfigatur operibus, sunt sine merito. 18. 6
Quid sit, & quomodo elicienda. 118. 4
Solertissime exercetur a Sanctis. 118. 6
Est ars spiritualiter diteſcendi. 118. 7
Consolationem parit in morte. 118. 7

Invidia.

Passim in orbe dominatur. 159. 4

Josephus.

Ab Arimathæa symbolum, & exemplar communicantium. 113. 1

Ira.

Gravissimas lasiones in proximum excitat. 123. 6
Sæpe oritur ex levi verbo, & re nihili. 123. 7
Disconvenit Parentibus in educatione prolium. 123. 8
Est fons, & origo blasphemiarum. 123. 9
Est vitium singulariter a dæmone caussatum. 123. 1
Est duplex, laudabilis, & vitiosa. 123. 3
Abbreviat vitam. 123. 4
Mutat hominem in bestiam. 123. 5

Irreverentia in templo.

Vide. *Templum.*

Irrisiones.

Impiorum debent generose despici. 43. 1
Irrisionibus non debet Christianus depravari. 43. 6
Sunt impiis familiares contra probos. 43. 7.
Sed vicissim a probis olim ut debuntur. 43. 8

Israelita.

Israelitarum & Ægyptiorum dispar sors in mari rubro, figura Divini Judicii. 5. 1

Judaicus Populus.

Ob suam obstinaciam a Deo fuit reprobatus. 61. 2
Ob peccata a Deo derelictus. 63. 1
Funestissimis signis de suo excidio præmonitus. 63. 4
A Romanis oppressus. 63. 5
Fame, peste, bello ac flagibus misere afflictus. 63. 7
Obsidione & excidio deletus. 63. 9
Figura est peccatoris a Deo derelicti, & reprobati. 63. 11
Cur non penitus e mundo sit extirpatus? 104. 6

Judex Divinus.

Gravissime exprobrabit peccatori sua beneficia. 4. 7
Non potest decipi. 6. 4
Non potest corrumpi. 6. 6
Non potest mitigari. 6. 8
Erit justis aspectu amabilis, & impiis terribilis. 8. 7
Horribili voce tonabit. 8. 8
Arcana peccata omnia in lucem protrahet. 11. 1
Indicabit etiam de gratiis numquam datis. 11. 9
Judicii sententia erga Electos. 14. 6

Sententia ejus reprobos. 17. 7
Judex humanus.
Judices humani sunt injustitiis dediti. 9. 5
Judicium Divinum.
Est multo rigorosius, quam humanum. 6. 1
Sæpe cogitatum facit hominem in rebus suis attentum. 131. 3
Retrahit a peccato. 131. 5
Expurgat reliquias peccatorum. 131. 6
Tollit tepiditatem in animo. 131. 8
Judicium extremum per terribilia signa præjudicatum. 179. 1
Judicia Dei sunt inscrutabilia. 134. 3
Judicium temerarium.
Est vitium fere universale. 156. 1. & 162. 1
Etiam virtutes proximi in malam partem interpretantur. 156. 1
Est signum imprudentiæ. 156. 4
Involat in jurisdictionem Dei. 156. 5
Est vitium etiam probis commune. 156. 6
In judicando proximo plerumque decipitur. 156. 7
Declaratur quid sit. 162. 2
Male judicat de intentionibus internis. 162. 4
Quia sæpe opera sunt meritoria, quæ nobis videntur vitiosa. 162. 5
Indicat hominem, qui judicat, esse vitiosum. 162. 6
Est prorsus fallax, & fallibile. 162. 8
Justificatio.
Peccatoris est ingens beneficium. 145. 1
Quia peccatorem facit amicum Dei. 145. 4
Liberat a gehennæ reatu. 145. 6
Reddit dignum hereditate cælesti. 145. 7
Justitia Dei.
Non sola respicienda, sed una cum Misericordia. 52. 3
Præmonet antequam puniat. 66. 1
Numquam immittit supplicia sine præviis monitionibus. 66. 3
Hæ monitiones vel sunt directæ, vel indirectæ. 66. 4
Cur apud multos peccatores nihil efficiant. 66. 5

L

Labor.
Convenit homini ex natura sua. 37. 1
Labore occupati erant homines sancti. 37. 3
Omnibus creaturis communis est. 93. 3
Lacrimæ.
Sunt Legati ad Deum propitiandum missi. 48. 3
Pro nulla re melius funduntur, quam pro peccatis. 48. 4
Maximam habent efficaciam delendi peccata. 48. 5
Pœnitentium non sunt amaræ, sed dulces. 48. 7
Latro.
In morte pœnitens nullo modo debet esse causa præsumptionis. 129. 8
Lazarus.
A mortuis excitatus, figura consuetudinariorum. 36. 3
Illius resuscitatio est symbolum Vocationis ad Fidem. 142. 3
Lectio sacrarum Librorum.
Est maxime necessaria hominibus mundanis. 20. 8
Habet ingentes utilitates. 20. 7
Legendi & scribendi notitia conducit ad vitam bene moratam. 20. 4. & seq.
Legatus.
Legatorum injuriæ crudeliter vindicatæ. 61. 6
Liberi.
Male educantur, ex defectu boni exempli in Parentibus, 166. 6
Libri.
In Judicio aperiendi quid significent? 11. 3
Lingua.
Est membrum indomabile. 139. 1
Sugillat omnes hominum status. 139. 1
Causat plurima mala in mundo. 140. 1
S. Ludovicus.
Maxime æstimavit beneficium Vocationis ad Fidem. 142. 8
Ludovicus Severus.
Ob eadem conjugis consentiæ furiis exagitatur. 78. 7
Luxus.
Maxime frequentatur diebus Festis. 21. 5
Luthe rus.
Nulla ratione probare potest, se esse Reformatorem cælitus missum. 139. 8
Luxuria.
Vide *Amor impurus. Prost.* &c.

M

Magdalena.
Vere pœnitentium exemplar. 15. 10
Mala.
Non permittit Deus, nisi ut eruat bona. 135. 3 & 141. 5
Mali Socii.
Vide. *Socii mali.*
Mala conscientia, Vide. *Conscientia.*
Maxime cruciat iniquos rei alienæ detentores. 174. 5
Mansuetudo.
Est signum prædestinationis. 106. 4
Maria.
Illius aspectus, & consortium quantas Beatis delicias afferat. 54. 7
Maria Stuarda.
In perfectionibus animo fuit æquissimo. 117. 10
Matrimonium.
Infelix, quod sine Deo inchoatur. 22. 1
Infaustum, quod solum ob divitias. 22. 4
Aut ob venustatem corporalem. 22. 5
Aut ob voluptatem contrahitur. 22. 6
Quanta habeat onera, & molestias. 23. 3
Et jugum grave ob uxorem fastidiosam. 23. 5
Aut ob sterilitatem, & carentiam prolis. 23. 6
Maxentius.
Imperator timore pœnæ imminentis pœnitentiam agit. 84. 6
S. Me-

S. Methodius.
A Christo certificatur de sua salute. 86. 1
Medicina.
Non valet contra mortem. 101. 5
Magnas divitias comparat Medicis. 101. 5
Memoria.
Hominis quam nobilis sit potentia. 109. 7
Mendacium.
Est Mœchanicis, & Mercatoribus familiare. 9. 6
Mensura peccatorum.
Cuilibet hominum a Deo est præfixa. 134. 4
Et nobis incognita. 134. 5
Deo soli nota. 134. 7
Completa mensura sequitur æterna pernicies. 134. 6. & 152. 7
Misericordia Dei.
Qua ratione major sit aliis attributis Dei. 49. 3
Longanimiter exspectat peccatorem. 49. 5
Non sola est recipienda, sed una cum justitia. 52. 3
Ejus opera non debent trahi in consequentiam. 52. 4
Blande ac leniter ad se trahit peccatores. 85. 3
Desiderat ardenter salutem peccatoris. 116. 1
Eumque vocat variis modis. 116. 3
Trahit illum blanditiis. 116. 4
Beneficiis. 116. 6
Et flagellis. 116. 7
Misericordia Dei prævenit peccatorem. 116. 5
Curam habet peccatoris eo momento, quo offenditur. 116. 6
Respectu nostri habet certos limites, etsi in se sit infinita. 134. 1
Misericordia ergo pauperes.
Vide *Eleemosyna.*
Missæ Sacrificium.
Sub quadruplici consideratione perpendi potest. 80. 3
Est munus, & servitium maximum, quod Deo præstari potest. 80. 4
Est Sacrificium Propitiatorium. 80. 6
Satisfactorium. 80. 8
Impetratorium. 80. 9
Animabus purgantibus valde proficuum. 114. 11
Modica.
Non semper sunt contemptibilia. 34. 1
Curari debent, ut perveniatur ad magna. 35. 1
Sunt sæpe æstimabiliora magnis. 89. 1
Sunt observatu necessaria ad perfectionem Christianam. 89. 1
Sollicite curanda sunt. 89. 3
Comparant ingentem thesaurum meritorum. 89. 4
Sunt securiora actibus magnis, & heroicis. 89. 5.
Sunt probatio quomodo se habeat homo in magnis. 89. 6
Non minus placent Deo, quam magna. 89. 7
Augent merita non minus, quam actiones magnæ. 89. 7
Morbus.
Calicus quam grave malum. 74. 1
Morbi oriuntur ex peccato. 160. 1
Sunt verba increpatoria Dei. 160. 3
Curantur per pœnitentiam. 160. 5
Docent nos confugere ad Deum. 160. 4
Et dolere de peccatis. 196. 5
Sunt remedia ad conversionem peccatoris efficacissima. 85. 7
Morientes.
Morientis descriptio. 151. 3. & seq.
Morientis momentum ultimum quam terribile. 152. 4
Mors.
Dum remotissima creditur, jam e propinquo est. 44. 3.
Peccatorum terribilis. 133. 2
Ob præsentiam dæmonum. 133. 3
Ob peccata clare visa. 133. 4
Ob tentationes desperationis. 133. 5
Mors est optimus Magister morum. 151. 1
Mortem quidem immediate sequatur. 151. 3
Acceleratur a peccatis. 151. 2
Gladio & sagitta armatur, quare? 152. 5
Animæ potius deploranda quam corporis. 153. 7
Præmatura juvenum oritur ex peccato. 160. 5
Est quadruplex, præmatura, subitanea, violenta, & naturalis. 168. 2
Ab omnibus fere creatis nobis inculcatur. 168. 4
Semper, & ubique insidiatur homini. 168. 5
Oritur ex causis intrinsecis, seu congenitis homini. 168. 6
Ex quatuor temperamentis. 168. 7
Et passionibus quibuscumque. 168. 8
Ortum trahit a syderum influxu. 177. 4
Ab elementis. 177. 5
Ab artibus, & opificiis. 177. 6
A subitaneis casibus. 177. 8
Mortificatio.
Est necessaria vere pœnitentibus. 15. 9
Non abbreviat vitam, sed prolongat. 30. 9
Mundana Bona.
Sunt instabilia, & incerta. 53. 6
Mundus.
Passim mendaciis studet. 9. 3
Et adulationibus. 9. 4
Respectu Cæli pugillus est. 53. 3
Respectu Cæli sordidus est. 53. 5
Una cum carne, & dæmone, quantum animas decipit. 77. 5
Solet peccata nomine virtutum palliare. 93. 1
Decipit, quia promittit delicias, & dat luctum. 128. 4
Promissionibus suis est fallacissimus. 128. 5
Comparatur mari. 168. 1

N

Narses.
Qua arte Longobardos in Italiam vocaris. 54. 1
Natalis Festa Domini.
Sunt sancte transigenda. 13. 9
Ninive.
Quomodo revera ad vaticinium Jonæ fuerit destructa. 15. 5
Numerus.
Hominum in Europa degentium nonaginta novem milliones. 124. 4

Electorum est valde exiguus. 128. 13
Nutrimentum.
Vide *Providentia.*

O

Obedientia.
Quam Christo cari. 81. 8
Obedientiam juravit Christus Patri in claustro Virginis. 81. 8
Observationes vanæ.
Etiam in operibus sanctis interdum subrepunt. 121. 7
Occasio mala.
Etiam bonos depravat. 33. 7
Illius fuga est necessarium remedium contra relapsum. 74. 7
Est perniciosa pœnitentibus. 75. 7
Fugienda est etiam cum qua vis difficultate. 87. 1
Traxit Evam ad peccatum. 87. 3
Prostravit Petrum in trinam negationem. 87. 4
Juvenilem ætatem facile præcipitat in peccata carnis. 87. 5
Illius fuga necessaria est ad seriam conversionem. 87. 6
Sine illius fuga pœnitentia nulla est. 87. 7
Nec curat damna Confessiones. 87. 7
Quia propositum est inefficax. 87. 8
Occasio Salutis.
Non est negligenda. 61. 4
Quia forsan non amplius est redditura. 61. 5
Oculi.
Quinam omnium optimi. 10. 1
Odium.
Dei adversus peccatum. 42. 1. & seq.
Elucet ex passione, & morte Christi. 45. 7
Omissionis peccata.
Sunt materia gravissimi judicii. 11. 7
Operarii.
In vinea labore inæquales, cur æquali mercede donati sint. 38. 3
Opera bona.
Eorum defectus accurate in judicio examinabuntur. 11. 8
Opus bonum unicum bene peractum æquivalet pluribus luridis. 38. 5
Opus unicum potest esse via, & initium salutis. 38. 7
Opera nostra, utut sancta, tamen in oculis Dei sunt mendosa. 121. 5
Operibus bonis non est præsumptuose confidendum. 136. 1
Quia plura delicta committimus, quam bona opera. 136. 4
Quia opera bona magis Dei sunt, quam nostra. 136. 4
Quia sunt valde defectuosa. 136. 5
Et quia in comparatione Sanctorum nihil sumus. 136. 6
Oratio.
Sæpe nihil impetrat. Cur? 94. 1
Quia petit rem nocivam. 94. 4
Quia fit sine confidentia? 94. 5
Quia opera non consentiunt cum Oratione. 94. 6
Quia deficit orandi perseverantia. 94. 7
Oratio quomodo constituta esse debeat? 95. 1
Oratio debet esse in statu gratiæ. 95. 3
Oratio non debet esse distracta. 95. 6
Debet petere conformia voluntati Dei. 95. 8
Oratio est remedium efficax contra peccata. 96. 1
Quia præservat a peccato. 96. 4
Disponit ad pœnitentiam. 96. 7
Et confortat contra peccatum. 96. 8
Oratio est potens contra dæmonem. 96. 5
Est quasi canalis, quo bona cælestia ad nos perfluant. 96. 8
Debet esse conjuncta humilitati. 137. 1
Ea quidem humilitati cordis. 137. 4
Humilitati oris. 137. 3
Et humilitati operis. 137. 9
Ordo.
Sancti Francisci valde numerosus, quam mirabiliter nutritur. 59. 7
Ordines Mendicantes a Deo mirabiliter sustentantur. 59. 7
Ordo S. Benedicti plurimos numerat Reges, Principes &c. 81. 5
Otium.
Disconvenit naturæ hominis. 37. 1
Damnatur a gentilibus. 37. 6
Est fomentum scelerum. 37. 6
Aperit dæmoni portas sensuum. 37. 7
Est periculosum præsertim pœnitentibus. 73. 5
Fuit David causa lapsus. 73. 5
Res etiam inanimatas perfundat. 93. 4
Docet scelera omnia. 93. 4
Fuit Origo Idolatriæ. 93. 5
Et Mater luxuriæ. 93. 6
Ostes.
Si pauperes sunt, commiseratione digni non sunt. 37. 5
Indigni sunt pane, quem mandacant. 37. 8
Plerumque sunt scelerati. 93. 4
Facile vincuntur a dæmone. 93. 7

P

S. Pachomius.
Monachos suos sub ordine alphabetali collocat. 9. 9
S. Paphnutius.
Qua arte Thaidem meretricem converterit. 10. 8
Parentes.
Tenentur filios instruere in rebus Fidei. 1. 6
Si filiorum actiones non bene observent; maxima damna causant. 33. 6
Plus pro anima, quam pro corpore filiorum solliciti sunt. 175. 2
Perperam plus diligunt corpora filiorum, quam animas. 175. 4
Sunt incurii in procuranda salute filiorum. 175. 5
Per malam educationem offerunt filios dæmonio. 175. 6

Pœnitentia.
Habet munus valde arduum. 1. 1
Contra geminum hostem pugnare debet, ignorantiam, & malitiam. 1. 3
Paralysis.
Est morbus miserabilis. 161. 1
Est figura accidiæ. 161. 3. & seq.
Parricidium.
Olim credebatur impossibile. 70. 1
Passio Christi.
Demonstrat gravitatem peccati. 45. 4
Fuit iniquissima. 70. 5
Fuit crudelissima. 70. 6
Fuit a peccatoribus causata. 70. 8
A peccatoribus annihilata. 72. 6
A peccatoribus renovata. 71. 7
Patientia.
In adversis est signum prædestinationis. 106. 5
In ferendis injuriis qualis esse debeat. 117. 4
Debet afflictiones iatueri tanquam a Deo provenientes. 117. 6
Sanctorum quanta fuerit in persecutionibus. 117. 9
Patres-Familiæ.
Tenentur curam gerere famulorum. 26. 3
Sunt erga famulos sæpe immisericordes. 26. 6
Sint attenti ad mores, & vitia domesticorum. 33. 3
Bonis exemplis poterunt trahunt subditos ad probitatem. 166. 1
Verbis nihil efficient sine exemplis. 166. 5
Liberos male educant sine bonis exemplis. 166. 6
Obligantur, ut bono exempla præcant. 166. 7 & 130. 4
Qua ratione vitam pie coordinare debeant. 130. 5
Tenentur in domo sua extirpare peccata. 130. 6
Rationem reddent Deo ob peccata domesticorum. 130. 6
Pauperes.
Quam Christo a teneris cara. 81. 3
Divos est, quia Christum possidet. 81. 4
Religiosa quare sanctè dicatur. 81. 5
Multis a Deo immittitur, ut a peccatis præserventur. 125. 4
Ut ad pœnitentiam adducantur. 125. 5
Ut in Deo confidere discant. 125. 6
Pax.
Quantum sit bonum. 82. 1
Servanda est cum Deo. 82. 3
Cum proximo. 82. 5
Et secum ipso. 82. 6
Raro invenitur inter homines. 82. 5
Peccator.
In judicio patietur extremam confusionem. 4. 2 & seq.
In judicio videbit peccata sua omnia. 11. 5
Deum inimicum habet: quantum hoc sit malum. 19. 7
Unicus potest esse causa Divinæ maledictionis supra totam communitatem. 29. 1
Unicus potest obstruere fontes Divinæ miserationis. 29. 4
Miser est ob multæ conscientiæ tormentum. 30. 4
Semper est pavidus. 30. 6
Cur diu, & felix nonnunquam vivat? 31. 1
Toleratur in mundo, ut commendetur longanimitas Dei. 31. 2
Aut ut convertatur. 31. 3
Aut ut per illum judus exerceatur. 31. 5
Quomodo vitia vincere, & ad magnam perfectionem pervenire queat. 35. 6
A fine creationis sua excidit. 39. 1
Vitæ esse independens a Deo, & sibi soli sufficiens. 39. 5
Per peccatum renunciat cælo, & æternæ felicitati. 39. 8
Non agnoscitur a Deo pro creatura sua. 42. 3
Peccatoris nulla miseria tangitur Deus. 42. 8
Peccator abominabilior Deo, quam omnia animalia venenosa. 42. 6
Deformis est coram Deo velut ipse dæmon. 42. 8
Cæli gloriam pro momentanea voluptate vendit. 54. 7
Exclusus est a benedictione Divina. 60. 1
Induratur, a quo Deus recedit. 61. 7
Imprudentissime suam salutem concredit alicui fortasse. 61. 8
A Deo reprobatus est infelicissimus. 63. 1
Punitur, ut alii emendentur. 66. 4
A Deo benigne habetur, ut convertatur. 85. 4
Orans nihil impetrat a Deo. 95. 4
Quia falsificat orationem Dominicam. 95. 5
Per peccatum fit similis brutis. 109. 5
Gravissime laborat sub servitute dæmonis. 148. 2
Coram oculis Dei est merum nihil. 153. 1
Deletur ex libro creaturarum. 153. 5
Est incapax ad unum opus meritorium. 163. 4
Pessime differt pœnitentiam ad finem vitæ. 180. 2
Peccatum.
Oritur ex negligentia Superiorum, & Patrumfamilias. 33. 1
Accelerat mortem. 44. 7. & 152. 1. & seq.
Ejus gravitas elucet ex Passione Domini. 45. 8 & seq.
A pura creatura condigne compensari non potest. 45. 5
Non remittitur sine Confessione. 56. 2
Extirpari debet per Verbum Dei. 2. 7
Etiam occultissimum in judicio in lucem proemhetur. 4. 3
Et quidem cum omnibus circumstantiis. 4. 4
Quantum sit malum, cum hominem privet Deo. 16. 5
Everrit delicitatem, etiam temporalem. 20. 6
Invehit temporales miserias in familiam. 60. 4
Individuum comitem habet miseriam. 60. 5
Est causa quasi omnium calamitatum in mundo. 60. 7
Palliatur sub nomine Virtutis. 98. 3
Etiam ipsam Fidem exponit periculo naufragii. 104. 1. & seq.
Post Passionem Dominicam est gravius. 105. 7
Specialiter injuriam facit mysterio SS. Trinitatis. 110. 3
Quia in Patre offendit potentiam. 110. 4
In Filio offendit Sapientiam. 110. 6
In Spiritu Sancto offendit Bonitatem. 110. 8

Quantum est ex se, vellet Deum non esse Deum. 110. 7
Offendit Deum, quia bonus est. 110. 9
Exuit hominem conditione humana. 153. 7
Est causa infirmitatum corporalium. 160. 1
Ejus gravitas declaratur ex dignitate personæ offensæ. 170. 3
Pro eo satisfacere nulla creatura potest. 171. 1
Perdit inæstimabiles gratiarum thesauros. 178. 3
Perdit omnia merita. 178. 4
Perdit bona sancti Spiritus. 178. 5
Perdit ipsum Deum. 178. 6

Peccatum originale.

Mala maxima in mundum invexit. 60. 3

Peccatum veniale.

Disponit ad mortale. 34. 3
Quia facit hominem audaciorem in malo. 34. 4
Quia auget dæmonis potentiam. 34. 5
Quia speciales Dei gratias impedit. 34. 6
Maxime timetur ab hominibus sanctis. 34. 7

Pecunia.

Causat mala plurima in mundo. 173. 2
In curiis causat injustitias. 173. 4
In aulis causat invidias. 173. 5
In castris causat proditiones. 173. 6
In domibus privatis dissidias. 173. 7

Peregrinationes.

Sæpe instituuntur pessimo fine. 98. 6

Perfectio Christiana. Vide etiam *Virtus.*

Non consistit in operibus admirandis, sed quotidianis. 119. 1

Perfidia.

In pactis graviter punitur. 72. 3

Perjurium.

Infelici morte punitur. 9. 9

Perseverantia.

In bono quibus remediis conservanda. 73. 1 & seq.

Pharao.

Periit in aqua, quia per aquam peccavit. 169. 4

Philosophia.

Quas nugas, & errores olim admiserit. 101. 4

Photinus.

A Christo apud fontem Sichar conversa, fit martyr. 32. 5. & 85. 3

Pistor.

Et pincerna Pharaonis cur diversissima sorte usi. 25. 6

Pœna Talionis.

A Deo statuta est iis, qui proximum lædunt. 169. 1. & seq.

Pœnitentia.

Seria ac sincera, quam rara sit. 15. 1
Mutare debet hominem in meliorem. 15. 4
Debet post se trahere irreconcilibile odium adversus peccatum. 15. 6
Ut seria sit, debent vitari occasiones pravæ. 15. 7
Debet proportionari peccatis. 15. 10
Reconciliat peccatorem Deo. 49. 4
Vera debet exuere etiam inclinationes peccati. 75. 6
Et fugere occasiones malas. 95. 7
Nulla est sine fuga occasionum. 87. 6
Ut Sacramentum est necessaria præparatio ad SS. Communionem. 113. 7
Non est differenda ad mortem. 157. 3. & 180. 3
Quia morientes non erit dispositus ad illos actus pœnitentiæ. 180. 4
Et quis Deus non acceptat seram pœnitentiam. 180. 6

Pœnitere.

Apud Deum fere plus valet, quam innocens. 49. 4

Potentia Dei.

Est talis cui non potest resisti. 141. 4

Præcepta Dei.

Quam male observentur. 16, 3. & seq.

Prædestinatio.

Prædestinationis incertitudo prodest homini. 86. 1
Ut in humilitate conservetur. 86. 3
Ut in negotio salutis sollicitus sit. 86. 4
Ut ex puro Dei amore operetur. 86. 6
Prædestinationis signa dantur aliqua. 106. 2
Tale signum est amor proximi. 106. 3
Patientia in adversis. 106. 5
Honor peccati. 106. 6
Frequens Sacramentorum usus. 106. 7

Præsentia Dei.

Est efficax remedium contra peccata. 10. 5

Præsumptio.

De misericordia est periculosissimum scelus. 129. 1
Prorogat de die in diem pœnitentiam. 129. 3
Sed ordinarie prævenitur a morte. 129. 4

Preces impuri.

Sunt lupi rapaces. 127. 1
Sunt in suis promissionibus fallaces, ac infidi. 127. 3
Non amant, sed infensissimo odio ardent. 127. 4
Eorum amor desinit in fatales inimicitias. 127. 5
Amatam præcipitant in miserrimum luctum. 127. 7
Et in æternam perniciem. 127. 8

Procrastinatio pœnitentiæ.

Est maxime periculosa. 61. 9
Exponit hominem periculo interitus. 129. 4
Ob incertitudinem pœnitendi in articulo mortis. 129. 6

Providentia Dei.

Cur homines justos adversitatibus affligi permittat. 28. 1. & seq.
Sollicite attendit ad nostras necessitates. 59. 1
Abunde omnibus providet de alimentis, & sustentatione. 9. 4
Rebus desperatis solet potenter succurrere. 120. 3
Exemplificatur in Davide. 120. 3
In Jacobo insidias passo ab Esau. 120. 4
In Tobia, Job, & aliis. 120. 5
Ideo permittit mala, ut suam potentiam ostendat. 120. 6
Mirabiliter rebus afflictis succurrit. 120. 7
Sollicite curat necessitates etiam temporales hominum. 124. 1

Nemini vitæ subsidia deesse patitur. 124. 3
Si alia media desint, tenetur justis succurrere per miraculum. 124. 6
Ex malis novit eruere bona. 125. 3
Non debet taxari ab homine. 141. 1
Debet in omnibus humiliter adorari. 141. 3
Omnes casus in hoc mundo optime ordinat. 141. 3
Quia Deus est potentissimus. 141. 4
Quia est sapientissimus. 141. 5
Quia est optimus. 141. 6
Sapientissime gubernat mundum. 150. 5
Ideo nihil in orbe casu fit. 150. 7

Q

Quadragesimale Jejunium.

Laxe observatur a Christianis. 46. 1
Est antiquissimum in Ecclesia. 46. 3
Prodest ad expugnanda peccata. 46. 3
Obligat omnes Christianos, qui rationabili causa non excusantur. 46. 4
In primitiva Ecclesia fuit rigorose observatum. 46. 5
Eluditur per varias excusationes. 46. 6
Aut per subreptitias dispensationes. 46. 7

Quinque sensus.

Sunt inimici intensissimi animæ. 83. 5
Semper sunt mortificandi. 83. 6
Sollicite custodiendi. 108. 6

R

Redemptio.

Humani generis quantum sit beneficium. 13. 3

Relapsus.

In pristina peccata semper difficiliorem reddit pœnitentiam. 56. 1
Quia auxilia Dei imminuuntur. 56. 4
Quia relabens magis, magisque vires perdit. 56. 5
Quia dæmonis potestas invalescit. 56. 6
Relapsus est turpis & periculosus. 65. 1
Quia conscientia obduratur. 65. 4
Quia potestas dæmonis crescit. 65. 6
Quia Dei gratia decrescit. 65. 7
Relapsus continet malitiam perfidiæ. 72. 3
Item summam ingratitudinem. 72. 4
Et contemptum Dei. 72. 5
Relapsus curatur per frequentationem Sacramentorum. 74. 3
Per timorem Dei. 74. 5
Per fugam malæ occasionis. 74. 7

Religiosus.

Christum secum habet semper. 81. 1
Ob paupertatem Religiosam. 81. 3
Ob castitatem. 81. 6
Ob obedientiam. 81. 8
Religiosus tanquam in arca Noemi securus vivit. 105. 1
Despicit mundana, tendit ad cælestia. 108. 4
Mortificat inordinatas passiones. 108. 5
Sensus externos custodit. 108. 6
Dei iracundiam placat. 108. 7
In solitudine habitare amat. 108. 8
Se totum Deo consecrat. 108. 9
Gaudet solatiis cælestibus. 108. 8

Resignatio in Dei voluntatem.

Est Christiano necessaria ad exemplum Christi. 97. 4
Mire elucet in Sanctis. 141. 6

Respectus humanus.

Non potest esse prudens vitæ Regula. 43. 3
Dedit alapam Christo Domino. 43. 4

Restitutio.

Bonorum iniquorum non Ecclesiæ, sed Laso est facienda. 132. 6
Quamvis sit difficilis, est tamen necessaria ad salutem. 132. 7
Impeditur a diabolo, cur? 174. 1
Absque ea iniquus Lasor salvari non potest. 274. 6

Resurrectio.

Corporum quomodo possibilis. 5. 4
Quam dissimilis inter beatos, & damnatos. 5. 5 & seq.

Rustici.

In terrenis negotiis sagaces, in rebus Fidei obstippi sunt, cur? 12. 6

S

Sacerdos.

Sacerdoti imputantur peccata populi, quæ non impedit. 1. 8
Sacerdoti sacra operanti adstant Angeli, & ministrant. 80. 5
Ex officio tenetur extirpare scelera. 80. 7
Summis in honoribus haberi debet. 80. 8
Sacerdotes Catholici ex continua successione probant suam missionem. 107. 1

Sacramenta.

Pœnitentiæ, & Eucharistiæ sæpius sunt frequentanda. 99. 3
Sacramentorum frequens usus est signum prædestinationis. 106. 8

Sacrificium Missæ.

Vide. *Missa Sacrificium.*

Salus æterna.

A multis parum curatur. 164. 3
Rebus inutilibus postponitur. 164. 4
Aut præsumptuose differtur. 164. 5
Aut cæco casui committitur. 164. 6
Cum tamen obtentu valde ardua sit. 164. 7

Sancti.

Timent judicium Divinum. 6. 6
Contremiscunt aspectu Christi. 8. 6
Formidant peccata etiam levia. 34. 7
Mire fundati sunt in timore Domini. 84. 5
Utut illiterati sunt tamen eruditissimi in rebus sacris. 101. 7

Æquis-

Æquissimo animo perferant injurias, & persecutiones. 117. 9
Tempore famis a Deo mirabiliter nutriuntur. 124. 6
Quam excellentes fuerint in operibus pro Deo factis. 196. 6
Desiderant a mundo contemni. 162. 3
Sanctitas Corporis.
Sæpe iisdem remediis destruitur, quibus debuisset conservari. 44. 6
Sapientia humana.
Sine Deo sibi ipsi nocet. 150. 1
Nihil efficit per astutias & dolosa consilia. 150. 2 & seq.
Quia Deus providissime gubernat mundum. 150. 5
Et iniquas machinationes evertit. 150. 8
Sensus externi.
Vide. *Quinque sensus hominis.*
Separatio.
Electorum a reprobis in judicio. 14. 3
Sepultura.
Sepulcrorum cineres dedocent hominem peccatum. 47. 7
B. Severus.
Inter miserrimas afflictiones semper lætabundus. 30. 8
Sexti mali.
Conantur impedire fructus Verbi Divini. 41. 6
Sunt animarum latrones. 144. 1
Alios pervertendo, seipsos occidunt. 144. 1
Sunt substituti, & amanuenses dæmonis. 144. 3
Sunt aucupes animarum. 144. 4
Causant Ecclesiæ ingentem luctum. 144. 5
Sunt dæmone pejores. 144. 5
Christo eripiunt animas, thesaurum pretiosissimum. 144. 7
Spes.
Spei actus, quomodo eliciatur. 38. 9
Spiritus Sanctus.
Est ventus fecundans Ecclesiæ hortum virtutibus. 100. 3
Animat Apostolos in suis virtutibus. 100. 4
Confortat Martyres in passione. 100. 5
Erudit sacros Doctores. 100. 6
Roborat sanctos Confessores in pœnitentiis. 100. 7
Est Magister Divinus, qui docet nos omnia. 101. 1
Illud *unum* consistit in quærenda salute. 101. 8
Sponsa.
In contrahendis conjugiis non attendant ad divitias. 22. 4
Nec ad voluptates. 22. 5
Sed ad Deum. 22. 7
Superbia.
Compescitur, si homo suæ luteæ originis recondatur. 46. 3
Est palmaris stultitia. 76. 3
Superflua.
Debent expendi in pauperes. 143. 7
Quæ bona veniant nomine superfluorum. 143. 7
Supplicia.
Peccatorum fiunt in emendationem aliorum. 66. 4
Suspicio.
Dei præsentia a peccato fuit præmunita. 10. 6
Sustentatio temporalis.
Abunde omnibus providetur a Deo. 59. 1
Suffocatio.
Est grande malum. 79. 3
Est peccatum familiare famulis, & opificibus. 79. 4
Tollit amicitiam & pacem. 79. 5
Habet speciem proditionis. 79. 6
Gravissimum est peccatum, si collidantur conjuges. 79. 7
Punitur gravissime. 79. 8
Sydera.
Syderum influxus a Deo attemperantur secundum merita hominum. 60. 6. & seq.

T

Talionis Pœna.
Vide *Pœna Talionis.*
Templum.
Salomonis semper difficilius restauratum figura recidivorum. 56. 1
Tempus.
Vitæ humanæ, quam male agatur in peccatis. 18. 8
Male perditum compensari debet per bona opera. 38. 3
Male perditum, quomodo rediri possit. 38. 4
Per peccata perditum potest, ac debet compensari. 71. 3
Tam formaliter, pia opera proportionando delictis. 171. 4
Quam virtualiter per actum valde heroicum. 171. 6
Tentationes.
Optime vincuntur, si initiis resistatur. 90. 1
Sicut in bello ex prælii initio dependet victoria; 90. 3
Ita & in pugna spirituali. 90. 4
Si non initio resistitur, firmiùs valescunt. 90. 4
Eva decipitur, quia initio tentationi non statim reluctatur. 90. 6
Tentator.
Nihil aliud cupit, nisi, ut non statim repellatur. 90. 8
Sicut damna temporalia, 90. 7
Ita & spiritualia statim prævenienda sunt. 90. 8
Thais.
Meretrix convertitur imaginatione præsentiæ Dei. 10. 2
Theodoricus.
Gothorum Rex conscientiæ suæ miserè perit. 30. 7
Theologia.
Sæpe nutrit inanes speculationes. 101. 8
Thesaurus.
Thesaurus iræ quomodo congregetur peccator. 11. 4
Tiberius.
Cæsar oculos habebat tam perspicaces, ut literas sine lumine legerit. 20. 2

Timor Domini.
Est custos cordis humani contra peccata. 84. 1
Præservat innocentes a peccatis. 84. 3
Adducit peccatores ad pœnitentiam. 84. 6
Confirmat pœnitentes in bono. 84. 8
Non admittit peccatum in cor hominis. 84. 4
Mire invenitur apud Sanctos. 84. 5
Hominem in negotio salutis sollicitum facit. 84. 8
Est potentissimum antidotum contra tentationes. 84. 10
Tituli.
Titulorum differentia non attenditur in judicio. 14. 1
Triumphi.
Romanorum valde pomposi. 64. 1
Tullia.
Scelerata in patrem etiam mortuum sævit. 71. 8
Turpiloquium.
Depravat juventutis animos. 140. 3
Propagat vitia velut pestis. 140. 4
Adimit verecundiam. 140. 5
Singulariter instigatur a dæmone. 140. 6
Turpiloqui sunt dæmonis Apostoli. 140. 6
Male excusatur esse tantum jocos. 140. 7

V

Venia impetrit danda.
Docetur exemplo Sanctorum. 122. 1
Sine hac opera nostra non placent Deo. 122. 4
Verbum Dei.
Est potens ad extirpanda peccata. 1. 7
Est medicina animarum. 2. 1
Dirigit animas ad salutem. 2. 4
Est securius, quam miracula. 2. 4
Est efficax remedium contra peccata. 2. 6
Est potens ad conversionem peccatorum. 2. 7
A variis varie excipitur. 3. 1
Cur nullos fructus afferat. 3. 3. & seq.
Plus proficit auditum, quam in libris lectum. 3. 5
Cur a multis Christianis memoria non tenecatur. 3. 6
Accipiendum est etiam a malis Sacerdotibus. 3. 7
Opere suo expleri debet. 3. 8
E corde audientium aufertur a diabolo. 40. 3
Impeditur omni studio a malo dæmone. 41. 1
Verba ultima Christi in cruce. 72. 1. & seq.
Verba lasciva.
Vide *Turpiloquium.*
Verecundia.
Potest esse vitium, aut Virtus. 55. 1
Et custos Virtutum in animo. 140. 5
Veritas.
Est ubique odiosa. 9. 2
Vestis.
Baptismalis innocentiæ cito perditur. 111. 4.
Erit materia gravissimi judicii. 111. 6
Vindicta.
Sæpe palliatur sub nomine justitiæ. 98. 4
Soli Deo competit. 122. 7
Vindictam condonare non est probrosum. 122. 8
Virtus.
Successive ad magnam perfectionem excrescere potest. Quomodo? 35. 4
Magna adquiritur per observationem minimorum. 89. 4
Vita.
In scelcribus acta sanctis operibus compensari debet. 38. 5
Est fragilissima, & nunquam a morte secura. 44. 5
Est inanis comœdia. 88. 1
Coram oculis Dei est momentum unicum. 88. 5
Est fragilis, & transitoria. 128. 9
Est continua mors, 151. 3
Decurtatur propter peccata, 160. 7
Est omni momento morti obnoxia. 177. 3
Vivere idem est ac mori, 168. 1
Vocatio.
Sacerdotum in Ecclesia Catholica a Deo est. 107. 1
Et ab Apostolis. 107. 3
Per continuam successionem propagata, 107. 4
Vocatio ad Fidem, Vide *Fides.*
Vossius.
Cardinalis Regis gratiam perdit, & Dei non adquirit. 7. 9
Voluntas humana.
Et potentia libera ad bonum, & ad malum, 109. 10
Voluptas,
Non est in mundo sine admixto dolore. 24. 1
Uxores,
Quam male nonnumquam tractentur a maritis. 23. 3

Z

Zizania.
Cur non fuerint eradicata? 31. 1

Finis Primæ Partis.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS